RESPONSA
CRIMINALIA,
ITIDEM FISCALIA,
AC ALIA

AD RITVS MAGNAE CVRIAE

De Præsentationibus Instrumentorum

FRANCISCI MARIAE PRATI.


FRANCISCVS MARIA PRATVS IVRECONSVLTVS, IVDEX MAGNÆ CVRIÆ IN CIVILIB. ET CRIMINALIB.
RESPONSORV̄ CRIMINALIV̄
AD REORVM DEFENSAM,
NEC NON FISCALIVM, AC AD ENVCLEATIONEM
RITVVM
DE PRÆSENTATIONIB' INSTRVMENTORV̄.
CVM DECISIONIBVS
Authore
FRANCISCO MARIA PRATO
Causarū Patrono Celeberrimo, ac Iudice Magnæ Curiæ
in Ciuilib. et Criminalib.
VOLVMEN
CVM PRIVILEGIO.

RESPONSA CRIMINALIA ET FISCALIA,

A C

AD ENVCLEATIONEM RITVVM MAGNAE CVRIAE VICARIAE

De Præsentationibus, seu Liquidationibus Instrumentorum in Supremis Regni Neapolitani Tribunalium subsellijs, arduis in casibus reddita, cum eorumdem Tribunalium Decisionibus.

A FRANCISCO MARIA PRATO
PATRITIO LICIENSE, ADVOCATO NEAP.NO
Tùm dicendi facundia, cùm Legum Peritia Celeberrimo.

Mox in eadem Magna Curia Causarum Criminalium, & Ciuilium Iudice, ac Fisci Patroni vicemgerente.

Quibus accesserunt famigeratæ Responsa Fiscalia D. HONVPHRII DE PALMA Solertissimi eiusdem Magnæ Curiæ Fisci Patroni.


OPVS SANE VTI LABORIOSVM AVTHORI, ità omnibus Iuris studiosis vtilissimum, ac Causarum Patronis magnoperè proficuum, ijs præsertim, qui Criminalibus incumbunt Patrocinijs.

CVM DVPLICI INDICE LOCVPLETE,

Vnò scilicèt Argumentorum omnium, & Articulorum in singulis Responsis contentorum, Altero verò Rerum, & Verborum.

NEAPOLI, Roncalioli Hæredum Typis, Apud Castaldum M.DC.LVI.

SVPERIORVM PERMISSV.



ILLVSTRISS. ET EXCELL.^MO DÑO

D. GARSIAE DE HARO AVELLANEIDA,

CASTRILLI COMITI,

Calatrauæ Equiti, Commendario, Serenissimi Hispaniarum Regis Cubiculario, Status, & Belli Consiliario, Indiarum, & Supremi Senatus Italiæ Præsidi, Regni Neap.^ni PROREGI emeritissimo, nemini secundo.

FRANCISCVS MARIA PRATVS Fælicitatem exoratur.

FORENSI versabar in puluere *(Excellentiss. Princeps, & post hominum memoriam Optime Regni Moderator)* Supremis Fidelissimæ Vrbis Neapolitanæ subsellijs addictus, magnum de iure respondendi munus, ac sanè perlaboriosum sustinens, satis mea sorte contentus, quippè qui omnes obmoliebar vires, totasq; curas impendebam, vt ijs, qui meam expetebant operam, industriamq; laudabant, tum in Ciui-

a libus

libus iurgijs defendendis, cùm in Criminalibus causis perorandis, compotem me redderem; nec indè emersit, vt tot inter Iudiciarios strepitus, frequentesq; Clientum aditiones, quinque non ediderim exantlatorum, meorum laborum volumina, (Crassa licet, vel pingui Minerua) ea de re, ne talentulum illud, quod mihi, à rerum omnium Opifice datum est, in subterraneis cuniculis cum seruo nequam abscondisse viderer; Cùm ecce Excellentia tua anno hinc propè secundo obnunciauit mihi inter Iusdicentes in Magna Curia Vicariæ in Criminalibus me destinasse, inibi meam nauaturus operam, Subijt animum cogitatio, quampluribus suadentibus, ne ab Aduocationis munere Me elongarem, præoculis insinuantibus commodorum iacturam, quibus vti Causarum Patronus Classis haud infimæ potiebar. Ast mihi illicò annuere Cordi fuit; Non abnui; Non restiti; Excusationes non adduxi; Sed cominùs de tam ingenti beneficio è tuis profectò manibus, gratias, quas potui referens paratum meme exhibui, minori adhuc muneri inseruire, tuis vt parerem iussibus, tantaq; erga me tua emicuit benignitas, vt eodem effatù iniunxeris, nè à scribendi studio calamum cohiberem; Qua de re tuorum dulcissimorum mandatorum obsequentissimus cùm animo fuerim meditatus Responsa mea Criminalia ad Reorum defensam, quo vti Aduocatus exaraui, aliaque perpauca, quæ ad Fisci iura tutanda, breui illorum dierum interstitio, quo Fisci Patroni vicem vt gererem, mandasti, ac alia Responsa à me super enucleatione Rituum eiusdem Magnæ Curiæ de præsentatione instrumentorum edita, quæ criminalitatem sapiunt, ab ijs qui forum insectantur diutiùs exoptata, in lucem emittere, Difficiliorem tamen, quam existimaueram agnoui Prouinciam nactus. Nullum etenim in difficili, ac laborioso Iudicandi munere, negotia publica, quæ mihi incumbebant, expeditioni quampluriuim causarum occupato, otium, aut spatium concedebant; Quod non adstruo, vt errores excusem, Quomodo enim ingenij mei tenuitatis, meorumq; imbecillium virium conscius satis id potero? Sed vt faciliùs apud Excellentiam Tuam veniam merear, qui nonnisi bono ductus zelo, inter tot, ac tantas occupationes, & labores, hanc qualemcumq; percolui scriptionem, vt si quis ex ea fortè enasci posset fructus, is Excellentiæ Tuę *Magno Principi Domino, ac Mæcenati meo* tribuatur, qui tuam Operi impertitus es authoritatem. Nec alij cui offerrem, dicaremq; quam Tibi in animum cogitationemq; venit, Nam si è veteribus sæculis repetita memoria tulit consuetudo, vt ij qui aliquod eorum ingenij monumen-

numen-

numentum publicè exhibere satagunt, illud maximè exquirant, vt selectos Patronos, ac Mæcenates adeant, quorum tutelari nomine confisi, Aristarcorum morsus non pertimescant; Cui non fit obuium tutelarem Principem huiusce Operis Excellentiam Tuam iure merito esse debere, cum Te iubente lucem aspicit? Alij verò si id agant, vt beneficij vinculo adstricti, quo id persoluant, eorum lucubrationes offerant; Me maior impellit ratio, vt Excellentiæ Tuæ, quæ tantis Me prosequutus es beneficijs, vt vtriusque Magnæ Curiæ Iudicem procreaueris, laudibusq; in dies extuleris, meos exhibuerim, sacrauerimq; labores; Quod si Principibus, ingenij monumenta dicari mos adhuc antiquus inualuit, Cuinam alij, quàm Tibi *Princeps* dicare debuerim: Is etenim es, qui iustitiæ Zelotypia motus ius æquabiliter vnicuiq; tribuis suum, cunctis adstas, omnibus intentus æqua lance iustitiæ fructus impertiris, præmijs bonos, emeritosq; adauges viros; pœnis malos coerces, & in pace, ac bello Supremum agis Principem, Moderatorem eximium; adeò quod geminis vicibus ea quà polles prudentia, omniumq; rerum peritia, hostes à Regno fugasti; Maritimas Francigenarum Classes appulsas, arce iam capta, dispersisti; totique Regno Neapolitano, cuius clauum sustines pacem, & quietem tribuisti, tuisq; destinatis Militum Cohortibus, Mediolani Statum ab inimicorum Serenissimi Regis Nostri insidijs eruisti; Quis etenim in te non admiretur Dignitatis Excellentiam, Dominatus amplitudinem, Sanguinis splendorem, Gentilitiæ Familiæ gloriam, rerum omnium vsum, & experientiam, Pacis, Belliq; tempore prudentiam? Dotes sanè, & virtutes, quas in te vno ab incunabulis prælucentes suspexit Hispania, & Regno Neapolitano totiq; Orbi, admirationi potius, quam imitationi locum præbuere, quasq; Patroni temporum Historiarum contextores indicabunt; Sed quò ego ducor in laudibus, præclarisq; Excellentiæ Tuæ gestis enarrandis: Exoptandum sanè esset, vt Demosthenes, & Tullius admirando eorum calamo de tanto Principe Orationes componerent, & posteritati commendarent, nam mihi dicendi, scribendiq; genere parum ornato diutiùs expatiari vetitum est, præmaximè aiente *Poeta*,

Fucati sermonis Opem mens Conscia laudis
Abnuit.

Sit igitur, *Excellentiss. Princeps*, quod offero, grati animi mei

a 2 per-

perpetuum monumentum. Execrandę obliuionis verum Anthethema; Obſequij mei fidelis arrha. Incolumitatis Tuæ à Me exoptatæ ingens deſiderium. Pignus obtentæ. Votum Magnitudinis Tuæ in plurimas ætates extollendæ apertum, & patens. Sicuti ex animo exopto, voto præcor, voce deuoueo. Neap. ex meo Muſæo anno ſalutis 1656.

BE-

BENEVOLO LECTORI.

INITO *iamdudum, Tecum fædere, de meis edendis Lucubrationibus,* Candide Lector, *memoria recolo, pollicitum fuisse in* Annotationibus meis, *quæ* Quintum *fecerunt ingenij monumentum, ad Celebrem Tractatum* de Patria potestate Regij Consiliarij Paschalis *Responsa mea Criminalia in lucem emittere, Obligatam en soluo fidem; Etenim ex multis, quæ vti Causarum Patronus in Supremis Vrbis Neapolis Fidelissimæ Subsellijs, non sine frequentibus Clientum aditionibus elaboraui* Responsa, *partem selegi, grauioribus, arduisq; in iurgijs ad Reorum defensam defatigata, perpauca quædam, quæ ad Fisci iura tutanda breui dierum intercapedine, qua in Magna Curia Vicariæ in Criminalibus, in qua iussu* EXCELLENTISS. DOM. PROREGIS COMITIS CASTRILLI, NVNQVAM SATIS LAVDATI PRINCIPIS DE ME OPTIME EMERITI, *Iudex primùm electus fui, & postmodum ob ægram valetudinem D. Fisci Patroni eius vices substinui eodem* EXCELLENTISS. DOMINO *iubente, vt tibi morem gererem, imprimenda curaui; Vtq; expertam amodò erga te animi mei propensionem in vigilijs edendis, magis, atque magis agnosceres, nonnulla* Responsa ad enucleationem Rituum Magn. Cur. de Præsentationibus Instrumentorum, *quæ criminalitatem sapiunt, & diù est quod exoptaueras, vti ad quotidianam praxim collimantia, adhuc edere non sum grauatus.* Responsa *alia* D. Honuphrij de Palma *Aduocati olim eximij, nunc Causarum Criminalium eiusdem Magnæ Curiæ Fisci Patroni solertissimi varijs in casibus elaborata, e typis meo cum Opere (vt meæ ex ijs cohonestentur vigiliæ) prodire sategi. Destinaueram,* Quæstiones *itidem meas Criminales, ac* Vota, *insimul hisce cum* Responsis *tibi tradere, Sed agnoui Opus in immensum excreturum, & diutiùs te in expectationem detenturum, Qua de re in aliud tempus differre sedet animo. Quod Opus collaudes, verba tecum non facio, satis enim superq; tuam expertus sum benignitatem in aliis editis lucubrationibus; Errata siquæ incideris, veniam præbe, nam occupato homini in iure reddendo in vtraque Magna Curia, foro, & causis mancipato, non aliò tendenti, quàm ad causarum penè innumerarum expeditionem, per otium non licuit attentiùs Opus elimare;*

mare; Et an summum propositi sim assequutus ius dicentis munere fungens, quidq; inibi praestiterim fama praeeunte, Tuum esto iudicium, Me praecone cur vtar? Conscientia laboris, & fidei mihi scutum obtendet aduersus inuidentium liuorem, qui omnibus bene operantibus solet obstrepere, Experientia edocti sumus, quidquid agat studiosus, liuor etsi non capit, tamen carpit; & nihil hodie sollemnius in circulo literatorum, quàm inuida emulatione rectè sentientibus obicem figere bonae, atq; incontaminatae voluntatis; Expertus id sum cùm aliàs saepè, tum vel maximè in Magistratus munere subeundo. Literariae Reipublicae, vt in aliquo meum praebeam calculum elaboraui semper, & quousq; manus calamum reget, alacriter pergam, Nullus mihi per otium dies exit, partem noctium studijs vindico, non vaco somno, sed succumbo, & oculos vigilia fatigatos, cadentesq; in mutis Magistris consulendis multiiugaq; lectione, ex qua aeger solatur animus, vt elimata edam Opera, detineo; Secessi non tantùm à caeteris cogitationibus, sed à rebus, praesertim meis, in quibus segniter me habeo; Posterorum negotium ago, illisq; quae suffragari possunt conscribo, à Deo retributionem fidenter expectaturus. Mecum Lector *gratum te habeas (Rogo) hisce in Criminalibus Lucubrationibus, Etenim si non* Angelum, *non* Hypolitum, *non* Grammaticum, *non* Follerium, *non* Bertazolium, *non* Crusium, *non* Farinacium, *non* Vermigliolium, *aliosq; eiusmodi farinae viros, in Criminali materia praeexcellentes agnoscis, Inficias ire nequis euo iam peracto post* Grammaticum *neminem ex Regnicolis Responsa* Cri*minalia typis edidisse, Primus Ego ad hanc arenam conscendo, Teq; mecum Commilitone non frangar, non succumbam, quinimò dispersis turmis, cohortibusq; Aristarcorum, fortior, audentiorq; ad noua ineunda literaria praelia consurgam; Quod si tuae non arrideant expectationi, conatum collauda, & memoria recole, nullam tam tenuem esse scriptionem, quae non aliquam afferat frugem; Interea ne à pollicitationibus liber euadam, editioni proximũ paro* Tertium Disceptationum Volumen, *quod in fortunato meae Aduocationis munere herclè exoptando, elaboraui, ac* Quaestionum, & Votorum Criminalium Volumen, *aliud in dies expecta. Ab inuidentibus me tuere, licèt Ego postergatos illos semper habuerim; Latrare siquidem illis datum est, mordere nequaquam; Quinimò inuidentiae eorum morsibus perculsos, saepè saepiùs semetipsos iugulare perspeximus; Sat scio ei qui lucem meditatur aliquid, atram fuliginem, & praelum obtrectationis esse subeunda; Sed & illud non ignoro, quod quanto fuligo illa, qua typi imbuuntur obscurior est, & praelum quo premuntur arctius, tantò clariores deindè, splendidioresq; in lucem prodeunt: Me tuis votis compotem existima, & desiderijs tuis obsequentem agnosce; Vita sit Comes, Deus annuat, Mi Lector vale, & benè vale. Neap. ex nostro Museo Anno salutis* 1656.

IN Congregatione habita coram Reuerendiss. Domino Generali Vicario Neapolitano sub die 28. Maij 1655. fuit dictum, quod Dominus Canonicus Angelus Fasanus reuideat, & in scriptis referat eidem Congregationi.

Gregorius Peccerillus Vic. Gen. Neap.

D. Ioseph de Ianuario S. T. D.

REVERENDISSIME DOMINE

DE ordine tuo, Domini Francisci Mariæ Prato Patritij Liciensis in Magna Curia Causarum Criminalium, & Ciuilium Iudicis, & aliquando Fisci Patroni vicemgerentis *Responsa Criminalia*, *ac Fiscalia* de corde perlegi, in quibus cum nihil quod Catholicæ fidei, vel bonis moribus aduersetur mihi obuiam venerit; quinimmò tanquam ex fertilissimo, ac florido Prato, quisq; valeat Iurisprudentiæ flores omnibus gratissimos, ac profiguos colligere; Opus prælo dignum puto, si ità Dominationi Tuæ videbitur.

Dominationi Tuæ Reuerendiss.

Addictissimus Seruus

Angelus Fasanus.

IN Congregatione sub die 26. Nouembris 1655. habita coram Eminentissimo Domino Cardinali Philamarino Archiepiscopo Neap. fuit dictum, quod iuxtà correctiones à Domino Reuisore in Opere annotatas, & factas, & non aliter potest imprimi.

IMPRIMATVR

G. Peccerillus Vic. Gen. Neap.

D. Ioseph de Ianuario S. T. D.

Ec-

Eccellentiſsimo Sig.re

IL Giudice Franceſco Maria Prato eſpone à V. E. come vuol dare alle Stampe il Seſto Tomo delle ſue fatiche, intitolato *Reſponſa Criminalia ad Defenſam Reorum, itidem Fiſcalia, ac alia ad enucleationem Rituum Magnæ Curiæ Vicariæ*, nelli quali vanno incluſi alcuni Reſponſi Fiſcali del Magnif. Auocato Fiſcale di Vicaria. Supplica in tanto V. E. reſti ſeruita commettere la reuiſione di quelli à perſona intendente, e lo riceuerà à gratia vt Deus.

Magnif. V. I. D. Reg. Conſiliarius Antonius Capiblancus videat, & in ſcriptis S. E. referat.

DE SUTO REG.

Prouiſum per S. E. Neap. die 28. Septembris 1655.

Lombardus.

Excellentiſs. Domine

PErlegi Reſponſa Franciſci Mariæ Prati Iudicis Magnæ Curiæ Vicariæ elaborata, cùm & Primarius Cauſarum Patronus, & demùm Fiſci in Criminalibus Aduocatus extitit. Satis practicabilia, & ad publicum commodum vtilia, Et ſanè viſum eſt Mihi conſitum floribus Pratum, è quibus Iureconſulti, ſedulæ veluti apes, doctrinarum rorem ad cauſas tuendas, & ſententias integrè proferendas colligere tutiſſimè valeant, ac proindè digna arbitror typis mandari, ſi ità veſtro purgatiſſimo iudicio diiudicabitur, cui humiliter ſubijcio, & perpetuam fælicitatem præcor. Neap. die 7. Nouembris 1655.

V. E.

Additiſſimus ſeruus

Antonius Capiblancus.

Vidit Io. Baptiſta Amendola Conſiliarius, & Præſes Reg. Cam. ſuper reuiſione Librorum Commiſs. ſpecialiter Delegatus per S. E.

IO. BAPTISTA AMENDOLA.

Viſa retroſcripta Relatione Imprimatur

Garcia Reg. Soto Reg. Burgos Reg. Martinez Reg.

Prouiſum per S. E. Neap. die 15. Septemb. 1655. Tagliauia.

ARGVMENTORVM
OMNIVM RESPONSORVM,
Tùm ad Reorum Defensam, cùm Fiscalium, ac ad enucleationem Rituum Magnæ Curiæ Vicariæ de præsentationibus, seu liquidationibus Instrumentorum.

SYNOPSIS.

Responsum I.

FOriudicationis sententia olim qualiter proferebatur, quando pœna abscissionis membri veniebat Reus plectendus, & qualiter, si pœna mortis naturalis delinquenti irrogabatur, & quid fuerit hodiernis temporibus immutatum, quidué nouissimè fuerit iudicatum per Sacr. Consil. ad hoc, vt foriudicatio procedat, plures expenduntur decisiones, præsertim *Dom. Reg. Tapp.* 49. *& Gizz.* 13.

Auxiliatores, opem præstantes, aut Consilium, in delictis patrandis, an veniant puniendi eadem pęna, qua principalis delinquens, & quando dicantur simpliciter opem præstitisse, vel precedente tractatu, & animi deliberatione, quæuè probāda veniant ad hoc, vt eadem pœna feriantur, qua delinquentes ipsi.

Tortura in Regno non venit irroganda, nisi in casibus, in quibus venit imponenda pœna vltrà relegationem tàm attentis dispositionibus Capitulorum, quā Constitutionum Regni.

Ex sola contumacia an possit quis foriudicari, defensa doctrina *Afflict.* à redargutione *D. Reg. Rouit.*

OFficialem inquiſitum de delicto in officio, ſiuè ipſius intuitu commiſſo, pro quo pecuniaria pœna venit imponenda, vel priuationis officij, non eſſe intus carceres audiendum, ſed extra, Nec interim ab officio, ſeù beneficio ſuſpendẽdum, dùm corporali pœna plectendus eſt.

Cap. Regni Vulgaris famæ proloquiũ. exornatur, ac genuinus, & germanus intellectus ab *Authore* adducitur, nempè ex eius diſpoſitione, nulla pœna corporali Officiales delinquentes in officio venire plectendos, neq; tacitè, nequè expreſsè, ſed tantùm corporalem pœnam fuiſſe indictam; quidquè fuerit ſtatutum per *Cap. Ad hoc volentes*, abundè exaratur; nec rectè percepiſſe Capituli prædicti, *Vulgaris famæ proloquium* intellectum, *Regentem de Ponte decif.* 7. & 16. ſuſtinentem pœnam corporalem non fuiſſe ſublatam; Nam in contrarium plura adnotantur, ex quibus veritas ſecerni poteſt, & nedùm attentis verbis Capituli præcitati, verùm etiam expenſo placito *Camill. de Medic.* famigerati ſua tempeſtate cauſarum Patroni *conſil.* 143. dilabi dicta *Regentis de Ponte* viri alioquin doctiſsimi, inſinuatur, quibuſquè in caſibus, & delictis locum ſibi vindicare queant eius dicta, apertè commonſtratur.

Suſpenſionem ab officio non poſſe procedere, niſi ex delictis priuationis pęna ſit indicta, & dato caſu, quod ſuſpenſio locum ſibi vindicare queat, non aliter decerni poſſe, niſi ante litem conteſtatam, quodquè Fiſci inſtantia præcedat, Ac pariter quod in Iudicio ſuſpenſionis Inquiſitus audiatur, ſibiq; dentur capita ad finem percunctandi, & ſe defendendi, quæ requiſita neceſſariò interuenire debent, aliàs nullitatis labem, non euadere decretum ſuſpenſionis; Duo namquè fiunt Iudicia in eiuſmodi caſibus, Vnum ſummarium ſuſpenſionis, Alterum plenarium condemnationis, in quibus licèt diuerſo modo, Inquiſitus iuxtà Iudiciorum qualitatem perneceſsè audiendus eſt; ad hoc vt ſuas inſtruere, & parare queat defenſiones, Itaquè paſsim practicatum non pauca adducuntur; Et qualiter *Dom. de Franch. decif.* 8. impugnantur à *Camill. de Medic. conſ.* 143. & *Camillus* ipſe à *D. Præſ. Merlin.* accuratè indicatur.

Lex poſterior, ſiuè ſtatutum, addat, ſiuè minuat præcedentibus legibus, & ſtatutis, An cenſeatur abrogare pœnas inibi contentas, nulla facta expreſſa ipſarum mentione, quiquè DD. dubiam valdè eiuſmodi theſim exiſtimauerint, qualiterquè definierint, non inconcinnè ponderatur.

tur. Aliaq; plura notabilia coacervantur.

Responsum III.

MEretricem adhùc in Lupanari degentem, sui corporis quæstum publicè, siuè priuatè facientem, nedùm iustè mercedem retinere posse, verùm etiam ad mercedem consuetam, vel promissam habendam contra fornicarios, actionem habere, & licitè in iudicio experiri tàm in foro exteriori, quàm interiori, Iuribus, Doctorum placitis, ac rerum iudicatarum Authoritate, præsertim Sacri Regij Consilij Neapolitani apud *Consilier. Gizzar. decis.* 52. comprobatur.

Meretrices quicquid pro vsu venereo acquirunt, statim in earum dominium vertunt, vtpotè qui, fornicatio licèt praua sit, & iure diuino vetita, ipsæ tamen dominæ sunt sui corporis, & materia vendibilis est, nec ipsa actus venerei venditio illicita censetur; & quamuis actus venereus ex se ipso malus sit, eius tamen venditio non est prohibita, nec illicita ratione materiæ; Etenim dare mulieri aliquam pecuniarum quantitatem pro vsu venereo antequam is sequatur, malum est, quia datio illa imperatur à luxuria, & à praua sensualitate procedit; Datio verò pecuniæ meretrici promissæ, cùm ea fiat post actum venereum, mala non est, sed actus iustitiæ à nullo imperatus vitio, quia materia vendibilis in hanc materiam adducitur, quæ sanè opinio *Diui Tho. Caetan.* & *Couarr.* placitis conuallatur.

Meretrices inter miserabiles personas connumerari, earumq; vilitatem tantam esse, vt legum laqueis innodari non mereantur, quod si mercedem ex sui corporis quæstu quæsitam restituere vrgendæ sint, miserabiliores esse, nonnullis probatur Authoribus.

Amasio asserenti bona meretrici tradidisse aliam ob causam, quã vsus venerei, nullam esse adhibendam fidem, eo quod eiusmodi asseueratio inuerisimile præsefert enunciatum, Eò fortiùs attenta ipsius Amasij qualitate, dùm de delictis, quæ infamant, accusatur, vel si mendax fuerit, ex quamplurimis indicatur. Vndè amoris vehementia obcęcatum potius Amasium præsumi mendacium dixisse traditur, Ex Poetarum dictis, quos pariat in Amante effectus Amor, non illepidè demonstratur.

Sequestrum omni iure in principio litis esse inhibitum, quæquè sint necessaria requisita ad illud obtinendum. Et an Aduersa Pars sit citanda ante sequestrum ipsum decernendũ, quãplura congeruntur. Nec inutilia, pleraquè alia ad materiã conglutinantur.

Responsum IV.

CAusarum euocatio à proprijs Tribunalibus eas delegando alijs Iudicibus, nedùm Tribunalium Authoritatem offendit, verùm etiam partes ipsas; quas multa ex hoc incommoda pati, pluribus suadetur; Insimulquè ostēditur præiudicium fieri Capitulis, & Gratijs elargitis Fidelissimæ Ciuitati Neapolis, quibus habetur non nisi in magnis causis, & delictis exemplaribus esse faciēdas Delegationes, queque iura conuelluntur, quiduè adstruxerit de hoc *Reg. de Ponte in sede indicata*, haud illepidè commonstratur.

Responsum V.

SVspitionem, siue inditium, aut præsumptionem falsi, in ciuilibus, ad denegādam fidem scripturæ, pro falso haberi, pluribus insinuatur, Et quid in criminalibus? quando nedùm duæ, sed plures vrgent coniecturæ, & quampluribus coniecturis, falsitatis labe maculatum instrumētum donationis ostenditur, quæ ad decem, & octo reassumuntur, satis herclè contingibiles, quæque spissim assueuerunt disputari; Quo loci *Author* singulas singillatim exponendo, haud inconcinnè tradit falsitatis crimen cęteris omnibus detestabilius, horribiliusque preconia, facta aliorum criminum compendiosa enarratione.

Res inter alios acta, An, & quando alijs præiudicet, siuè præsumptionem faciat? nonnullis theorematibus dispungitur; aliaquè plura enucleantur in materia.

Responsum VI.

A*Vthor* accersitus ad patrocinium præstandum damnato ad mortem per Magnam Curiam Vicariæ in gradu appellationis introductæ in Sacro Regio Consilio, pluribus tùm in facto, cùm in iure insinuat sententiæ iniustitiam, Ipsa etenim dicitur de appellatione, quod sit theriaca contra venenum primę sententiæ, & iniustitiæ emula.

Testes deponentes ad lucem æris cognouisse hominem, vel ad vocis notitiam, satis languidæ fidei existere, vtpotè qui, nimis fallax eiusmodi assertio dicitur, quæ etiam domesticos vt plurimùm fallere consueuit, & qualiter debeant Testes in eiusmodi casu deponere ad hoc faciant fidem, & alijs adductis adminiculis, quod Inditium faciant ad torturam, compendiosè indicatur.

Plures facinorum species, nullam pręseferre probationem ad condemnandum, singillatim referuntur, ijsquè omnibus ad Fisci motiua quælibet diluenda, neruosè occurritur, nec inconcinnè ad Iudicantes sermo dirigitur, quo

quo demonstratur in pœnis irrogandis proniores esse debere ad absoluendum, quàm ad condemnandum, quodquè ex præsumptionibus nemo damnari debet, etiamsi violentes eæ fuerunt, Deus namquè eorum gubernat consilia, qui clementem, & humaniorem dicunt sententiam, Nec exhorrere debent, vt si quando Reus Reipublicæ inseruierit, pœna etiam legalis illi indulgeatur, vel minoretur. Aliaquè nonnulla ad Reorum innocentiam pensitantur.

Responsum VII.

Fvrcis quem lanqueo suspendi, Ignominiosum pœnæ genus existimatur, quæ Nobilibus inferri non potest, nec maius grauamen accidere illis queit; Honor etenim cunctis rebus antefertur, magisq; infamiæ vitandæ studere debent homines, quàm vitæ conseruandæ, Hinc Crudelis prædicatur, qui honorem suũ negligit.

Pęna percutientis Officialem non aliter imponi potest, nisi ex probationibus appareat de officio, (quicquid Testes Fisci asseruerint) liquere etenim debet de qualitate, quę pęnam statuit in delicto, Scitum est enim in criminalibus probationes esse debere luce meridiana clariores.

Carceris priuati pęna coerceri is potest, qui publicè accusatos homines propria authoritate detruserit, vsurpando iurisdictionẽ Regiam, nec ea imponitur, nisi pluries in hoc deliquerit, saltim per viginti horas detinendo; Modica etenim detentio priuati carceris delictum minimè probat; idquè tam iure communi attento, nempè *l. vnic. C. de priuat. carcerib. inhiben.* quàm peculiaribus Regni iuribus, nempè Capitulis Regni incip. *Contra effrenatas, Terrerij, & Amplius*, quæ peculiari animaduersione enucleantur.

Responsum VIII.

Vsura, detestabile crimen habitum, quæ furto, & rapinæ connumeratur, quæquè Latro Legalis dicitur, & Aspidis morsui assimilatur, ac Vermiculus ligneus, & Os Inferni prædicitur, omni quippè iure prohibita insinuatur, atq; infamiam irrogare tam de iure Pontificio, cùm Cęsareo indicatur, & quando dicatur Piratica, quouè modo homicidio æquiparatur, quibusuè pęnis vtroq; iure attento vsurarij coerceantur? quo loci *Honoratus Leotardus intractat. De vsuris* extollitur.

Pęna contra Vsurarios in Regno indicta, est publicationis omnium bonorum, cui tamen minimè subiaceant Neapolitani, quorum bona ex peculiari priuilegio non publicantur, nisi in cri-

crimine læsæ Maiestatis Diuinæ, & Humanæ, quod priuilegium esse in viridi obseruantia, indicatur.

Sequestrum, pendente inquisitione de vsuraria prauitate, fieri posse contra Regnicolas attento *Carauita*, placito *in Rit Magnæ Curiæ* 20. *num* 13. *in* 3. *quæst.* non autẽ contra Neapolitanos, quorum bona minimè publicantur, nisi in crimine læsæ Maiestatis Diuinæ, & Humanæ, recolitur.

Responsum IX.

IVdicis contemptus nullus considerari potest in eo, qui inhibitus ne è proprijs se elongaret laribus absquè ipsius permissu, è domibus ipsis exierit, breuiquè temporis interstitio reuersus, ijsdem in domibus inuetus fuerit, ad quod theorema conuincendum, plures legum dispositiones, Doctorum quamplura placita, Rationes itidem multæ; nec languidæ fidei Senatuum determinationes, expenduntur, recensentur, ponderantur, ac in medium adducuntur.

Insultum non aliter committi, nisi saltus de loco ad locum fiat erga insultatum, siue aggressum, quodque adeò propè aggredientem sit, vt facilè fuerit in ipsum irruere, verberando, vel vulnerando quo loci plures *textus*, materiam edocentes insinuãtur. Nostratumq; arbitria recolitur.

Armorum asportationem minimè per testes de visu probari, ad hoc vt pęna asportanti imponatur, nisi cum ijs captus, atq; deprahensus fuerit; quamplurimis suadetur, itaq; communi totius Orbis Christiani consuetudine practicari, dispunctis nonnullis Pragmaticis Regni sanctionibus, non illepidè commonstratur.

Vulpell.conf. 139. *lib.* 2. *& Domin. Capiblanc. in* 2. *de Baron. cap.* 34. necnon *Farinac. in prax. crimin. quæst.* 30. *num.* 70. *& conf.* 122. *num.* 31. *lib.* 2. impugnantur, reconciliantur, nostramq; sustinere aciem respectiuè, digitotenus indicatur.

Responsum X.

GLosa in quia verò, verb. Detmultam, in Auth. de Iudicib. ex qua propositionem deduci, tradit *Prosper Carauita in ritũ* 163. *nu.* 2. *vers. Et si dices*, quod hominem habere, & pęnam exigere iniquum non est, quando pęna adijcitur loco cõtemptus, & inobedientiæ, non autem loco rei, impugnatur à nonnullis DD. eamq; veram non esse, pluribus insinuat *Author*, ex quibus labefactari quoq; *Carauitæ* traditionem, germanè comprobat.

Decisio Sacri Consilij apud *Grammatic. decis.* 95. *per tot.* præsertim *in finalibus verbis* perperàm à *Carauit. loc. mox indicato*, intelle-

cta

ćta demonstratur; quinimò è diametro eius sententiæ contrariam extare, affirmat *Author*.

Mandata pęnalia non subscripta à Partibus, nec iuramento vallata, nullam fidem facere, nec ex ijs condemnandum quempiam fore haud illepidè, *Author* insinuat.

Responsum XII.

INuerisimilitudo dicitur falsitatis imago, & inuerisimile deponēs adeò exprobatur, vt nedùm fides eius depositioni detrahatur, verùm etiam de falso suspectus reddatur, vndè Iudex nullam ei præstat fidem, & in defectum probationum minimè iuramentum suppletorium deferendum erit.

Testes vassalli à Domino, contra aliquem producti, minimè probant, nam præsumitur ob potentiam ad deponendum accessisse, quinimò inquisitioni formatæ per Curiam Baronis suspectam, nequidem fides est adhibenda.

Inimicus, de inimico semper mala cogitat, idcircò nedùm eius depositio, verùm etiam denunciatio quælibet contra inimicum suspecta redditur, quæ sanè inimicitia ex actibus antecedentibus, & sequentibus rectè probatur, & si quis patris inimicus fuerit, adhuc filiorum, & totius familiæ inimicus dijudicandus erit.

Testis deponens de auditu ab aliquo, quem in contestem adducit, si examinatus ille negat nullam præstat fidem, sicuti si se referat ad aliquam scripturam, quæ non exhibetur, Relatum etenim est in referente cum omnibus qualitatibus suis.

Iudices in sententijs ferendis, maximè in criminalibus, benignitatem, & pro Reis fauorabiliorem sententiam dicere tenētur, maximè si dubiæ Fisci fuerint probationes, debent siquidem iusdicentes æquitatem, & paternam præseferre, Nam Deus eorum gubernat consilia, qui clementem, & humaniorem sententiam dicunt.

Responsum XIII.

PRophanus amor, quæ mala producat, quouè impulsu amantes ad iram excitet, etiam ad necem proximi patrandam.

Proditorium homicidiū illud propriè dicitur, quod ab amico sub colore amicitiæ patratur; quod si causa præextiterit ex qua poterat interfectus sibi præcauere, & de eo non confidere, etiamsi per insidias, & de retro vulnus fuerit illatum, minimè proditorium cēsebitur ad finem, vt quis Ecclesiæ immunitate priuetur, id quod theorema, nedùm ex *Bartoli* placito *in l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de pæn.* manasse dignoscitur, verùm etiam peculiari

liari determinatione Supremorum Regni Tribunalium, Tribunalibus ipsis ad hoc coadunatis de anno 1600. apud *Dom. de Franch. decis.* 713. & *Gizzarell. decis.* 16. conuallatum ostenditur, pluribusq; adductis *Bartoli* sententiam veriorem habitam fuisse digito insinuatur, quicquid in contrarium alienigenas adstruxisse contendatur, Ipsi etenim circumscripta peculiari apud ipsos lege, *Bartolo* inhęsisse, inficias iri non potest.

Amicus recōciliatus inimicus præsumitur, & vti talis ab eo præcauendum est. Semper etenim reliquiæ odij, & rancoris permanere, cogitādum erit adeò quod ne quidem proditoriè se gessisse censent *DD.* imò sibi non præcauenti imputandum, suæquè culpæ tribuendum, Data siquidem hæsitatione præcedentis inimicitiæ, nunquam proditorium dijudicandum erit homicidium; nisi amicitia superfit, quæ potissima causa secernendi proditorium, existimatur, eaq; cessante proditionis nomen euanescere innumeri consentiunt, ijsquè Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanę scita apud *Episcop. Ricc. decis.* 163. *par.* 1. adducuntur.

Giurb. consil. 60. *numeris indicatis*, contrarium sentiens, ac *Episcopum Riccium* obiurgans in præindicata *decis.* 168. vbi ab eo cauendū duxit adducto *Farinacio*, ab *Authore* impugnatur, quinimò ab ipso cauendum veriùs posteritati tradit, ad quod suadendum *Farinacius* ipse vti locuplex testis, pluribus in locis adducitur, & ponderatur; nec per pauci aggregantur Commilitones, qui contra *Giurbam* aciē sustinent adamussim, quo loci *Clem. VIII.* Summi Sacrorum Antistitis determinationes editę tam in casu Cremonæ, quàm Panhormi, dilucidè admodum indicatur, aliaq; non illepidè ad materiam collimantia, traduntur, enucleanturquè.

Responsum XIV.

Causa criminalis ratione præiudicij, ac maioritatis facit supersedere in ciuili. Dicitur autem præiudicialis quando absorbet ciuilem, vel quando se non compatitur cum ciuili, vel est exclusiua iuris agentis ciuiliter, & si sententia lata in ciuili, pareret exceptionem rei iudicatæ in criminalibus, nedùm effectu, & actu, verùm etiam potentia, vel si absorbet causam ciuilem, ad quod expenduntur plura iura, & punctualis affertur decisio Senatus Cathalun. apud *Ludouicum Pegueram dec. crimin.* 9. *per tot.*

Termino impertito Reo ad se defendendum pendente, minimè potest ad articuli ciuilis determinationem procedi; nam vtiq; Reus

Reus indefensus remaneret, causæq; iacturam faceret, & sine probationibus innocens condemnaretur: quinimò esset denegare terminum probationibus, si antequam complerentur, causa determinaretur.

Titulus, siue inscriptio inquisitionis, quem Reum non facit, Facinus etenim non titulus coinquinat hominem, aliàs sequeretur absurditas intellectus, nam pateretur quis pęnam ex crimine quod commisisse non constat.

Processus informatiuus languidæ dicitur fidei, adeò quod ex eo excerpta, nequidem inditium præbent, nisi parte citata, repetita fuerint, Nam testes ad vnum finem examinati non probant ad alium, nec acta facta in iudicio summario, fidem in plenario faciunt, tales etenim dicuntur probationes summariæ in iudicio informatiuo receptę, vt nihil omnino in alio probent, etiam inter easdem personas.

Responsum XV.

DElicti titulum, siue inscriptionem non esse attendendum, ex ea namq; nemo Reus efficitur, ni indicia ex informatiuo resultantia inspiciantur; multa etenim imprimi in cartulis accusationis, quæ postea delentur, vbiq; ponderarunt DD. eo innixi theoremate, quod non titulus, sed facinus coinquinat hominem.

Præsentatio instrumenti via Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, quam Pragmatici liquidationem appellare consueuerunt, ortum habet experiurio, mora, & pęna, nec ad impediendam instrumenti liquidationem auditur debitor, nisi personaliter comparcat super interrogatione ipsius responsurus, nec probationes cuiusuis generis recipiuntur tàm à creditore præsentante, quàm à debitore se tuente ad finem iustificandi ex parte Creditoris, vel liquidationem instrumenti, siue ex parte debitoris remorandi, nisi Curia pro Tribunali sedente producantur, ità ritu mec ipsius Magnæ Curiæ, ac Pragmatica Regni sanctione disponentibus, Supremorum Tribunalium determinationibus conuallatis.

Pœnam indictam in Regno per *Rit. Magn. Cur.* 166. topicum in materia præsentationis instrumenti, etiamsi falsitatem commiserit creditor in liquidatione ipsa, ad quam perperàm accessisse constiterit, apertisq; documentis, siue Testium depositionibus conuictus fuerit, non aliâ nisi pecuniariam, vnius tareni pro quolibet Augustali esse impositam (antiquata pęna periurij, ex qua criminaliter procedebatur, manum amputando) itaq; omnium Regni Curiarum in-

b con-

concussam praxim obseruasse, vnanimi sanè consensu Nostrates insinuarunt, p ęsertim *Frecc. Carauit.* alijquè præsentationem instrumentorum tractantes, accedente quoquè *Dom. Præsid. de Franch.* aliorumq; Illustr. virorum attestatione, in *sedibus indicatis.*

Stellionatus crimen committẽtes, non aliter pęna ob ipsum delictum imposita plectendos esse, nisi eo in casu, in quo interesse per actionem ciuilem reparari non possit.

Pœnæ vbi à iure communi, siue municipali, certæ inflixæ fuerint, nullum datur Iudici arbitrium eas commutandi, siue exasperandi; Lex etenim semper loquitur, & per manus traditum est Ritus Magnæ Curiæ constituere ius commune in Regno, applaudẽte *D. Præsid. de Franch. in locis citatis.*

Texx. in l. Paulus, §. Paulus, & *in l. si quis obrepserit 29. ff. ad leg. Cornel. de fals.* & *in l. eum qui C. eod.* explanantur, ijsq; verus, & genuinus adaptatur sensus, & ex pluribus thesi, (de qua agitur) minimè collimare ostenditur; Eò magis quia prætensa instrumenti ratificationis occultatio per quærulantem asserta (licèt è veri tramite elõgetur) dùm nullum quærulanti damnum intulit, nec inferre potuit, nullius criminis Reum (*iurè*) notatum creditorem ad oculũ ostenditur.

Instrumenti præsentatio via ritus, duplici si fiat ex capite, tàm ex defectu solutionis tertiarum, siue annualitatum, quàm ob ratificationem instrumenti met à debitore promissam, & non sequutam, si vno ex capite sustinetur, de alio nulla habenda est ratio, ac si in mundo non fuisset, adeò quod creditori nullus dolus, aut culpa adscribi poterit, Ex nihilo etenim, nihil gignitur.

Responsum XVI.

GVidatus, pendente Indultus determinatione, siue (vti Pragmatici aiunt) ad ipsius discussionem concessus, de delictis anteà commissis inquietari nequit (quicquid de Guidatico, seù Saluoconducto hæsitari cõtingat) Eius etenim nullitate, vel inualiditate pendente, saltim Reum in pristinam libertatem esse reponendum competẽti dato termino, pluribus exornatur, adductis Supremorum Regni Tribunalium Iudicaturis apud *DD. Præsides Sacri Consilij Vincentium de Franchis, & Illustr. Marchionem Ramontis D. Franciscum Merlinum in sedibus indicatis,* ac etiam exterorum.

Causa delicti non apparente, eaquè ad casum proportionata, seù ratiocinatiua, Indicia quælibet contra Reum vrgentia prosternuntur, ac etiam cõfessio ipsius

nihili

nihili fit, De causa etenim delinquendi in primis quærendum est, Nam nisi fatuus, nemo qui absque causa delinquat, præsumendus est.

Birruarijs, & Satellitibus vtpotè vilissimis hominibus, nullam esse adhibendā fidem saltim ad condemnandum, varijs determinatis casuū figuris exornatur, præsertim apud *D. de Franch. decis.* 379. vbi suam adstringit fidem, miratos fuisse Dominos de Sacro Consilio, & cum ipsis D. Fisci Patronū de decreto Magnæ Curiæ Vicariæ ordinariam pœnam condemnante, ex Birruariorum depositionibus, ex quibus ad torturam dumtaxat deueniri fuit permissum, & in thesi per ipsum proposita, torto, & nō confesso condemnato fuisse in forma liberatum tradit.

Familiam Curiæ resistētem, si quis vulneret, vel occidat, non esse pęna aliqua ordinaria coercendum, imò excusari, quiduè apud *Gram. decis.* 41. determinatum fuerit, insinuatur.

Dolum omninò requiri, adhoc vt ordinaria pęna quis veniat plectendus, idcircoq; qui aliqua de causa colorata, inuerisimili, fatua, ac etiam bestiali ad delinquendum impulsus fuerit, omninò excusationem habet, Eòq; magis si delinquens in dignitate cōstituto homini credidit, quem impunè occidi posse, asserenti, idq; *Francisci Aretini, & Affe*-*clarum* calculo comprobatur.

Testis primo dicto iurato esse standum, non secundo reuocatorio etiam iurato, ex interuallo, vbi quando incontinenti, vel ex interuallo dicatur, quibusq; pęnis periurus ipse sit afficiendus, notabili insignis Episcopi *Didaci Couarruuiæ* placito ad Reorum defensam comprobatur, aliaquè nonnulla ad Reum absoluendū, Fiscíq; instantiam pro vltimo supplicio euadendam, diluçidamq; adducuntur.

Responsum XVII.

IVdicem proprio, priuatoq; nomine, non intuitu dignitatis, nec Magistratus pretextu, offensum, siue conuiciatum, minimè contra offendentem procedere posse, nec informationem assumere, esse omni iure exprobatū, vtpotè qui in propria causa ius sibi diceret, secùs verò si intuitu officij offensio fiat, pluribus exornatur; vbi qualiter, & quando intuitu officij offensio facta dicatur.

Iniuriarum pęnam à iure communi Iudicis arbitrio remissam, cōtra relegationem fuisse practicatam in Regno, plures afferuntur peculiares determinationes Supremorum Senatuum, reuocantes decreta Magnæ Curiæ, ac ità pariter in alijs Europæ Consistorijs adamussim ponderatur, siue verbales iniurię fuerint, siue rea-

reales, ex quibus illud quoquè in propatulo est, vltra relegationem nunquam fuisse pęnam inflictam, Vndè nequidem iniuriantem, torturæ, seù quæstioni subijciendum esse in Regno, in quo Torturæ occlauditur aditus, ni pęna vltra relegationem veniat imponenda, ex multis suadetur.

Inquisitum in thesi currenti, non conuictum, nec inditiatum, imò ex Testium depositionibus dubiæ, fluxæq; fidei, cum ij ex ore Birruarij deponant, esse prorsus absoluendum reuocato decreto Magnæ Curiæ, quo Torturæ subijci extitit determinatum nō illepidè ex multis comprobatur; aliaq; non pauca adducuntur ad Inquisiti innocentiam detegendam, Torturæq; decretum reuocandum.

Responsum XVIII.

INquisiti habentes Testes Fisci pro citatis, iuratis, & legitimè repetitis, An ex huiusmodi actu censeantur conualidare informationes nulliter assumptas, ex alio capite, quàm ex defectu non adhibiti iuramenti per testes, & omissæ citationis ad videndum iuraméta testium? præmaximè, si nullitatis vitium opponatur, ex quo informatio fuit assumpta à Iudice offenso intuitu propriæ personæ, non officij, aut dignitatis?

Repetitio Testium quid operetur respectu Fisci, quidquè respectu Inquisiti, quaq; de causa *Author* minimè procliuis fuerit ad consulendum Clientibus, ne passim habeant Testes Fisci pro repetitis?

Copia Capitulorum, siue Repertorum danda Inquisitis, vndè ortū habuerit? Et an sint concedenda in Regno Fisco reluctante? quibusquè in casibus? Et quare dicantur Capitula, & quomodo eliciantur?

Repetitio Testium in omnibus casibus esse necessariam tàm de iure communi, quàm de iure Regni, exceptis duobus casibus contentis in *Pragm.* 89. *Capitum*, de quibus pulchrè loquutum *Illustr. Dom. Marchion. Ramon. Præsid. Merlin. in sede indicata*, insinuat *Author*.

Confrontatio Testium cum Reo, quid operetur, Et an sit necessaria etiam Repetitio Testium? qua in thesi dissidentes opiniones inter *Guazzin. Honded. &* *Reg. Rouit.* ex vna, & *Illustr. Marchion. Ramon. Dom. Præsid. Merlin. & Reg. Sanfel.* ex alia, adducuntur.

Duella qua ratione fuerint à iure improbata? pluraq; alia de actu nullo ex defectu iurisdictionis, quod ipsemet valeat reuocare, qui in actus nullitatem incidit, pluribus exornatur.

Re-

Responsum XIX.

Reuisionem petitam aduersus calculum, allegato errore, esse omninò concedendam, nedùm si semel, sed si pluries petatur, eoq; fortiùs si calculus à suspectis, & maleuolis processerit, pluribus insinuatur: eaq; expenditur non aspernenda ratio, quia calculus errorem continẽs, falsitatis quandam speciem prę se ferre videtur, quatenus à facti veritate deuiat, vt indè emergat, etiam in via exequutiua errorem opponi posse, ac contra instrumenti exequutionem.

Clausula in relatione, siue calculo, contenta *Salua meliori reuisione*, viam sternit, aditumque aperit, vt errore allegato, reuideri debeat, minùs attentò quod quispiam adstruxerit clausulam prędictam in quantitate certa posse verificari, siquidem tùm in magna, cùm in parua quantitate errorem contingere posse, nemo benè non affirmauerit.

Rationes informiter receptæ, & in confuso, non dispunctis partitis, neq; discussis, cominùs reuidẽdæ sunt ad instantiam petentis, & errorem allegantis, etiamsi instrumento se obligauerit, ac Iudicis sentẽtia subsequuta fuerit: Error etenim vti in facto cõsistens, confitenti non officit. Maximèque in rationibus accipiendis locus, & cõsuetudo Tabulæ nummulariæ, in qua quis se exercuit attendendus est, vt quis verè, & effectiuè debitor dici possit.

Reuisio cuiusuis actus concedi debet, reuidentur etenim sententię etiam Præfecti Prætorio, Principum placita, siue rescripta si errorem continent, exequutioni minimè demandantur, quò fit vt relatoris calculus non reuisus minimè probet, nullaquè ex eo oriatur actio, errore allegato.

Responsum XX.

Fvluij de Falco, Nummulariæ Tabulæ Diuæ Annunciatæ Cascerij delati de furtis, & falsitatibus, collachrimanda recensetur historia, quiquè contra ipsum irruerint, quoquè sensu ad arenam nonnulli contra ipsum conscenderint, breui indicatur eloquio.

Actionem nonnisi ciuilem oriri ex instrumento, in quo Administrator interuenientibus Gubernatoribus ad certam quantitatẽ soluendam sese obnoxium reddidit, eò magis si super instrumento fuerit iudicatum, & Gubernatores ipsi quãtitatem promissam, siue partem ipsius receperint, ex hoc etenim ratificationem esse inductam, & obstare exceptionem rei iudicatæ, ac pacti, nec posse criminaliter experiri, pluribus comprobatur.

Scripturam priuatam absq; die, & Consule in semipagina consistentem,

ſtentem,nullam fidem facere cō fortiùs ſi inueriſimile contincat, & tardè producta fuerit, ac ab inimicis,& odioſis peracta,multis inſinuatur.

Scriptura priuata ad hoc vt fidem faciat, qualiter ſit probanda, quamuè probationis ſpeciem præſeferat comparatio manus, quæq; requiſita ſint neceſſaria ad hoc vt peritorum iudicium probationem faciat, & an ſit Reus citandus in comparatione manus in cauſis criminalibus?

Teſtes ſi diſcordant à principale, falſa vnius, vel alterius aſſertio redditur, ideòq; nullum probationis gradum conſtituunt,imò ad concordiam reduci non poſſunt,neq; in ciuilibus.

Suggeſtiua interrogatio,nullis præcedentibus inditijs, & aſſertio non iurata, facta tempore quo Inquiſitus inter Reos poſitus non erat,extorta intelligitur artibus à iure improbatis,quę nullum conſiderabile faciunt inditium, quoquè in caſu ſuggeſtio dicitur tàm in Reo, quàm in teſte, exornatur.

Teſtificata quocumquè modo fuerint didicita, etiam quod afferatur examini aliorum Teſtium locum eſſe, ſiue ex officio, ſiue ad inſtantiam Fiſci, impediunt, ne noui recipiantur teſtes, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, quæquè ratio enunciatum illud ſuadeat,peculiaria quędam adducuntur,aliaq; plura ad rem collimantia.

Reſponſum XXI.

Doctoratum eſſe dignitatem, & Medicos doctoratus Inſulis inſignitos etiam Chyrurgos eſſe Nobiles attento priuilegio elargito à Regina Ioanna II. demonſtratur,expenſa deciſione Sac. Regij Conſilij Neapolitani apud *Dom. Præſid. de Franch.deciſ.*564.

Pœnas in Regno de conſuetudine diuerſimodè practicatas fuiſſe in Nobilibus, ac in plebeis, vt vbi Nobilis decapitatur, Plebeus furca ſuſpenditur, vbi Nobilis deportatur, vel relegatur, Plebeus ad triremes condemnatur perpetuò, vel ad tempus, tàm in delictis peculatus, Sacrilegij, Furti, Veneficij, Homicidij, & alijs,quàm etiam in crimine læſæ Maieſtatis Diuinę,& Humanæ expenſo pariter Sacri Regij Conſilij placito, apud *Dom.de Franch.deciſ.*569.

Nobilitatem filij ſuperuenientem, porrigi ad patrem ignobilem, in pęnis infligẽdis ex multis commonſtratur, præſertim ex dictis per *Conſiliar. Gizz. deciſ.*10. & *Gamm.deciſ.Luſitan.*112.ac etiã ex vi correlatiui ſiquidem filij gloria patris eſſe cenſetur, & è contra, ad quod theorema probandum, quamplura adducuntur.

Re-

EXarata in *praeced. cap.* de Medicorum Nobilitate, ac de diuersitate pęnarum inter Nobiles, & plebeos in Regno, & de filiorũ nobilitate ad patres porrigenda, saltim in impositione pęnarum, nouis assumptis, alijsquè accedentibus Doctorũ placitis, Senatuumquè scitis, comprobantur, & conuallantur; Adducuntur insuper, & resoluuntur ab *Authore* motiua ex aduerso excitata.

Coronidis loco, esse semper innitẽdum rerum iudicatarum Authoritati, & in similibus Senatuum determinationes aliàs factas, insectandas fore, nec ab ijs diuertendum, haud illepidè monet *Author*, peculiaria quædam de Europæ Senatibus edisserẽs, quodquè etiam probati viri Authoritas in causarum determinationibus amplianda sit; vndè *D. Vincentij de Franchis* Sacri Regij Cõsilij Neapolitani Præsidis nomine ad memoriam redacto, alias laudes *Author* ex *Authoribus* congerit.

Pœnæ vbi à iure, vel statuto indictæ fuerint, augeri, vel immutari non posse, & in dubijs, pœnas mitiores infligendas esse non maiores, pluribus exornatur.

TEstes ad mortem condemnati, ac Torturæ suppositi ante sententiæ exequutionem, si confiteantur in eiusmodi Tortura extraordinaria, aliosquè in socios nominent, debilis adeò esse fidei, vt nequidem ad inquirendum, inditium faciant, eò magis, si alios patiãtur defectus, & per prius peierando negauerint; Vt plurimum enim confessio in tormentis extorta, ipsorum metu manasse præsumitur.

Falsi in crimine, non esse de socijs interrogationem faciendam, aut Instructoribus, quia non est crimen exceptum, in quo licita est interrogatio ad *Glos. in l. quoniã liberi*, quæ est *finalis*, *C. de accus.* quæquè excepta sint crimina, seriosè enarrantur, Quòd si interrogatio fiat, & nominatio, ex hac nullum oriri contra nominatum inditium pluribus comprobatur.

Inuerisimilitudo, falsitatis speciem habet, idcircòque inuerisimilia deponentibus nullam esse adhibendam fidem, demonstratur. Nec sine causa ad delictum proportionata, quem delinquere præsumendum est, Ea etenim in delictis præcipuè est inspiciẽda, priusquam de delicto cognoscatur.

Nobiles, facinùs ex quo dedecus, & infamia oriri possint, patrare, non esse præsumendum; Quis-

quis

quis etenim benè natus verecũdum putat, inultum honorem, siue propriam existimationem relinquere, Tantùm abest, vt maculam sibi inferre sit existimandus, Eò fortiùs si causa ad delictum proportionata, siue ratiocinatiua non fuerit, ac alia permulta ad Testium fidem repellendam, abundantiori calamo indicantur.

Responsum XXIV.

PRiuilegium concessum Principissæ Marani in contractu emptionis Casalis prædicti à Regia Curia de cognoscendo erga suos subditos, cum clausula abdicatiua, recensetur, & memoratur iurisdictionem fuisse concessam in personas, nulli circũscriptam territorio, idcircòque vbicumquè vassalli ipsius deliquerint, non nisi ab ipsa fore cognoscendos, priuatiuè quoad alios, etiam Magnam Curiam Vicariæ, nec Fiscum inficias ire posse priuilegium, cùm dicatur probatio probata, euidens, manifesta, & quicumq; priuilegio innititur, legem apertam, & claram præseferre, multis insinuatur.

Ciues originarios nedum eos dici, qui in Ciuitate Neapolis nascuntur, verùm etiam eos, qui in vicis, & suburbijs, adeò quod priuilegia quamplura, & gratias Ciuitati prædictæ concessa, & elargitas Neapolitanis, comprehendere quoq; Casalenses, non inscitè probatur.

Fiscum non posse retractare rem, quam vendidit, imò de euictione teneri, Princeps etenim licèt solutus sit legibus, tamen tenetur ad obseruantiam contractus tanquam quilibet priuatus, saltim naturaliter, aliàs nemo cum ipso contraheret, & dum dicitur omnium Præsul, esset omnium exul, quæ sanè in re clara dum controuerti nequeant, etiam in casu dubio contra Fiscum esse respondendum ex insigni *Modestini* placito *in l. Non puto, ff. de iur. fisc.* foret quoq; determinandum, quicquid super intellectu *Tex.* prædicti excogitauerit *D. Gregor. Ganauer. Præsidens Regiæ Cameræ in decisionibus eiusdem Tribunalis, cap.* 5. obiurgans *Andream de Isernia*, quod semper contra Fiscum aciem sustinuerit, ad cuius tuitionem *Author* quampluribus in laudem *Iserniæ* congestis, nedùm ipsum maximum præconizat *Authorem*, verùm etiam *textum* prædictum ad mentem *Iserniæ* fuisse intellectum à multis *DD.* præsertim à *D. Io. Bapt. Larr.* insigni fiscalium causarum Patronus in 1. *alleg. indicatis*, qui ad id comprobandum famigeratum adducit effatum viuæ vocis oraculo probatum à Serenissimo Philippo II. aliaque peculiaria ad rem adducuntur.

De-

Delicti forus licèt potentior foro delicti censentur, tamen nō tollit, quin forus originis præbeat cognitionem Iudici ipsius de delicto cognoscendi tàm per viam Inquisitionis, quàm accusationis.

Priuilegium concessum cum clausula abdicatiua cognoscendi in certum genus personarum efficit vt adimatur cœteris ius cognoscendi, Quinimò adeò potēs censetur clausula prædicta, vt similis existimetur causæ Clericali, quæ eius iurisdictionem improrogabilem facit, ad quā thesim comprobandam, peculiares afferuntur determinationes.

Responsum XXV.

OCcidens aliquem pro vita tuanda, siue honore vindicādo, etiamsi post dierum pluriū, imò annorum decursum homicidium patretur, pęna ordinaria minimè plectendus venit, quinimò Incontinenti dicitur patratum delictum, ad excusationem obtinendam, pęnamquè minorandam, maximè si offensus, persona Nobilis fuerit, & offensor vilis, idquè licitum tàm iure externo, quàm interno, aliquando fieri, ad quam thesim comprobandam, iura quamplurima, DD. innumeri, ac Senatuum determinationes recensentur in delictis quibuslibet, quorum species enumerantur.

Iniuriatus licèt pro sumenda vindicta Magistratus adire debet, non autem sibiipsi propria authoritate ius dicere, attamen si per eiusmodi aditionem poneretur in derisum, & iniuriatus vilis existimaretur, non est ità criminosum ex se vindictam sumere, quamuis culpabile sit si modum excedat, peculiaribus ad id determinationibus adductis.

Minoribus de iure communi, necessariò Iudicem pœnam minorari tenere fusè ostēditur, & pariter statutaria dispositio *Prag.* 1. *de Minor.* quia cautum reperitur esse Iudicis arbitrio repositum in Regno pœnam illis minorādi, non autem necessitati, pluribus coaceruatis enucleatur, quodquè arbitrium illud à Iure regulatum esse debeat, neç simpliciter, Pragmaticæ dispositionem procedere, sed circumstantijs, seù qualitatibus interuenientibus, nempè Atrocitate delicti, Reiteratione, & Praua qualitate personæ, de quibus antè omnia constare debere, punctuatim exornat *Author*, qui rigorositatem in Iudicando exprobat, Æquitatem cum iustitia collaudat, quam sectatus Ipsemet in Iudicando posteritati defert.

Responsum XXVI.

FActi serie præmissa, assumptisquè in facto ex Aduerso plena manu adductis, lato itidem calamo ex factomet occurritur.

Instrumẽtum tanti est, quòad probationem, vt inducat notorium; dicatur veritas appareas; probatio realis; casus indubitatus; ex eoquè fieri rem liquidam, & manifestam, pluresq; alios effectus ad eorum fauorem, qui Instrumentis innituntur, oriri, nõnulla recensentur.

Actus palàm factus omnem excludit fraudem, nec falsitatis maculæ subijcitur instrumentum, si ex eo alicuius rei possessio capta sit, vel pro eo extiterit iudicatũ, aut illud impugnans, eo in Iudicio vsus fuerit, aut virtute illius pecuniam, aut quid aliud fuerit consequutus.

Inuerisimilitudo est falsitatis imago, idcircòque tantum abest, vt ex inuerisimili depositione instrumenta reprobentur, vt potiùs ipsimet inuerisimile deponentes, falsi crimen commisisse dijudicentur, cuius thesis occasione arrepta quamplura de argumento à verisimili adducuntur.

Instrumenta à testibus reprobari quando valeant, cuiquè magis credatur Testibus, vel Notario? non inscitè ponderatur.

Positiones in Iudicijs contra producentem plenè probant, nec eius datur reuocatio, aut ab jis qualisqualis recessio.

Interesse metiens, siue principaliter, siue in consequentiam, in testem minimè admittitur, eiusquè depositio ad nihilum reducitur, eòq; fortiùs si ex re, super qua eius depositio expetitur, laus, aut opprobrium illi euenire possit, vel si in lite qualequale habeat interesse.

Actio spolij non datur contra tertiũ possessorem, sicuti nec actio rescindendi, siue annullandi cõtractum, etiamsi læsio enormis, vel enormissima allegetur, quouè modò ignorantia, aut scientia dolum adhibentis, respectu tertij possessoris consideretur.

Socij criminis depositio, nullam præstat fidem, sicuti nec criminosus homo, tàm attento iure communi Romanorum, quàm peculiari iure Regni, siue (vti aiunt) statutario, aliaq; plura haud illepidè ad victoriã Clienti comparandam, afferuntur.

Responsum XXVII.

CVstos Arcis vi hostium superatus, si Arcem tradat, nulla sibi culpa imputanda est; Culpa etenim, & negligentia non præsumitur, nisi probetur, quodquè talis fuerit, vt nulla extiterit excusatio, nam si dubia fuerit de culpa excusatio, cõdemnatio sequi non potest, Præsumptiones etenim duæ si concurrant, vna inclu-

inclusiua, altera exclusiua delicti, quæ excludit, attendenda est, Et culpa vt noceat, probari debet fuisse ordinata ad casum, aliàs in consideratione non est. Tritum est namq; diligentiam præsumi semper à quolibet in suo munere adhibitam, quando de culpa non liquet.

Vassallus in pugna Dominum suũ dimittere non debet, sed cum eo laborare si potuerit, si etenim necessitate coactus dereliquerit, nullius criminis Reus efficitur, Vt etenim crimen alicui imputetur, dolus adesse debet, qui non præsumitur, imò circumstantia doli per Fiscum probanda est.

Exempla plura recoluntur, ex quibus Custodes Arcium, qui victrici hostium potentia superati, Arces tradiderunt, nulla in culpa fuerunt habiti, imò laude digni, Cùm nemo teneatur, nisi quatenus facere potest.

Consilia non omnia, cunctis præsentibus tractari, ratio status, aut occasionum velocitas patitur, Sunt etenim consilia rapienda in subitis periculis, non quęrenda.

Responsum XXVIII.

Abolitio generalis pro bono pacis (qualis fuit promulgata de anno 1648. ab Altitudine D. Ioannis de Austria) nedùm facit cessare, & extinguit pęnam publicam, verùm etiam pœnam parti applicandam.

Stupratæ contra stuprantem querela competit, si virgo fuerit, & honestè vixerit, quod si post stuprum, venalem formam meretricio more exhibuerit, actio de stupro denegatur.

Actio ex delicto proficiscens, si delictum nõ probetur, nulla competit contra Inquisitum etiam respectu interesse, pro quo ciuiliter experiri contingit, quo circa *Author* ad defensam Amici inquisiti de stupro obiter memorat Delicta carnis omnes tangere, iuxtà effatum *Prospèri Farinacij in prax. crim. tit. De delictis carnis, num.* 1.

Responsum XXIX.

Vniuersitates in Regno, peculiari *Pragmat.* 3. §. 5. *sub tit. de Procurat.* nequeunt supplices porrigere libellos, vel petitiones formare, nisi subscriptæ fuerint præcedente consilio earumdem Vniuersitatum, adeò quod actus quicumquè peracti fuerint sollemnitatibus à Pragmatica requisitis non interuenientibus, pro nullis, & infectis reputãtur, etiamsi in dispositione expressim de nullitate dictum non fuerit, Ea etenim est vis legis, siue statuti quid vetantis, vt actus omninò nullus existimetur contra formam ipsius, accedente maximè clausula *Et non aliàs*,

quæ eam præſefert efficaciam, vt ſit limitatiua voluntatis, habeat naturam præciſam, inducat conditionem, & formam, & perindè operetur, ac ſi nihil actum eſſet, & actum à contrahentium voluntate diſtrahat, atq; remoueat.

Teſtes vt probent, quæ ſint conſideranda, præſertim ſi ſint de Vniuerſitate, quæ parua eſſet, tunc etenim dicuntur deponere in cauſa propria, vtpotè qui, eorum depoſitio, ſingulorum cōmodum, & vtilitatem tangit, nā loco cohabitantium, & domeſticorum quoquè habentur, quæ potiſſima eſt ratio, vt nulla illis ſit adhibenda fides, præmaximè teſti vnico, & non repetito; quaquè ratione Satellites, & Birruarij in eorum depoſitione paruifaciendi ſint.

Ad Rei defenſam plura ponderantur tùm in facto, cùm in iure, quæ ſparſim toto *Reſponſ.* perlecto obuiam fiunt.

Reſponſum XXX.

AVthor, alijq; Cauſarum Patroni Collegæ aſſumpti, iuſſu Excell. D. Proregis Comitis Caſtrilli ad Iudicatus Magn. Curiæ Vicariæ munera ſubeunda, nō teneri examini ſeſe ſubijcere, virtute *Regiæ Pragm.* 23. *de Official. & quæ ijs prohibent.* Nam prędictæ Pragmaticæ diſpoſitio eos non compræhendit, ſed tantùm iuuenes inexpertos theori, & praxi parum verſatos, tùm verbis ipſius attentis, cùm mente diſponentis, Eoq; fortiùs ſi electus ad Officium libros legalis ſcientiæ typis ediderit, Nam videtur à iure approbatus, ad quorum comprobationem, exēpla referuntur, aliaq; non iniucunda indicantur.

Reſponſum XXXI.

SCripturæ aduerſus inſtrumentum præſentatum via *Ritus Magn. Curiæ Vicariæ* 166. non recipiuntur niſi Curia pro Tribunali ſedente, attenta diſpoſitione *Pragm.* 4. *de inſtrum. liquid.* quæ locum ſibi vindicare fuit determinatum, tàm in Actore, quàm Reo, imò magis in Actore, in cuius poteſtate cùm ſit ad Iudicium prouocare, inſtructus properare debet ad Iudicium, quo loci expenditur *deciſio D. de Franch.* 420.

Scripturæ ab Actore, ſeù creditore productæ ad liquidationem Inſtrumenti via ritus, debent eſſe ęquè validæ, ac in publicam formam redactę, ſicuti & inſtrumētum ipſum, alioquin nullam faciunt fidem.

Monachus non poteſt præſentare inſtrumentum via ritus, tùm quia non habet velle, neq; nolle, & in iudicio contentioſo eſſe non poteſt, nec agere, aut cōueniri; tùm quia aſſimilatur ſeruo, ſeù

seù filiofam. cum quibus agendo, & excipiendo consistere nequit; ac etiam quia Monachus quicquid acquirit, Monasterio acquirit, nec momento temporis pęnès ipsum residet, ac tandem, quia Iudicium liquidationis instrumẽti, est Iudicium criminale, licet hodie pœna Fisco applicanda in pecuniariam trāsfusa fuerit, quæ antiquitùs amputationis manus erat ob reatũ periurij, & pleno exaratur calamo, vndè originem trahat liquidatio instrumenti, quæquè concurrere debeant ad actum liquidationis explendum, quaquè de causa Religiosi à liquidationibus prædictis de iure repellantur, & in quo lapsus fuerint *Franciscus Antonius de Iudice Roberto* in sede indicata, & qualiter sit practicatum in Supremis Tribunalibus.

Sollemnitates requisitæ in alienatione rerum Ecclesiæ, necessariò interuenire debent in trāsactione; nam, & ipsa alienationis est species, quæquè eæ sint sollemnitates, & an valeat Ecclesia ob defectum sollemnitatum asserere velle stare cōtractui, nec nullitas ex defectu sollemnitatum proueniens, possit ab alio opponi, nisi ab Ecclesia met, nō autem à contrahente cum ipsa? & expenditur pro affirmatiua opinione singularis *decisio Sac. Cons.* apud *D. de Franch. decis.* 35. & *decis.* 163. ad quam comprobandam quamplura adducuntur, & expenduntur, ac in contrarium adducta enucleantur, & ad verum, & germanum sensum adaptantur.

Contractus censualis ad formam *Bullæ Nicolai V. Summi Sacrorum Antistitis* redactæ *in prag.* 1. *de censib.* plura requirit ad validitatem actus, præsertim quod corpus submittatur specificum, ac fructiferum, æquiualens ad annualitates persoluendas, ad quod plura afferuntur, ac authoritate rerum iudicatarum, comprobatur opinio.

Titulati in Regno, citari nequeunt in Iudicio criminali (quale est præsẽtatio instrumẽti via *ritus*) nisi præuia licentia Excellentissimi Regni Proregis.

Contractus metu gesti, nullius sunt roboris, eò magis si metus sit ex causa amissionis honoris, & illati dedecoris, pluribus ad id adductis, atquè congestis, nec alia per pauca fasceatim *Author* ad theses propositas confirmandũ, silentio obliterauit.

Responsum XXXII.

DEbitor citatus super tenore instrumenti vigore Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 166. si compareat, actu præsentationis, non perfecto, & instet audiri in carceribus aduersus instrumentum prædictum, quascumq; opposuerit exceptiones, est audiendus,

dus, & impertiendus terminus ad illas probandum, cuius termini tela contexta, si opposita probauerit, absoluitur, sin autem succubuerit condemnabitur erga creditorem ad solutionem debiti, & erga Fiscum ad pœnam, ritumet dictante, qui secundùm veros terminos enucleatur, & germana illius dispositio adducitur.

Liquidationis instrumenti actus tunc dicitur perfectus, quando in libro Inferni pœna describitur, præuio decreto Magnæ Curiæ Vicariæ, non aliter: itaq; decisum affertur determinatio Sacri Consilij, apud *Consiliar. Gizzarell. decis.* 72. & aliàs passim, de quo exempla afferuntur.

Pragm. 8. *de instrum. liquid.* edita de anno 1632. dùm Regni clauum sustinebat nunquam satis laudatus Princeps Excellentiss. Comes Montisregij §. 3. & 7. adhuc debitorem admittit aduersus instrumẽtum præsentatum, eius rigorem dumtaxat insinuãs eo in casu quo liquidationis actus fuerit perfectus, & in libro Inferni pœna notatur, id quod haud obscurè eiusdem Pragmaticæ Sanctionis verba innuunt, eiusq; dispositio nimis rigorosa, ac Reipublicæ exosa aliàs fuit visa Sacro Consilio, ad peculiarem determinationem recensitam per *Consiliarium D. Ferdinandum Arias de Mesa in Sede indicata*.

Nullitatis oppositio extinguit inspecto statu præsenti iudicatum, & inspecto futuro suspendit instar appellationis, & reclamationis, adeò quod nullitate pendẽte, decretum habetur pro non interposito, ac abstractum remanet, id quod pluribus commonstratur.

Carcer in Nobili dicitur totum Palatium, & domus, ità vt si statuto quem minimè admitti sit determinatum, nisi in carceribus causam dixerit, illi satisfactum erit, si domus, vel Palatium assignetur, & recens affertur Sacri Consilij placitum, in causa *Illustr. Ducis Vetri, cum D. Francisco de Tuso*.

Decretum ab inferiori Iudice interpositum in exequutionẽ decreti lati à Iudice Superiore, pẽdente discussione nullitatum ab eo propositarum, attentatũ erit; & ante omnia reuocandum, ac prorsus nullam præbere efficaciam, ostenditur.

Exemplum adductum ex Aduerso in causa D. Aloysij Freitas de Pinto cum Fælice Basile expenditur, & ad rem de qua agimus, minimè collimare, quinimò plures diuersitates præseferre à currenti facti specie, perpenditur.

Responsum XXXIII.

R*Itus Magnæ Curiæ Vicariæ* 166. secundùm computationem *Prosperi Carauitæ*, quo extat

extat prouisum debitorem citatum super tenore instrumenti, aduersus illud sese opponétem; non esse audiendum nisi in articulis, esse satisfactum si debitori Nobili assignetur domus, Palatium, vel tota Ciuitas loco carceris, ad quam thesim probandam, plures congeruntur Authores, præsertim in *Annotation.* ad ritum prædictum.

Statuto si caueatur, vel Princeps iubeat, in carceribus quem cõijciendum, satis erit factum si Nobili assignetur domus, Palatiũ, vel Ciuitas loco carceris. Est etenim in consideratione habendũ Nobilem à Plebeio esse distinguendum; Præterquamquod: carceratus quisquis dicitur, qui nequit ire quò vult, vndè arrestatus de non recedendo, datis ad hoc fideiussoribus, censetur carceratus, Qui etenim de loco non potest recedere, parum differt à captiuitate, & videtur spoliari libertate sua, quod sanè theorema pluribus comprobatur similibus.

Prosper Carauita in commentarijs ad ritum prædictum 166. num. 27. inquiens carceribus mancipandum esse debitorem impugnatur ex pluribus, præsertim quia perfunctoriè materiam pertractat, nec de Nobili verba facit, quinimò singularis doctrina in contrarium affertur, ac rei iudicatæ Authoritas adducitur, ex quibus labefactatur fides *Carauitæ.*

Responsum XXXIV.

NVllitates propositæ aduersus decretum Sacr. Consil. quo extitit prouisum Constituendũ esse in carceribus Magnę Curię Vicariæ Illustr. Ducem Acheruntiæ, adhoc vt aures sibi præbeantnr in exceptionibus propositis contra instrumentum via ritus præsentatũ pro parte Venerabilis Monasterij Sãcti Martini, seriosè, ordinatèq; recensentur.

Texx. plures, ijq; peculiares *ab Authore* expenduntur, ad insinuandum, carceris locum non vnum, eumdemq; esse debere in Nobilibus, permaximè si Titulari præfulgeant dignitate, ac in Plebeis, eò fortiùs si de debito ciuili agatur.

Vinculorum appellatione, qui carceres veniant? pluribusquè expensis iuribus, de vinculis alloquutis, sustinet *Author*, nedùm eum in vinculis detentum dici, qui carcerali detinetur custodia, verùm etiam eum, cui domus, Palatium, seù tota Ciuitas loco carceris assignatur, itàque *Ritui Magn. Cur. Vicariæ 166.* alijsq; *Pragmaticis Regni Sanctionibus* de vinculis verba facientibus, esse satisfactum, si Nobili loco carceris prædicta loca assignentur, pluribus commonstratur.

Sententia notoriè nulla, non indiget vt talis declaretur parte instante, nam illamet nullam se decla-

declarat, Iudicisq; partes esse debere eam non exequi, etiamsi in iudicatum transiuerit peculiari *Ludouic. Rom.* placito, *Rotaque Romana* scito, insinuatur.

Responsum XXXV.

PRagm. 8. *de instrum. liquid.* circa debitorem in carceribus Magnæ Curiæ constituendum ad hoc vt audiatur aduersus instrumenti præsentationem, siue (vti Pragmatici aiunt) liquidationem, in vno tantùm casu verba fecit, nempè in §. 1. *At in* §. 7. nihil innouauit contra dispositionem *ritus Magn. Cur.* 166. imò illi expressim se retulit, atq; remisit, eaq; rigorosa nimis visa fuit Sac. Cons. ac Reipublicæ exosa.

Pragmaticæ extra casus prouisos, ad alios non extenduntur, nam stricti iuris sunt, idcircòq; odiosæ, & restringendæ, vndè casus in verbis omissi, pro omissis habentur in dispositione.

Carcer, & vincula ponuntur vti diuersa, & diuerso sanè modò sũt accipienda in materia *ritus Magnæ Curiæ* 166. secundùm computationem *Caravita*, & ab *Authore* expenditur ad hoc *tex. in l. Nemo* 3. *C. de Episcop. audien.* vti ad rem singularis.

Responsum XXXVI.

PRagm. 3. *de instrum. liquid.* quid disposuerit, quoquè tempore antiquata extiterit, & quando ad obseruantiam redacta fuerit? quemuè sensum habeat in debitore se defendente aduersus instrumenti liquidationem, vt in carceribus Magn. Cur. Vicariæ detineri debeat? Et quid in Nobili sit dicendum? Quodquè satisfactum sit ritui eiusdem Magnæ Curiæ 166. si Nobili assignatur domus, palatium, vel tota Ciuitas loco carceris, adhoc vt valeat aduersus instrumentũ se defendere quamplura adducuntur, præter alia, pleraquè in præcedentibus Responsis exarata.

Glosa in l. fin. verb. *Agnoscere, C. de erogat. militar. annon. lib.* 12. quæ vti singularis adducitur, & secũdùm quam in omnibus Europæ Tribunalibus passim indicatur, nempè Debitori inopi, & carcerato esse alimenta à debitore præstanda, aliàs Iudex teneatur illum è carceribus liberare, licèt exorbitans à iure videatur, Attamen parat sibi locum in Nobili paupere domi detento per viam comprehensionis, vt illi etiam à creditore alimenta sint subministranda, parùm refragãte, quod in vinculis publicis detentus non sit, cuius rei adducitur Synodalis determinatio Senatus Portugalliæ apud *Melchior.*

chiqr. Phæb. dec. 3. *tom.* 1. *per tot.* vbi rationes expendũtur eò collimantes, quod Nobili etiam vigore statuti pro delicto aliquo carcerãdo, si assignetur domus, palatium, vel tota Ciuitas loco carceris, factum satis erit statuto, quam determinationem *Ritui Magn. Cur. Vicariæ* 166. de instrumẽtorũ liquidatione agẽti, vti perbellè quadrantem, ad casum *Author* adaptat.

Responsum XXX*VII*.

IOanni *Mariæ Nouario* attestanti non esse in praxi receptam interpretationem allatam ab vno ex *Addentibus ad rit. Magn. Cur. Vicariæ* 166. Nempè esse ritui satisfactum, & in vinculis coniectum dici Nobilem, si ei domus, palatium, vel tota Ciuitas assignetur, ac si in vinculis publicis detentus esset, minimè credendum esse, tum quia in Tribunalibus Neapolis, nec Aduocatus, nec Officialis vnquam fuit, tum etiam quia obiter, & per trãsennam materiam olfacit, ac pariter quia lapsus est in indicatione Authoris addentis, dum illum fuisse tradit *Bartholomeum de Capua*, vndè plura deducit theoremata *Author* ad conuincendum non esse *Nouario* in hoc annuendum; Quinimò eundem *Nouarium* in loco allegato contrarium apertè substinuisse in fauorem Nobilis, vt domi detẽtus verè carceratus dicatur, ac si in vinculis publicis formaliter coniectus esset, quodquè Senatus Lusitani placitũ apud *Melchior. Phæb. dec.* 3. in casu *glos. in l. fin.* verb. *Agnoscere*, *C. de erogat. militar. annon. lib.* 12. manifestè insectatus fuerit *Nouarius* ad oculum insinuat *Author*.

Responsum XXXVIII.

INstrumenti præsentatio, seù liquidatio vigore *ritus Magnæ Curiæ Vicariæ* 166. fundatur in mora periurio, & pœna, vndè Nostrates criminalitati inhærere eiusmodi exequutiuum Iudicium tradiderunt, quibus cessantibus, minimè ad liquidationem instrumenti procedi posse, pluribus insinuatur.

Sequestrum omnium bonorum, impedit instrumenti liquidationem, suspenditq; literarum exequutorialium exequutionem, vtpotè qui, impossibilitas in debitore superuenit, & creditori satisfacere nequit, qua de re in mora non dicitur, nec periurij reatum incidit, quinimò nequidem absolutio iuramenti requiritur, ex traditis per *Dom. Reg. Sanfel. dec.* 370.

Impossibilium nulla est obligatio, quiq; effectus ex impossibilitate debitoris oriantur, & quo pacto impossibilitas iusto impedimento æquiparetur.

Impedimentum iustum excusat à

d plu-

pluribus, à Residentia, à pęna contemptus, à negligentia, à cõtumacia, à pęna, & mora, vt hinc pateat negligentem in mora nõ existere, nec aduersus eum currere tempora à iure, vel ab homine statuta, ex multis comprobatur.

D. Reg. Rouit. in prag. 4. de instrum. liquid. Camill. de Medic. cons. 39. Staiban. senior cons. 30. Dom. de Franch. dec. 672. & P. Andreas Molfes. cons. 8. in sedib. indicatis, expenduntur, & enucleantur in thesi proposita liquidationis instrumenti.

Excussionem bonorum debitoris non esse necessariam, vbi notorium est ipsum soluere non posse, & præsentis patrocinij occasione arrepta monet *Author*, Causarum Patronos, nihil ex ijs, quæ ad Clientum iura tutanda facere cognoscunt, tacere, aut negligere debere, quidq; ipse in eiusmodi Aduocationis munere subeundo statuerit, atquè obseruauerit, indicat, aliaquè nonnulla tradit.

Responsum XXXIX.

INstrumenti præsentationem vi ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, non procedere contra filiumfamilias obligatum insimul cum patre, suiq; iuris effectum, opponentem beneficium *l. ff. & C. quod cum eo*, quinamplius: liquidatio perfecta si fuerit, esse prorsùs impediendam, nedùm iuribus, & Authoritatibus, verùm etiam quamplurimis Sacri Regij Consilij determinationibus iudicatum recensetur.

Beneficio à lege introducto, ne filij. familias sui iuris effecti, conueniri queant ex contractibus initis insimùl cum patre, dum sub eius potestate erant, nisi inquantum facere possunt, deducto ne egeant, renunciari non posse, nisi in indiuiduo, & certiorati, renunciauerint ad oculum insinuatur.

Filiusfamilias obligans se in causam patris, siue ob eius iussum, nihilo sibi peruento ex obligatione prædicta, patre mortuo, vel per emancipationem ab eius patria potestate exutus fuerit, ad nihilum tenetur ex contractu prædicto, imò vti patris fideiussor, protinùs censetur liberatus.

Emancipatio non præsumitur, nisi per creditorem probetur, quilibet etenim filiusfamilias præsumitur, qua præsumptione stante nequit creditor contra illum agere, nisi obligatus fuerit secundùm formam traditam à *Pragm. 1. de Senatuscons. Macedon.* aliaq; plura non iniucundè adducuntur, & ponderantur.

Responsum XXXX.

MOnomachiam, siue Duellum, cuius inuentus meritò Dæmoni infesto humani generis hosti

hosti tribuitur, omni iure fuisse detestatum, Diuino quippè, Naturali, Gentium, Canonico, & Ciuili, ac quamplurimis toto Orbe Edictis, Proclamatibus, Concilijs, Constitutionibus, Pragmaticisquè Sanctionibus, disertè eos percurrendo insinuat *Author*, qui pariter onus assūpsit sigillatim omnia memorari, ac rationes, quibus legum Conditores moti fuere ad Duella detestanda, quæq; mala ex illorum vsu acciderint.

Duella in Regn. nedùm per *Constitutionem* incip. *Prosequentes*, *Rubr. de pugn. sublat.* & alteram incip. *Monomachiam rubr. In quib. casib. pugn. loc. hab. Monomachia*, verùm etiam per geminatas Pragmaticas Sanctiones fuisse detestata, ac inhibita, nec Pragmaticas prædictas fuisse abrogatas, aut antiquatas, siue deletas per contrarium vsum, siue per non vsum, quæq; Pragmatica inobseruata fuerit, non inconcinnè explanat *Author*, qui occasione arrepta tradit, quæ requirantur ad hoc vt lex dicatur abrogata, & quando per non vsū antiquata dici queat, quodq; DD. adstruxerint in priuilegijs An dicantur amissa per non vsū, vel requiratur contrarius vsus, ad quod adducitur celebre Sacri Regij Consilij Neapolitani scitum apud *Gizzar. dec. 70.*

Principis munus esse ne Duella permittantur, vndè probetur, & non abs re enunciātur Capitula edita in Regno à Serenissimo Rege Roberto de anno 1332. quæ Pragmatici *Conseruatoria* appellare consueuerunt, quasi quod ex ijs, pax inter subditos conseruetur, atq; coalescat.

Duella ab hostibus in bello iusto oblata, posse iniri, & acceptari si non propter vanum finum fiāt, sed præcipuus ille sit ad conseruationem bonæ famæ, ac nominis apud exercitum hostilem, quasi quod hoc in casu Duellum fiat pro defensione causæ publicæ, pluribus comprobatur, & *Author* obiter de Duello acceptato à Gentili suo *Fratre Leonardo Prato, Equite Hierosolymitano*, inseruiendo Serenissimæ Reipublicæ Venetiarum, qui singulari in certamine de Gigante victoriam reportauit, nō nulla papyro commendare non fuit veritus.

Duellorum plura, qui tradiderint Authores, quæq; ab ipsis tractatæ fuerint quæstiones, longa serie congerit *Author*, qui nouissimè materiam pertractantem per plura capita Antesignanum indicat *D. Io. Bapt. Larr. in suis Allegationibus, tom. 2.* sedibus indicatis, quæq; fuerit rei in controuersiam deductę corā Excellentiss. Regni Prorege in Supremo Collat. Cons. assistente, euētus, indicatur, vt quæ certā habuerūt determinationē, nō sint ampliùs sub trutino deducēda.

Responsum XXVI.

FActi serie præmissa, assumptisquè in facto ex Aduerso plena manu adductis, lato itidem calamo ex factomet occurritur.

Instrumētum tanti est, quòad probationem, vt inducat notorium; dicatur veritas appareas; probatio realis; casus indubitatus; ex eoquè fieri rem liquidam, & manifestam, pluresq; alios effectus ad eorum fauorem, qui Instrumentis innituntur, oriri, nōnulla recensentur.

Actus palàm factus omnem excludit fraudem, nec falsitatis maculæ subijcitur instrumentum, si ex eo alicuius rei possessio capta sit, vel pro eo extiterit iudicatū, aut illud impugnans, eo in Iudicio vsus fuerit, aut virtute illius pecuniam, aut quid aliud fuerit consequutus.

Inuerisimilitudo est falsitatis imago, idcircòque tantum abest, vt ex inuerisimili depositione instrumenta reprobentur, vt potiùs ipsimet inuerisimile deponentes, falsi crimen commisisse dijudicentur, cuius thesis occasione arrepta quamplura de argumento à verisimili adducuntur.

Instrumenta à testibus reprobari quando valeant, cuiquè magis credatur Testibus, vel Notario? non inscitè ponderatur.

Positiones in Iudicijs contra producentem plenè probant, nec eius datur reuocatio, aut ab jis qualisqualis recessio.

Interesse metiens, siue principaliter, siue in consequentiam, in testem minimè admittitur, eiusquè depositio ad nihilum reducitur, eòq; fortiùs si ex re, super qua eius depositio expetitur, laus, aut opprobrium illi euenire possit, vel si in lite qualequale habeat interesse.

Actio spolij non datur contra tertiū possessorem, sicuti nec actio rescindendi, siue annullandi cōtractum, etiamsi læsio enormis, vel enormissima allegetur, quouè modò ignorantia, aut scientia dolum adhibentis, respectu tertij possessoris consideretur.

Socij criminis depositio, nullam præstat fidem, sicuti nec criminosus homo, tàm attento iure communi Romanorum, quàm peculiari iure Regni, siue (vti aiunt) statutario, aliaq; plura haud illepidè ad victoriā Clienti comparandam, afferuntur.

Responsum XXVII.

CVstos Arcis vi hostium superatus, si Arcem tradat, nulla sibi culpa imputanda est; Culpa etenim, & negligentia non præsumitur, nisi probetur, quodquè talis fuerit, vt nulla extiterit excusatio, nam si dubia fuerit de culpa excusatio, cōdemnatio sequi non potest, Præsumptiones etenim duæ si concurrant, vna inclu-

inclusiua, altera exclusiua delicti, quæ excludit, attendenda est, Et culpa vt noceat, probari debet fuisse ordinata ad casum, aliàs in consideratione non est. Tritum est namq; diligentiam præsumi semper à quolibet in suo munere adhibitam, quando de culpa non liquet.

Vassallus in pugna Dominum suũ dimittere non debet, sed cum eo laborare si potuerit, si etenim necessitate coactus dereliquerit, nullius criminis Reus efficitur, Vt etenim crimen alicui imputetur, dolus adesse debet, qui non præsumitur, imò circumstantia doli per Fiscum probanda est.

Exempla plura recoluntur, ex quibus Custodes Arcium, qui victrici hostium potentia superati Arces tradiderunt, nulla in culpa fuerunt habiti, imò laude digni, Cùm nemo teneatur, nisi quatenus facere potest.

Consilia non omnia, cunctis præsentibus tractari, ratio status, aut occasionum velocitas patitur, Sunt etenim consilia rapienda in subitis periculis, non quærenda.

Responsum XXVIII.

ABolitio generalis pro bono pacis (qualis fuit promulgata de anno 1648. ab Altitudine D. Ioannis de Austria) nedùm facit cessare, & extinguit pęnam publicam, verùm etiam pœnam parti applicandam.

Stupratæ contra stuprantem querela competit, si virgo fuerit, & honestè vixerit, quod si post stuprum, venalem formam meretricio more exhibuerit, actio de stupro denegatur.

Actio ex delicto proficiscens, si delictum nõ probetur, nulla competit contra Inquisitum etiam respectu interesse, pro quo ciuiliter experiri contingit, quo circa *Author* ad defensam Amici inquisiti de stupro obiter memorat Delicta carnis omnes tangere, iuxtà effatum *Prospèri Farinacij in prax. crim. tit. De delictis carnis, num.* 1.

Responsum XXIX.

VNiuersitates in Regno, peculiari *Pragmat.* 3. § 5. *sub tit. de Procurat.* nequeunt supplices porrigere libellos, vel petitiones formare, nisi subscriptæ fuerint præcedente consilio earumdem Vniuersitatum, adeò quod actus quicumquè peracti fuerint sollemnitatibus à Pragmatica requisitis non interuenientibus, pro nullis, & infectis reputãtur, etiamsi in dispositione expressim de nullitate dictum non fuerit, Ea etenim est vis legis, siue statuti quid vetantis, vt actus omninò nullus existimetur contra formam ipsius, accedente maximè clausula *Et non aliàs*;

quæ eam præfefert efficaciam, vt fit limitatiua voluntatis, habeat naturam præcifam, inducat conditionem, & formam, & perindè operetur, ac fi nihil actum effet, & actum à contrahentium voluntate diftrahat, atq; remoueat.

Teftes vt probent, quæ fint confideranda, præfertim fi fint de Vniuerfitate, quæ parua effet, tunc etenim dicuntur deponere in caufa propria, vtpotè qui, eorum depofitio, fingulorum cõmodum, & vtilitatem tangit, nã loco cohabitantium, & domefticorum quoquè habentur, quæ potiffima eft ratio, vt nulla illis fit adhibenda fides, præmaximè tefti vnico, & non repetito; quaquè ratione Satellites, & Birruarij in eorum depofitione paruifaciendi fint.

Ad Rei defenfam plura ponderantur tùm in facto, cùm in iure, quæ fparfim toto *Refponf.* perlecto obuiam fiunt.

Refponfum XXX.

A*Vthor*, alijq; Caufarum Patroni Collegæ affumpti, iuffu Excell. D. Proregis Comitis Caftrilli ad Iudicatus Magn. Curiæ Vicariæ munera fubeunda, nõ teneri examini fefe fubijcere, virtute *Regiæ Pragm.* 23. *de Official. & quæ ijs prohibent.* Nam prędictæ Pragmaticæ difpofitio eos non compræhendit, fed tantùm iuuenes inexpertos theoriæ, & praxi parum verfatos, tùm verbis ipfius attentis, cùm mente difponentis, Eoq; fortiùs fi electus ad Officium libros legalis fcientiæ typis ediderit, Nam videtur à iure approbatus, ad quorum comprobationem exẽpla referuntur, aliaq; non iniucunda indicantur.

Refponfum XXXI.

SCripturæ aduerfus inftrumentum præfentatum via *Ritus Magn. Curiæ Vicariæ* 166. non recipiuntur nifi Curia pro Tribunali fedente, attenta difpofitione *Pragm.* 4. *de inftrum. liquid.* quæ locum fibi vindicare fuit determinatum, tàm in Actore, quàm Reo, imò magis in Actore, in cuius poteftate cùm fit ad Iudicium prouocare, inftructus properare debet ad Iudicium, quo loci expenditur *decifio D. de Franch.* 420.

Scripturæ ab Actore, feù creditore productæ ad liquidationem Inftrumenti via ritus, debent effe ęquè validæ, ac in publicam formam redactę, ficuti & inftrumẽtum ipfum, alioquin nullam faciunt fidem.

Monachus non poteft præfentare inftrumentum via ritus, tùm quia non habet velle, neq; nolle, & in iudicio contentiofo effe non poteft, nec agere, aut cõuenire; tùm quia affimilatur feruo, feù

ſeù filiofam. cum quibus agendo, & excipiendo conſiſtere nequit; ac etiam quia Monachus quicquid acquirit, Monaſterio acquirit, nec momento temporis pęnès ipſum reſidet, ac tandem, quia Iudicium liquidationis inſtrumẽti, eſt Iudicium criminale, licet hodie pœna Fiſco applicanda in pecuniariam trãſfuſa fuerit, quæ antiquitùs amputationis manus erat ob reatũ periurij, & pleno exaratur calamo, vndè originem trahat liquidatio inſtrumenti, quæquè concurrere debeant ad actum liquidationis explendum, quaquè de cauſa Religioſi à liquidationibus prædictis de iure repellantur, & in quo lapſus fuerint *Franciſcus Antonius de Iudice Roberto* in ſede indicata, & qualiter ſit practicatum in Supremis Tribunalibus.

Sollemnitates requiſitæ in alienatione rerum Eccleſiæ, neceſſariò interuenire debent in trãſactione; nam, & ipſa alienationis eſt ſpecies, quæquè eæ ſint ſollemnitates, & an valeat Eccleſia ob defectum ſollemnitatum aſſerere velle ſtare cõtractui, nec nullitas ex defectu ſollemnitatum proueniens, poſſit ab alio opponi, niſi ab Eccleſiamet, nõ autem à contrahente cum ipſa? & expenditur pro affirmatiua opinione ſingularis *deciſio Sac. Conſ. apud D. de Franch. deciſ.* 35. & *deciſ.* 163. ad quam comprobandam quamplura adducuntur, & expenduntur, ac in contrarium adducta enucleantur, & ad verum, & germanum ſenſum adaptantur.

Contractus cenſualis ad formam *Bullæ Nicolai V. Summi Sacrorum Antiſtitis* redactæ *in prag.* 1. *de cenſib.* plura requirit ad validitatem actus, præſertim quod corpus ſubmittatur ſpecificum, ac fructiferum, æquiualens ad annualitates perſoluendas, ad quod plura afferuntur, ac authoritate rerum iudicatarum, comprobatur opinio.

Titulati in Regno, citari nequeunt in Iudicio criminali (quale eſt præſẽtatio inſtrumẽti via *ritus*) niſi præuia licentia Excellentiſſimi Regni Proregis.

Contractus metu geſti, nullius ſunt roboris, eò magis ſi metus ſit ex cauſa amiſſionis honoris, & illati dedecoris, pluribus ad id adductis, atquè congeſtis, nec alia per pauca faſceatim *Author* ad theſes propoſitas confirmandũ, ſilentio obliterauit.

Reſponſum XXXII.

DEbitor citatus ſuper tenore inſtrumenti vigore Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 166. ſi compareat, actu præſentationis, non perfecto, & inſtet audiri in carceribus aduerſus inſtrumentum prædictum, quaſcumq; oppoſuerit exceptiones, eſt audiendus,

dus, & impertiendus terminus ad illas probandum, cuius termini tela contexta, si opposita probauerit, absoluitur, sin autem succubuerit condemnabitur erga creditorem ad solutionem debiti, & erga Fiscum ad pœnam, ritu met dictante, qui secundùm veros terminos enucleatur, & germana illius dispositio adducitur.

Liquidationis instrumenti actus tunc dicitur perfectus, quando in libro Inferni pœna describitur, præuio decreto Magnæ Curiæ Vicariæ, non aliter: itaq; decisum affertur determinatio Sacri Consilij, apud *Consiliar. Gizzarell. decis.* 72. & aliàs passim, de quo exempla afferuntur.

Pragm. 8. *de instrum. liquid.* edita de anno 1632. dùm Regni clauum sustinebat nunquam satis laudatus Princeps Excellentiss. Comes Montisregij §. 3. & 7. adhuc debitorem admittit aduersus instrumẽtum præsentatum, eius rigorem dumtaxat insinuãs eo in casu quo liquidationis actus fuerit perfectus, & in libro Inferni pœna notatur, id quod haud obscurè eiusdem Pragmaticæ Sanctionis verba innuunt, eiusq; dispositio nimis rigorosa, ac Reipublicæ exosa aliàs fuit visa Sacro Consilio, ad peculiarem determinationem recensitam per *Consiliarium D. Ferdinandum Arias de Mesa in Sede indicata*.

Nullitatis oppositio extinguit inspecto statu præsenti iudicatum, & inspecto futuro suspendit instar appellationis, & reclamationis, adeò quod nullitate pendẽte, decretum habetur pro non interposito, ac abstractum remanet, id quod pluribus commonstratur.

Carcer in Nobili dicitur totum Palatium, & domus, ità vt si statuto quem minimè admitti sit determinatum, nisi in carceribus causam dixerit, illi satisfactum erit, si domus, vel Palatium assignetur, & recens affertur Sacri Consilij placitum, in causa *Illustr. Ducis Vetri, cum D. Francisco de Tufo*.

Decretum ab inferiori Iudice interpositum in exequutionẽ decreti lati à Iudice Superiore, pẽdente discussione nullitatum ab eo propositarum, attentatũ erit; & ante omnia reuocandum, ac prorsus nullam præbere efficaciam, ostenditur.

Exemplum adductum ex Aduerso in causa D. Aloysij Freitas de Pinto cum Fælice Basile expenditur, & ad rem de qua agimus, minimè collimare, quinimò plures diuersitates præseferre à currenti facti specie, perpenditur.

Responsum XXXIII.

R*Itus Magnæ Curiæ Vicariæ* 166. secundùm computationem *Prosperi Carauitæ*, quo extat

extat prouisum debitorem citatum super tenore instrumenti, aduersus illud sese opponétem; non esse audiendum nisi in articulis, esse satisfactum si debitori Nobili assignetur domus, Palatium, vel tota Ciuitas loco carceris, ad quam thesim probandam, plures congeruntur Authores, præsertim in *Annotation.* ad ritum prædictum.

Statuto si caueatur, vel Princeps iubeat, in carceribus quem cóijciendum, satis erit factum si Nobili assignetur domus, Palatiú, vel Ciuitas loco carceris, Est etenim in consideratione habendú Nobilem à Plebeio esse distinguendum; Præterquamquod: carceratus quisquis dicitur, qui nequit ire quò vult, vndè arrestatus de non recedendo, datis ad hoc fideiussoribus, censetur carceratus, Qui etenim de loco non potest recedere, parum differt à captiuitate, & videtur spoliari libertate sua, quod sanè theorema pluribus comprobatur similibus.

Prosper Carauita in commentarijs ad ritum prædictum 166. num. 27. inquiens carceribus mancipandum esse debitorem impugnatur ex pluribus, præsertim quia perfunctoriè materiam pertractat, nec de Nobili verba facit, quinimò singularis doctrina in contrarium affertur, ac rei iudicatæ Authoritas adducitur, ex quibus labefactatur fides *Carauitæ.*

Responsum XXXIV.

NVllitates propositæ aduersus decretum Sacr. Consil. quo extitit prouisum Constituendú esse in carceribus Magnę Curię Vicariæ Illustr. Ducem Acheruntiæ, adhoc vt aures sibi præbeantnr in exceptionibus propositis contra instrumentum via ritus præsentatú pro parte Venerabilis Monasterij Sáĉti Martini, seriosè, ordinatèq; recenseantur.

Texx. plures, ijq; peculiares *ab Authore* expenduntur, ad insinuandum, carceris locum non vnum, eumdemq; esse debere in Nobilibus, permaximè si Titulari præfulgeant dignitate, ac in Plebeis, eò fortiùs si de debito ciuili agatur.

Vinculorum appellatione, qui carceres veniant? pluribusquè expensis iuribus, de vinculis alloquutis, sustinet *Author*, nedùm eum in vinculis detentum dici, qui carcerali detinetur custodia, verùm etiam eum, cui domus, Palatium, seù tota Ciuitas loco carceris assignatur, itàque *Ritui Magn. Cur. Vicariæ 166.* alijsq; *Pragmaticis Regni Sanctionibus* de vinculis verba facientibus, esse satisfactum, si Nobili loco carceris prædicta loca assignentur, pluribus commonstratur.

Sententia notoriè nulla, non indiget vt talis declaretur parte instante, nam illamet nullam se decla-

declarat, Iudicisq; partes esse debere eam non exequi, etiamsi in iudicatum transiuerit peculiari *Ludouic. Rom.* placito, *Rotaquè Romanæ* scito, insinuatur.

Responsum XXXV.

PRagm. 8. *de instrum. liquid.* circa debitorem in carceribus Magnæ Curiæ constituendum ad hoc vt audiatur aduersus instrumenti præsentationem, siue (vti Pragmatici aiunt) liquidationem, in vno tantùm casu verba fecit, nempè in §. 1. *At in* §. 7. nihil innouauit contra dispositionem *ritus Magn. Cur. 166.* imò illi expressim se retulit, atq; remisit, eaq; rigorosa nimis visa fuit Sac. Cons. ac Reipublicæ exosa.

Pragmaticæ extra casus prouisos, ad alios non extenduntur, nam stricti iuris sunt, idcircòq; odiosæ, & restringendæ, vndè casus in verbis omissi, pro omissis habentur in dispositione.

Carcer, & vincula ponuntur vti diuersa, & diuerso sanè modò sũt accipienda in materia *ritus Magnæ Curiæ 166.* secundùm computationem *Carauitæ*, & ab *Authore* expenditur ad hoc *tex. in l. Nemo 3. C. de Episcop. audien.* vti ad rem singularis.

Responsum XXXVI.

PRagm. 3. *de instrum. liquid.* quid disposuerit, quoquè tempore antiquata extiterit, & quando ad obseruantiam redacta fuerit? quemuè sensum habeat in debitore se defendente aduersus instrumenti liquidationem, vt in carceribus Magn. Cur. Vicariæ detineri debeat? Et quid in Nobili sit dicendum? Quodquè satisfactum sit ritui eiusdem Magnæ Curiæ 166. si Nobili assignatur domus, palatium, vel tota Ciuitas loco carceris, adhoc vt valeat aduersus instrumentũ se defendere quamplura adducuntur, præter alia, pleraquè in præcedentibus Responsis exarata.

Glosa in l. fin. verb. *Agnoscere, C. de erogat. militar. annon. lib. 12.* quæ vti singularis adducitur, & secũdùm quam in omnibus Europæ Tribunalibus passim indicatur, nempè Debitori inopi, & carcerato esse alimenta à debitore præstanda, aliàs Iudex teneatur illum è carceribus liberare, licèt exorbitans à iure videatur, Attamen parat sibi locum in Nobili paupere domi detento per viam comprehensionis, vt illi etiam à creditore alimenta sint subministranda, parùm refragãte, quod in vinculis publicis detentus non sit, cuius rei adducitur Synodalis determinatio Senatus Portugalliæ apud *Mel-*

chior.

chior. Phæb. dec. 3. *tom.* 1. *per tot.* vbi rationes expendũtur eò collimantes, quod Nobili etiam vigore statuti pro delicto aliquo carcerãdo, si assignetur domus, palatium, vel tota Ciuitas loco carceris, factum satis erit statuto, quam determinationem *Ritui Magn. Cur. Vicariæ* 166. de instrumẽtorũ liquidatione agẽti, vti perbellè quadrantem, ad casum *Author* adaptat.

Responsum XXXVII.

IOanni *Mariæ Nouario* attestanti non esse in praxi receptam interpretationem allatam ab vno ex *Addentibus ad rit. Magn. Cur. Vicariæ* 166. Nempè esse ritui satisfactum, & in vinculis coniectum dici Nobilem, si ei domus, palatium, vel tota Ciuitas assignetur, ac si in vinculis publicis detentus esset, minimè credendum esse, tum quia in Tribunalibus Neapolis, nec Aduocatus, nec Officialis vnquam fuit, tum etiam quia obiter, & per trãsennam materiam olfacit, ac pariter quia lapsus est in indicatione Authoris addentis, dum illum fuisse tradit *Bartholomeum de Capua*, vndè plura deducit theoremata *Author* ad conuincendum non esse *Nouario* in hoc annuendum; Quinimò eundem *Nouarium* in loco allegato contrarium apertè substinuisse in fauorem Nobilis, vt domi detẽtus verè carceratus dicatur, ac si in vinculis publicis formaliter coniectus esset, quodquè Senatus Lusitani placitũ apud *Melchior. Phæb. dec.* 3. in casu *glos. in l. fin.* verb. *Agnoscere, C. de erogat. militar. annon. lib.* 12. manifestè insectatus fuerit *Nouarius* ad oculum insinuat *Author.*

Responsum XXXVIII.

INstrumenti præsentatio, seù liquidatio vigore *ritus Magnæ Curiæ Vicariæ* 166. fundatur in mora periurio, & pœna, vndè Nostrates criminalitati inhærere eiusmodi exequutiuum Iudicium tradiderunt, quibus cessantibus, minimè ad liquidationem instrumenti procedi posse, pluribus insinuatur.

Sequestrum omnium bonorum, impedit instrumenti liquidationem, suspenditq; literarum exequutorialium exequutionem, vtpotè qui, impossibilitas in debitore superuenit, & creditori satisfacere nequit, qua de re in mora non dicitur, nec periurij reatum incidit, quinimò nequidem absolutio iuramenti requiritur, ex traditis per *Dom. Reg. Sanfel. dec.* 370.

Impossibilium nulla est obligatio, quiq; effectus ex impossibilitate debitoris oriantur, & quo pacto impossibilitas iusto impedimento æquiparetur.

Impedimentum iustum excusat à

pluribus, à Residentia, à pęna contemptus, à negligentia, à cōtumacia, à pęna, & mora, vt hinc pateat negligentem in mora nō existere, nec aduersus eum currere tempora à iure, vel ab homine statuta, ex multis comprobatur.

D. Reg. Rouit. in prag. 4. de instrum. liquid. Camill. de Medic. cons. 39. Staiban. senior cons. 30. Dom. de Franch. dec. 672. & P. Andreas Molfes. cons. 8. in sedib. indicatis, expenduntur, & enucleantur in thesi proposita liquidationis instrumenti.

Excussionem bonorum debitoris non esse necessariam, vbi notorium est ipsum soluere non posse, & præsentis patrocinij occasione arrepta monet *Author*, Causarum Patronos, nihil ex ijs, quæ ad Clientum iura tutanda facere cognoscunt, tacere, aut negligere debere, quidq; ipse in eiusmodi Aduocationis munere subeundo statuerit, atquè obseruauerit, indicat, aliaquè nonnulla tradit.

Responsum XXXIX.

INstrumenti præsentationem, vi ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, non procedere contra filiumfamilias obligatum insimul cum patre, suiq; iuris effectum, opponentem beneficium *ll. ff. & C. quod cum eo,* quinampliùs: liquidatio perfecta si fuerit, esse prorsùs impediendam, nedùm iuribus, & Authoritatibus, verùm etiam quamplurimis Sacri Regij Consilij determinationibus iudicatum recensetur.

Beneficio à lege introducto, ne filij familias sui iuris effecti, conueniri queant ex contractibus initis insimùl cum patre, dum sub eius potestate erant, nisi inquantum facere possunt, deducto ne egeant, renunciari non posse, nisi in indiuiduo, & certiorati, renunciauerint ad oculum insinuatur.

Filiusfamilias obligans se in causam patris, siue ob eius iussum, nihilo sibi peruento ex obligatione prædicta, patre mortuo, vel per emancipationem ab eius patria potestate exutus fuerit, ad nihilum tenetur ex contractu prædicto, imò vti patris fideiussor, protinùs censetur liberatus.

Emancipatio non præsumitur, nisi per creditorem probetur, quilibet etenim filiusfamilias præsumitur, qua præsumptione stante nequit creditor contra illum agere, nisi obligatus fuerit secundùm formam traditam à *Pragm. 1. de Senatuscons. Macedon.* aliaq; plura non iniucundè adducuntur, & ponderantur.

Responsum XXXX.

MOnomachiam, siue Duellum, cuius inuentus meritò Dæmoni infesto humani generis hosti

hosti tribuitur, omni iure fuisse detestatum, Diuino quippè, Naturali, Gentium, Canonico, & Ciuili, ac quamplurimis toto Orbe Edictis, Proclamatibus, Concilijs, Constitutionibus, Pragmaticisquè Sanctionibus, disertè eos percurrendo insinuat *Author*, qui pariter onus assūpsit sigillatim omnia memorari, ac rationes, quibus legum Conditores moti fuere ad Duella detestanda, quæq; mala ex illorum vsu acciderint.

Duella in Regn. nedùm per *Constitutionem* incip. *Prosequentes*, *Rubr. de pugn. sublat.* & alteram incip. *Monomachiam rubr. In quib. casib. pugn. loc. hab. Monomachia*, verùm etiam per geminatas Pragmaticas Sanctiones fuisse detestata, ac inhibita, nec Pragmaticas prædictas fuisse abrogatas, aut antiquatas, siue deletas per contrarium vsum, siue per non vsum, quæq; Pragmatica inobseruata fuerit, non inconcinnè explanat *Author*, qui occasione arrepta tradit, quæ requirantur ad hoc vt lex dicatur abrogata, & quando per non vsū antiquata dici queat, quodq; DD. adstruxerint in priuilegijs An dicantur amissa per non vsū, vel requiratur contrarius vsus, ad quod adducitur celebre Sacri Regij Consilij Neapolitani scitum apud *Gizzar. dec. 70.*

Principis munus esse ne Duella permittantur, vndè probetur, & non abs re enunciātur Capitula edita in Regno à Serenissimo Rege Roberto de anno 1332. quæ Pragmatici *Conseruatoria* appellare consueuerunt, quasi quod ex ijs, pax inter subditos conseruetur, atq; coalescat.

Duella ab hostibus in bello iusto oblata, posse iniri, & acceptari si non propter vanum finum fiāt, sed præcipuus ille sit ad conseruationem bonæ famæ, ac nominis apud exercitum hostilem, quasi quod hoc in casu Duellum fiat pro defensione causæ publicæ, pluribus comprobatur, & *Author* obiter de Duello acceptato à Gentili suo *Fratre Leonardo Prato, Equite Hierosolymitano*, inseruiendo Serenissimæ Reipublicæ Venetiarum, qui singulari in certamine de Gigante victoriam reportauit, nō nulla papyro commendare non fuit veritus.

Duellorum plura, qui tradiderint Authores, quæq; ab ipsis tractatæ fuerint quæstiones, longa serie congerit *Author*, qui nouissimè materiam pertractantem per plura capita Antesignanum indicat *D. Io. Bapt. Larr. in suis Allegationibus, tom. 2.* sedibus indicatis, quæq; fuerit rei in controuersiam deductę corā Excellentiss. Regni Prorege in Supremo Collat. Cons. assistente, euētus, indicatur, vt quæ certā habuerūt determinationē, nō sint ampliùs sub trutino deducēda.

Responsum XXXXI.

AVthor dum Fisci Patroni Magnæ Curiæ Vicariæ munus subijt, & fuit dubitatum, Num existéte alio Iudice Commissario durante munere prædicto, qui in decreto interloquutorio apposuit verbum, *Audito Fisco*, nulla præuia instantia, nec voce, nec scripto, per hoc potuerit recusari, ne in causa ampliùs procederet, quò loci negatiuam tutatur sententiam, exprobatq; Iudicium nonnullorum, qui cõtrarium Regenti Magnæ Curiæ consuluerunt, ac occasione arrepta tradit, Regentis Magnæ Curiæ munus in eo consistere, vt causas inter Iudices distribuat, quæ sanè distributio nullam præbet commissionem, seù iurisdictionis concessionem, sed tantùm causarum partitionem, vndè commissa per ipsum Regentem semel causa, neutiquam illam auferre valet, vt alteri cõmittat, idq; nedùm de iure communi, & antiqua Pragmaticarũ dispositione statutum esse, verũ etiam continuato, testatoq; stylo, ac nouissimis Sacræ Catholicæ Maiestatis ordinationibus conuallatum ostendit.

Aduocatus Partis, qua ratione, Iudex in eadẽ causa esse nequeat, Et vtrum Fisci Aduocatus, suspectus allegari queat? quiduè dispositum fuerit de iure communi, remissiuè, quidq; Regijs iniunctum diplomatibus, accuratè indicatur, quidquè *Authori* acciderit pro tuenda veritate circa obseruantiam *Pragm.* 2. *de Duello*, insinuatur.

Responsum XXXXII.

MAgni Admirati Officium vndè originem habuit, & apud quas Gentes, in quibusquè consistat, quantiq; apud plerasquè nationes habitum fuerit, plura non inconcinnè adducuntur.

Tex. in l. nullum, C. de testib. quomodo, qualiterquè, quibusquè in casibus locum sibi faciat, & an cumulatiuè, vel priuatiuè, quæq; vrgeant rationes, iuraquè suadeant, quod Officialis de delicto ad sui offensam commisso, valeat vindictam Ipsemet sumere non obstante quolibet priuilegio, & clausula priuatiua, siue abdicatiua, cuius rei arrepta occasione enucleatur *tex.* prædictus, adeò quod alibi pleniùs discussus non reperiatur.

Magistratibus reuerentia quare debeatur, quæq; sit illis à Principibus tributa potestas, luculenter insinuatur.

Magnæ Curiæ Vicariæ Tribunal cognitionem habet in Officiales Curiæ Magn. Admirati resistẽtes ipsius Magnæ Cur. Ministris quoquomodo, & ponderatur nedum *textus in d. l. nullum, C. de testib.* verùm etiam alij quamplures, pariterq; enucleatur de-

ter-

terminatio Sac. Consil. in contrarium adducta apud *Dom. de Franch. dec.* 722. aliæquè post ipsum adductæ, & ponderantur nouæ determinationes eiusdem Prætorij, aliorumq; Tribunaliũ exteriorum, secundùm quæ in in præsenti articulo *Author* obtinuit vices Fisci Patroni Magn. Cur. sustinens, casumq; decisum singillatim enarrat.

Responsum XXXXIII.

EXceptiones licèt tres tantùm numerentur, quę opponi possunt pro parte citandi, vel citati in terminis *ritus Magn. Cur. Vicariæ* 269. nempè Infirmitatis, Absentiæ, & Captiuitatis, attamen alias duas recenset *Carauit.* ibi, Carcerationis, & Nullitatis, Exceptio tamen declinatorię fori per Procuratorem admitti, & allegari in terminis eiusdem ritus, non fuit practicata, quicquid de iure communi Romanorum aliter reperiatur dispositum.

Contumacia est delictum, & pro contumace nemo loquitur in criminalibus, & in ciuilibus denegandam esse audientiam, nisi contumaciam purgauerit.

Clericus citatus vti laicus, si pro delicto immineat foriudicationis sententia, posse agnatos, siue excusatores quoslibet admitti ad impediendã foriudicationis sententiarum, cum præsentatione publicorum documentorum, quæ recipiuntur extra processum, de æquitate tamen Sacri Consilij, de qua extat *dec.* 329. apud *Dom. de Franchis*, quæ enucleatur, ac etiam expenduntur *decisiones D. Regen. Sanfel.* 277. *&* 337.

Ritus Magn. Cur. 65. *&* 235. declarantur, eorumquè genuinus, & germanus sensus adducitur, ac secundùm declarationem affertur decisio Rotæ Magnæ Curię, ac pleraquè alia adnotantur ad rem peculiaria.

Responsum XXXXIV.

ADuersus Delegationes, Iunctasq; non Iuridicas, & Delegatos excedentes fines mandati ad Excellentiss. Proregem pro exequutione ordinum Sacr. Cathol. Maiestatis suppliciter instatur.

Exceptis tamen casibus, in quibus Iunctas formare videbitur, vrgente causa, & qualitate personarum inspecta, pro vberiori cultu iustititiæ.

Responsum XXXXV.

CArnificem morti damnãdum esse probatur ex eo, quia cõtra pręscriptam formam sententiæ non vnico ictu, sed pluribus confodiendo vulneribus damnatum ex dolo & proposito trucidauit, & extorquendo à reis pecuniã pro recto munere exercendo

tendo concutit, & baractat; & nè spoliet vestibus; & multa circa Carnificis munera referuntur.

Responsum XXXXVI.

COmprobatur prioris Allegationis instantia pro morte contra Carnificem, dolosè trucidantem damnatum, & multa adducuntur, quo pacto, ex dolo, negligentia, vel culpa teneatur quis ad pœnam, & signanter Ministri. Et quomodo probetur dolus, & mandatum in delictis. De barattaria quoq; nonnulla tractantur. Et quando deficiente lege Iuris communis, possit ad iura externa, vel mores aliorum locorum recurrere, & secũdum ea iudicare.

Responsum XXXXVII.

AD tuendam ordinariam Iurisdictionem Magnæ Curiæ Vicariæ, aduersus Regium Præfectum Annonæ huius fidelliss. Ciuitatis Neapolis petentem cognoscere de delictis communibus subditorum extra officium Annonæ, & de Porterijs, seù Apparitoribus, alijsquè Officialibus dictæ Ciuitatis.

Necnon prætendentem posse inhibere Magnæ Curiæ in causis remissionis, & illam non petere formiter.

Responsum XXXXVIII.

DAtur intellectus ad Pragmaticam mandantem teneri ad pęnam delinquentes statim cõmissa contumacia, vt procedat etiamsi contumacia nulla sit declarata; ad quod probandum quamplura ingeniosè congerit *Author*, quodq; sententia contumacialis afficit etiam hæredes quoad solutionem pœnæ pecuniariæ eruditè pertractatur.

Responsum XXXXIX.

DEtestatur homicidium, omniq; iure prohibitum insinuatur, Nec ira commissum dicitur, si ad extraneos actus fuerit deuentum, vel sequenti die patratum, eò fortiùs ex insidijs, & præmeditatè patratum fuerit.

Cursorem Regis offendens, siue eius seruitio impedimentũ præbens, qua pęna sit coercendus, quæq; veniant perpenda in paritione illum offendentis pluribus concinnè insinuatur.

Responsum XXXXX.

COmprobatur ex pluribus Barones non posse cognoscere de delictis Officialium, etiamsi in priuilegijs clausulam habeant cognoscendi de ijs delictis in quibus sola Magna Curia cognoscit, nisi in specie dicatur de delictis Officialium, quibusuè de

de causis, & rationibus sint priuandi iurisdictione in eorũ vassallos, præsertim si agatur de delicto practicę, & commercij cum Bannitis, & delinquentibus, Cuius rei occasione arrepta, insinuatur latiori calamo qualiter, quibusquè in casibus Barones amictant eorum priuilegia, & valeat Princeps illa derogare per legem edictalem, pluresquè Sacri Consilij determinationes adducuntur, enucleanturquè.

Responsum XXXXXI.

PLeno exaratur calamo, Num Virgini sub patris potestate existēti cōpetat priuilegium insertum in *l. vnica*, C. *quan. int. pupill. & vid. & alias miserab. person.* & an sub nomine viduæ comprehendatur? quò loci *Author* pro Virgine aciem sustinet, eamquè veriorem insinuat opinionem: Vindicta in Regno an competat iure sanguinis, vel iure successionis? Et quando Patre negligente vindicare necem filij, actio transeat in fratres? quæq; cōsideretur negligentia? ex pluribus exornatur.

Argumentorum Finis.

RERVM, ET VOCABVLORVM OMNIVM,

Quæ in hoc Opere continentur

SYNOPSIS.

Prior Numerus, Marginalem, Secundus Columnam, Tertius Paginam indicat.

A

Abolitio generalis pro bono pacis emanata, facit cessare nedùm pœnam publicam, verùm etiam pœnam parti applicandam, n. 11. *col.* 2. *fol.* 298.

Abolitio generalis claudit ianuam de delicto amplius inquirendi. 32. 27. 2. 205.

Abrogatio legum non fit, nisi noua fiat lex. 38. 1. 422.

Accusans non dicitur integri status, quia notatur infamia facti. 47. 2. 37.

Accusatio criminalis facit supersedere in causa ciui i. 6. 2. 130.

Acta facta in iudicio summario, non faciunt praiudicium in plenario. 33. 2. 134.

Actio ciuilis est capax termini. 52. 1. 38.

Actio ciuilis de dolo, & criminalis ex stellienatu, dantur solùm quando pratendentibus damnum, alia via succurri nequit. 90. 1. 152.

Actio criminalis non competit, quando est intentata actio ciuilis. 13. 2. 203.

Actio ex delicto proficiscens, si delictum non probatur, nequidem ciuiliter competit. 7. 1. 298.

Actione carens, repellitur à iudicio. 60. 2. 286.

Actor debet esse certus, antequam prouocet ad iudicium. 8. 2. 324.

Actor sine actione experiens, etiam nulla facta oppositione, debet per Iudicem repelli. 61. 2. 286.

Actor, & Reus non debent ad imparia iudicari. 80. 2. 150.

Actore non probante, Reus *absoluitur.* 92. 1. 152. & 11. 1. 77.

Actuarius mandans percuti ab eius famulo quemdam Doctorem, ante Palatium Magn. Cur. dicens, Olà ammazzate questo, *qua pœna fuerit punitus.* 50. 1. 179.

Actum nullum faciens ex defectu iurisdi-

ctionis, potest ipsemet reuocare. 36. 2. 188.
Actus à lege pro nullo habitus, robur, ac vim non habet, etiamsi de illius nullitate non exprimatur. 9. 1. 302.
Actus factus à Religioso absq; Superioris licentia, est nullus. 18. 1. 326.
Actus factus contra legem, est ipso iure nullus. 8. 1. 302.
Actus non debet operari vltra intentionem agentis. 23. 2. 186.
Actus nullus nequidem nominari debet. 41. 2. 353.
Actus nullus, non dicitur actus. 39. 2. 353.
Actus nullus, nullum producit effectum. 34. 1. 145.
Actus palàm factus, omnem fraudem excludit. 9. 2. 278.
Actus regulantur ab animo. 61. 2. 470.
Actus reuocatus nō meretur nomen actus, & habetur ac si nunquam factus fuisset. 33. 1. 188.
Actus semper ad suam causam restringitur. 73. 1. 41.
Actus si prohibetur sub clausula prohibitiua perpetuam causam habente, substantialem formam inducit. 106. 2. 336.
Administratores Tabulæ nummulariæ, non aliter debitores euadunt, nisi dispunctis rationibus ex libris eiusdem Tabulæ, singulisq; partitis introitus, & exitus discussis. 37. 1. 195.
Aduersarius dulcedine fati allectus facilè effingit casum, quod Nobilis debeat carcerari in carceribus Magn. Cur. Vicariæ ad hoc vt possit audiri aduersus instrumenti liquidationem. 10. 1. 383.
Aduersarius prag. 3. de instrum. liquid. *dispositioni innixus, suadet Nobilem aduersus instrumenti liquidationem audiri non posse, nisi in carceribus Magnæ* Cur. *Vicariæ se carceratum constituat.* 1. 2. 381.
Aduocati eorum authoritatem illæsam cōseruare tenentur. 4. 1. 310.
Aduocati ex defensione, & peroratione causarum videntur quotidiè examini se subiecisse. 3. 2. 313.
Aduocati Fisci dignitas, à quo prius instituta. 1. 2. 453.
Aduocati magna cunctatione procedere debent in causis criminalibus. 9. 1. 185.
Aduocati quandoq; negant piper esse nigrum, & quandoq; affirmant esse album. 40. 2. 392.
Aduocati, quæ Clientum defensionem tangere cognoscunt, tacere, & negligere non debent. 4. 1. 397.
Aduocatus Fisci an possit allegari suspectus 13. 1. 429.
Aduocatus Fisci tenetur iura fiscalia tueri. 1. 1. 510.
Aduocatus qui fuit in causa, non potest in ea esse Iudex. 14. 1. 429.
Æquitas, non rigor, à Magistratibus sectanda est. 162. 2. 344.
Æquitas semper præ oculis est habenda. 73. 2. 269.
Æquitas maxima habenda est ratio. 19. 1. 447.
Affectibus vincitur ratio, & veritas. 4. 2. 473.
Afflicto non est danda afflictio. 67. 1. 40.
Afflict. dec. 56. *est improbatus.* 28. 1. 252.
Affl. dec. 48. *pro singulari adducitur, quod si Notarius in instrumento captionis possessionis faciat mentionem de alio instrumento emptionis confecto per manus eiusdem Notarij, non probat illud instrumentum enunciatum in eo.* 35. 2. 408.
Afflictus dec. 64. *vti peculiaris in materia liquidationis instrumenti, expenditur.* 76. 2. 332.
Affl. in Constit. Regn. Officiales Reipublicæ *redarguitur* à Reg. de Pont. *eò quod non benè percepit intellectū* Cap. Regis Carol. II. Ad hoc volentes. 18. 1. 19.
Agens id quod sibi licere putat, à pœna excusatur, etiamsi probatum non sit licitè id

id actum fuisse. 38. 1. 37.

Agentes, & consentientes, quando pari pœna puniuntur. 22. 2. 7.

Agere sine actione, nulli permittitur. 65. 1. 331.

Agnati, & cognati quare admittuntur ad defendendum foriudicandum. 17. 1. 447.

Agnatus admittitur ad præsentandum Bullas Clericatus ad finem impediendi foriudicationem. 14. 1. 447.

Aggratiatus non potest amplius molestari de eo delicto, de quo fuit aggratiatus. 17. 2. 160.

Aggressus cum armis ex hoc solùm dicitur in discrimine vitę constitutus. 27. 2. 263.

D. Alexander Sperellus Episcopus Eugubinus *laudatur.* 17. 1. 122.

D. Alexãder Sperellus Episcopus Eugubinus *laudatur.* 130. 2. 339.

Alia ordinaria Iurisdictio, alia delegata. 37. 2. 457.

Alienatione prohibita, censetur quoq; prohibita transactio. 90. 1. 334.

D. Aloysius Gamboa Regius *Consiliar. laudatur.* 1. 1. 100.

Allegans propriam turpitudinem non est audiendus. 41. 2. 283.

Allegationes Belisarij Clementis, *typis traditæ* à Galter. de liquidat. instru. loc. cit. *impugnantur.* 31. 1. 327.

Allocutio cum Carnifice non fit à benè natis, & honestis. 111. 2. 483.

Alteri si concessa fuerit iurisdictio, non intelligitur priuatiuè ad ordinarium Magistratum. 23. 1. 456.

Amans potiùs dicitur amens. 78. 2. 41.

Amantes sunt plerumq; imprudentes. 77. 2. 41.

Amasij quid tradentes meretrici, censentur tradere ob vsum venereum, non autem matrimonij contrahendi causa. 45. 2. 37.

Amici reconciliati præsumpti dicuntur inimici, etiamsi de recenti pax fuisset inita. 21. 1. 122.

Amicus Cæsar, amicus Plato, magis amica Veritas. 1. 1. 488.

Amicus reconciliatus, inimico æquipollet. 18. 1. 122.

Amicus reconciliatus vti inimicus potest repelli, & vti suspectus. 20. 1. 122.

Amicus reconciliatus, si sibi non cauerit, sua culpa est, nec proditorium dicitur homicidium ad hoc vt priuetur Ecclesię immunitate. 25. 1. 123.

Amicitia est potissima causa proditionis. 15. 2. 121.

Amor effectus, quos in amante pariat? 79. 2. 241.

Amor prophanus quia operetur. 1. 2. 119.

Amouere aliquem à loco, est grauem iniuriam inferre. 48. 2. 21.

Ampliatio affertur, quando pœna per se aliàs esset pecuniaria, & de sui natura delicta nõ essent capitalia. 34. 2. 467.

An possit quis mulctari, & quando. 78. 1. 462.

Andreas de Isernia, *Euangelista nomen fuit promeritus.* 56. 2. 254.

Andreas de Isernia *interfectus fuit à quodam Gallo ob defensionem iurium fiscalium.* 54. 2. 254.

Andreas de Isernia *non meruit obiurgari à* Præsiden. Canauerr. in sede indicata. 53. 2. 254.

Andreas de Isernia, *non expetitur, quid dixerit, sed an dixerit.* 57. 2. 254.

Andreas de Isern. *sępè sępiùs allegat* textum in l. Non puto, ff. de iure Fisci. 52. 2. 254.

Andreas Marchesius *Sac. Conf. Præses in suis Aduersarijs pro singulari adducitur.* 18. 2. 371.

D. Andreas Marchesius *Sac. Conf. Præses in suis Aduersarijs approbauit opinionem, quod Nobili assignatur palatium, vel* Ciuitas *loco carceris quando præsentatur contra ipsum instrumentũ ad formam* ritus Magnæ Curiæ Vicariæ. 33. 1. 367.

P. Andreas Molfesius conf. 8. n. 50. *tradis* D. de Franch. in dec. 672. *inclinasse quod agatur ordinariè.* 27. 2. 399.

P. Andreas Molfesius cons.4. n. 1. & cons.42.n.1. *probat instrumentum contra filiumfamilias liquidari non posse, nec in carceribus detrudi.* 17. 2. 406.
Angel.in Authen. Quib.mod. natural. effician.sui §. siquis igitur el 2. n. 1. *expenditur.* 26. 2. 251.
Angel. in l. testamenta omnia n. 4. C. de testa. *enucleatur.* 22. 1. 437.
Angelus Spinellus aliàs L'Arraggiato *insignis Latro.* 30. 1. 162.
Animus, ex qualitate verborum metitur. 103. 2. 482.
Animus ex sequenti actu dignoscitur. 78. 1. 242.
Animus ex signis declaratur, vt pœna irrogetur. 47. 2. 468.
Antecedenti destructo, corruit consequens. 35. 1. 188.
Antiquum factum in testibus dicitur, nedùm vltra decennium, verùm etiam in minori tempore trium, vel duorum annorum. 14. 2. 77.
Anton. Aluarez in loc. cit. *adducitur ad excusationem Ducum Arcium Hispano idiomate.* 27. 1. 293.
P. Antoninus Diana *laudatur.* 37. 2. 125.
P. Antoninus Diana *improbat* Marium Italia *in materia proditorij.* 38. 2. 125.
D. Antonius Capiblancus *Reg. Consiliarius laudatur.* 2. 2. 66. & 8. 1. 435.
Anton. Gamm. dec. Lusitan. 112. *pro singulari affertur, quod Nobilitas filij porrigitur ad patrem ignobilem.* 27. 1. 218.
Anton.Gamm. dec. Lusitan. 112. *expenditur pro parentibus potiendis nobilitate filiorum.* 24. 2. 224.
Apparitores conueniendi sunt coram Iudice, cuius ministerio sunt addicti, intellige. 16. & 18. 2. 489.
Apparitores Curiæ extra officium cognoscuntur ab ordinario Iudice. 13. 1. 489.
Apparitores dicuntur, qui prestò apparent ad Cur. vel quod alios faciunt apparere. 17. 2. 489.
Appellans interim esse debet status integri. 23. 1. 205.
Appellans, pendente appellatione debet esse status integri. 43. 2. 353.
Appellare licet à quolibet grauamine. 3. 1. 90.
Appellatio à sententia, quos effectus producit. 45. 1. 354.
Appellatio dicitur æmula primæ sententiæ. 4. 2. 66.
Appellatio dicitur oppressorum leuamen. 2. 1. 90.
Appellatio dicitur theriaca contra venenũ Iudicis, & æmula sententiæ à primo Iudice prolata. 1. 1. 90.
Appellatio est theriaca ad expellendum venenum primi Iudicis. 3. 2. 66.
Appellatio, & reclamatio à pari procedunt circa effectus suspensiuos, & deuolutiuos. 24. 1. 205.
Appellatio, & reclamatio deducunt causam ad terminos litis contestatæ. 25. 1. 205.
Appellatio tam in maioribus, quàm in minoribus causis permittitur. 4. 1. 90.
Appellatione interposita, non videtur iudicatum. 46. 1. 354.
Apprehensio armorum requiritur ad hoc vt constet delictum in genere de asportatione armorum. 53. 1. 97.
Apud Romanos funestabatur oratio interuentu Ca-*nificis.* 5. 1. 465.
Arbitrium à Iudicibus maxima cum deliberatione, & æquitate præstandum est. 24. 2. 379.
Arbitrium Iudicis an extendi queat vsq; ad mortem. 30. 2. 177.
Arbitrium Iudici datum intelligitur pro relaxando in aliquo rigorem. 56. 2. 267.
Arbitrium Iudicis in pœnæ minoratione nõ debet esse absolutum, sed regulatum à iure. 55. 2. 267.
Arbitrium Iudicis in pœnis infligendis, quando vsq; ad mortem possit extendi. 38. 1. 468.

Arca

Arca nummularia qualiter sit numeranda. 4. 1. 192.
Artis præsidium, victrici potentiæ, non proprio Ducis Marte, reddere licet. 33. 1. 294.
Argumentum à consuetis, & solitis potens est. 30. 2. 109.
Argumentum à destructione antecedentis validum est in iure. 13. 1. 91.
Argumentum à verisimili, valet, vti probabile, vtile, ac multum frequens. 25. 1. 109.
Argumentum à verisimili validum est in iure. 11. 1. 279.
Argumentatio sæpè distat ab re ipsa, atq; à veritate. 11. 1. 101.
Arma debent inueniri penès inquisitũ, quorum recognitio facienda est per testes ad hoc vt constet de delicto in genere. 54. 1. 97.
Arrestatus de non recedendo, datis ad hoc fideiussoribus, dicitur carceratus. 6. 1. 363.
Arrestatus per Ciuitatem *dicitur aliquo modo districtus, ex quo ad libitum haberi potest*. 14. 1. 364.
Articulo à Maioribus nostris discusso, est acquiescendum. 29. 1. 225.
Articulus benè probat contra articulantẽ. 40. 2. 283.
Articulus præiudicialis si non discutitur prius, sequeretur quod innocens veniret condemnandus. 27. 1. 133.
Assensus in actu si requiritur, licet dicatur (quatenus opus sit) nõ per hoc reputatur non necessarius. 132. 2. 339.
Assensus si non requiritur in actu aliquo, & tamen partes contrahunt saluo assensu; si deindè non impetratur actus corruit. 137. 1. 340.
Asserentes se periti in exercitio, errantes puniuntur pœna doli ordinaria. 77. 2. 479.
Asserenti acta fuisse deperdita, non creditur, nisi probetur. 28. 2. 281.
Assistens cum armis delicto, an arguatur de scientia. 31. 1. 9.
Assistens delicto, si delinquens ex assistentia prædicta effectus fuit audacior, punitur pœna extraordinaria. 25. 1. 8.
Assistens, non dicitur præstare opem delicto. 11. 1. 5.
Assistens simpliciter delicto, non punitur quasi opem præstiterit, quia delictũ per ipsum non est auctum. 12. 1. 5.
Assistentia delicto, si non cadit in delictũ, non est punibilis. 23. 2. 7.
Assertio, & effectualis traditio, non sunt eiusdem efficaciæ. 22. 2. 193.
Asperitas in minoribus puniendis leniẽda est. 67. 1. 269.
Assumpta Authoris *ad probandum Duella esse omni iure prohibita, & in Regno detestata, adducuntur*. 6. 2. 415.
Atramenti diuersitas arguit in scriptura falsitatem. 55. 1. 59.
Attendi debet, quod fit, non quod fieri debet. 81. 1. 359.
Attentata ante omnia sunt reuocanda. 56. 1. 355.
Attentatum dicitur, lata sententia, super qua pendet dubitatio nullitatis, vel infirmationis. 61. 2. 355.
Attestatio facta post litem motam nulla est. 48. 2. 284.
Attestatio in vim testimonialis nullam fidem facit. 26. 1. 281.
Auarus semper eget. 18. 2. 84.
Auditor Exercitus in Regno est Delegatus Principis, & habet merum, & mixtum imperium. 56. 2. 493.
Auditus in Iudicio nemo dicitur non dato termino ad se defendendum iuxtà Iudicij qualitatem. 66. 2. 23.
Aufugisse is minimè dicitur à carcere, qui postmodum recessit. 5. 1. 90.
Author *affirmat* decisionem 722. D. de Franch. *procedere etiam in terminis adductis per* Dom. Præsid. Merlin. loco indicato. 50. 1. 442.
Author *affirmat explanationem datam per* D. Præsid. Reg. Cameræ Ganauer. ad l. non puto, ff. de iur. fisc. *esse diuinatinam, & malè* Iserniam *obiurgasse*. 59. 1. 255.
Author *allegatur cum laude ab* Illust. Mar-

Marchi on.Torell.Reg.Capyc.Latr. 43. 2. 328.
Author Clientibus totus addictus quid in causis patrocinandis secum statuerit. 3. 1. 397.
Author declarat determinationem Sacri Consilij apud Gram.dec.95. in fin. 25. 1. 102.
Author de ordine Excellentiss.Regni Proregis accersitus ad patrocinium causa criminalis. 1. 2. 106.
Author dolet, quod multoties fuerit requisitus ad patrocinium prastandum Clientibus prasertim ad Reorum defensionem postquam causa fuerint per iudicaturam vulnerata. 1. 2. 17.
Author, dum causa votabatur, prasagiens malum illius euentum, formauit nullitates. 2. 1. 349.
Author, eiusq; fratres gaudent ad prasens domo sita in Ciuitate Padua, fideicommisso subiecta, Leonardi Prati. 30. 1. 421.
Author enucleat Pragm.1. de minor. 54. 1. 267.
Author exhorret patrocinium prastare notatis de crimine lesę Maiestatis. 3. 1. 107.
Author fatetur in casu dubio semper pro Reo inclinasse. 70. 1. 269.
Author fatetur nunquam obseruasse tempore sua Aduocationis fuisse derogatum in priuilegijs dispositioni, tex.in l.nullum, C.de testib. 49. 2. 441.
Author fatetur suos labores posteritati commendare. 2. 2. 184.
Author Fisci Patronus Mag. Cur. Vic. 1. 2. 433.
Author Fisci Patronus recenset, quid sibi acciderit in casu Respons. edisi pro Fisco in terminis Pragm.2.de Duell. 1. 1. 427.
Author gratis se ex debito Anocationis munere patrocinasse testatur. 80. 1. 42.
Author in Antynomijs enucleandis consueuit mutos consulere Magistros. 11. 2. 428.
Author indubitatum censet articulum, Nobilitatem filii porrigi ad patrē ignobilem, saltim quoad pęnarum irrogationem. 1. 1. 215.
Author ingrati animi notam effugere intendit. 1. 1. 261.
Author insinuat ad Iudicādi munus properasse, vt iussibus Excellentissimi Domini Proregis Comitis de Castrillo pareret. 69. 1. 269.
Author inuigilauit sententiis Prouincialium Audientiarium rigorosis contra pauperes. 72. 2. 269.
Author inuitas Iudicantes ad dignoscendam Reorum morti traditorum confessionem, dolore tormentorum promanasse. 1. 2. 230.
Author miratur de instantia mortis in facti specie. 1. 1. 301.
Author parauerat tradere, qua aduersus Iunctam formatam per Excellentiss. Regni Proregem Comitem de Ognate scripserat. 1. 1. 44.
Author patrocinium gratis prastans, fatetur sibi disputandum fuisse an mercedem receperit. 1. 1. 159.
Author pollicetur latè agere de intellectu l.Non puto, ff.de iur.fisc. in 3.discept.forens. propè diem edendo. 58. 1. 255.
Author post alios fuit accersitus ad defēsam Fuluii de Falco. 1. 1. 200.
Author pranoscit de visa Inquisiti sub guidatico existentis agi per Fiscū, adhoc vt eius instantia deferatur. 29 2. 161.
Author pro amico calamum arripuit. 1. 2. 297.
Author profitetur maximè elaborasse in reuocatione decretorum insinuāda, prasertim in criminalibus. 3. 2. 17.
Author profitetur, Muscatellum, non suo, sed elegantiori meruisse exornari Scholio. 4. 1. 216.
Author profitetur nimis elaborasse in euadendo à morte Franciscum Grampa condemnatum per Magnam Cur. Vic. 1. 1. 66.

Au-

Author *pro nullis tradit habenda esse mandata pœnalia non subscripta ab eo, cui mandatum iniũgitur, nec in publicam formam redacta, sed tãtum à Scribis, asserta*, 33. 2. 103.
Author *protestatur se paratum etiam ab anniculo edoceri*. 34. 2. 103.
Author, *qua de causa proelinis non fuit ad consulendum Inquisitis, quod habeãt testes pro legitimè repetitis*. 8. 1. 185.
Author, *quid excogitaueris super ritu Mag.Cur. agente de liquidatione instrumentorum circa falsam assertionem creditoris in liquidando*. 81. 2. 150.
Author *rationem affert, quare debitori permittitur in vinculis se defendere aduersus liquidationem instrumenti*. 26. 1. 351.
Author *repetitos habet Authores in praecedentibus capitibus adductos circa carcerationem Nobilis citati super tenore instrumenti via ritus Mag.Cur.Vic.* 8. 1. 383.
Author *requisitus ad patrocinium meretrici praestandum*. 10. 1. 33.
Author *scripsit pro validitate renunciationis parentum hæreditatibus filiorum ab intestato decentium* in 1. forens. cap. 12. 1. 2. 49.
Author *se alias defensurum* Afflict. *ab obiurgatione* Reg.de Pont. *in sede indicata, pollicetur*. 19. 1. 19.
Author *se consulere profitetur casum inopinatum, & cõmiserendũ*. 4. 1. 32.
Author *suum suspendit calculum vsrum* Camill.de Medic.*vel* D.Præf.Merlin. *rectius senserius in casu proposito*. 58. 1. 23.
Author, *& Collega Aduocati fuerunt assumpti ad Iudicatus Mag.Cur. ex placito Excellentissimi Comitis Castrilli*. 1. 1. 309.
Authores *adducti à* Dom. Capiblan. *expenduntur*. 43. 2. 95.
Authores *loquẽtes de priuilegijs elargitis Titulatis enumerantur*. 12. 2. 370.
Authores *recensentur, qui de præsentationibus instrumentorum, tractauerunt*. 15. 1. 31.
Authoris Additiones ad Io: Bernar. Muscatel.*toto terrarum Orbe fuerunt receptæ*. 20. 2. 53.
Authoritas Consiliarij Gizzarelli,*extollitur*. 17. 2. 223.
Authoritas probati viri, satis confert ad determinationẽ causarũ. 14. 2. 223.
Authoritates, & iura referuntur, quibus habetur in alienatione rerum Ecclesiæ, requiri sollemnitates. 95. 1. 335.
Auxiliator nũquam punitur eadem pæna, qua principalis delinquens. 18. 1. 6.
Auxiliator sciens, & dolosè si adstitit delinquenti, eadem pæna punitur, qua delinquens. 21. 2. 7.
Auxiliator, vt puniatur eadem pæna, qua delinquens, quæ debent concurrere. 19. 1. 6.
Auxiliatores, conscij, & participes delicti, non puniuntur eadem pæna, qua punitur principalis delinquens. 13. 2. 5.
Auxilium cooperatiuum delicti non intelligitur, nisi præcesseris tractatus ad delictum committendum. 24. 1. 8.
Auxilium delicto præstare non dicitur, quis associando simpliciter. 12. 1. 5.
Auxilium, vt dicatur præstitũ delicto, quæ tempora sint inspicienda. 16. 2. 5.

B

BAlthaxar de Angelis *Iudex Magnæ Curiæ perpetuus in criminalibus, laudatur*. 35. 2. 110. & 13. 2. 216.
Balthaxar de Ayala de iur.offic.bellic. *adducitur ad excusationem Ducum Arcium*. 28. 1. 294.
Banni sententia, & notorium æquiparantur. 68. 1. 167.
Bannitum occidere mediante pecunia de iure licet, vel nè. 52. 1. 469.
Bannitum occidere per pecuniam, quis non potest, etiam dictante statuto, quando mandans per se facere non posset. 54. 2. 469.

Ban-

Bannitus captus sub falsa securitate, est reponendus in pristinam libertatem. 19. 2. 160.

P. Baptista Fregos. de regim. Christian. Reipub. in sede indicat. *affertur pro nobilitate filiorum suffraganda parentibus.* 20. 1. 224.

Barattaria committitur, etiam recipiendo pro iusta sentẽtia danda. 17. 1. 475.

Barattaria committitur, vt opus debitum ratione officij expleatur. 12. 1. 466.

Barattaria punitur pœna mortis ex reiteratione. 18. 1. 475.

Barattoriam committentes, varijs pœnis plectebantur antiquitùs, etiam vsq; ad mortem. 15. 2. 474.

Barattariæ crimen inter arduas, & capitales causas cõnumeratur. 11. 2. 18.

Barattariæ, & extorsionis crimen arbitrio Iudicis punitur. 7. 1. 474.

Baro non potest suspendere, & priuare Officialem ab ipso constitutum, sed Rex, eiusq; Mag. Cur. 35. 1. 513.

Barones etiamsi habeant concessionem, de quibus sola Magna Curia cognoscit, nõ cognoscunt de crimine læsæ Maiestatis. 38 2. 513.

Barones habentes clausulam abdicatiuam, cognoscunt priuatiuè quoad omnes. 74. 2. 256.

Barones in creando Officiales dicũtur procuratores Regis. 12. 1. 511.

Barones in Regno degentes, censentur complices in delictis per Bannitos commissis in eorum territorijs. 46. 1. 514.

Barones negligentes in puniendo delinquẽtes, priuantur iurisdictione in illos. 47. 1. 515.

Barones non habẽt iurisdictionem in actu, sed tantùm in habitu. 14. 1. 511.

Baroni denegatur remissio Vassallorum, si contra aliàs consocios proceditur. 43. 2. 514.

Baronis Officiales dicuntur seruire mediatè Regi, & eum repræsentant. 11. 1. 511.

Bartoli *Authoritas extollitur.* 12. 2. 121.

Bart. *doctrina refellitur, quod auxiliator in delicto, puniatur eadem pœna, qua principalis delinquens.* 30. 1. 9.

Bart. *omnium Legistarum Magister, & Auriga cognominatur.* 17. 1. 6.

Bartolus in l. 1. §. delinquũt, ff. de pœn. *enucleatur.* 3. 1. 120.

Bart. *non præsumitur sciuisse consuetudines Curiarum, in quibus non fuit versatus.* 19. 2. 389.

Bartholomæus de Capua *floruit de anno* 1300. *diemq; suum obijt de anno* 1316. 2. 5. 390.

Bartholomæus de Capua *laudatur* 22. 1. 19.

Bartholomæus de Capua *magnę authoritatis vir in Regno extollitur.* 10. 2. 376.

Beneficia, non nisi ingratitudine rependũtur hisce temporibus. 6. 2. 141.

Beneficio ll. ff. & C. quod cum eo, *renunciari non potest, nisi in specie, & in indiuiduo.* 24. 1. 407.

Beneficium ll. ff & C. quod cum eo, *opponi potest ad impediendum liquidationem instrumenti.* 12. 1. 406.

Beneficium ll. ff. & C. quod cum eo, *est personale, cui renunciari nequit etiam cum iuramento.* 21. 2. 406.

Beneficium ne quis teneatur, nisi in quantum facere potest, operatur ne quis debeat carcerari. 8. 2. 405.

Beneplacito S: dis Apostolicę reseruato, an & quando possit pęnitere de contractu, eo non impetrato. 134. 2. 339.

Berlich. par. 4. concl. 13. de moderam. inculpat. tutel. n. 42. *expenditur.* 8. 2. 504.

Bertazol. consf. crim. 156. n. 5. & n. 8. *improbat* Boss. & Boer. *asserentes Testes subornatos ad falsum deponendum facere inditium ad torturam de consuetudine.* 15. 1. 234.

Birruarij deponentes extra rem ad eorum officium pertinentem, non probant. 58. 1. 180.

Birruarij depositio fluxa, & debilis fidei reputatur. 22. 2. 304.

Bir-

Birraarij fides, ideò prosternitur, quia Birruarius. 48. 1. 165.
Birruarij in testes adducti, languidæ dicuntur fidei. 55. 2. 179.
Birruarij non faciunt fidem, præsertim in ijs, quæ sunt extra eorum officium. 51. 1. 165.
Birruarij nullius sunt fidei. 47. 1. 165.
Birruarij, seù satellites sunt viles, & communiter reputantur infames, ideòq; in Iudicijs ad testificandum non admittũtur. 49. 1. 165.
Birruarij, siuè Satellites sunt personæ vilissimæ, & reputantur infames, omni vitiorum macula aspersi. 25. 2. 68.
Birruariorum depositionibus creditur ad finem torquendi tantùm, ex practica Sacri Consilii. 56. 2. 165.
Birruariorum ex dispositione nemo condẽnari debet. 42. 1. 165.
Birruariorum ex dictis quotidie multi indebitè vexantur. 50. 1. 165.
Birruarius non facit fidem, si deponat vti testis. 24. 2. 68.
Boer.dec.319.n.5. in fin. *inquiens de consuetudine seruari Testes subornatos ad falsum deponendum facere inditium ad torturã, improbatur.* 14. 1. 234.
Bona fides non præsumitur, quando dolus, aut mala fides concludenter non probatur. 21. 1. 26.
Bona penès Iudicem deducta, non potest Dominus disponere. 38. 2. 400.
Bona quæ sperãtur sub regimine Excellentissimi Proregis Comitis de Castrillo, & n. 84. 6. 1. 454.
Bonorum, ac vitæ in iacturam incidere, quemlibet, inuerisimile est. 5. 1. 107.
Borgninus Caluacanus dec.15.n.3. *vti singularis affertur ad probandum quod detentus per palatium dicitur verè carceratus.* 18. 2. 364.
Borgninus Caluacanus dec.15.n.3. *in terminis* Ritus Magn.Cur.Vic.166. *verba faciens, extollitur.* 9. 2. 376.
Bossius in pract.crim.tit.de indit. ante tortur.n.156. *improbatur à* Bertazol. cons.crim. 156.n. 2. 13. 1. 234.
Bouadilla *pro singulari adducitur ad probandum, quod Officialis inquisitus admittitur ad se defendendum extra carceres, quando pœna est pecuniaria, nõ priuationis officii.* 14. 2. 18.
Bulla Nicolai V. *redacta* in prãg. 1. de censib. *quæ requirat ad validitatem contractus censualis.* 156. 2. 342.
Bullarum Summi Pontificis falsitas, ex quibus arguatur. 52. 2. 58.

C

Calculi error assiduò in omnibus rationibus versatur. 29. 1. 194.
Calculi error vbi allegatur, non solùm semel, sed plures calculandę sunt rationes. 8. 2. 192.
Calculus etiamsi transactionis documento firmetur, adhuc ob errorem allegatum retractari potest. 13. 2. 192.
Calculus ex errore procedens continet in se quamdam falsitatis speciem à facti veritate deuiat. 31. 2. 144.
Calculus semper est reuidẽdus, quãdo dolus, vel calliditas interuenit. 15. 1. 193.
Calor iracundiæ durat omni momento, & crescit. 13. 1. 262.
Camillus de Medic. cons.143. nu.14. *qualiter intellexerit* Cap. Vulgaris famæ proloquium, *quoad pęnarum irrogationem.* 32. 1. 20.
Camillus de Medicis *causarũ Patronus eloquentissimus.* 21. 1. 399.
Camillus de Medic. *irruit contra* Dom. Præs.de Franch. dec.8. 58. 2. 22.
Camillus de Medicis *laudatur*, 19. 1. 143. & 8. 1. 18.
Cap. Regn. Ad hoc, *in crimine furti distinxit pęnas Nobilis à plebeo.* 32. 2. 225.
Cap.Regn.Ad hoc, *loquens de furto, fuit interpretatum in Regno, vt Nobilis decapitetur.* 19. 1. 217.
Capitula Regni pro bono pacis inter subditos conseruando enucleantur. 32. 2. 421.
Cap.Regis Carol.II. Ad hoc volentes,

An immutauerit dispositionem, Cap. Vulgaris famæ proloquium. 17. 1. 19.
Capitulum Regni Amplius rubr. De non capiendis Vassallis, *dilucidatur*. 36. 1. 80.
Capitulum Regni Contra effrenatas, *declaratur*. 29. 2. 79.
Cap. Regni *incip.* Frequens, & ineffrenata, *admittens depositionem trium latronum in tormentis contra socium, exorbitat à iure communi*. 33. 1. 236.
Capitulum Regn. *incip.* Vulgaris famæ proloquium, *non induxit nisi pœnam pecuniariam contra Officiales extorsiones committentes*. 4. 1. 18.
Cap. Regn. Legem veterem, *an procedat, quando pœna est opposita loco inobedientiæ, nō autem loco rei*. 7. 2. 100.
Cap. Regn. Legem veterem, *quid disponat circa purgationem moræ in qua. ūq; parte iudicii*. 3. 2. 100.
Capitulum Regn. Territorij, sub rubr. de Terrerijs *enucleatur*. 34. 1. 80.
Cap Regn. Vulgaris famæ proloquiū, *An procedat quando agitur criminaliter, non ciuiliter*. 16. 1. 19.
Cap. Vulgaris famæ proloquium, *expressè de crimine agit, quando intentatur criminaliter*. 20. 1. 19.
Cap. Vulgaris famæ proloquium, *fuit diuersimodè interpretatum circa pœnas infligendas Officialibus inquisitis de extorsionibus*. 38. 2. 20.
Carauita *impugnatur à* Consiliario Paschale in locis indicatis. 43. 1. 409.
Carauita in rit. Mag. Cur. 47. n. 14. in 2. quæst. *expenditur*. 37. 1. 80.
Carauita in rit. 163. n. 2. *vers.* Et si dices, *adducitur in casu purgationis moræ*. 2. 2. 100.
Carauit. in rit. 163. n. 2. *vers.* Et si dices, *impugnabatur ab* Authore *ex multis*. 12. 1. 101.
Carauita *optimus rituum Regni enucleator enunciatur*. 6. 1. 397.
Carauita *redarguitur in allegando* Gramaticum dec. 95. 21. 1. 102.
Carcer continet praiudicium irretractabile. 18. 1. 351.
Carcer dicitur omnis locus, à quo pro velle aliquis exire prohibetur. 33. 2. 391.
Carcer dicitur omnis locus alicui pro carcere assignatus. 8. 2. 363.
Carcer dicitur sepultura viuorum, Consumptio bonorum, Consolatio inimicorum, Experientia amicorum. 20. 1. 351.
Carcer est mala mansio, & specie tormenti. 17. 1. 351.
Carcer fuit inuentus custodiæ loco, non pœna. 3. 2. 388.
Carcer quot modis affligat carceratum. 12. 1. 389.
Carcer, & vincula ponuntur vti diuersa. 16. 2. 377.
Carcerans aliquem propria authoritate vsurpare videtur iurisdictionem Regiam. 24. 1. 79.
Carceratio diutina, nimis consideratur ad Reorum *absolutionem*. 34. 2. 306.
Carceratio diutina, prodesse debet Inquisito ad pœna minorationem. 50. 2. 72.
Carceratio est species torturæ. 10. 1. 389.
Carceratus, cui assignata fuit domus, vel palatium loco carceris, itá censetur carceres fugisse, si aufugit, sicuti si esset in carceribus, quia locus ille est subrogatus loco carceris. 9. 2. 363.
Carceratus dicitur etiam abilitatus, & detentus per palatium. 27. 2. 390.
Carceratus dicitur, qui ad sui libitum discedere nequit. 26. 2. 390.
Carceratus dicitur, qui sub præcepto adstrictus est stare in palatio, vel domo, seù Ciuitate, sicuti qui est in vinculis, aut carcere stricto. 17. 2. 364.
Carceratus diù detentus deponens ad instantiam Fisci, metu carceris deposuisse præsumitur. 54. 2. 238.
Carceratus domi, in vinculis esse dicitur. 8. 2. 370.
Carceratus domi, & in carceribus publicis

cis æquiparantur,maximè si fuerit Nobilis. 43. 1. 393.
Carceratus etiam dicitur, qui sub fideiussoribus est relaxatus. 26. 1. 385.
Carceratus ille dicitur, cui locus pro carcere assignatur, à quo impunè exigere non potest, nec ire quo vult. 7. 1. 363.
Carceratus,in aliquo loco sub precepto penali,itâ dicitur carcerem fregisse si aufugit, sicuti si esset in proprio carcere. 10. 2. 363.
Carceratus is dicitur, cui assignata fuit domus loco carceris, etiamsi condemnatus fuerit ad carceres publicos formaliter. 32. 1. 391.
Carceratus is dicitur, qui non potest ire quo vult: 5. 1. 363.
Carceratus petens audiri in exceptionibus, non videtur ad finem differendi iudicium agere, nec calumniosè. 21. 1. 351.
Carceratus quilibet dicitur, qui sub precepto detinetur. 30. 1. 391.
Carcerem frangens, siuè ab eo aufugiens, habetur pro confesso. 11. 2. 363.
Carceres ex personarum qualitate variantur. 13. 1. 384.
Carceri,quem mancipari ob debitùm ciuili, bonis aduersatur moribus. 4. 2. 388.
Carceris priuati pena ideò imponitur, quia vsurpatur iurisdictio Regia. 35. 1. 80.
Carceris priuati pena, non incurritur ex modica detentatione. 33. 1. 80.
Carceris priuati pæna non infertur, nisi detentio fuerit per horas viginti. 26. 1. 79.
Carnifex gerens se vti inimicus in infligenda morte, vti homicida puniendus. 50. 1. 469.
Carnifex minitando expoliare reum, vt ab eo pecuniam habeat, concutit, & extorquit recipiendo. 14. 2. 474.
Carnifex non potest recipere pecuniam ab aduersario rei damni, vt eum occidat, & quare,ibidem. 55. 2. 469.
Carnifex, occidens aliquem crudeliter alterius contemplatione,homicidij reus est. 49. 2. 468.
Carnifex, qui substulit vestes à muliere, cum dedecore eam ducendo ad patibulum iussu Imperatoris igne fuit crematus. 29. 1. 467.
Carnifex spolians damnatos, punitur etiã pæna mortis. 28. 1. 467.
Carnifex trucidans condemnatum contra formam sententie, offendit Deum,iustitiam, proximum, humanam naturam, & sui debitum. 42. 1. 468.
Carnifex vulnerans decapitandum, tenetur pæna mortis,& quare. 57. 2. 469.
Carnifex zelo vindictæ, vel ex priuata inimicitia necans, quamuis ad necem iussu Iudicis accedat,peccat,& punitur. 45. 2. 468.
Carnifices ab ictu aberrantes apud Saxones saxibus,& telis obruebãtur. 8. 2. 465. & 58. 1. 470.
Carnifices non esse infames quicquid alij sententiant. 112. 2. 483.
Carnifices sunt ominosi. 1. 1. 465.
Carnificis munus omni commiseratione exercendum. 7. 2. 465.
Caroli V.Constitutio prohibet populo Car*nifices interficere aberrando, non tamẽ pęnam substulit ex proposito delinquentibus*. 59. 1. 470.
D.Carolus Brancacius Reg. Consiliarius,*laudatur*. 160. 1. 343.
P.Carolus de Sangro, *Societatis Iesu, laudatur*. 72. 2. 61.
Casale Marani est de districtu Ciuitatis Neapolis diuisum tantùm quoad iurisdictionem. 15. 1. 250.
Casualitas est probanda per allegantem. 31. 1. 476.
Casualitas excluditur vbi quoquomodo voluntas considerari potest. 30. 1. 476.
Casus in delictis excusat. 29. 1. 476.
Casus in verbis omissus, pro omisso habetur in dispositione. 15. 1. 377.
Casus legis vbi est,ibi nulla est dubitatio. 69. 1. 149.
Casus legis vbi est expressus, ibi nulla est dubitatio. 67. 2. 356.

Casus ubi est legis ibi nulla dubitatio. 2. 2. 375.
Castellanus spectatę fidei erga suum Dominum fidelis, non præsumitur culpam in arce custodienda commisisse. 14. 2. 292.
Causa ad delictum debet esse proportionata, & ratiocinatiua. 80. 2. 168.
Causa cessante in delictis, cessant omnia indititia. 59. 1. 166.
Causa ciuilis determinanda si parit exceptionem rei iudicatæ in causa criminali, est superſedendum in ciuili. 21. 2. 132.
Causa ciuilis ex eodem facto, eodemq; fonte procedens cum criminali, facit, vt in ea superſedeatur. 28. 2. 133.
Causa ciuilis prius intentata facit silere causam criminalem. 15. 2. 203.
Causa condemnationis, non contumacia attenditur ad exactionem pęnæ. 2. 72. 499.
Causa criminalis absorbet ciuilem, ratione maioritatis, ac preiudicij. 5. 2. 130.
Causa criminalis dicitur præiudicialis Iudicio ciuili discussioni nullitatum. 20. 2. 132.
Causa criminalis, quod faciat superſedere in causa ciuili, est de regula. 10. 1. 131.
Causa criminalis, quot modis dicitur præiudicari ciuili. 8. 1. 131.
Causa criminali non potest cumulari causa ciuili etiam Fisco instante. 14. 2. 203.
Causa dandi si intercedat in datione, dominium transfert. 72. 2. 40.
Causa deficiente, deficit causatum. 65. 1. 40.
Causa delinquendi cessante, cessat delicti præsumptio. 20. 1. 263.
Causa delinquendi cessante, inditia omnia euanescunt. 73. 1. 241.
Causa delicti cessante, cessant inditia, præsumptiones, & confessio. 35. 1. 145.
Causa delicti diligenter est inspicienda. 33. 2. 306.
Causa delicti si non probetur; præsumptio est pro Reo. 36. 1. 145.
Causa dicitur alteri praiudicialis, nedùm actu, & effectu, verùm etiam potentia. 24. 2. 132.
Causa etiam iniusta excusat à pœna ordinaria. 25. 1. 263.
Causa in delictis ante omnia inspicienda est. 58. 1. 166.
Causa in primis inspici debet in delictis. 61. 2. 239.
Causa inimicitię correspondere debet offensa. 69. 2. 240.
Causa liquidationis instrumenti via ritus non potest exerceri à filio contra patrem, quia est Iudicium famosum. 47. 1. 329.
Causa maior dicitur pro honore, quàm pro vita tutanda. 30. 2. 263.
Causa magis attenditur, quàm factum ipsum in delictis. 22. 1. 263.
Causa mediata, & immediata in delictis concurrente, attendenda est immediata. 69. 1. 167.
Causa motiua huius secundę responsionis Fisci. 5. 2. 473.
Causa, origo, & principium attenditur, nō autem finis, & effectus ad sciendum an Iudicium sit ciuile, vel criminale. 37. 1. 328.
Causa propria dicitur de qua quis particeps habetur. 44. 1. 284.
Causa proxima, & immediata attenditur. 9. 2. 76.
Causa quæ nobilitatem tangit, pondere, & grauitate grauissima censenda est. 23. 1. 379.
Causa quæ plures tangit, censetur ardua, & grauis. 22. 1. 379.
Causa quęlibet colorata, fatua, iniusta, temeraria, etiamsi bestialis excusat à dolo, vt quis ordinaria pœna non puniatur. 63. 2. 166.
Causa vera, & principalis attenditur. 75. 1. 41.
Causa vna deficiente, altera sustinetur. 30. 2. 144.
Causarum criminalium cognitio, in Regno spectat ad Tribunal Magn. Cur. Vicariæ. 17. 2. 45.

Cau-

Causarum euocationes sunt odiosæ, & restringendæ. 20. 1. 46.
Causarum merita, partium assertione pendunt. 67. 2. 23.
Causatum nequit plus virtutis habere, quã procedat ab influentis causæ potentia. 64. 1. 40.
Causarum praiudicialitas oritur nedùm ex perplexitate, & contrarietate sententiarum, verùm etiam ex intricatione processuum. 22. 2. 132.
Causæ cognitionem quæ desiderant, per libellũ expediri non possunt. 74. 1. 24.
Causæ criminales in Regno sunt summariæ. 21. 2. 186.
Causæ criminales nõ possunt tractari extra Tribunalia ordinaria, & quare. 26. 1. 456.
Causæ duæ si concurrant ad actum, vna deficiente ex alia sustinetur. 16. 1. 92.
Causæ euentus recensetur. 49. 2. 423.
Causæ liquidationum Instrumentorum, cur hodie per Iudices ciuiles, & non per criminales tractentur. 44. 2. 328.
Cautela, vt Iudex possit pro delicto non capitali reum ad mortem damnare. 11. 2. 474.
Cautio de non offendendo non dicitur rupta ex leui percussione. 95. 2. 26.
Cautio dicitur medicina sequestri. 9. 2. 101.
Coertio, quæ competit Delegato. 76. 2. 461.
Census constitutus sub obligatione generali omnium bonorum, dicitur nullus, & vsurarius secundùm formã Bullæ. 159. 1. 343.
Censualis contractus requirit de substantia submissionem corporum. 154. 2. 342.
Characteres facilè imitantur. 68. 1. 181.
Characteris diuersitas, arguit suspitionem falsitatis. 54. 1. 59.
Charitatis ex radice, procedere debent delatores criminum. 3. 2. 200.
Charta immunda, & vituperata, arguit scripturæ falsitatem. 38. 2. 56.
Charta maculosa, aut fumo infecta, arguit suspitionem falsitatis. 39. 1. 57.
Chyrurgi sunt Nobiles. 22. 2. 224.
Chyrurgus quoad pœnas tractatur vti Nobilis. 9. 2. 216.
Ciceronis *locus expenditur* in Oration. pro Pub. Quinct. *honorem supra omnia esse existimandum.* 30. 2. 407.
Citatio dicitur lapis angularis iudicij. 39. 1. 409.
Citatio si non praecedat, actus dicitur nullus. 43. 2. 207.
Citatus quod legitimè compareat, intelligitur electa via ciuilis. 28. 2. 448.
Ciues in Regno, pro primis causis non possunt extrahi à proprijs domibus. 31. 1. 252.
Ciues originarij dicuntur, nedùm ij, qui nascuntur in Ciuitate, *in qua pater habet domicilium, verùm etiam ij, qui nati sunt in suburbijs, aut continentibus* Ciuitatis, *aut eius vico, vel* Comitatu. 18. 2. 250.
Ciuiliter si agitur pro crimine, ad pœnam tamẽ pecuniariam, causa reputatur criminalis, dummodò pœna applicetur Fisco. 39. 1. 328.
Ciuitas Neapolitana nõ habet iurisdictionem, neq; imperium absolutè, & simpliciter. 23. 1. 490.
Ciuitas Neapolitana, quæ Tribunalia habet. 9. 2. 454.
Ciuitas Lysij, Authoris *Patria.* 46. 1. 179.
Ciuitas Lytij post Neapolim, nemini est secunda tùm magnitudine, cùm nobilitate. 59. 2. 59.
Ciuitas, quæ præsidio caret iusto, excusatur à crimine læsæ Maiestatis, si hosti detur. 43. 2. 295.
Ciuitas, & Casalia, tanquam vnum corpus habentur. 29. 1. 252.
Clausula abdicatiua facit causam quodãmodò similem causæ clericali. 72. 2. 256.
Clausula abdicatiua non facit concurrere cum eo, qui iurisdictionem habet cumulatiuam. 18. 2. 436.
Clausula cognoscendi Baronibus de omnibus

bus delictis, de quibus sola Magna Curia cognoscit, qualiter sit accipienda. 7. 2. 510.

Clausula, Et non aliàs, *est limitatiua voluntatis, habet naturam præcisam.* n.4. *inducit conditionem, & formam*, n.5. 3. 2. 301.

Clausula, Et non aliàs, *perindè operatur, ac si nihil esset factum.* 6. 1. 302.

Clausula Et non aliàs, *remouet ab actu contrahentium, voluntatem.* 7. 1. 302.

Clausula in certum genus personarum habetur loco clausula clericalis. 16. 1. 436.

Clausula nequis extrahatur ratione exercitij, aufert iurisdictionem quibusuis Iudicibus. 17. 1. 436.

Clausula priuatiua dicitur quando iurisdictio conceditur. 14. 1. 436.

Clem. VIII. *confirmauit constitutiones Antecessorum ad detestanda Duella.* 14. 1. 417.

Clem. VIII. *in casu Panhormitano, ex causis peculiaribus fuit motus ad rescribendum homicidas non gaudere Ecclesia immunitate, non autem Gregorianā restrinxit.* 34. 1. 125.

Clem. VIII. *plura decreuit aduersus Duella, & Duellatores.* 18. 2. 417.

Clericus est omninò exceptus à iurisdictione laicali. 12. 2. 435.

Clericus examinatus in causis criminalibus, non facit inditium. 53. 2. 238.

Clericus in criminalibus non recipitur in teste, quia refragatur Rit. Mag. Cur. 144. *tam cum licentia Superioris, quàm sine ea.* 52. 2. 238.

Clericus vigore Ritus *tenetur comparere personaliter, & forum allegare.* 55. 2. 493.

Clientis nobilitas insinuatur. 62. 1. 268.

Cognitio delictorum de receptātibus bannitos spectat ad Regia Tribunalia, *non ad Barones.* 39. 1. 514.

Cognoscit de omnibus causis, etiam Baronum, & ipsorum, qui sunt de sanguine Regis. 20. 2. 455.

Collaterale Consilium, quam iurisdictionem habeat. 12. 1. 455.

Comes Castrilli Regni Prorex Excellentissimus *laudatur.* 5. 1. 415.

Commissio causarum directa vni ex Auditoribus Rot. Rom. tribuit iurisdictionem etiam alijs. 9. 2. 428.

Comparatio literarum, ad hoc vt probet, debet deferri iuramentum. 65. 2. 180.

Comparatio literarum non benè fit cum sola nominis subscriptione. 66. 2. 189.

Comparatio literarum, qualiter fit fatisda, vt probet. 64. 2. 180.

Comparatio literarum satis fallax argumentum dicitur. 67. 1. 181.

Comparatio manus, periculosa, & fallax probationis species dicitur. 42. 2. 207.

Comparatio peritorum ex officio electorū, nullam infert praeiudicium, parte non citata. 45. 1. 208.

Comparatio scripturæ Tabellionis, qualiter fieri debeat. 44. 1. 58.

Comparatur etiam ex obseruantia. 57. 2. 453.

Communis vsus loquendi, attenditur in instrumentis. 54. 2. 329.

Concessa alteri iurisdictione, non intelligitur priuatiuè ad Ordinarium facta. 42. 1. 442.

Concessio cum clausula, Non obstātibus quibuscunq; priuilegijs, *non intelligitur de priuilegio clauso in corpore iuris.* 22. 1. 512.

Concessio generalis non comprahendit viduas, & pupillos. 23. 1. 512.

Concessiones Principis, quæ transierunt in contractum, ab eo tolli non possunt. 40. 1. 253.

Concessio vno, vidētur concessa omnia, sine quibus concessio commodè, & efficaciter expediri non potest. 7. 1. 435.

Concilium Tridentinum, *quid decreuerit aduersus Duella, & Duellatores.* 15. 1. 417.

Concomitantes Officiales ratione Officij

ad delictum committendum, non cognoscuntur, nisi à Magna Curia Vicariæ. 6. 2. 510.
Concussio quando dicatur commissa. 13. 2. 474.
Condemnandi non citatum, nulla datur potentia. 65. 2. 23.
Condemnari nemo potest, qui non excusatur. 52. 2. 209.
Condemnari quis non potest ex præsumptionibus, in criminalibus. 47. 2. 11.
Conditionis deterioris esse non debet, qui est in casu dubio, eius qui est in casu certo. 44. 1. 21.
Confessio emanans ex productione scripturæ, impugnari non potest. 21. 2. 204.
Confessio erronea confitenti non nocet. 63. 2. 148.
Confessio in criminalibus non scinditur. 78. 2. 168.
Confessio in tortura emanata, vt plurimũ procedit ex metu, & impatientia tormentorum. 65. 1. 243.
Confessio per suggestionem extorta, neque confitenti nocet, etiam si ratificata fuerit 61. 1. 211.
Confessio semper reuocari potest quamuis deliberatè facta esset, constito de errore. 61. 2. 148.
Confessio super re non verisimili præiudicare non potest. 27. 1. 194.
Confessus, vel conuictus cõsueuit ad mortem condemnari. 20. 1. 68.
Confrontatio, seu recognitio cum iuramento facta, excludit testium repetitionem. 16. 1. 186.
Confrontatio testium cum iuramento, operatur plusquam repetitio, seu citatio ad videndum iuramenta testium. 17. 1. 186.
Confrontatio testium cum Reo, habet vim citationis, & noui examinis. 18. 1. 186.
Coniectura plusquam duæ, si vrgeant contra scripturam, etiam in criminalibus de falso quis punitur. 10. 2. 51.
Coniectura quando sufficiant ad falsum insinuandum. 5. 1. 51.
Coniectura, vel præsumptiones à iure approbata plenè probant. 89. 1. 481.
Coniecturis non est opus in claris. 35. 2. 20.
Conscientia, mille Testes. 79. 1. 242.
Conscientia dicitur regula humanorum actuum. 83. 2. 242.
Conscientia nihil aliud est, quam sensus animæ cognoscentis bonum, & malum. 82. 2. 242.
Consensui nihil magis est contrarium, quã error. 59. 1. 148. & 145. 1. 341.
Consensus Abbatis, aliaq; sollemnitates requiruntur in alienatione rerum Ecclesiæ. 97. 2. 335.
Consilia non omnia, cunctis præsentibus tractari, ratio status, aut occasionum velocitas patitur. 36. 2. 294.
Consilia non quærenda, sed rapienda in subitis periculis. 37. 2. 294.
Consilium 1. Grammatici *post* decisiones *non fuit receptum in Tribunalibus*. 23. 2. 447.
Consiliarij Regij, dicuntur partes Principis. 29. 2. 205.
Consiliarij sunt Assessores Regis. 35. 2 491.
Constitutio Carol. V. 97. de capital. Iudic. *qua ratione probetur, & an subtollat pœnam Carnificis aberrantis*. 49. 1. 477.
Constitutio illa, Pacta seruabo, *processit ab ore Dei*. 41. 1. 253.
Constitutio Imperatoris localis, & particularis in alijs locis Imperij facit ius. 61. 1. 478.
Consuetudines prauæ, neq; ex tempore roborantur. 21. 1. 475.
Consuetudo ab vno introducta non valet 19. 1. 475.
Consuetudo delinquendi per binos actus introducitur. 12. 2. 474.
Consuetudo generalis totius Regni, nullam aliam pœnam, quàm pecuniariam induxit contra debitores, qui patiuntur liquidationem instrumenti via ritus. 79. 2. 150.
Consuetudo loci attendi debet in computorum

rum visione. 36. 1. 195.
Consuetudo quando dicatur corruptela. 20. 1. 475.
Consuetudo, quæ se habet quod Testes asserentes se subornatos ad falsum deponendum, faciunt inditium ad torturam improbatur ex communi Doctorum placito. 17. 1. 234.
Consuetudo, & generalis practica circa impositionem pænarum, est attendenda. 83. 2. 151.
Consuetum quid fieri, excusat falsitatem. 86. 2. 151.
Consulentes Principi, quæ animaduertere debent. 9. 1. 45.
Continentia causæ ne diuidatur, trahitur ad Tribunalia Regia causa aliàs remittenda Baronibus. 40. 1. 514.
Contractus à Principe initi, non debent ab ipso reuocari. 50. 1. 254.
Contractus absq; beneplacito Apostolico super alienatione rerum Ecclesiæ, redditur omnino nullus. 96. 2. 335.
Contractus annullatur ex metu dedecoris plusquam ex alio metu. 29. 2. 407.
Contractus censualis ad formam Bullæ, requirit vt fiat constitutio super certo corpore fructifero. 157. 2. 342.
Contractus cum minore initus absq; sollemnitatibus, habet spem reconualidationis ob minorem ætatem. 120. 1. 338.
Contractus cum Prælato Ecclesiæ initus, nullam habet spem reconualidationis. 121. 1. 338.
Contractus de re minoris, si deficiat ex vna tantùm sollemnitate, annullatur, quoad omnes contrahentes cuiusuis culpa precedat omissio. 141. 2. 340.
Contractus Ecclesiæ, & Minorum, an æquiparentur quoad nullitatē actus non interuenientibus sollemnitatibus. 105. 1. 336.
Contractus quandoq; claudicant. 118. 2. 337.
Contractus, si in eo reseruetur beneplacitum Sedis Apostolicæ, interim eo pendēte, dicitur nullus. 135. 2. 339.
Contractus sub falsa causa factus, non tenet. 146. 2. 341.
Contrahens cum Ecclesia, non debet diù stare in suspenso, ob defectum assensus. 126. 2. 338.
Contrarij vnius positio, est alterius contrarij destructio. 21. 1. 280.
Contrarium asserenti, non sunt aures prebendæ. 99. 2. 335.
Contrariorum idem est iudicium. 36. 2. 352.
Controuersiarum aliàs iudicatarum, in similibus consuetudo seruanda est. 13. 2. 223.
Contumacia cessante, cessat pæna successiua, non momentanea. 28. 2. 499.
Contumacia declarata nulla, pæna ex ea non debetur. 12. 2. 497.
Contumacia est delictum. 6. 2. 445.
Contumacia ficta sufficit ad interpositionem decreti. 15. 1. 498.
Contumacia non operatur foriudicationem. 39. 2. 10.
Contumacia quando præiudicat heredi, quoad pænam. 17. 1. 498.
Contumacia Rei succedit loco contestationis litis, ad hoc vt pæna exequatur contra heredem. 11. 2. 497.
Contumaci etiam pro causa ciuili, denegatur audientia, nisi purgauerit contumaciam. 7. 2. 445.
Contumacia nulla declarata, resoluta censentur omnia, quæ ex ea dependent. 22. 2. 498.
Contumacia sublata, non resoluitur sententia pæna, quæ ex probationibus precedentibus fertur. 24. 1. 499.
Contumax in non parendo, statim efficitur reus pæna. 18. 2. 498.
Contumax is dicitur, qui literis vocatus, præsentiam sui facere desinit. 14. 2. 497.
Contumax, qui vigore statuti potest condemnari, intelligitur quoad delictum principale tantùm, secus quoad qualitates delictum aggrauantes. 43. 1. 11.
Contumax, & Bannitus, si est innocens, non debet foriudicari. 41. 1. 11.

Con-

Contumelia afficiuntur Iudices, si de causa cognoscere inceperunt, & iurisdictio aufertur. 23. 1. 46.
Conuentiones emanant à consensu. 144. 1. 341.
Conuentionis placitum, est vndequaq; seruandum. 12. 1. 142.
Conuersatio mala, malum redarguit. 11. 2. 67.
Conuersatio mala, alio concurrente adminiculo, satis est ad torturam. 12. 2. 67.
Copia *Capitulorum elicitur ex omnibus repertis, inditijs, & probationibus existentibus contra Inquisitū.* 4. 2. 184
Copia *Capitulorum Inquisitis non datur in* Regno, *Fisco reluctante.* 5. 2. 184.
Copia *Capitulorum in* Regno *non potest denegari: Inquisitis facta repetitione testium parte citata, vel ijs habitis pro legitimè repetitis.* 10. 1. 185.
Correctio iurium de facili non est admittenda. 15. 2. 519.
Correctio legum non inducitur per tacitos, & subauditos intellectus. 35. 1. 422.
Corium, & caro hominis in commercium deducitur, quando ob debitum ciuile in carcerem quis detruditur. 5. 2. 388.
Corpore delicti deficiente, nulla competit actio contra Inquisitum, etiam respectu interesse. 5. 1. 298.
Corpus designatum in contractu censuali debet esse specificum, & fructuosum. 158. 1. 343.
Creditor debet probare filiumfamilias esse emancipatum, vel viuere seorsum à patre. 45. 1. 409.
Crimen læsæ Maiestatis absq; dolo non committitur. 32. 1. 294.
Crimina tardè obiecta, non probant. 58. 2. 210.
Criminalis iurisdictio est meri imperij. 33. 2. 457.
Criminalitati non fit locus, quando dolus purgari potest per actionem ciuilem. 91. 1. 152.
Criminis fundamentum à causa dependet. 21. 1. 263.
Crudelis in seipsum prædicatur, qui suam famam, & honorem negligit. 3. 1. 76.
Curiarum praxis, & obseruantia magnā vim obtinere debet in litium diremptione. 11. 2. 223.
Culpa dolus dicitur in perito, & Ministro. 43. 1. 477.
Culpa in Magistratibus, ex qualibet leui causa, à iure excluditur. 8. 1. 292.
Culpa lata subiacet pœnæ ordinariæ doli. 70. 1. 479.
Culpa non præsumitur, & minùs dolus, nisi probetur. 5. 1. 292.
Culpa qualibet non sufficit ad quem puniēdum, sed esse debet dolosa. 2. 2. 291.
Culpa probatur ex ignorantia eorum, quæ quis curare debet. 84. 2. 480.
Culpa punitur pœna criminali, non tamen doli. 71. 1. 479.
Culpa quādo punienda venit. 28. 2. 475.
Culpa, qui caret, & pœna carere debet. 15. 2. 292.
Culpa regulariter in ministro non præsumitur, sed potius diligentia. 81. 1. 480.
Culpa vbi est magna, dolo æquiparatur. 72. 1. 479.
Culpa, vt noceat, probari debet fuisse ordinata ad casum, aliàs non est in consideratione. 12. 2. 292.
Culpa, & negligentia ad hoc vt noceat; debet probari, quodq; talis fuerit, vt nulla extiterit excusatio. 7. 1. 292.
Curare, quisquis debet nè authoritas sui Tribunalis diminuatur. 8. 1. 454.
Cursores publici dicuntur Ministri Regis, & sub eius protectione, vndè illos offendens, seù impediens, læsæ Maiestatis crimine notatur. 25. 2. 506.
Custos arcis, si omni destituitur ope ad illam conseruandam nullius reus est pœnæ, si illam hosti tradidit. 18. 1. 293.

Bannitus captus sub falsa securitate, est reponendus in pristinam libertatem. 19. 2. 160.

P.Baptista Fregos.de regim.Christian. Reipub.in sede indicat. *affertur pro nobilitate filiorum suffraganda parentibus.* 20. 1. 224.

Barattaria committitur, etiam recipiendo pro iusta sentẽtia danda. 17. 1. 475.

Barattaria committitur, vt opus debitum ratione officij expleatur. 12. 1. 466.

Barattaria punitur pœna mortis ex reiteratione. 18. 1. 475.

Barattoriam committentes, varijs pœnis plectebantur antiquitùs, etiam vsq; ad mortem. 15. 2. 474.

Barattariæ crimen inter arduas, & capitales causas cõnumeratur. 11. 2. 18.

Barattariæ, & extorsionis crimen arbitrio Iudicis punitur. 7. 1. 474.

Baro non potest suspendere, & priuare Officialem ab ipso constitutum, sed Rex, eiusq; Mag.Cur. 35. 1. 513.

Barones etiamsi habeant concessionem, de quibus sola Magna Curia cognoscit, nõ cognoscunt de crimine læsæ Maiestatis. 38 2. 513.

Barones habentes clausulam abdicatiuam, cognoscunt priuatiuè quoad omnes. 74. 2. 256.

Barones in creando Officiales dicũtur procuratores Regis. 12. 1. 511.

Barones in Regno *degentes, censentur complices in delictis per Bannitos commissis in eorum territorijs.* 46. 1. 514.

Barones negligentes in puniendo delinquẽtes, priuantur iurisdictione in illos. 47. 1. 515.

Barones non habẽt iurisdictionem in actu, sed tantùm in habitu. 14. 1. 511.

Baroni denegatur remissio Vassallorum, si contra alias consocios proceditur. 43. 2. 514.

Baronis Officiales dicuntur seruire mediatè Regi, & eum repræsentant. 11. 1. 511.

Bartoli *Authoritas extollitur.* 12. 2. 121.

Bart. *doctrina refellitur, quod auxiliator in delicto, puniatur eadem pœna, qua principalis delinquens.* 30. 1. 9.

Bart. *omnium Legistarum Magister, & Auriga cognominatur.* 17. 1. 6.

Bartolus in l. 1. §. delinquũt, ff. de pœn. *enucleatur.* 3. 1. 120.

Bart. *non præsumitur sciuisse consuetudines Curiarum, in quibus non fuit versatus.* 19. 2. 389.

Bartholomæus de Capua *floruit de anno* 1300. *diemq; suum obijt de anno* 1316. 2. 5. 390.

Bartholomæus de Capua *laudatur* 22. 1. 19.

Bartholomæus de Capua *magnæ authoritatis vir in Regno extollitur.* 10. 2. 376.

Beneficia, non nisi ingratitudine rependũtur hisce temporibus. 6. 2. 141.

Beneficio ll.ff.& C.quod cum eo, *renunciari non potest, nisi in specie, & in indiuiduo.* 24. 1. 407.

Beneficium ll.ff.& C.quod cum eo, *opponi potest ad impediendum liquidationem instrumenti.* 12. 1. 406.

Beneficium ll.ff.& C.quod cum eo, *est personale, cui renunciari nequit etiam cum iuramento.* 21. 2. 406.

Beneficium ne quis teneatur, nisi in quantum facere potest, operatur ne quis debeat carcerari. 8. 2. 405.

Beneplacito S. dis Apostolicæ reseruato, an & quando possit pœnitere de contractu, eo non impetrato. 134. 2. 339.

Berlich.par.4.concl 13. de moderam. inculpat.tutel. n.42. *expenditur.* 8. 2. 504.

Bertazol. cons.crim.156. n.5. & n.8. *improbat Boss.& Boer. asserentes Testes subornatos ad falsum deponendum facere inditium ad torturam de consuetudine.* 15. 1. 234.

Birruarij deponentes extra rem ad eorum officium pertinentem, non probant. 58. 1. 180.

Birruarij depositio fluxa, & debilis fidei reputatur. 22. 2. 304.

Bir-

Birruarij fides, ideò prosternitur, quia Birruarius. 48. 1. 165.
Birruarij in testes adducti, languida dicuntur fidei. 55. 2. 179.
Birruarij non faciunt fidem, præsertim in ijs, quæ sunt extra eorum officium. 51. 1. 165.
Birruarij nullius sunt fidei. 47. 1. 165.
Birruarij, seu satellites sunt viles, & communiter reputantur infames, ideòq; in Iudicijs ad testificandum non admittũtur. 49. 1. 165.
Birruarij, siuè Satellites sunt personæ vilissimæ, & reputantur infames, omni vitiorum macula aspersi. 25. 2. 68.
Birruariorum depositionibus creditur ad finem torquendi tantùm, ex practica Sacri Consilii. 56. 2. 165.
Birruariorum ex dispositione nemo condẽnari debet. 42. 1. 165.
Birruariorum ex dictis quotidie multi indebitè vexantur. 50. 1. 165.
Birruarius non facit fidem, si deponat vti testis. 24. 2. 68.
Boer.dec.319.n.5. in fin. *inquiens de consuetudine seruari Testes subornatos ad falsum deponendum facere inditium ad torturã, improbatur.* 14. 1. 234.
Bona fides non præsumitur, quando dolus, aut mala fides concludenter non probatur. 21. 1. 26.
Bona penès Iudicem deducta, non potest Dominus disponere. 38. 2. 400.
Bona quæ sperãtur sub regimine Excellentissimi Proregis Comitis de Castrillo, &. n 84. 6. 1. 454.
Bonorum, ac vitæ in iacturam incidere quemlibet, inuerisimile est. 5. 1. 107.
Borgninus Caluacanus dec.15.n.3.*vti singularis affertur ad probandum quod detentus per palatium dicitur verè carceratus.* 18. 2. 364.
Borgninus Caluacanus dec.15.n.3. *in terminis* Ritus Magn.Cur.Vic.166. *verba faciens, extollitur.* 9. 2. 376.
Bossius in pract.crim.tit.de indit. ante tortur.n.156.*improbatur à* Bertazol. cons.crim. 156.n. 2. 13. 1. 234.
Bouadilla *pro singulari adducitur ad probandum, quod Officialis inquisitus admittitur ad se defendendum extra carceres, quando pœna est pecuniaria, nõ priuationis officii.* 14. 2. 18.
Bulla Nicolai V. *redacta* in prãg. 1. de censib. *quæ requirat ad validitatem contractus censualis.* 156. 2. 342.
Bullarum Summi Pontificis falsitas, ex quibus arguatur. 52. 2. 58.

C

Calculi error assiduè in omnibus rationibus versatur. 29. 1. 194.
Calculi error vbi allegatur, non solùm semel, sed plures calculandæ sunt rationes. 8. 2. 192.
Calculus etiamsi transactionis documento firmetur, adhuc ob errorem allegatum retractari potest. 13. 2. 192.
Calculus ex errore procedens continet in se quamdam falsitatis speciem à facti veritate deuiat. 31. 2. 144.
Calculus semper est reuidẽdus, quãdo dolus, vel calliditas interuenit. 15. 1. 193.
Calor iracundiæ durat omni momento, & crescit. 13. 1. 262.
Camillus de Medic. cons.143. nu.14. *qualiter intellexerit Cap.* Vulgaris famæ proloquium, *quoad pœnarum irrogationem.* 32. 1. 20.
Camillus de Medicis *causarũ Patronus eloquentissimus.* 21. 1. 399.
Camillus de Medic.*irruit contra* Dom. Præs.de Franch. dec.8. 58. 2. 22.
Camillus de Medicis *laudatur*. 19. 1. 143. & 8. 1. 18.
Cap. Regn. Ad hoc, *in crimine furti distinxit pœnas Nobilis à plebeo.* 32. 2. 225.
Cap. Regn. Ad hoc, *loquens de furto, fuit interpretatum in* Regno, *vt Nobilis decapitetur.* 19. 1. 217.
Capitula Regni pro bono pacis inter subditos conseruando enucleantur. 32. 2. 421.
Cap. Regis Carol. II. Ad hoc volentes,

An immutauerit dispositionem, Cap. Vulgaris famæ proloquium. 17. 1. 19.
Capitulum Regni Amplius rubr. De non capiendis Vassallis, *dilucidatur*. 36. 1 80.
Capitulum Regni Contra effrenatas, *declaratur*. 29. 2. 79.
Cap. Regni *incip.* Frequens, & ineffrenata, *admittens depositionem trium latronum in tormentis contra socium exorbitat à iure communi*. 33. 1. 236.
Capitulum Regn. *incip.* Vulgaris famæ proloquium, *non induxit nisi pœnam pecuniariam contra Officiales extorsiones committentes*. 4. 1. 18.
Cap. Regn. Legem veterem, *an procedat, quando pœna est opposita loco inobedientia, nō autem loco rei*. 7. 2. 100.
Cap. Regn. Legem veterem, *quid disponat circa purgationem moræ in qua. ūq; parte iudicii*. 3. 2. 100.
Capitulum Regn. Territorij, sub rubr. de Terrerijs *enucleatur*. 34. 1. 80.
Cap Regn. Vulgaris famæ proloquiū, *An procedat quando agitur criminaliter, non ciuiliter*. 16. 1. 19.
Cap. Vulgaris famæ proloquium, *expressè de crimine agit, quando intentatur criminaliter*. 20. 1. 19.
Cap. Vulgaris famæ proloquium, *fuit diuersimodè interpretatum circa pœnas infligendas Officialibus inquisitis de extorsionibus*. 38. 2. 20.
Carauita *impugnatur à* Consiliario Paschale in locis indicatis. 43. 1. 409.
Carauita in rit. Mag. Cur. 47. n. 14. in 2. quæst. *expenditur*. 37. 1. 80.
Carauita in rit. 163. n. 2. *vers.* Et si dices, *adducitur in casu purgationis moræ*. 2. 2. 100.
Carauit. in rit. 163. n. 2. *vers.* Et si dices, *impugnabatur ab* Authore *ex multis*. 12. 1. 101.
Carauita *optimus rituum Regni enucleator enunciatur*. 6. 1. 397.
Carauita *redarguitur in allegando* Gramaticum dec. 95. 21. 1. 102.
Carcer continet praiudicium irretractabile. 18. 1. 351.
Carcer dicitur omnis locus, à quo pro velle aliquis exire prohibetur. 33. 2. 391.
Carcer dicitur omnis locus alicui pro carcere assignatus. 8. 2. 363.
Carcer dicitur sepultura viuorum, Consumptio bonorum, Consolatio inimicorum, Experientia amicorum. 20. 1. 351.
Carcer est mala mansio, & specie tormenti. 17. 1. 351.
Carcer fuit inuentus custodia loco, non pœna. 3. 2. 388.
Carcer quot modis affligat carceratum. 12. 1. 389.
Carcer, & vincula ponuntur uti diuersa. 16. 2. 377.
Carcerans aliquem propria authoritate vsurpare videtur iurisdictionem Regiam. 24. 1. 79.
Carceratio diutina, nimis consideratur ad Reorum absolutionem. 34. 2. 306.
Carceratio diutina, prodesse debet Inquisito ad pœna minorationem. 50. 2. 72.
Carceratio est species torturæ. 10. 1. 389.
Carceratus, cui assignata fuit domus, vel palatium loco carceris, ità censetur carceres fugisse, si aufugit, sicuti si esset in carceribus, quia locus ille est subrogatus loco carceris. 9. 2. 363.
Carceratus dicitur etiam abilitatus, & detentus per palatium. 27. 2. 390.
Carceratus dicitur, qui ad sui libitum discedere nequit. 26. 2. 390.
Carceratus dicitur, qui sub pracepto adstrictus est stare in palatio, vel domo, seù Ciuitate, sicuti qui est in vinculis, aut carcere stricto. 17. 2. 364.
Carceratus diù detentus deponens ad instantiam Fisci, metu carceris deposuisse præsumitur. 54. 2. 238.
Carceratus domi, in vinculis esse dicitur. 8. 2. 370.
Carceratus domi, & in carceribus publicis

cis equiparantur, maximè si fuerit Nobilis. 43. 1. 393.
Carceratus etiam dicitur, qui sub fideiussoribus est relaxatus. 26. 1. 385.
Carceratus ille dicitur, cui locus pro carcere assignatur, à quo impunè exigere non potest, nec ire quo vult. 7. 1. 363.
Carceratus, in aliquo loco sub precepto penali, ità dicitur carcerem fregisse si aufugit, sicuti si esset in proprio carcere. 10. 2. 363.
Carceratus is dicitur, cui assignata fuit domus loco carceris, etiamsi condemnatus fuerit ad carceres publicos formaliter. 32. 1. 391.
Carceratus is dicitur, qui non potest ire quo vult: 5. 1. 363.
Carceratus petens audiri in exceptionibus, non videtur ad finem differendi iudicium agere, nec calumniosè. 21. 1. 351.
Carceratus quilibet dicitur, qui sub precepto detinetur. 30. 1. 391.
Carcerem frangens, siuè ab eo aufugiens, habetur pro confesso. 11. 2. 363.
Carceres ex personarum qualitate variantur. 13. 1. 384.
Carceri, quem mancipari ob debitum ciuili, bonis aduersatur moribus. 4. 2. 388.
Carceris priuati pena ideò imponitur, quia vsurpatur iurisdictio Regia. 35. 1. 80.
Carceris priuati pena, non incurritur ex modica detentatione. 33. 1. 80.
Carceris priuati pana non infertur, nisi detentio fuerit per horas viginti. 26. 1. 79.
Carnifex gerens se vti inimicus in infligenda morte, vti homicida puniendus. 50. 1. 469.
Carnifex minitando expoliare reum, vt ab eo pecuniam habeat, concutit, & extorquit recipiendo. 14. 2. 474.
Carnifex non potest recipere pecuniam ab aduersario rei damni, vt eum occidat, & quare, ibidem. 55. 2. 469.
Carnifex, occidens aliquem crudeliter alterius contemplatione, homicidij reus est. 49. 2. 468.
Carnifex, qui substulit vestes à muliere, eum dedecore eam ducendo ad patibulum iussu Imperatoris igne fuit crematus. 29. 1. 467.
Carnifex spolians damnatos, punitur etiã pena mortis. 28. 1. 467.
Carnifex trucidans condemnatum contra formam sententie, offendit Deum, iustitiam, proximum, humanam naturam, & sui debitum. 42. 1. 468.
Carnifex vulnerans decapitandum, tenetur pana mortis, & quare. 57. 2. 469.
Carnifex zelo vindicta, vel ex priuata inimicitia necans, quamuis ad necem iussu Iudicis accedat, peccat, & punitur. 45. 2. 468.
Carnifices ab ictu aberrantes apud Saxones saxibus, & telis obruebãtur. 8. 2. 465. & 58. 1. 470.
Carnifices non esse infames quicquid alij sententiant. 112. 2. 483.
Carnifices sunt ominosi. 1. 1. 465.
Carnificis munus omni commiseratione exercendum. 7. 2. 465.
Caroli V. Constitutio prohibet populo Car*nifices interficere aberrando, non tamẽ penam substulit ex proposito delinquentibus.* 59. 1. 470.
D. Carolus Brancacius Reg. Consiliarius, *laudatur.* 160. 1. 343.
P. Carolus de Sangro, *Societatis Iesu, laudatur.* 72. 2. 61.
Casale Marani est de districtu Ciuitatis Neapolis diuisum tantùm quoad iurisdictionem. 15. 1. 250.
Casualitas est probanda per allegantem. 31. 1. 476.
Casualitas excluditur vbi quoquomodo voluntas considerari potest. 30. 1. 476.
Casus in delictis excusat. 29. 1. 476.
Casus in verbis omissus, pro omisso habetur in dispositione. 15. 1. 377.
Casus legis vbi est, ibi nulla est dubitatio. 69. 1. 149.
Casus legis vbi est expressus, ibi nulla est dubitatio. 67. 2. 356.

Casus vbi est legis ibi nulla dubitatio. 2. 2. 375.
Castellanus spectatę fidei erga suum Dominum fidelis, non præsumitur culpam in arce custodienda commisisse. 14. 2. 292.
Causa ad delictum debet esse proportionata, & ratiocinatiua. 80. 2. 168.
Causa cessante in delictis, cessant omnia inditia. 59. 1. 166.
Causa ciuilis determinanda si parit exceptionem rei iudicatæ in causa criminali, est supersedendum in ciuili. 21. 2. 132.
Causa ciuilis ex eodem facto, eodemq; fonte procedens cum criminali, facit, vt in ea superſedeatur. 28. 2. 133.
Causa ciuilis prius intentata facit silere causam criminalem. 15. 2. 203.
Causa condemnationis, non contumacia attenditur ad exactionem pęnæ. 2. 72. 499.
Causa criminalis absorbet ciuilem, ratione maioritatis, ac preiudicij. 5. 2. 130.
Causa criminalis dicitur præiudicialis Iudicio ciuili discussioni nullitatum. 20. 2. 132.
Causa criminalis, quod faciat superſedere in causa ciuili, est de regula. 10. 1. 131.
Causa criminalis, quot modis dicitur præiudicari ciuili. 8. 1. 131.
Causa criminali non potest cumulari causa ciuili etiam Fisco instante. 14. 2. 203.
Causa dandi si intercedat in datione, dominium transfert. 72. 2. 40.
Causa deficiente, deficit causatum. 65. 1. 40.
Causa delinquendi cessante, cessat delicti præsumptio. 20. 1. 263.
Causa delinquendi cessante, inditia omnia euanescunt. 73. 1. 241.
Causa delicti cessante, cessant inditia, præsumptiones, & confessio. 35. 1. 145.
Causa delicti diligenter est inspicienda. 33. 2. 306.
Causa delicti si non probetur, præsumptio est pro Reo. 36. 1. 145.
Causa dicitur alteri præiudicialis, nedùm actu, & effectu, verùm etiam potentia. 24. 2. 132.
Causa etiam iniusta excusat à pœna ordinaria. 25. 1. 263.
Causa in delictis ante omnia inspicienda est. 58. 1. 166.
Causa in primis inspici debet in delictis. 61. 2. 239.
Causa inimicitię correspondere debet offensæ. 69. 2. 240.
Causa liquidationis instrumenti via ritus non potest exerceri à filio contra patrem, quia est Iudicium famosum. 47. 1. 329.
Causa maior dicitur pro honore, quàm pro vita tutanda. 30. 2. 263.
Causa magis attenditur, quàm factum ipsum in delictis. 22. 1. 263.
Causa mediata, & immediata in delictis concurrente, attendenda est immediata. 69. 1. 167.
Causa motiua huius secundę responsionis Fisci. 5. 2. 473.
Causa, origo, & principium attenditur, nō autem finis, & effectus ad sciendum an Iudicium sit ciuile, vel criminale. 37. 1. 328.
Causa propria dicitur de qua quis particeps habetur. 44. 1. 284.
Causa proxima, & immediata attenditur. 9. 2. 76.
Causa quæ nobilitatem tangit, pondere, & grauitate grauissima censenda est. 23. 1. 379.
Causa quæ plures tangit, censetur ardua, & grauis. 22. 1. 379.
Causa quælibet colorata, fatua, iniusta, temeraria, etiamsi bestialis excusat à dolo, vt quis ordinaria pœna non puniatur. 63. 2. 166.
Causa vera, & principalis attenditur. 75. 1. 41.
Causa vna deficiente, altera sustinetur. 30. 2. 144.
Causarum criminalium cognitio, in Regno spectat ad Tribunal Magn. Cur. Vicariæ. 17. 2. 45.

Cau-

Causarum euocationes sunt odiosa, & restringenda. 20. 1. 46.
Causarum merita, partium assertione pandantur. 67. 2. 23.
Causatum nequit plus virtutis habere, quã procedat ab influentiis causa potentia. 64. 1. 40.
Causarum praiudicialitas oritur nedùm ex perplexitate, & contrarietate sententiarum; verùm etiam ex intricatione processuum. 22. 2. 132.
Causa cognitionem qua desiderant, per libellũ expediri non possunt. 74. 1. 24.
Causa criminales in Regno sunt summaria. 21. 2. 186.
Causa criminales nõ possunt tractari extra Tribunalia ordinaria, & quare. 26. 1. 456.
Causa duę si concurrant ad actum, vna deficiente ex alia sustinetur. 16. 1. 92.
Causę euentus recensetur. 49. 2. 423.
Causę liquidationum Instrumentorum, cur hodie per Iudices ciuiles, & non per criminales tractentur. 44. 2. 328.
Cautela, vt Iudex possit pro delicto non capitali reum ad mortem damnare. 11. 2. 474.
Cautio de non offendendo non dicitur rupta ex leui percussione. 95. 2. 26.
Cautio dicitur medicina sequestri. 9. 2. 101.
Coertio, qua competit Delegato. 76. 2. 461.
Census constitutus sub obligatione generali omnium bonorum, dicitur nullus, & vsurarius secundùm formã Bulla. 159. 1. 343.
Censualis contractus requirit de substantia submissionem corporum. 154. 2. 342.
Characteres facilè imitantur. 68. 1. 181.
Characteris diuersitas, arguit suspitionem falsitatis. 54. 1. 59.
Charitatis ex radice, procedere debent delatores criminum. 3. 2. 200.
Charta immunda, & vituperata, arguit scripturę falsitatem. 38. 2. 56.
Charta maculosa, aut fumo infecta, arguit suspitionem falsitatis. 39. 1. 57.
Chyrurgi sunt Nobiles. 22. 2. 224.
Chyrurgus quoad pœnas tractatur vti Nobilis. 9. 2. 216.
Ciceronis *locus expenditur* in Oration. pro Pub. Quinct. *honorem supra omnia esse existimandum.* 30. 2. 407.
Citatio dicitur lapis angularis indicij. 39. 1. 409.
Citatio si non pracedat, actus dicitur nullus. 43. 2. 207.
Citatus quod legitimè compareat, intelligitur electa via ciuilis. 28. 2. 448.
Ciues in Regno, pro primis causis non possunt extrahi à proprijs domibus. 31. 1. 252.
Ciues originarij dicuntur, nedùm ij, qui nascuntur in Ciuitate, *in qua pater habet domicilium, verùm etiam ij, qui nati sunt in suburbijs, aut continentibus* Ciuitatis, *aut eius vico, vel Comitatu.* 18. 2. 250.
Ciuiliter si agitur pro crimine, ad pœnam tamẽ pecuniariam, causa reputatur criminalis, dummodò pęna applicetur Fisco. 39. 1. 328.
Ciuitas Neapolitana nõ habet iurisdictionem, neq; imperium absolutè, & simpliciter. 23. 1. 490.
Ciuitas Neapolitana, qua Tribunalia habet. 9. 2. 454.
Ciuitas Lysij, Authoris *Patria.* 46. 1. 179.
Ciuitas Lysij post Neapolim, nemini est secunda tùm magnitudine, cùm nobilitate. 59. 2. 59.
Ciuitas, qua præsidio caret iusto, excusatur à crimine lęsa Maiestatis, si hosti deditur. 43. 2. 295.
Ciuitas, & Casalia, tanquam vnum corpus habentur. 29. 1. 252.
Clausula abdicatiua facit causam quodãmodò similem causa clericali. 72. 2. 256.
Clausula abdicatiua non facit concurrere eum eo, qui iurisdictionem habet cumulatiuam. 18. 2. 436.
Clausula cognoscendi Baronibus de omnibus

bus delictis, de quibus sola Magna Curia cognoscit, qualiter sit accipienda. 7. 2. 510.
Clausula, Et non aliàs, *est limitatiua voluntatis, habet naturam pracisam.* n.4. *inducit conditionem, & formam*, n.5. 3. 2. 301.
Clausula, Et non aliàs, *perindè operatur, ac si nihil esset factum.* 6. 1. 302.
Clausula Et non aliàs, *remouet ab actu contrahentium, voluntatem.* 7. 1. 302.
Clausula in certum genus personarum habetur loco clausula clericalis. 16. 1. 436.
Clausula nequis extrahatur ratione exercitij, aufert iurisdictionem quibuscuis Iudicibus. 17. 1. 436.
Clausula priuatiua dicitur quando iurisdictio conceditur. 14. 1. 436.
Clem. VIII. *confirmauit constitutiones Antecessorum ad detestanda Duella.* 14. 1. 417.
Clem. VIII. *in casu Panhormitano, ex causis peculiaribus fuit motus ad referibendum homicidas non gaudere Ecclesia immunitate, non autem Gregorianã restrinxit.* 34. 1. 125.
Clem. VIII. *plura decreuit aduersus Duella, & Duelliatores.* 18. 2. 417.
Clericus est omninò exceptus à iurisdictione laicali. 12. 2. 435.
Clericus examinatus in causis criminalibus, non facit inditium. 53. 2. 238.
Clericus in criminalibus non recipitur in teste, quia refragatur Rit. Mag. Cur. 144. *tam cum licentia Superioris, quàm sine ea.* 52. 2. 238.
Clericus vigore Ritus *tenetur comparere personaliter, & forum allegare.* 55. 2. 493.
Clientis nobilitas insinuatur. 62. 1. 268.
Cognitio delictorum de receptatibus bannitos spectat ad Regia Tribunalia, *non ad Barones.* 39. 1. 514.
Cognoscit de omnibus causis, etiam Baronum, & ipsorum, qui sunt de sanguine Regis. 20. 2. 455.
Collaterale Consilium, quam iurisdictionem habeat. 12. 1. 455.
Comes Castrilli Regni Prorex Excellentissimus *laudatur.* 5. 1. 415.
Commissio causarum directa vni ex Auditoribus Rot. Rom. tribuit iurisdictionem etiam alijs. 9. 2. 428.
Comparatio literarum, ad hoc vt probet, debet deferri iuramentum. 65. 2. 180.
Comparatio literarum non benè fit cum sola nominis subscriptione. 66. 2. 189.
Comparatio literarum, qualiter sit faciẽda, vt probet. 64. 2. 180.
Comparatio literarum satis fallax argumentum dicitur. 67. 1. 181.
Comparatio manus, periculosa, & fallax probationis species dicitur. 42. 2. 207.
Comparatio peritorum ex officio electorũ, nullum infert praeiudicium, parte non citata. 45. 1. 208.
Comparatio scriptura Tabellionis, qualiter fieri debeat. 44. 1. 58.
Comparatur etiam ex obseruantia. 57. 2. 459.
Communis vsus loquendi, attenditur in instrumentis. 54. 2. 329.
Concessa alteri iurisdictione, non intelligitur priuatiuè ad Ordinarium facta. 42. 1. 442.
Concessio cum clausula, Non obstãtibus quibuscunq; priuilegijs, *non intelligitur de priuilegio clauso in corpore iuris.* 22. 1. 512.
Concessio generalis non comprehendit viduas, & pupillos. 23. 1. 512.
Concessiones Principis, que transierunt in contractum, ab eo tolli non possunt. 40. 1. 253.
Concessio vno, videtur concessa omnia, sine quibus concessio commodè, & efficaciter expediri non potest. 7. 1. 435.
Concilium Tridentinum, *quid decreuerit aduersus Duella, & Duellatores.* 15. 1. 417.
Concomitantes Officiales ratione Officij ad

ad delictum committendum, non cognoscuntur, nisi à Magna Curia *Vicariæ.* 6. 2. 510.

Concussio quando dicatur commissa. 13. 2. 474.

Condemnandi non citatum, nulla datur potentia. 65. 2. 23.

Condemnari nemo potest, qui non excusatur. 51. 2. 209.

Condemnari quis non potest ex præsumptionibus, in criminalibus. 47. 2. 11.

Conditionis deterioris esse non debet, qui est in casu dubio, eius qui est in casu certo. 44. 1. 21.

Confessio emanans ex productione scripturæ, impugnari non potest. 21. 2. 204.

Confessio erronea confitenti non nocet. 63. 2. 148.

Confessio in criminalibus non sciinditur. 78. 2. 168.

Confessio in tortura emanata, vt plurimũ procedit ex metu, & impatientia tormentorum. 65. 1. 243.

Confessio per suggestionem extorta, neque confitenti nocet, etiam si ratificata fuerit 61. 1. 211.

Confessio semper reuocari potest quamuis deliberatè facta esset, constito de errore. 61. 2. 148.

Confessio super re non verisimili præiudicare non potest. 27. 1. 194.

Confessus, vel conuictus cõsueuit ad mortem condemnari. 20. 1. 68.

Confrontatio, seu recognitio cum iuramento facta, excludit testium repetitionem. 16. 1. 186.

Confrontatio testium cum iuramento, operatur plusquam repetitio, seu citatio ad videndum iuramenta testium. 17. 1. 186.

Confrontatio testium cum Reo, habet vim citationis, & noui examinis. 18. 1. 186.

Coniectura plusquam duæ, si vrgeant contra scripturam, etiam in criminalibus de falso quis punitur. 10. 2. 51.

Coniectura quando sufficiant ad falsum insinuandum. 5. 1. 51.

Coniectura, vel præsumptiones à iure approbatæ plenè probant. 89. 1. 481.

Coniecturis non est opus in claris. 35. 2. 20.

Conscientia, mille Testes. 79. 1. 242.

Conscientia dicitur regula humanorum actuum. 83. 2. 242.

Conscientia nihil aliud est, quam sensus animæ cognoscentis bonum, & malum. 82. 2. 242.

Consensui nihil magis est contrarium, quã error. 59. 1. 148. & 145. 1. 341.

Consensus Abbatis, aliaq; sollemnitates requiruntur in alienatione rerum Ecclesiæ. 97. 2. 335.

Consilia non omnia, cunctis præsentibus tractari, ratio status, aut occasionum velocitas patitur. 36. 2. 294.

Consilia non quærenda, sed rapienda in subitis periculis. 37. 2. 294.

Consilium 1. Grammatici *post* decisiones *non fuit receptum in Tribunalibus.* 23. 2. 447.

Consiliarij Regij, dicuntur partes Principis. 29. 2. 205.

Consiliarij sunt Assessores Regis. 35. 2 491.

Constitutio Carol. V. 97. de capital. Iudic. *qua ratione probetur, & an subtollat pœnam* Carnificis *aberrantis.* 49. 1. 477.

Constitutio illa, Pacta seruabo, *processit ab ore Dei.* 41. 1. 253.

Constitutio Imperatoris localis, & particularis in alijs locis Imperij facit ius. 61. 1. 478.

Consuetudines prauæ, neq; ex tempore roborantur. 21. 1. 475.

Consuetudo ab vno introducta non valet. 19. 1. 475.

Consuetudo delinquendi per binos actus introducitur. 12. 2. 474.

Consuetudo generalis totius Regni, nullam aliam pœnam, quàm pecuniariam induxit contra debitores, qui patiuntur liquidationem instrumenti via ritus. 79. 2. 150.

Consuetudo loci attendi debet in computorum

rum visione. 36. 1. 195.
Consuetudo quando dicatur corruptela. 20. 1. 475.
Consuetudo, quæ se habet quod Testes asserentes se subornatos ad falsum deponendum, faciunt inditium ad torturam improbatur ex communi Doctorum placito. 17. 1. 234.
Consuetudo, & generalis practica circa impositionem pœnarum, est attendenda. 83. 2. 151.
Consuetum quid fieri, excusat falsitatem. 86. 2. 151.
Consulentes Principi, quæ animaduertere debent. 9. 1. 45.
Continentia causæ ne diuidatur, trahitur ad Tribunalia Regia causa aliàs remittenda Baronibus. 40. 1. 514.
Contractus à Principe initi, non debent ab ipso reuocari. 50. 1. 254.
Contractus absq; beneplacito Apostolico super alienatione rerum Ecclesiæ, redditur omnino nullus. 96. 2. 335.
Contractus annullatur ex metu dedecoris plusquam ex alio metu. 29. 2. 407.
Contractus censualis ad formam Bullæ, requirit vt fiat constitutio super certo corpore fructifero. 157. 2. 342.
Contractus cum minore initus absq; sollemnitatibus, habet spem reconualidationis ob minorem ætatem. 120. 1. 338.
Contractus cum Prælato Ecclesiæ initus, nullam habet spem reconualidationis. 121. 1. 338.
Contractus de re minoris, si deficiat ex vna tantùm sollemnitate, annullatur, quoad omnes contrahentes cuiusuis culpa precedat omissio. 141. 2. 340.
Contractus Ecclesiæ, & Minorum, an æquiparentur quoad nullitatē actus non interuenientibus sollemnitatibus. 105. 1. 336.
Contractus quandoq; claudicant. 118. 2. 337.
Contractus, si in eo reseruetur beneplacitum Sedis Apostolicæ, interim eo pendēte, dicitur nullus. 135. 2. 339.
Contractus sub falsa causa factus, non tenet. 146. 2. 341.
Contrahens cum Ecclesia, non debet diù stare in suspenso, ob defectum assensus. 126. 2. 338.
Contrarij vnius positio, est alterius contrarij destructio. 21. 1. 280.
Contrarium asserentis, non sunt aures præbendæ. 99. 2. 335.
Contrariorum idem est iudicium. 36. 2. 352.
Controuersiarum aliàs iudicatarum, in similibus consuetudo seruanda est. 13. 2. 223.
Contumacia cessante, cessat pœna successiua, non momentanea. 28. 2. 499.
Contumacia declarata nulla, pœna ex ea non debetur. 12. 2. 497.
Contumacia est delictum. 6. 2. 445.
Contumacia ficta sufficit ad interpositionem decreti. 15. 1. 498.
Contumacia non operatur scriudicationem. 39. 2. 10.
Contumacia quando præiudicat heredi, quoad pœnam. 17. 1. 498.
Contumacia Rei succedit loco contestationis litis, ad hoc vt pœna exequatur contra heredem. 11. 2. 497.
Contumaci etiam pro causa ciuili, denegatur audientia, nisi purgauerit contumaciam. 7. 2. 445.
Contumacia nulla declarata, resoluta censentur omnia, quæ ex ea dependent. 22. 2. 498.
Contumacia sublata, non resoluitur sententia pœnæ, quæ ex probationibus præcedentibus fertur. 24. 1. 499.
Contumax in non parendo, statim efficitur reus pœnæ. 18. 2. 498.
Contumax is dicitur, qui literis vocatus, præsentiam sui facere desinit. 14. 2. 497.
Contumax, qui vigore statuti potest condemnari, intelligitur quoad delictum principale tantùm, secùs quoad qualitates delictum aggrauantes. 43. 1. 11.
Contumax, & Bannitus, si est innocens, non debet forindicari. 41. 1. 11.

Con-

Contumelia afficiuntur Iudices, si de causa cognoscere inceperunt, & iurisdictio aufertur. 23. 1. 46.
Conuentiones emanant à consensu. 144. 1. 341.
Conuentionis placitum, est vndequaq; seruandum. 12. 1. 142.
Conuersatio mala, malum redarguit. 11. 2. 67.
Conuersatio mala, alio concurrente adminiculo, satis est ad torturam. 12. 2. 67.
Copia Capitulorum elicitur ex omnibus repertis, inditijs, & probationibus existentibus contra Inquisitũ. 4. 2. 184
Copia Capitulorum Inquisitis non datur in Regno, Fisco reluctante. 5. 2. 184.
Copia Capitulorum in Regno non potest denegari Inquisitis facta repetitione testium parte citata, vel ijs habitis pro legitimè repetitis. 10. 1. 185.
Correctio iurium de facili non est admittenda. 15. 2. 519.
Correctio legum non inducitur per tacitos, & subauditos intellectus. 35. 1. 422.
Corium, & caro hominis in commercium deducitur, quando ob debitum ciuile in carcerem quis detruditur. 5. 2. 388.
Corpore delicti deficiente, nulla competit actio contra Inquisitum, etiam respectu interesse. 5. 1. 298.
Corpus designatum in contractu censuali debet esse specificum, & fructuosum. 158. 1. 343.
Creditor debet probare filiumfamilias esse emancipatum, vel viuere seorsum à patre. 45. 1. 409.
Crimen læsæ Maiestatis absq; dolo non committitur. 32. 1. 294.
Crimina tardè obiecta, non probant. 58. 2. 210.
Criminalis iurisdictio est meri imperij. 33. 2. 457.
Criminalitati non fit locus, quando dolus purgari potest per actionem ciuilem. 91. 1. 152.
Criminis fundamentum à causa dependet. 21. 1. 263.
Crudelis in seipsum prædicatur, qui suam famam, & honorem negligit. 3. 1. 76.
Curiarum praxis, & obseruantia magnã vim obtinere debet in litium diremptione. 11. 2. 223.
Culpa dolus dicitur in perito, & Ministro. 43. 1. 477.
Culpa in Magistratibus, ex qualibet leui causa, à iure excluditur. 8. 1. 292.
Culpa lata subiacet pœnæ ordinariæ doli. 70. 1. 479.
Culpa non præsumitur, & minùs dolus, nisi probetur. 5. 1. 292.
Culpa qualibet non sufficit ad quem puniẽdum, sed esse debet dolosa. 2. 2. 291.
Culpa probatur ex ignorantia eorum, quæ quis curare debet. 84. 2. 480.
Culpa punitur pœna criminali, non tamen doli. 71. 1. 479.
Culpa quãdo punienda venit. 28. 2. 475.
Culpa, qui caret, & pœna carere debet. 15. 2. 292.
Culpa regulariter in ministro non præsumitur, sed potius diligentia. 81. 1. 480.
Culpa vbi est magna, dolo æquiparatur. 72. 1. 479.
Culpa, vt noceat, probari debet fuisse ordinata ad casum, aliàs non est in consideratione. 12. 2. 292.
Culpa, & negligentia ad hoc vt noceat, debet probari, quodq; talis fuerit, vt nulla extiterit excusatio. 7. 1. 292.
Curare, quisquis debet nè authoritas sui Tribunalis diminuatur. 8. 1. 474.
Cursores publici dicuntur Ministri Regis, & sub eius protectione, vndè illos offendens, seu impediens, læsæ Maiestatis crimine notatur. 25. 2. 506.
Custos arcis, si omni destituitur ope ad illam conseruandam nullius reus est pœnæ, si illam hosti tradidit. 18. 1. 293.

D

Damna, & incontinentia resultantia ex Delegationibus, & iunctis, 29. 2. 459. & 32. 1. 457.
Dari nequit, etiam pro iustitia celeriter administranda. 24. 2. 466.
Debitor quotiescunq; ante perfectā liquidationem instrumenti, admitti debet aduersus instrumentum in vinculis. 10. 2. 350.
Debitor speciei nō tenetur de interitu rei, si erat æquè apud creditorem peritura. 47. 1. 296.
Debitorem omnibus suis bonis spoliatum, iniquum est à suis creditoribus molestari. 18. 2. 398.
Debitores personaliter comparere debent in iudicio præsentationis instrumenti. 23. 2. 143.
Deceptus sub fide Præsidis quid mandantis ex speciali iussu Principis, dicitur deceptus sub fide Principis. 14. 1. 160.
Decisio affertur, qua Testes subornatos nō facere inditium nequidem ad inquirēdum, fuit determinatum. 18. 2. 234.
Decisio *apud* Reg. Sanfel. 283. *pro singulari affertur circa probationem sociorum criminum contra nominatum*. 37. 2. 236.
Decisio *Collat. Consil. in materia* Prag. 2. de Duell. 18. 1. 430.
Decisio Cur. Archiepiscopalis Neap. *apud* Episcop. Ricc. decis. 168. par. 1. *adducitur ad secernendam proditionem*. 22. 2. 122.
Decisio Dom. de Franch. dec. 213. n. 37. *adducitur ad insinnandum Neapolitanorum bona non publicari in crimine vsuræ*. 22. 1. 85.
Decisio Dom. de Franch. 564. *pro singulari adducitur ad insinuandum, Doctoratum esse dignitatem, & Medicum esse Nobilem*. 1. 2. 222.
Decisio Dom. de Franch. 569. *in qua habetur pœnas plebeorum, & Nobilium in Regno esse distinctas enucleatur*. 2. 2. 222.
Decisio D. de Franch. 188. *expenditur*. 27. 2. 251.
Decisio D. de Franch. 722. *habuit indicaturas contrarias*. 36. 1. 440.
Decisio D. de Franch. 329. *enucleatur*. 15. 1. 447.
Decisio D. de Franch. 329. *enucleatur*. 21. 2. 447.
Decisio D. de Franch. 505. *quo in casu loquatur*. 52. 2. 515.
Decisio D. de Franch. 100. *adducitur ad probandum, quod Virgo sub potestate patris existens gaudeat*. l. vn. C. quan. Imper. 8. 2. 518.
Decisio ex solo libello manere potest. 73. 1. 24.
Decis. Reg. Rouit. 49. *expenditur*. 30. 1. 522.
Decisio Regen. Sanfellicij 249. par. 2. *de extrahente foriudicatum ab Ecclesia, eumq; occidi mandante, qua pœna fuerit mandanti illata, pro singulari affertur*. 73. 1. 168.
Decisio 227. Reg. Sanfel. *expenditur*. 29. 2. 448.
Decis. Sac. Consilij adducitur contra Religiosum præsentantem instrumētum via ritus. 68. 1. 331.
Decisio Sac. Cons. apud Consil. Gizzar. dec. 10. *expenditur*. 25. 2. 217.
Decis. Sacr. Cons. *apud* D. de Franch. dec. 569. *adducitur ad insinuandam praxim pœnarum, quibus Nobiles, ac ignobiles feriuntur*. 8. 1. 67.
Decisio *Sac. Consiliarij* 361. *apud* D. de Franch *expenditur*. 16. 1. 250.
Decisio Sacri Consilij apud D. de Franch. dec. 379. *reuocauit decretum Magnæ Curiæ condemnantis ex depositione Birrnariorum*. 53. 2. 165.
Decisio Sac. Cons. *apud* Dom. de Franch. 420. *expenditur*. 7. 2. 324.
Decisio Sac. Cons. *apud* D. de Franch. 623. *expenditur*. 12. 1. 325.
Decisio Sac. Consil. *apud* D. de Franch. dec. 35. *vti singularis adducitur ad casum inducatum*. 116. 2. 337.
Decisio Sac. Consil. *apud* D. Reg. Sanfel.

fel.280.par.2. *vti singularis affertur.* 131. 1. 339.
Decisio Sac.Consil. *apud* D.Reg.Sanfel.dec.281.n.6.*vti peculiaris expenditur.* 138. 1. 340.
Decisio *Sacri Consilij apud* Gizzar.dec. 52.n.22. *in beneficium meretricum petentium mercedem promissam, in iudicio recensetur.* 33. 1. 36.
Decisio Sac.Consil. *apud* Gizzar. 72. *adducitur pro singulari ad indicandum quando actus liquidationis instrumenti dicitur perfectus.* 62. 2. 355.
Decisio Sac. *Conf. apud* Gram. dec.95. *expenditur.* 23. 1. 102.
Decisio Sac. Conf. *apud* Grammaticum 61. *enucleatur.* 25. 1. 448.
Decisio Sac.Conf. de anno 1643. in causa Ill.Ducis Vetri cum D.Francisco de Tufo, *recensetur.* 33.1.352.
Decisio Sac.Conf. de anno 1643. *in causa D.Francisci de Tufo cum Ill. Duce Vetri, cui domus assignata fuit loco carceris pendente termino ei dato ad se defendendum aduersus instrumentum præsentatum via ritus, recensetur.* 21. 2.378.
*Decisio Sacri Consilij de Guidatico obseruato apud Illust.Marchion.*Ramon.*Sacri Consilij Præsidem extollitur.* 26. 2. 161.
Decisiones Sac.Conf. *apud* Dom.Reg. Tapiam,& Sanfelicium, *expenduntur.* 51. 2. 515.
Decisio Senatus Portugalliæ, apud Melchior Phæb.dec.3.tom.1. *pro singulari adducitur, quod Nobilis domi detentus verè carceratus.* 14. 2. 384.
Decisio Supremi Collateralis Cõsilij, *apud* Reg.Reuerter. in manuscript. *recensetur, qua fuit absolutus vir bonæ opinionis, & famæ inquisitus de subductione Testium ad falsum deponẽdum.* 92. 2. 243.
Decisio Thomæ Grammatici 41. *de familia vulnerante inquisitum, quem salua manu apprehendere poterat, expenditur.* 72. 2. 167.
Decisiones Sacri Consilij Neapolitani, habent exequutionem paratam, & armata manu exequuntur. 19. 1. 46.
Decisiones Sac.Consilij Neapolitani recensentur, quibus Bannitis Regia fides fuit obseruata. 24. 1. 161.
Decisiones 337.& 277.par.2. *apud* D. Regen.Sanfel. *adducuntur, &* n.29. 27. 1. 447.
Decisionibus D.de Franchis, *plures docti euaserunt, & in dies euadere possunt.* 16. 2. 223.
Decisum dici non potest, quod non fuit discussum. 80. 2. 358. *&* 37. 1. 440. *&* 80. 2. 358.
Declarans nolle vti instrumento licet falsi pœnam euites, tamẽ non per hoc instrumentum falsitatem euadit. 26. 2. 54.
Declarare recusans circa vsum scripturæ, falsitatis præbet suspitionem. 25. 2. 54.
Declaratio actus etiam contra hæredem fieri potest. 20. 2. 498.
Declaratio actus non adhibitis solemnitatibus, laborat eodem nullitatis morbo, quo actus principalis. 127. 2. 338.
Decreta Mag. Cur. vim decisionum non habent, quia subsunt SacroConsilio. 44. 2. 514.
Decretum contumaciæ operatur, vt pœna contra hæredem possit exequi. 16. 1. 498.
Decretum inaudita Parte latum est nullum. 13. 1. 371.
Decretum in causa Illust. Marchionis Pollæ cum Paolo Francono, recensetur. 25. 1. 399.
Decretum latum contra solitum stylum Curiarum, dicitur nullum. 80. 2. 24.
Decretum Magnæ Curiæ pro tortura refertur. 2. 2. 173.
Decretum Magnæ Curiæ, quod ponatur in libro Inferni pœna, debet præcedere ad perficiendum actum liquidationis. 55. 1. 355.
Decretum Sacri Consilij Iunctis Aulis in causa D.*Francisci de Tufo cũ Ill.Duce Vetri, quo fuit prouisum debitori citato*

super tenore instrumenti ad formam ritus esse assignādam domum loco carceris, refertur. 34. 2. 367.
Decretum Sacri Consilij, quod audiatur Dux Acheruntiæ aduersus instrumenti præsentationem, dummodò in carceribus Magnæ Curiæ se constituerit, refertur. 1. 1. 362.
Decretum Sacri Consilij, quod stuprata sint salua iura circa interesse, stante criminis abolitione per Indultum generalem adducitur. 4. 2. 297.
Decretum Supremi Collat. Consilij in causa Ill. Ducis Acheruntiæ super venditione eius bonorum, refertur. 1. 2. 396.
Decuriones Rectores Ciuitatis Neapolis, non sunt exempti à iurisdictione Mag. Curiæ. 24. 1. 490.
Dedecus oritur ex remotione officij, quia agitur de fama, & de toto asse. 87. 2. 25.
Defensiones in fauorem inquisiti de insultu, qualiter fieri debeant. 48. 1. 96.
Defensiones intra carceres non sunt dandæ Officiali inquisito de extorsionibus, pro quibus non venit imponenda pæna corporalis. 9. 1. 18.
Deficiens in eo, quod fecit, probatur culposus à parte rei. 83. 2. 480.
Delegat, in facto de quo agitur, quam iurisdictionem habeant, & ad quem finem. 52. 1. 459.
Delegationes causarum contra Neapolitanos, in quibus causis fieri permittuntur. 24. 2. 46.
Delegationes causarum nō debent fieri, nisi magna vrgente causa, vel publica vtilitate suadente. 11. 1. 45.
Delegationes, quando, & quo pacto fieri possunt. 27. 1. 456.
Delegatus nil proprium habet in iurisdictione, sed quod à Principe ei tribuitur. 43. 2. 458.
Deliberatio licèt arguatur ex actibus continuatis, nō tamen ex ea error aufertur. 11. 2. 192.
Delicta carnis omnes tangūt. 2. 2. 97.
Delicta erga Cursorem publicum commissa, cur grauia sint censenda. 29. 1. 507.
Delicta exceptuata quæ sint, de quibus potest interrogari de socijs. 41. 2. 236.
Delicta, ex quibus Officialis potest suspendi, & priuari recensentur. 34. 1. 513.
Delicta in quibus præcipuè Fiscus figebat pedes pro confirmatione sententiæ ad mortem, recensentur. 10. 1. 67.
Delicta morte delinquentis extinguuntur vnà cum pæna, ità vt nequidem heredes inquietari queant. 1. 2. 496.
Delicta quæ oriantur ex impedimēto præstito publico Cursori. 21. 2. 506.
Delicta, quæ sunt patrata ab hoc Carnifice. 11. 1. 466.
Delicta sine causa non committuntur. 19. 1. 263.
Delicta vt puniātur, quæ veniunt consideranda. 31. 2. 507.
Delicti causa cessante confessio inquisiti redditur inuerisimilis, Nam sine causa nemo præsumitur delinquere. 77. 2. 168.
Delicti forus licèt sit potentior, non tamen tollit forum originis. 69. 1. 256.
Delictis in occultis, & indiciis, & præsumptiones, quando sufficiunt ad condemnandum. 15. 1. 52.
Delictorum in punitione, quæ veniunt cōsideranda. 47. 1. 266.
Delictorum plures enumerantur species, in quibus Minoribus in pænis succurritur. 51. 2. 266.
Delictū ad excludendum præsumitur quid potius gestum ex actu licito, quàm illicito. 39. 1. 37.
Delictum cum moderamine inculpatæ tutelæ non est puni bile. 7. 2. 261.
Delictum de quo remanent vestigia, si de ijs non apparet, non dicitur probatum. 23. 1. 109.
Delictum in genere ante omnia constare debet, aliàs procedi non potest. 61. 2. 39. & 41. 1. 71. & 6. 2. 202.
Delictum in genere de insultu, qualiter constare debet. 47. 2. 96.

De-

Delictum in genere respectu asportationis armorum, non constat, nisi fiat apprehēsio, & inuentio cum armis. 51. 2. 96.
Delictum intuitu officij ab Officiali commissum, qualiter secernitur. 4. 2. 510.
Delictum mali exempli grauius cęteris punitur. 32. 2. 507.
Delictum non capitale fit capitale ex consuetudine delinquendi. 10. 1. 474.
Delictum non incontinenti commissum, nec cū moderamine inculpatę tutelę, ordinaria pęna non punitur. 10. 1. 262.
Delictum non committit, qui in casu dubio contra Fiscū respondet. 63. 1. 98.
Delinquendi causa cessante, confessio Rei *non attenditur.* 74. 1. 241.
Delinquens die sequenti post incitatam iram, non excusatur à pęna ordinaria. 13. 2. 505.
Delinquens ex interuallo non excusatur. 4. 1. 504.
Delinquens infra 30. *dies ob iram, adhuc dicitur durasse.* 14. 1. 262.
Delinquens pro honore conseruando, vel dedecore apud probos viros, expellendo excusatur à pęna ordinaria. 28. 2. 263.
Deliquisse se asserenti ex alia causa, quàm ea, quę sibi imputatur, credendum est. 62. 2. 239.
Delinquere quem velle sine causa, non præsumitur. 55. 1. 239.
Demonstratio frustrà fit rei demonstrata. 19. 2. 311.
Denunciationi facta per inimicum nulla adhibenda est fides. 16. 2. 108.
Depositio Birrnarij *despicienda est.* 56. 1. 180.
Depositio cōdemnatorum morti traditorum in tortura ante exequutionem sentētia, non faciunt indicium ad inquirendū. 9. 2. 233.
Depositionem primam iuratam reuocans periurus est, falsique pęna puniendus. 34. 1. 163.
Depositiones Reorum morti traditorum ante sententia exequutionem recensentur. 3. 2. 231.
Depositioni primæ iuratę standum est, nō secunda. 33. 1. 163.
Depositionis fides metienda est ex rebus sensatis non distantibus à verisimili. 25. 2. 193.
Destructo fundamento, corruit ædificium. 40. 1. 97.
Detentus potius censetur ratione sedis vitandi, quàm veritatis sectanda deponere. 23. 2. 193.
Determinatio Sac. Consil. apud D. de Franch. dec. 147. *enucleatur.* 13. 1. 486.
Determinationes adducūtur, quibus etiam inquisiti de assassinio, pro obseruantia fides Regia fuerunt è carceribus absoluti. 22. 1. 161.
Determinationes Senatuum debēt insectari in similibus casibus. 7. 1. 223.
Deus gubernat consilia eorum, qui elementem, & humaniorem dicunt sententiam. 52. 2. 72. & 37. 2. 110. & 68. 1. 269.
Deus præteritorum criminum, quorum creaturas pœnituit, iterum non ex., uirit. 6. 2. 159.
Deus tenetur ex contractatione, & pacto 42. 2. 253.
Deus tenetur ex Duello, *ideò detestandū.* 11. 1. 416.
P. Diana *laudatur.* 35. 1. 264.
Dicitur luminare maius, & fons omnium Tribunalium. 19. 2. 415.
Dictio negatiua præcedens actum potestatiuum, aufert potentiam ab actu. 15. 2. 325.
Dictio, Nullus, *est exclusiua omnium.* 11. 2. 416.
Dictio, Porquanto, *apud Hispanos, est restrictiua.* 85. 2. 333.
Dictum vnius, dictum nullius. 29. 1. 306.
Dies in instrumento adiecta solutioni, debitorem interpellat. 26. 1. 144.
Dignitas de patre in filium descendit. 28. 1. 218.
Dignitas filij, laus, & gloria est patris. 31. 1. 218.

Di-

Dilationes concessę debitoribus, procedunt etiam pro debito Ecclesiasticarum personarum. 2. 2. 323.
Dilationes debitoribus concessę ad tempus, in modico lędunt creditores. 2. 2. 323.
Dilationes passim conceduntur debitoribus per Sacrum Consilium, *verùm non consueuerunt excedere quinquennium.* 4. 2. 323.
Diligentia semper pręsumitur adhibita à quolibet in suo munere, quando de culpa non constat 13. 2. 292.
Diploma Adm. Reu. P. Caroli de Sangro *Societatis Iesu adducitur.* 73. 2. 61.
Dispensatio obtenta, quod instrumentum reassumatur in formam libri, strictè est accipienda. 11. 1. 327.
Disponere ad libitum de re sua cuipiam licet. 70. 2. 40.
Dispositio municipalis nunquam extenditur, quoad pęnam. 76. 1. 150.
Dispositio Pragm. 1. de Senatusconsul. Macedon. *verificatur in eo, qui habet pręsumptionem, quod sit filiusfamilias.* 49. 2. 409.
Dispositio ritus Magnæ Curiæ 166. *enucleatur.* 3. 2. 349.
Dispotiones quęcumq; ità accipiuntur, si tempus, & locus ad exequutionem, usq; venire permiserint. 34. 2. 294.
Dispositum in uno ex correlatiuis, cēsetur in alio dispositum. 36. 2. 218.
Distinctę iurisdictiones, ubi sunt, unus de altero non cognoscit. 41. 1. 458.
Districtus, seù quoquomodo detentus, ut euadere non possit, dicitur carceratus. 13. 1. 364.
Diuerso iure censeri non debent, quę eandem habent facti speciem. 34. 2. 352.
Diuina clementia non patitur crimina semel dimissa, iterum in ultionem venire. 7. 2. 159.
Diuisio Tribunalium in exercitio iurisdictionis qua de causa fiat. 11. 2. 454. & 17. 2. 455.
Doctis viris pręmia, & honores conferri consueuerunt. 31. 1. 313.
Doctor in Medicina, consequitur dignitatem. 5. 1. 126.
Doctor in Medicina, & Philosophia, dicitur Nobilis. 11. 2. 216.
Doctor perfunctoriè loquens, non facit numerum. 25. 2. 365.
Doctor sibi contrarius amittit fidem, & pro neutra opinione est approbandus. 29. 1. 391.
Doctoratum non esse dignitatem, qui dixerūt, ratiocinantur de quatuor gradibus contentis in l. 1. C. de dignit. lib. 12. 3. 1. 216.
Doctoratus est dignitas. 2. 1. 216.
DD. *atentes meretrici competere actionem ad mercedem consequendam ex causa fornicationis recensentur.* 32. 1. 36.
DD. *adstruentes Iudicium liquidationis instrumenti esse criminale, non ciuile, enumerantur.* 34. 2. 327.
DD. *dubitant an Virgo sub patris potestate existens comprahendatur in* l. vn. C. quan. Imperat. &c. 3. 1. 518.
DD. *qui libros ediderunt, sunt quasi radia Solis.* 27. 2. 312.
Doctori attestanti de consuetudine creditur in his locis, in quibus ipse versatus est, non in alijs. 18. 2. 389.
Doctori attestanti de consuetudine non est credendum, nisi constet aliundè. 20. 2. 389.
Doctori attestanti de non usu, fides minimè adhibeatur. 21. 1. 390.
Doctori perfunctoriè loquenti, & per transennam, non creditur. 22. 1. 390.
Doctori sibi ipsi parum constanti, non est adhibenda fides. 74. 2. 332.
Doctoribus in terminis terminantibus materiam agentibus magis est credendum, quàm ys, qui obiter transeunt. 24. 2. 365.
Doctrina Addent. ad ritum Magn. Cur. 166. *de Nobili citato super tenore instrumenti minimè carcerando, sed loco carceris detinendo per palatium, falsò attribuitur* Bartholomeo de Capua 23. 1. 350.

Do-

Doctrina punctualis affertur, quod in terminis r:tus Magn.Cur.166.*dicitur satisfactum, si debitori Nobili detur tota* Ciuitas *pro carcere*. 28. 1. 366.

Dohana Regia non cognoscit extra causas ciuiles Dohanæ. 58. 2. 459.

Doli circumstantia est probanda per Fiscũ, quia non præsumitur. 6. 1. 292.

Doli præsumptio cessat, vbi non est commodum. 38. 1. 285.

Dolum non committit, qui vtitur iure suo. 21. 1. 143.

Dolus à iure præsumptus dicitur verus. 94. 2. 481.

Dolus est quid latens in animo, & non datur directa probatio; sed per præsumptiones probatur. 87. 2. 480.

Dolus est probandus ab allegante. 54. 2. 285.

Dolus est vnum de requisitis in falsitate conuincenda. 51. 1. 285.

Dolus in actu, re ipsa doloso supponitur, nisi probetur casualitas, vel aliud excusans. 92. 1. 481.

Dolus in contractu adhibitus personalem tantùm actionem parit contra tertium non exercendam. 58. 1. 286.

Dolus in defectu agendi, etsi præsumptus efficitur verus, si præcesserit monitio. 96. 2. 481.

Dolus manifestis inditijs probari debet. 92. 1. 26.

Dolus necessariò requiritur, ad quem ordinaria pœna puniendum. 64. 2. 166.

Dolus non debet patrocinari doloso. 17. 1. 193.

Dolus probatur à solito. 104. 2. 482.

Dolus probatur duabus præsumptionibus. 88. 1. 481.

Dolus probatur ex dissimilitudine actus. 105. 2. 482.

Dolus probatur, vbi quis spreuit monitionem. 95. 2. 481

Dolus requiritur in delictis militum ad hoc vt puniatur. 4. 2. 291.

Dolus resultans ex mendacio, dicitur verus non præsumptus. 98. 1. 482.

Dolus, & culpa à prouocante, & aggrediente, non à prouocato prouenisse præsumitur. 5. 2. 261.

Dolus, & mala fides non præsumuntur. 90. 1. 26.

Dominus sicuti habet vassallum in multis obligatum, ità & vassallus Dominum, ratione cuiusdam correlationis, & paritatis. 46. 2. 295.

Domum esse loco carceris pluribus probatur à Nouario. 38. 1. 392.

Domum loco carceris tenens sub fideiussione, si discessit, & deindè redeat, non est rupta fideiussio, vt ad pœnam teneatur. 6. 2. 90.

D. Donati Antonij de Marinis, & Authoris *opera quotidiè allegantur ad decisiones causarum*. 26. 2. 312.

D. Donatus Antonius de Marin. in 1. quotidian. resol. cap. 110. *declaratur*. 46. 1. 423.

Dubia in re, certum quid determinare, graue est. 105. 1. 27.

Dubia si fuerit probatio de culpa, non potest ex ea sequi condemnatio. 9. 1. 292.

Dubijs in quæstionibus contra Fiscum est iudicandum. 51. 2. 254.

Dubijs in quæstionibus, Bartolo *est inhærendum*. 13. 2. 121.

Ducis prudentis non est vltrò periclitari, nisi vbi perspicuum sit, hostibus se potiorem. 23. 1. 293.

Duella ad cõseruationem boni publicĩ quãdo admittuntur. 27. 1. 420.

Duella olim in Hispania fuerunt tolerata, & postmodum reuocata. 23. 2. 418.

Duelli materia plenè exarata à D. Larr. allegat. 114. 116. & 117 *ab* Authore *indicatur*. 50. 2. 424.

Duelli materia remissiuè. 43. 1. 265.

Duelli pœna quæ sit hodie ex dispositione Pragm. 1. de Duell. 4. 1. 415.

Duellum acceptatum à Fratre Leonardo Prato *in seruitium Serenissi. Reipublicæ Venetiarum, quare licitum fuerit*. 28. 2. 420.

Duellum est inhibitum de iure canonico. 10. 1. 416.

Duellum est prohibitum iure gentium, & ciuili

ciuili. 19. 1. 418.
Duellum fuit inuentum à Diabolo. 2. 2. 414.
Duellum in Regno damnatur peculiaribus Pragmaticis. 1. 2. 414.
Duellum in Regno est prohibitum per Cõstit. Monomachiam. 21. 1. 418.
Duellum nemo offerre potest, nec oblatum suscipere. 8. 2. 415.
Duellum non admittitur, quia species iudicij est. 28. 2. 187.
Duellum prohibetur, quia nemo in causa propria, ius sibi dicere potest, vel irrogatam iniuriam, aut querelam vindicare. 29. 2. 187.
Duellum triplex dicitur. 26. 1. 420.
Dux Arcem videns ab hostibus penè occupatam, nullo auxilio sibi suffragante, si vitam custodientium saluauerit, laude, non pœna dignus erit. 38. 2. 294.

E

Ecclesia dicitur persona mistica. 113. 1. 337.
Ecclesia etiamsi in euidentem vtilitatem contrahat, non intercedentibus sollemnitatibus, adhuc nulliter contrahit. 103. 1. 336.
Ecclesia immunitati fauendum est in dubio. 47. 2. 126.
Ecclesia tenetur assensum expetere super contractu, aliàs contrahens poterit ab eo recedere. 125. 2. 338.
Ecclesia, & minor, in quibus differant circa contractus claudicationem. 119. 1. 338.
Ecclesia contractus si fuerit nullus, an ab ipsa Ecclesia *tantùm possit allegari.* 115. 1. 338.
Ecclesia vtilitas non præsumitur, sed potiùs damnum, quando in contractibus ipsius deficiunt solemnitates. 111. 1. 337.
Effectus suspensiuus vbi datur, ibi etiam dantur attentata. 60. 2. 355.
Eius munus, & quę curare teneatur. 2. 2. 453.
Electio, & variatio fori est pedissequa querelæ. 34. 2. 522.
Electus ad protegendum, vti director non habet iurisdictionem. 72. 1. 461.
Electus à Principe ad munus iudicandi, non debet examini subijci, tanquam ab ipso approbatus. 16. 1. 311.
Eligentes Iudices cum pœna, si eorum dictis stare nolunt, tenentur ad illam. 14. 1. 101.
Eloquentia magna esse debet, qua inuitis placeat. 2. 2. 159.
Emens rem à Fisco, non potest ab alio molestari elapso quatriennio. 37. 1. 253.
Equites nonnulli Neapolitani morti fuerũt traditi ex eo, quod carceratum pro debito ciuili è manu Curiæ eripuerint. 27. 1. 507.
Errans non confitetur, nam erronea confessio non valet. 62. 2. 148.
Error calculi opponi potest etiam in via exequtiua. 30. 1. 194.
Error, dolus, culpa, fraus, & negligentia differunt. 26. 2. 475.
Error consistens in facto, & in intellictu non præsumitur, sed est probandus specificè. 36. 2. 476.
Error, etsi excludat dolum, non excludit latam culpam in ministro, & perito. 42. 2. 476.
Error in actis potiùs præsumitur, quàm dolus. 22. 1. 24. 2. 475.
Error, ità in paucis, sicuti, & in multis cõtingere potest. 35. 2. 194.
Error non nocet, quia facti. 33. 2. 194.
Error non præsumitur in actu geminato. 39. 2. 476.
Error nõ præsumitur in peritis artis. 38. 2. 476.
Error potens calculi etiam per mille annos allegari potest. 9. 2. 192.
Error potiùs, quàm falsitas præsumitur. 51. 2. 109.
Error præsumitur, ex quo nemo est tam peritus, qui quandoq; non erret. 35. 1. 476.
Error rerum gestarum veritati non præiudi-

iudicat. 27. 2. 475.
Error si non pateat, sed allegetur in calculo, spatio 30. *annorum praescribitur.* 10. 2. 192.
Erronea confessio, confitenti non nocet. 58. 1. 148.
Erronea ratio est reuidenda. 7. 1. 192.
Erubescimus, dum sine lege loquimur. 40. 1. 401.
Ethnici, adhuc aequitati innituntur. 75. 1. 270.
Euentus probat culpam. 86. 2. 480.
Euentus rei ab Authore *indicatur.* 41. 2. 401.
Euidentissima probatio dicitur instrumentum. 6. 1. 278.
Euocatio causarum potest fieri ad instantiā miserabilium personarum. 5. 2. 44.
Ex aliena citatione citatus tenetur comparere, & allegare forum. 52. 2. 493.
Ex alloquutione secreta oritur mandati praesumptio, etiam quod testes nesciant, quod sit alloquutum. 113. 1. 484.
Examen fuit introductum in iuuenibus inexpertis. 8. 1. 310.
Examinari non debet, qui est notoriè literatus, & habilis. 17. 2. 311.
Excedens in se vindicando punitur de culpa, non de dolo. 26. 2. 263.
Excellentiss. Comes Montisregij, *laudatur.* 51. 2. 354.
Exceptio carcerationis, & nullitatis admittuntur pro parte citati per Magnam Cur. Vicariae, vltra alias contentas in ritu 269. 3. 1. 445.
Exceptio clericatus in terminis rituum Mag. Cur. *non allegatur per Procuratorem.* 8. 1. 446.
Exceptio declaratoria fori, an possit opponi per procuratorē in terminis ritus Magn. Cur. *& quid de iure communi.* 4. 1. 445.
Exceptio declaratoria fori, etsi sit notoria, est alleganda per modum petitionis. 54. 2. 493.
Exceptio euictionis, dicitur perpetua. 36. 1. 253.
Exceptio non numeratae pecuniae opponi potest infra biennium. 147. 2. 341.
Exceptio nō numeratae pecuniae infra biennium opposita, dicitur probata. 148. 2. 341.
Exceptio nulla admittitur per ritum aduersus liquidationem instrumenti, nisi in promptu de satisfactione edoceatur. 22. 1. 143.
Exceptio oriens ex facie instrumenti, impedit illius exequutionem. 109. 2. 336.
Exceptio oriens ex facie instrumenti tanti est, vt Iudex ex officio agentem repellat. 110. 2. 336.
Exceptio qualibet, mediante Iudicis decreto est reijcienda. 42. 2. 401.
Exceptio, quod non sit instrumentum, semper opponi potest. 155. 2. 342.
Exceptio rei iudicatae, impedit processum ad vlteriora. 16. 1. 204.
Exceptio rei iudicatae dicitur vnum ex tribus remediis finiendarum litium. 17. 1. 204.
Exceptio rei iudicatae dicitur exceptio perpetua ad exclusionem iuris agentis. 18. 1. 204.
Exceptio rei iudicatae efficit, vt agenti denegetur audientia. 19. 1. 204.
Exceptio, siue retorsio iuris iniqui admittitur in iure. 102. 1. 336.
Exceptione opposita, quod quis sit filiusfamilias, nequit instrumentum via ritus liquidari. 26. 2. 407.
Exceptiones fundatae sunt in aequitate. 43. 2. 401.
Exceptiones, quę admittuntur pro parte citati per Magn. Curiam Vicariae. 2. 1. 445.
Exculpatio rei in mortis articulo ante exequutionem sententiae, prodest summè ad inculpandum inquisitum, de quo adducitur decisio Collateralis Consilij D. *Fisci Patrono annuente.* 63. 2. 239.
Excusatio non admittitur in perseuerante ad delinquendum. 16. 2. 505.
Excussio non requiritur, vbi notorium est debitorem non esse soluendo. 39. 1. 401.
Ex diuersis non benè infertur. 31. 1. 94.
Ex diuersis non fit illatio. 18. 1. 447.

Exempla plura referuntur, de Praefectis artium. 40. 1. 295.
Exempla referuntur nonnullorum Ducum, qui cum necessitate adstricti, desertores militiae fuisset, nulla coerciti pena fuerunt. 19. 1. 293.
Exemplaris prouisio in delegando causas, fieri debet in causis exemplaribus. 12. 1. 45.
Exemplis aliquando indicamus. 26. 2. 290.
Exemplis comprobatur Delegatos *non habere iurisdictionem criminalem.* 73. 1. 461.
Exempli non est iudicandū. 21. 1. 312.
Exemplum adductum de liquidatione instrumenti contra Felicem Basile, explanatur. 73. 1. 357.
Exercens Iurisdictionem potest compelli ostendere facultatem. 46. 2. 458.
Ex errore ministri insurgit doli praesumptio, ex eo, quia cu'pa dolus praesumptus dicitur in eo. 44. 1. 477.
Ex facto alterius, nemo tenetur, nisi praecesserit tractatus. 20. 2. 6.
Exiliatus, & relegatus, licet in flagranti non captus intra loca prohibita, durante termino praefinito, an testibus si conuincatur non seruasse fines exilij, queat ad penam condemnari. 38. 2. 94.
Exilij fines non seruans, ad quod fuit adstrictus iuramento, Reus est pena per ipsum acceptate. 40. 1. 95.
Exilij pena venit puniendus percutiens, quē cum baculo. 43. 2. 178.
Eximens carceratum è manu Curiae, *reus est mortis secundùm* Constit. Sisti V. 26. 1. 507.
Exitus actum probat, & dolus ex euentu probatur. 101. 1. 482.
Exitus negotij probat actum, & animum. 48. 2. 468.
Ex specialibus concessionibus generali non derogatur. 43. 2. 492.
Expectandum non est, cuius euentus nihil operari potest. 29. 1. 294.
Experientiam dicitur rerum Magistra. 10. 2. 310.
Experientia est sicut lapis, quo aurum probatur. 11. 2. 310.
Ex reiteratione delicti pena augetur, vsq; ad mortem. 33. 1. 467.
Extensio non datur ex identitate rationis, sed comprahēsio etiam in materia exorbitanti. 27. 2. 375.
Extraordinaria pena venit imponenda pro iniuriis. 45. 2. 178.
Extraordinarij Magistratus vtilitatis causa constituuntur. 38. 1. 458.
Extrauagans Ambitiosè, de reb. Eccles. non alien. *vltra actus nullitatem, imponit, quoque penam alienanti.* 102. 1. 336.
Ex victiis reiteratis erroribus dolus probatur. 107. 2. 482.
Ex vsu, & stilo alterius loci, vel ex opinione Doctoris decidi potest causa. 66. & 68. 2. 478.
Ex vsu vnius populi iudicandum vbi lex deficit. 60. 1. 478.

F

D. Fabius Anna cons. 107. in fin. *ponderatur.* 38. 2. 440.
D. Reg. Fab. Capic. Galeot. *laudatur.* 23. 2. 437. & 58. 1. 39.
Fachineus *loco indicato expenditur, & enucleatur.* 31. 2. 500.
Facilè non est credendum, quod difficulter fieri potest. 13. 2. 279.
Facinora ob confessionem à Reo factam cōdonata, obliuioni sunt tradenda. 8. 2. 159.
Facinus, non titulus coinquinat hominem. 18. 1. 132.
Facta ad bonum regimen non habent iurisdictionem. 60. 1. 450.
Facti commiserandi series proponitur. 2. 1. 231.
Facti, quae sunt, non praesumuntur, sed indigent probatione. 47. 2. 409.
Facti series de Nuntiante Petrone exaratur. 31. 1. 162.
Facti series enunciatur. 1. 2. 444.
Facti series etiam leuis, Ius variat. 29. 1. 124.

Fa-

Facti series pleno exaratur calamo. 1. 2. 274.

Facti series permittitur. 1. 2. 129.

Facti series recensetur circa falsitatem donationis producta per Carolum de Marco. 2. 1. 50.

Facti series recensetur in causa inquisitionis Anelli Tuecilli. 4. 1. 174.

Facti series recensetur. 1. 1. 322.

Facti species in duas diuiditur partes. 2. 2. 261.

Facti Superioris, siquis promissa seruare non potest, excusatur à periurio, & pœna. 12. 2. 397.

Facto vbi est opus, verba non sufficiunt. 20. 2. 193.

Factum antiquũ in Testibus dicitur duorum, vel trium annorum intercapedine. 34. 1. 70.

Factum de per se, quando non est delictũ, minimè probant testes, absq; apprahensione. 49. 2. 96.

Falsum partium asseueratione, gestorum veritas tolli, aut immutari non potest. 60. 2. 148.

Falsarij omnia subtiliter ordinare curant, ne falsitas detegatur. 62. 1. 60.

Falsi in crimine non esse quem ex coniecturis condemnandum, qualiter sit accipiendum. 9. 2. 51.

Falsi suspitio in ciuilibus, habetur prò falsitate. 3. 2. 50.

Falsitas cessat, quando actus habet primordium veritatis. 56. 2. 210.

Falsitas excluditur ex possessione. 8. 2. 278.

Falsitas inter delicta occulta connumeratur, quia in secreto fieri consueuit. 14. 15. 2. & 50. 2. 284.

Falsitas non datur sine dolo. 10. 1. 279. 50. 2. 284.

Falsitas omnis tollitur, si causa non probatur. 39. 1. 283.

Falsitas præsumitur in scriptura scripta in pagina lacerata, seu fadata. 35. 1. 56.

Falsitas, quæ quantaque mala producat. 67. 1. 288.

Falsitas scripturæ præsumitur ex tarda productione ipsius. 21. 1. 54.

Falsitas scripturæ oritur ex diuersitate dictionis. 45. 1. 58.

Falsitas semper cessat, quoties actus, qui falsus prætenditur, primordium habet veritatis. 88. 2. 151.

Falsitas, vt excludatur, qualibet interpretatio est accipienda. 68. 2. 288.

Falsitas, vt detegatur, omnis diligentia est adhibenda. 46. 1. 58.

Falsitatis coniectura in criminalibus, quãdo probent. 6. 1. 51.

Falsitatis crimen infamat. 48. 1. 38.

Falsitatis crimen, quàm detestabile sit, cæteraq; alia antecellat. 19. 1. 53.

Falsitatis crimine nemo punitur, quando commissa falsitas alteri nocumento non erit. 43. 1. 146.

Falsitatis crimine, vt quis puniatur, interuenire debent Dolus, *Mutatio veritatis, & quod alteri noceat copulatiuè.* 44. 1. 146.

Falsitatis exceptio impedit viam exequutiuam. 32. 2. 194.

Falsitatis imaginem præseferunt, quæ à verisimili distant. 26. 1. 305. & 7. 2. 107.

Falsitatis præsumptio excluditur data ratificatione actus. 63. 2. 287.

Falsitatis prætextus cessat, quoties causa falsificandi non adducitur. 37. 1. 145.

Falsitatis suspitio tollitur ex celebritate loci, in quo præsumitur falsitas commissa. 36. 2. 282.

Falsum exponens Principi, siue surripiendo, siue obripiendo, qua pœna puniatur. 52. 2. 147.

Falsum instrumentum producens, venit puniendus. 8. 2. 51.

Falsum præsumitur instrumentum contra solitum stylum Notarij confectum, vel dictamen ipsius. 43. 1. 58.

Falsus in vno, in omnibus falsus reputatur, adeò quod in nihilo sit illi credendum. 51. 1. 38.

Fama bona inquisiti elidit quodlibet indi-

cium resultās ex depositione socij criminis, 31. 1. 110.

Familia Curiæ *persequens inquisitum fugientem, eumq; vulnerans, seu occidens non tenetur*. 70. 2. 167.

Fænus dicitur à fœtu, eo quod parit contra naturam. 8. 2. 83.

Farinacius conf. 168. *quam sententiam habuertit de homicidio proditorio aduersus* Giurbam conf. 60. 30. 1. 124.

Farinacius in tit. de delict. & pæn. quæst. 18. n. 76. *quicquid asseruerit de proditorio homicidio in amico reconciliato, mutauit postmodum sententiam alijs in locis eius operum*. 26. 2. 123.

Farinacius *mutato consilio*, Bartoli *placito applaudes in* l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de pæn. 31. 1. 124.

Farinacius *referens casum determinatū à* Clem. VIII. *de anno* 1597. *qui in Ciuitate Panhormi accidit circa proditorium, mentem Sanctissimi manifestam facit*. 32. 2. 124.

Fatuus non nemo sine causa delinquit. 61. 1. 166.

Fæmina in criminalibus deponens, non facit fidem. 32. 2. 162.

Fauor sexus principaliter inspicitur in Vidua, & Virgine, ad hoc, vt gaudeant priuilegio, l. vnic. C. quand. Imperat. *non autem existentia patria potestatis*. 11. 2. 518.

D. Ferdinandus Arias de Mesa Regius Cōsiliarius *laudatur*. 19. 1. 378.

Festinantia nimia dicitur præcipitium. 6. 1. 192.

Fideiussio de non offendendo, & pax data, si sequatur homicidium inter offendentes, nō efficit proditoriū. 39. 1. 126.

Fideiussio de non offendendo, si spreta fuerit, non operatur proditorium, sed tantùm facit, vt incidatur in pœnam. 5. 2. 126.

Fideiussor post moram, representando Reū congruo loco, & tempore, liberatur à pœna. 18. 2. 101.

Fidem fallere, graue est. 10. 1. 160.

Filij dedecus, est dedecus patris. 38. 2. 218.

Filii familias gaudent beneficio ll. ff. & C. quod cum eo, *miserationis gratia*. 22. 1. 407.

Filij iniuria, patris iniuria est. 33. 1. 218.

Filiorum nobilitatem ad patrem porrigi circa pœnarum irrogationem, vndè probetur. 3. 2. 222.

Filius Doctoris efficitur Nobilis. 5. 2. 66.

Filius Episcopus nobilitat patrem pedestrē. 23. 2. 224.

Filiusfamilias, an possit renunciare beneficio, ll. ff & C. quod cum eo. 19. 2. 406.

Filiusfamilias dicitur medius homo. 2. 1. 405.

Filiusfamilias effectus sui iuris, non tenetur nisi in quantum facere potest, deducto ne egeat de iure Prætorio, nam de iure ciuili, ad nihilum tenebatur. 5. 2. 405.

Filiusfamilias gaudet beneficio ll. ff. & C. quod cum eo. 4. 2. 405.

Filiusfamilias in criminalibus habet personam legitimam standi in iudicio, etiā si patrem habeat. 18. 1. 520.

Filiusfamilias interim est quis iudicādus, dum patrem edocet. 48. 2. 409.

Filiusfamilias non patitur exequutionem instrumenti liquidati via ritus, nec liquidationem instrumenti. 9. 2. 405.

Filiusfamilias ob ingressum patris in Religione, eiusq; professionē, efficitur nouus homo. 50. 2. 409.

Filiusfamilias obligans se ad debita patris, absq; causa, nihilo accepto, ad nihilum tenetur. 25. 1. 407.

Filiusfamilias obligari præsumitur reuerentia paterna, dum de pecunia ad eum nihil peruenit, quo casu videtur merus patris fideiussor. 23. 1. 407.

Filiusfamilias sui iuris effectus, ratificans instrumentum alias à se factum simul cum patre, pro debito spectante ad patrem gaudet beneficio ll. ff. & C. quod

cum

cum eo. 52. 1. 410.
Filius in iudicio sine patre esse non potest. 17. 1. 520.
Filius Medici fuit decapitatus, quia tractatus vti Nobilis. 12. 2. 216.
Filius nobilitat patrem. 30. 1. 218.
Filius, qui in instrumẽto asseritur, pro tali est habendus, & asserenti contrarium, incumbit onus probandi. 40. 1. 409.
Fisci instantia debet de necessitate precedere ad finem, vt procedat suspensio Officialis ante litem contestatam. 59. 1. 23.
Fisci interesse vertitur in causis criminalibus, in quibus ingeritur pena sanguinis, secus verò in ciuilibus. 23. 1. 93.
Fisci Patroni *debent satagere, vt honor suorum Tribunalium augeatur potius, quàm diminuatur.* 2. 1. 44.
Fisci Patronus, Authoris defendentis partes coadiuuare debet, non querulantis. 94. 2. 152.
Fisci Patronus fuit laudatus in Collaterali Consilio, eò quod annuit pro liberatione inquisiti exculpati in articulo mortis, antè sententia exequutionem. 64. 2. 239.
Fisci Patronus miratus fuit in Sacro Consilio de determinatione Mag. Cur. condemnantis ex depositione Birruariorũ. 54. 2. 165.
Fisci probatio presumptiua, & concludens tollitur ex probationibus inquisiti. 81. 1. 169.
Fiscum vinci, precipua gloria Principis Regnantis est. 62. 2. 255.
Fiscus causarum criminalium impedimentum prebuit ne causa decideretur in casu decif. 10. *apud* Gizzar. 26. 2. 217.
Fiscus debet incumbere diligentijs, que iuri consonant, non autem ijs, que à iure deuiant. 65. 1. 256.
Fiscus eas lites prosequi debet, in quibus ius habere constiterit. 66. 1. 256.
Fiscus non potest retractare rem, quam semel vendidit. 34. 2. 252.
Fiscus occasione penarum dicitur creditor. 32. 1. 449.
Fiscus satagere debet, ne eius desidia Fisci iura detrimentum, aliquod patiantur. 64. 2. 255.
Fiscus tenetur in iurgijs bonã fidem agnoscere. 67. 1. 256.
Follerius *fuit carceratus ob auxilium non prestitum contra bannitos.* 50. 2. 515.
Fontanell. dec. 8. n. 18. *expenditur in pulchro casu.* 17. 2. 429.
Fori declinatio efficit, vt malefactorum crescat audacia. 1. 2. 517.
Foriudicatio est actus irretractabilis. 16. 1. 447.
Foriudicatio est vltimum terribilium. 50. 2. 11.
Foriudicatio in Regno *non fit, nisi cognita pena, qua venit, quis plectendus.* 1. 1. 4.
Foriudicatio non habet locum, nisi in delictis, pro quibus imponitur pena mortis naturalis tantùm. 7. 2. 4.
Foriudicatio olim qualiter proferebatur, quando veniebat imponenda pena citrà mortem naturalem. 5. 2. 4.
Foriudicatio procedit, quando delictum de per se inducit penam mortis naturalis, secus verò si quid extrinsecum requiratur ad delicti probationem. 45. 1. 11.
Foriudicationis sentẽtia, in quibus delictis, venit imponenda. 3. 1. 4.
Foriudicationis sententia non profertur ex abrupto, sed diligenter examinatur qualitas delicti, & inditiorum. 38. 2. 10.
Forma non seruata, actus redditur nullus ipso iure. 22. 1. 326.
Forma integralis sollemnitas debet ad amussim seruari. 112. 1. 337.
Formula varia Commissionum remissiuè. 40. 1. 458.
Fornicatio licèt praua, & iure Diuino sit vetita, attamẽ Meretrix licitè pro actu venereo pecuniam expetit. 17. 1. 34.
D. de Franch. dec. 713. & Gizzar. dec. 16. *adducuntur ad proditarium homi-*

micidium dignoscendum. 7. 2. 120.
D.Præses de Franch. dec.709 n.2.*pro singulari affertur.* 16. 1. 384.
Franciscus Antonius de Iudice Robert. de liquid.instrum.consider.3.n.10. *impugnatur.* 69. 2. 331.
Frãciscus Antonius de Iudice Robert. *nihil validi adducit ad quæstionem propositam.* 72. 1. 332.
D.Franciscus Bermudez de Castro, *olim Fisci Patronus Mag.Cur.adducitur.* 9. 1.121.
Franciscus Cutellus *Aduocatus in Vrbe, laudatur.* 65. 2. 166.
D. Franciscùs Maria Pratus *allegatur ad quæstionem, quod virgini patrem habenti competat beneficium electionis fori.* 21. 1. 520.
D.Franciscus Merlin. Illust. Marchio Ramontis *Sac.Cõsil. Preses laudatur.* 14. 1. 186. & 66. 2. 287. & 32. 1. 439. & 25. 2. 161. & 21. 1. 251.
Dom.Francisc.Merlin. *Sac.Consil.Prases laudato* Dom.de Franch. in dec. 8. *improbat* Camill.de Medic. 57. 2. 22.
D. Franciscus Salgado Vallisoletanæ Cancellariæ Senator, *laudatur.* 133. 2. 339.
D.Franciscus Sarmiento,*fuit Rota Romanę Auditor.* 9. 2. 324.
Fraudibus est obuiandum. 12. 2. 446.
Fraus,& dolus nemini patrocinari debet. 13. 2. 446.
Freccia de præsentationibus instrumentorum, *dubitatur an illius operis fuerit Author.* 14. 1. 351.
Frecc.in tract.de pręsent.instrument. *magnam facit fidem.* 26. 1. 327.
Fuga causam dans è carceribus,dicitur esse in dolo. 25. 1. 93.
Fugiens à Curia,eiq; resistens, si occidatur nullus occidenti imputatur dolus. 71. 2. 167.
Fuluius de Falco *à quibus,& qua de causa plurium criminum Reus delatus fuit.* 2. 2. 200.
Fundamento destructo, corruit ędificium. 107. 2. 27. & 8. 1. 298.
Fur, & vsurarius in nihilo differunt. 5. 2. 83.
Furtum committere dicitur Carnifex *recipiendo pecuniam à partibus, vt non tollat vestes à damnatis.* 26. 1. 467.
Furtum dicitur contrectatio rei alienę,proprietatis,vel vsus. 28. 1. 507.
Futurum pręuideri non potest. 5. 2. 14.

G

GAlli pluribus *Regijs Edictis* Duella *prohibuerunt.* 24. 1. 419.
Galtec.de instrum.liquid. 1.par.2.par. n.11. *vers.*Sed hic libet pag.98. in paru. *reijcitur.* 30. 1. 327.
Gener loco filij est,& tandem quam filius, patri, socera reuerentiam debet. 34. 1. 218.
Gens nulla ratione viuens,permisit Duella,nisi perrarò. 22. 2. 418.
Gerens se pro Magistratu super Iurisdictione non tributa incidit in crimen lęsę Maiestatis. 47. 2. 458.
Giurb.cons.crim.60.*impugnãs* Episcopum Riccium *exploditur.* 23. 2. 122.
Giurba *irruens in* Farinacium *in materia homicidij proditorij, decepit se.* 27. 2. 123.
Gizzarell.dec.10. in fin. *adducitur ad probandum, filiorum priuilegijs, & nobilitate potiri debere parentes.* 30. 1. 225.
Glosæ *aientes meretrici non dari actionẽ ad mercedem promissam expetendam, improbantur.* 31. 2. 35.
Glosa in §.In summa,Institut,de iniur. *quos habeat contradictores?* 32. 2. 177.
Glos.in §.quia verò,Authen.de Iudicib.*corruptè allegatur à* Carauita. 13. 1. 101.
Glosa in §.quia vero, *verb.*Det multã. Authen. de Iudicib. *expenditur.* 15. 1. 101.

Glos.

Glos.in §. quia vero, *verb.* Det multã Authen. de Iudicib. *impugnatur à Iacobo de Beluis.* 16. 1. 101.
Glos.in l.cum hi,§. Eam transactionẽ, verb.Alimentarius,ff.de transf. *communiter refellitur.* 104. 1. 336.
Glosa in l. fin. *verb.* Agnoscere, C. de erogation. militar. annon. lib. 12. *procedit etiam in Nobili domi carcerato.* 21. 2. 383.
Glosa in l. fin. *verb.* Agnoscere, C. de erogat. militar. annon. lib. 12. *est exorbitans à iure, ideòq; non debet extendi ad alios carceratos, quàm ad illos, qui sunt in publicis carceribus.* 22. 2. 384.
Glosa in l. fin. *verb.* Agnoscere, C. de erogat. milit. annon. *est exorbitans, verùm quando sit extendenda.* 41. 2. 392.
Glosa in l.nullum,C.de testib. *communiter reprobatur in eo quod dicit Clericum deponentem falsum coram Iudice laico, posse ab illo cognosci.* 5. 2. 434.
Glosa in l.ob æs,*verb.* Tantùm, C. de præd.minor. *adducitur ad casum* Ritus Magn. Cur. 166. 20. 1. 365.
Glosa in l. vnic. C. de priuat. carcer. inhiben. *verb.* Non vindicauerit, *expenditur ad probandũ quando pœna criminis lesæ Maiestatis sit puniendus carcerans aliquem propria authoritate.* 25. 1. 79.
Glos.in l. 1.*verb.* Vel pro dignitate, ff. de custod. reor. *expenditur.* 10. 2. 370.
Glosæ *opinio* in §.quia verò, *verb.* Det multam Authn. de Iudicib. *procedit ratione iuramenti.* 31. 1. 103.
Graecus moreretur prius, quam orare, præsente Carnifice. 6. 1. 465.
Grammatici *verba* dec. 28.*ponderãtur.* 12. 2. 107.
Grammaticus cõs.1.& vot.18. *enucleatur.* 22. 2. 447.
Gram. dec. 95. *circa mora purgationem adducitur, & enucleatur.* 9. 2. 100.
Gram.dec.16. *declaratur.* 36. 2. 467.
Grammat.decis.23. *expenditur.* 44. 1 265.
Grammaticus decis. 95. n.2. *minime se subscribit opinioni* Glos.in §.quia vero, *verb.* Det multam Authen. de Iudicib. 20. 2. 101.
Gramm.dec.30. *refertur.* 75. 2. 256.
Grammaticus vot. 18. *expenditur.* 24. 1. 448.
Grasserius, etiam Regens, non potest inhibire Magn.Cur.sed petere remissionem tenetur. 49. 2. 492.
Grasserius non habet imperium. 21. 1. 490.
Grasserius nõ habet iurisdictionem in eius Ministris. 25. 1. 490.
Grasserius non habet iurisdictionem in iure, sed ex priuilegio. 7. 2. 488.
Grasserius, seù Præfectus Annonæ non habet iurisdictionem, nisi circa abundantiam. 3. 1. 488.
Gratia extinguit delictum, vndè gratiatus delinquens; non de veteri, sed de nouo delicto venit puniendus. 15. 1. 160.
Gratia Neapolitanis cõcessa de muliere inhonesta è vicinia expellenda, extensa fuit ad scholares, & exteros, qui habitãt Neapoli, verum nõ operatur contra Studentes Neapolitanos. 23. 1. 251.
Grauamina, quæ reparanda proponit Fiscus. 7. & 8. 1. 454.
Gregorius XIII. *Concilij Tridentini ordinationem aduersus Duella ampliauit.* 27. 1. 417.
D.Gregor.Canauer. Præsid. Reg. Cameræ, *non benè* Isferniam *inculpauit super intellectu* l.Non puto,ff.de iur. fisc. 60. 1. 255.
Gregor. Lopez *laudatur.* 11. 1. 383.
Guidatus post Guidaticum censetur de iure effectus nouus homo. 28. 2. 161.
Guidatus quando de Guidatico dubitatur, est pristinæ libertati restituendus, dato ei competenti termino ad se saluandum. 27. 2. 161.

D.Hector

H

D. Hector Capyc. Latro Regens Marchio Torelli *laudatur*. 25. 1. 373.
Heres tenetur ex quasi contractu, ad id quod defunctus veniret condemnandus ex quasi contractu. 5. 2. 496.
Hispani ex lege peculiari proditorium censent homicidam de retro vulnerantem. 14. 2. 121.
Homicida tam de iure communi, quàm de iure Regni pœna mortis punitur. 23. 1. 263.
Homicidium dicitur permissum ad vindicandum honorē tùm foro interno, cùm externo. 37. 2. 264.
Homicidium omni iure detestatum proponitur. 1. 2. 502.
Homicidium patrare pro tuitione famæ, in foro externo etiam permittitur, ac interno. 71. 2. 240.
Hominem habere, & pœnam exigere, iniquum est. 5. 2. 100.
Hominem ob æs alienū seruire, durum est. 9. 1. 389.
Homines naturaliter libertati student, & conditionem seruitutis oderunt. 27. 2. 351.
Homini in dignitate constituto est credendum. 57. 1. 166.
Honor cūctis rebus præfertur. 2. 1. 76.
Honor si aliter defendi non potest, etiam ad mortem vsq; licita est vindicta. 34. 1. 264.
Honor, & vita pari pássu ambulant. 29. 2. 263.
Honoratus Leotardus, *laudatur*. 12. 1. 84.
Honorem suum quem negligere, nemo est præsumendus. 58. 1. 239.
Honoris causa semper vrget. 16. 2. 262.
D. Honuphrius de Palma *Fisci Patronus Magnæ Curiæ Vicariæ laudatur*. 9. 1. 67. & 2. 2. 433.
Hortatoria non inducit præceptum de sui natura. 51. 1. 493.
Humana natura ad errorem est procliuis. 3. 2. 473.

I

IAcobus de Beluis *apertè impugnat* Glosam in §. quia vero, *verb.* Det multum Authen. de Iudicib. 17. 2. 161.
Iactantia quando noceat. 78. 2. 479.
Iactare suum nemo præsumitur. 20. 1. 280.
Iason *floruit in anno* 1485. 24. 2. 390.
Iason *vixit longè post tempora* Bartholomei de Capua. 29. 1. 366.
Ignorantia non excusat eum, qui inuestigare tenebatur. 28. 2. 144.
Illatio non fit ex diuersis. 75. 1. 358. & 37. 2. 162. & 31. 2. 366.
Impediens publicum Tabellarium in explicatione seruitij Regij, acriter delinquit. 23. 2. 506.
Impedimentum iustum, æquiparatur impossibili. 30. 2. 399.
Impedimentum iustum excusat à residentia. 31. 1. 400.
Impedito non currunt tempora à iure, vel ab homine statuta. 37. 2. 400.
Impeditus excusatur à contumacia. 35. 1. 400.
Impeditus impedimento facti, debet remanere illæsus. 32. 1. 400.
Impeditus excusatur à pœna contemptus. 33. 1. 400.
Imperitus in suo ministerio, in pœnam delicadit. 45. 1. 477.
Impetrans obripiendo, punitur pœna arbitraria, nisi à lege fuerit determinata. 50. 1. 147.
Impetrans quid per rescriptum falsum vltra carentiam impetrati, tenetur ad omnia damna, & interesse. 49. 1. 147.
Impetrans quid per rescriptum subreptitium, vel obreptitium, cares impetratis, non autem pœna falsi venit puniendus. 46. 2. 146.
Impossibilitas debitoris excusat à periurio. 13. 2. 397.

Im-

Impossibile est per naturam, unam, eandemq; personam, uno, eodemq; tempore, pluribus in locis reperiri, nisi miraculosè. 65. 2. 60.
Impossibilitas debitoris, prabet impedimẽtum liquidationi instrumentorum viarum 10. 2. 397.
Impossibilium nulla est obligatio. 28. 2. 399.
Improperantur multa, qua posteà delentur. 14. 2. 67.
Immunditia charta scripturam falsam redarguit. 41. 2. 57.
Inauditum, & incitatum condemnare, vel quoquomodo contra ipsum procedere, repugnat iuri diuino, & naturali. 63. 2. 23.
Incommoda multa oriuntur ex remotione Officialis ab officio. 86. 2. 25.
Incontinenti *dicitur se vindicare etiam post longum tempus si quis se vendicet.* 31. 2. 263.
Incontinenti. *intelligitur ad vindicandã iniuriã, etiamsi post aliquot annos quis deliquerit.* 12. 1. 262.
Incontinenti qua fiunt, censentur in esse. 41. 2. 163.
Inconuenientia, & absurda notantur, si extenderetur iurisdictio Grafferij. 30. 1. 491.
Indicia debent precedere inquisitionem, & capturam. 49. 1. 72. & 12. 1. 77.
Indictio non correspondens millesimo, arguit falsitatem instrumenti. 33. 1. 56.
Inditia, & prasumptiones cumulantur in delictis occultis. 16. 2. 52.
Inditium non faciunt, qua ex processu informatiuo deducuntur, nisi repetantur. 12. 2. 185.
Indocti, vel mali Officiales perpetui corrigantur, Annales remouantur. 31. 1. 457.
In dubio pro Reo semper est iudicandum. 39. 2. 80.
Indultus generalis ab Altitudine D. *Ioannis de Austria, concessus, recensetur.* 3. 2. 297.
Infamia metus, mortis metu maior est. 4. 1. 76.
Informatio lege resistente capta, nulla est. 30. 2. 187.
Informationes assumere, & processum fabricare nequit Index offensus ex propria inimicitia. 13. 1. 176.
Inhabilitas testium de parua Vniuersitate, non suppletur per torturam. 15. 1. 303.
Inhibere quid significet. 47. 2. 492.
Inhibere propriè est Superioris, non aequalis, vel inferioris. 46. 2. 492.
Inhumanitas est spoliare viuentes damnatos. 30. 1. 467.
Inimicitia leuis non arguit animum ad magnam sumendam vindictam. 67. 2. 240.
Inimicitia non dicitur orta capitalis, nisi causa assignetur. 66. 1. 240.
Inimicitia prasumitur ex actibus antecedentibus, & subsequentibus. 14. 1. 108.
Inimicitia, vt grauis censeatur, causa potiùs spectanda venit, quàm delictum. 68. 2. 240.
Inimicitia reliquia semper perdurant in amicis reconciliatis, ideò non datur proditorium. 19. 1. 122.
Inimicus de retro inimicum insiliens non dicitur proditor, quia debebat ab eo pracauere. 11. 1. 121.
Inimicus nedùm à testimonio repellitur, sed nec ad examen admitti debet. 44. 2. 71.
Inimicus non debet admitti ad accusandum. 93. 2. 152.
Inimicus non debet recipi in testem, quia à de facili mentitur. 23. 2. 78.
Inimicus patris, etiam filiorum, & aliorũ de familia inimicus reputatur. 18. 2. 108.
Inimicus semper mala cogitat de inimico. 17. 2. 108.
Initia in nostra potestate sunt, de euẽtu fortuna videat, *secundùm* Senecam. 39. 1. 295.
Initium attenditur ad fundandam iurisdictionem. 21. 2. 176.
Initium attenditur in delictis que ad eo-

rum punitionem. 30. 2. 507.
Initium, & causa attenditur in contractibus. 53. 2. 410.
In Iudiciis quasi contrahitur. 75. 2. 24.
Iniuria atrox ex quibus dicitur. 24. 2. 506.
Iniuria dicitur propulsata incontinenti, etiamsi post sex menses vindicetur. 32. 1. 264.
Iniuria facta filio, censetur facta patri. 16. 1. 176.
Iniuria illata ex causa officij, siue ipsius intuitu, quando dicatur. 11. 2. 175.
Iniuria infertur Cursori publico, si Equus illi auferatur. 19. 1. 506.
Iniuria Magistratui illata intuitu dignitatis, potest ab ipsomet vindicari. 8. 1. 175.
Iniuria non oriatur vnde iura manere debent. 56. 2. 469.
Iniuria per literas missiuas facta dicitur verbalis, non realis. 27. 2. 177.
Iniuria, quæ per manus non infertur, verbalis dicitur, siue conuitium. 26. 1. 177.
Iniuria realis, qua pæna coerceatur in Regno. 38. 1. 178.
Iniuria scripto facta, dicitur verbalis, non realis. 25. 1. 177.
Iniuria semper fit præsens ingenuis hominibus. 11. 1. 262.
Iniuria si fiat ei, qui in Officio Regem repræsentat, censetur illata Regi. 20. 1. 506.
Iniuria verbalis licèt magna, semper minor censetur qualibet iniuria reali. 51. 1. 179.
Iniurians Præsidem verbo in platea publica, licet electum tantùm, qua pæna fuerit punitus. 47. 1. 179.
Iniuriarum actione tenetur percutiens cũ baculo. 42. 2. 178.
Iniuriatus cum alijs, si deponat vti Testis non probat, quia habetur vti principalis. 42. 1. 71.
Iniuriatus non tenetur adire Præsidem, si per hoc poneretur in derisum. 40. 1. 165.
In iurisdictionalibus non datur possessio, si sine titulo, & neque competit interdictum interim. 27. 2. 490.
Iniustè agitur, si attentata ante omnia non reuocantur. 57. 1. 355.
In Magistris artis ab errore insurgit doli præsumptio. 40. 2. 476.
In ministris sufficit pro dolo negligentia. 75. 1. 479.
In nostris quilibet dicitur exequutor iustitiæ. 47. 1. 477.
Innouates antiqua, non sunt admittendi. 73. 2. 149.
Inobedientia statim committitur cum Iudicis decreto nõ paretur. 24. 1. 102.
Inquisiti consueuerunt habere testes Fisci pro citatis, iuratis, & legitimè repetitis. 1. 2. 184.
Inquisitio à maleuolis capta, prosternenda est. 109. 2. 27.
Inquisitio de proditorio, quibus concipitur verbis, quibusuè, quando excluditur proditio? 43. 1. 126.
Inquisitio V.I.D. Iulij Vinacqua enarratur. 2. 2. 106.
Inquisitioni formatæ per Curiam suspectam inquisito, fides non est abhibenda. 51. 1. 108.
Inquisitionis titulus solus minimè attendi debet, sed tantùm inditia extantia. 7. 2. 141.
Inquisitus de delicto, de cuius corpore non constat, est absoluendus. 24. 1. 109.
Inquisitus de falso, habilitari in Regno nõ consueuit. 29. 2. 281.
Inquisitus, vel carceratus quando possit interrogari in specie super delicto. 62. 1. 211.
Insidians inimicum dicitur ex interuallo delinquere. 6. 2. 504.
Insolita arguunt suspiciionẽ. 1. 1. 192.
Instantia Fisci pro triremibus recensetur. 1. 2. 173.
Instantia pro morte Fuluij de Falco geminata recensetur. 10. 2. 202.
Instructiones nuperrimè promulgatæ de reformatione Tribunalis Magnæ Curiæ cap. 39. prohibent expressè Regentibus Magn.

Mag.Cur.causam vni commissam,ab eo auferre, & committere alteri. 7. 1. 428.

Instrumenta de forma,debent continere locum loci, aliàs falsa reputantur. 58. 2. 59.

Instrumenta guarentigiata non habēt exequutionem contra filios familias. 14. 1. 406.

Instrumenta inducant notorium, sicuti sententia. 2. 1. 278.

Instrumenti liquidatio in Regno,oritur ex mora debitoris, periurio, & pœna. 13. 2. 142.

Instrumenti liquidatio impeditur, opposita exceptione non numeratæ pecuniæ. 49. 2. 341.

Instrumentum carens primordio veritatis,falsum dici non potest. 16. 2. 279.

Instrumentum continens inuerisimilia,non probat. 35. 2. 206.

Instrumentum, cui testes contradicunt, sustinetur ex adminiculis. 23. 2. 280.

Instrumentum dicitur liquidum, quando nulla exceptione ex ipso resultante,potest Actor submoneri. 163. 2. 344.

Instrumentum dicitur manifestissima probatio. 3. 1. 278.

Instrumentum dicitur prompta,& præsens probatio, indubitata, & manifestissima. 12. 1. 250.

Instrumentum dicitur veritas apparens, & probatio probata. 11. 1. 250.

Instrumentum dicitur veritas apparens, probatio realis,& nuncupatur, Noli me tangere. 4. 1. 278.

Instrumentum donationis productum post appellationem, præsumitur falsum. 23. 1. 54.

Instrumentum liquidans aliud instrumentum præsentatum via ritus,debet præsentari Curia pro Tribunali sedente. 38. 2. 408.

Instrumentum nequit à filio contra patrē præsentari via ritus, quia criminaliter proceditur. 41. 1. 328.

Instrumentum nequit liquidari cōtra filiū familias, etiamsi vis fiat in iuramento. 16. 1. 406.

Instrumentum quicquid continet, habetur pro manifesto, & notorio, 13. 1. 250.

Instrumentum si præsentetur ad formam ritus contra Nobilem, satis dicitur cautus si datur tota Ciuitas ei pro carcere. 30. 2. 366.

Instrumentorum vbi fit mentio,intelligitur de validis. 108. 2. 336.

Insuetum attentantes, habent indicium contra. 2. 1. 192.

Insultus deficit vbi de insultati præsentia non constat. 46. 1. 96.

Insultus propriè dicitur ille motus, seu saltus de loco ad locum,qui fit per aggressorem cum aggresso absq; percussione. 45. 1. 96.

Intentans querelam scienter,& dolosè, vti calumniator est puniendus. 3. 1. 141.

Intellige,quando statutum hoc dictat,secus de iure. 53. 1. 469.

Intellige vbi casus non esset decisus per legem communem. 62. 1. 478.

Intentio finalis maximè est attendenda. 14. 2. 91.

Interesse non accedente, pœna nulla debetur. 12. 1. 91.

Interesse pecuniarum non attenditur in criminalibus. 20. 2. 92.

Interpretatio illa est capienda in pœnarum interpretatione,quæ Reorum absolutioni conducit. 41. 2. 80.

Interpretatione, non potest quidpiam à lege eximi. 66 2. 356.

Interrogari de socijs non permittitur in crimine falsitatis, & subornationis. 42. 1. 237.

Inuerisimile allegans, nullam fidem facit, & redditur suspectus de falso. 9. 2. 107.

Inuerisimile debet respui. 53. 2. 147.

Inuerisimile deponentes, redduntur suspecti de falso. 6. 2. 107.

Inuerisimile deponenti, fides nōn est adhibenda. 24. 2. 193. & 24. 1. 305. & 56. 1. 239.

Inuerisimilitudo dicitur falsitatis imago. 54. 2. 147. & 17. 2. 77. & 6. 2. 279. & 33. 2. 206.

Inuerisimilitudo est falsitatis imago in scriptura, & testibus. 30. 2. 55.

Inuerisimilitudo dicitur falsitatis imago in confessionibus, dispositionibus, rescriptis, & contractibus. 31. 2. 55.

Inultam existimationem relinquere, inuerecundum est. 70. 2. 240.

Innocens dijudicandus est, qui se non latitat sciens carceri posse mancipari. 81. 1. 242.

Innocentia fraus parari non debet. 9. 1. 223.

Innoxij hominis defensionem deserere, inhumanum est, & ab Aduocationis munere extraneum. 4. 1. 107.

Ioachymus Mynsingerius ad Schol. In Institutionibus sede indicata *affertur pro patribus potientibus nobilitate filiorum.* 19. 1. 224.

Io. Angelus Pisanellus *laudatur.* 58. 1. 355.

Ioanna Farace spe reuocandi sequestrum, & annullandi consignationem eius personæ factam à Magna Curia Vicaria, deluditur. 12. 1. 33.

D. Io. Baptista Amendola *Reg. Consiliarius, Præsidens Reg. Cameræ iudicium instituit contra* Ioannam *Farace.* 13. 1. 33.

D. Io. Baptista de Leonardis *Pauperum Aduocatus, posteà Reg. Consiliarius adducitur in materia proditionis.* 33. 2. 124.

D. Io. Bapt. Larr. allegation. fiscal. 1. n. 8. *affirmat in dubijs quæstionibus contra Fiscum esse respondendum.* 61. 1. 255.

D. Io. Bapt. Melior Reg. Consiliar. *laudatur.* 24. 1. 399.

Io. Baptista Thorus in Cõpen. deciss. Regn. par. 1. *verb.* Pæna fideiussionis pag. 392. *pro singulari affertur.* 42. 2. 95.

Io. Franciscus Capiblancus de Baron. tom. 2. cap. 34. n. 1. *conciliatur.* 37. 2. 94.

Io. Franciscus Capiblancus *laudatur.* 37. 1. 392.

Io. Franciscus Capiblancus *magna apud* Authorem *authoritatis laudatur.* 41. 1. 95.

Io. Franc. Sanfel. Reg. dec. 56. n. 1. par. 1. *reijcitur quatenus contrariatur* dec. Dom. de Franch. 569. *& declaratur.* 20. 1. 217.

D. Io. Franciscus Sanfelicius *Regens* dec. 190. *tenet contra filiumfamilias instrumentum liquidari non posse.* 18. 2. 406.

Ioannes Laganarius Additionator ad Reg. Ronit. *laudatur.* 33. 1. 178.

Io. Maria Nouarius *affirmat habilitatum per palatium, satisfacere ritui Magn. Cur.* 166. 28. 1. 391.

Io. Maria Nouar. de elect. fori quæst. 36. n. 14. erga fin. *inquit in praxi nõ seruari Nobilem loco carceris esse per palatium detinendum, citatum super tenore instrumenti via ritus Magn. Cur. Vicariæ.* 13. 1. 389.

Io. Maria Nouar *nec Aduocatus, nec Minister fuit in Tribunalibus Neapolis.* 14. 2. 389.

Io. Maria Nouar. *tenet Nobili in domo carcerato pro debito ciuili esse per creditorem ministranda alimenta, ac si esset carceratus in vinculis publicis.* 35. 1. 392.

Io. Maria Nouar. *trãscribit verba* Phæbi dec. Lusitan. 3. 39. 2. 392.

Io. Maria Vermigliolus *Aduocatus Romanus laudatur.* 36. 1. 125. *&* 38. 2. 145. *&* 45. 2. 164.

Ira dicitur breuis furor, & accensio sanguinis circa cor. 3. 1. 504. *&* 10. 1. 50.

Ira quæ consideratur ad excusationem delicti, intelligitur de motu repentino. 12. 1. 505.

Iudæum quem voceas, & ex Iudæis natũ, qua pæna fuerit punitus in Hispania. 48. 1. 179.

Iudex assumptus pro tempore ad munus Fisci *Patroni, si per vnum ex* Iudicibus *interponitur decretum in causa afferens in Rubrica* Audito Fisco, *absq; eo quod*

præ-

præcesserit instantia, nec voce, nec in scriptis, an postmodum valeant iudicare in causa vti Iudex expleto fiscali munere. 12. 2. 428.

Iudex cogitur ad ferendam sententiam ex allegatis, & probatis. 78. 2. 358.

Iudex cognoscit de delicto ad sui offensam commisso, nõ obstante quocumq; alterius Iudicis fori priuilegio. 46. 2. 441.

Iudex debet ex officio defensiones Rei perquirere. 42. 1. 11.

Iudex delegatus potest cognoscere de iniuria facta Officiali suo ex causa officij, secus si ex alia causa, quia tunc Iudex ordinarius cognoscit. 9. 2. 175.

Iudex denegans, aut coangustans probationes, dicitur grauare. 15. 1. 132.

Iudex de qua re cognouit, de ea pronunciare debet. 22. 1. 46.

Iudex etiam Delegatus cognoscit an sua sit iurisdictio. 53. 2. 493. & 60. 1. 494.

Iudex ex officio repellere debet actione carentem etiam in Iudicio exequutiuo. 66. 1. 331.

Iudex fidem præstare non debet scripturæ suspectæ de falso. 13. 1. 52.

Iudex in causa propria nemo esse potest. 10. 2. 175.

Iudex in criminalibus mitiorem pænam sectari debet, eo quod maiorem consequitur laudem in absoluendo, quàm condemnando. 83. 2. 169.

Iudex in crimine iniuriarum, nequit arbitrium extendere vsq; ad mortem. 34. 1. 178.

Iudex in impositione pænarum tenetur sequi iuris dispositiones. 71. 2. 269.

Iudex iustus cuncta rimare debet, & inuerisimilia deponentibus fidem denegare. 26. 2. 193.

Iudex Magn. Cur. qui incepit procedere in vna causa, debet ipse idem illam prosequi, & finire, aliàs esset nullitas. 5. 1. 428.

Iudex nedùm potest, imò debet in pænis etiã legalibus dispensare, & misericordiæ gratiam impendere. 54. 1. 73.

Iudex nequit informationis assumere contra illum offendentes intuitu propriæ personæ, quia actus est præiudicialis inquisito. 14. 1. 176.

Iudex non debet adhibere fidem inuerisimilibus. 14. 2. 279.

Iudex non debet fidem adhibere testibus inuerisimile deponentibus. 55. 2. 147.

Iudex non potest recedere in pœnis arbitrarijs ab ea, qua fuit aliàs imposita de stylo, aut consuetudine. 35. 1. 178.

Iudex ob offensionem factam filijs, non potest informationes assumere contra offendentes. 15. 1. 176.

Iudex offensus à suo Ministro, vel ab alio quocumq; ratione sui officij est competens ad ipsum puniendum etiam aduersus Iudicem exercentem iurisdictionem cum clausula abdicatiua, & priuatiua. 47. 2. 441.

Iudex offensus intuitu officij, potest contra iniuriantem procedere, secus verò si priuato nomine. 6. 1. 175.

Iudex originis tam per viam inquisitionis, quàm accusationis, potest contra Reum legitimè procedere. 70. 1. 256.

Iudex potest extraiudicialiter de stylo Curiæ informare etiam partibus non vocatis. 85. 2. 151.

Iudex potest statuere accusato pro carcere vnam Ciuitatem quando personæ Nobilitas hoc requirit. 15. 1. 384.

Iudex præcipit vt infra certum tempus procuretur assessus expeditio. 128. 2. 338.

Iudex proprio nomine offensus querelam coram Superiore proponere debet, non autem ipse procedere. 7. 1. 175.

Iudex pro sua conseruanda iurisdictione, potest punire offendẽtes eius iurisdictionem. 44. 1. 441.

Iudex qua comprehendat in procedendo vigore prorogationis iurisdictionis. 29. 2. 438.

Iudex qui exercet iurisdictionem in terminis, l.nullum C. de testib. eam habet cumulatiuè, non priuatiuè. 15. 1. 436.

Iudex, qui habet cognitionem priuatiuè ad Or-

Ordinariū, quādo nō est Delegatus Principis, non potest inhibere. 44. 2. 492.
Iudex qui habet sufficientem iurisdictionē cognoscit de delicto Apparitorum. 19. 2. 489.
Iudex remittens pœnam legalem ei qui seruitia prestitit Reipublicę, non detrahit iustitię. 48. 1. 72.
Iudex supplere debet ijs, in quibus Aduocatus deficit. 27. 2. 373.
Iudex tenetur relicto extremo rigore, seruare æquitatem, & extendere arbitrium, vbi conuenit equitas. 57. 2. 267.
Iudicandi consuetudo, vim legis obtinet. 12. 2. 223.
Iudicandum nōn est contra stylum, quia pro lege habetur. 70. 2. 356.
Iudicātes, summo iudicandi potiuntur munere. 44. 2. 401.
Iudicare, de quibus non fuit cognitum, Iudex nequit. 79. 2. 358.
Iudicatum diei non potest, ab eo, qui ius dicendi non habuit. 20. 2. 176.
Iudicatura si bona fuerit, facta est lex in Regno ità passim iudicandi. 123. 1. 338.
Iudicem creare est de Regalibus, quę ad supremam pertinent iurisdictionem. 24. 2. 186.
Iudices aduertere debent ad Reorum confessiones, vt causam habeant preexistentem, & de ea interrogentur. 76. 2. 168.
Iudices conspicuos, probos, & doctos constituendos esse in Magn. Cur. Vicarię. 24. 1. 456.
Iudices debent esse misericordes. 53. 2. 72.
Iudices dicuntur Dei Ministri, quibus vitæ, & necis Imperium in terris datum est. 4. 2. 159.
Iudicis esse debent promptiores ad absoluendum, quàm ad condemnandum. 51. 2. 72.
Iudices ex officio calumnias repellere debent. 4. 1. 141.
Iudices improbantur, qui ad solam tituli ostensionem, liberationes Reorum sub fideiussoribus denegant. 18. 1. 68.
Iudices in impositione pœnarum, debēt procedere cum omni moderatione, & temperatia. 42. 2. 80.
Iudices in sententiando, Deum imitari tenentur. 3. 2. 159.
Iudices non debent attendere cartulas accusationum, sed quid ex informationibus constat. 17. 1. 68. & 34. 1. 282.
Iudices nonnulli Magn. Gur. consuluerunt Regentem ipsius Magn. Curiæ posse ad libitum causas vni commissas alteri demandare. 2. 2. 427.
Iudices redarguuntur, qui ad solam tituli ostensionem, carceri quem mancipari iubent. 11. 1. 142.
Iudici offenso, vndè oriatur vindicta. 28. 2. 438.
Iudicia debent esse plena æquitate, & paterna pietate. 38. 2. 110.
Iudicia æqua esse debent, & exuberantia æquitatem. 5. 2. 159.
Iudicia duo fiunt aduersus Officialem Inquisitum, vnum summarium ad finem suspendendi, alterum plenarium ad finem condemnandi, & n. 78. &. 79. 70. 1. 24.
Iudicij tela qua fit. 53. 2. 38.
Iudicio criminali pendente, supersedendū est in causa ciuili. 3. 2. 130.
Iudicis arbitrio relinquitur qualis oriatur præsumptio è re inter alios acta. 76. 2. 62.
Iudicis arbitrio relinquitur, quæ sub certa regula non clauduntur. 18. 1. 506.
Iudicis arbitrio remittitur pœna arbitraria pro iniuria inflicta. 29. 2. 177.
Iudicis arbitrium vt ad mortem extendi possit, quæ requirantur? 31. 2. 177.
Iudicis authoritas vilescere non debet. 10. 2. 100.
Iudicis competentia desumitur ex Actore, non ex Reo. 32. 1. 252.
Iudicis contemptus non dicitur in eo, qui promisit se è domibus non discedere, & Iudex ibi eum reperit. 29. 1. 103.
Iudicis munus est obuiare, nè subornationis timor immineat. 64. 1. 212.

Iudicis officium non impertitur, nisi petenti. 74. 1. 358.
Iudicis potestati quilibet ob delictum subijcitur. 24. 2. 437.
Iudicium ab Amasio contra meretricem intentatum, refertur. 9. 2. 32.
Iudicium absq; Actore non consistit. 52. 1. 285.
Iudicium consistit ex Iudice, Actore, & Reo. 71. 1. 24.
Iudicium dicitur criminale, quando pœna applicatur Fisco. 38. 1. 328.
Iudicium liquidationis instrumenti, dicitur criminale, quia per carcerationem criminalem ex causa periurij, irrogatur infamia. 46. 2. 328.
Iudicium liquidationis instrumenti est iudicium criminale. 28. 1. 327.
Iudicium non potest fundari in fauorem, vel contra filiumfam. & seruum. 62. 2. 330.
Iudicium vbi est captum, ibi finem accipere debet. 21. 1. 46.
Iudicium, vtrum dicatur ciuile, vel criminale, quid sit attendendum. 36. 2. 327.
Iudicium, & iurisdictionem declinare à Tribunalibus, ad quæ causarum cognitio spectat, temerarium est. 16. 2. 45.
D. Iulius Cæsar Galluppus, non fuit examinatus ante assumptionem ad Officium Auditoris Fegiæ, ex quo libros ediderat. 29. 1. 313.
Iulius II. edidit Constitutionem ad exe-crationem Duelli. 12. 2. 416.
Iuncta ab Excellentissimo Comite Ognate instituitur in causa Dom. Præsidentis Reg. Cam. Io. Baptista Amendola itum Ioanna Farace. 14. 2. 33.
Iunctæ, & Delegationes prohibentur fieri extra Tribunalia per Suam Maiestatem. 25. 1. 456.
Iura armari dicuntur ad Magistratuum sedem tuendam, eorumq; iniuriam vindicandam. 43. 1. 441.
Iura omnia exclamant, à mora, & multò magis à pœna, & periurio excusare impossibilitatem. 22. 1. 399.
Iuramentum assecurationis vassallorum in Regno inductum fuit pro forma, ac validitate alienationis rei feudalis. 139. 2. 340.
Iuramentum assecurationis vassallorum, si non præstetur, cuiusuis culpa procedat, contractus, sine alienatio feudi corruit. 140. 2. 340.
Iuramentum est de forma comparationis manus respectu peritorum. 47. 2. 208.
Iuramentum est indiuiduum. 8. 2. 76.
Iuramentum habere debet tres comites iudicium, iustitiam, & veritatem. 20. 2. 398.
Iuramentum in contractu adhibitum, non sanat nullitatem ipsius ex defectu assensus. 136. 1. 340.
Iuramentum nisi fuerit præstitum de facie ad faciem, liquidari non potest via ritus instrumentum. 71. 1. 332.
Iuramentum suppletorium nō datur in allegantem errorem, sed debet specificè errorem probare. 37. 2. 476.
Iuramentum suppletorium non defertur testibus inuerisimilia deponentibus. 11. 2. 107.
Iuramentum vnicum sufficit, quando vnica est depositio. 42. 1. 164.
Iure permittente quod fit, pœnam non meretur. 88. 1. 26. & 37. 1. 37. & 20. 1. 143.
Iure successionis admittitur soror ad necē fratris vindicandam. 23. 2. 520.
Iuris articulus si controuertitur, & deciditur per Sac. Cons. non est amplius disputandum super eo. 35. 2. 36.
Iurisdictio attributa ratione certa qualitatis, si de ea non constet, deficit. 60. 1. 23.
Iurisdictio exercetur vbi constare incipit de delicto. 7. 2. 201.
Iurisdictio fluit à Principe, & ille solus creat Magistratus. 34. & 36. 2. 457.
Iurisdictio in personas in territorio non circumscripta, habet vim causæ clericalis respectu aliorum Iudicum. 73. 2. 256.
Iurisdictio Iudicum Magn. Cur. est ordinaria. 3. 2. 427.

Iu-

Iurisdictio Imuus pleinè Regem residet, & quasi à fonte fluit, atq; refluit. 24. 1. 177.
Iurisdictio ordinaria circa Annonam non est sublata ab ordinario Iudice *per constitutionem Grafferij.* 9. 2. 488.
Iurisdictio priuatiuè concessa, excludit non minus Officiales, quàm reliquos populares in casibus exceptis. 27. 1. 438.
Iurisdictio, quæ residet in Tribunalibus Sacri Reg. Conf. & Reg. Cam. *est ordinaria, & in iure radicata, & habet imperium.* 20. 2. 489.
Iurisdictio tributa Iudici *contra eius iurisdictionem offendentem vndè oriatur.* 45. 1. 441.
Iurisdictio, & potestas creandi Magistratus, est de Regalibus. 27. 2. 79.
Iurisdictiones fluunt, & refluunt à Rege. 28. 2. 79.
Iurisdictionis defectus ab ipsa causa efficiente proueniens, fundamentum Iudicij *dicitur.* 19. 2. 176.
Iurisdictionis defectus, neq; à statuto, neq; partium consensu, tolli, aut sanari potest. 32. 2. 187.
Iurisdictionis exemptionem prætendens, debet proponere coram Iudice *declinando, vt ipse cognoscat.* 59. 1. 494.
Ius alteri quæsitum per contractum, tolli potest per legem generalē. 48. 2. 515.
Ius commune quod non operatur, nequidem priuilegium operari potest. 25. 1. 438.
Ius dicere priuatis sibi non licet. 50. 2. 477.
Ius gentium fundatur super naturali æquitate. 20. 1. 418.
Ius libertatis infringitur ob carcerationē pro debito ciuili. 6. 2. 388.
Ius lege permittente quæsitum, auferri non debet. 69. 2. 40.
Ius mutatur ex qualibet leui facti specie. 76. 1. 358.
Ius sibi dicere in causa propria, nemo potest. 27. 1. 187.
Ius sibi dici quicumq; pati debet, quod alij dixit, vel dici effecit. 100. 2. 335.
Iussus à domo non discedere, si in eisdem repertus fuerit, recessisse non videtur. 27. 2. 202.
Iusti Lipsij *verba recensentur.* 82. 2. 359.
Iustinianus adeò restrinxit leges, quod nisi essent Doctorum ingenia causæ remanerent indecisæ. 67. 2. 478.
Iustitiæ opera gratis sunt exhibendā, nec sunt venalia. 21. 2. 466.
Iustum dolorem temperare, est difficillimū. 15. 1. 262.

L

Laicus quilibet nascitur, & ideò talis reputatur, donec constet contrariū. 34. 2. 449.
Lata culpa est dolus præsumptus, & idem sunt dolus, & lata culpa. 73. 1. 479.
Lata culpa est non intelligere id quod omnes intelligunt. 85. 2. 480.
Lata culpa quando in delictis æquiparetur dolo. 74. & n. seq. 479. 1.
Legatus remittit ad Proconsulem puniendum. 65. 1. 460.
Lege deficiente ad mos recurritur. 56. 2. 477.
Lege permittente quod fit, pœnam non meretur. 46. 2. 71.
Lege resistente actui, potest actus annullari ab ipsomet, qui illum fecit. 37. 2. 188.
Leges nulla alia causa tenent, quàm si iudicio populi sint recepta. 84. 2. 151.
Leges quando pro ratione, & pro authoritate adducuntur. 64. 2. 478.
Leges quin habeant locum in actu per ipsum gesto, nemo efficere potest. 31. 2. 187.
Leges scriptæ, non sunt facilè mutandæ, nē res abeat in contemptum. 40. 2. 422.
Legis instar habent determinationes Senatuum, quæ singillatim referuntur. 6. 2. 222.
Legislator vbi voluit, dixit, vbi noluit, omisisse dicendum est. 23. 1. 19.
Legitimatio personæ ante omnia est fundanda.

danda. 48. 2. 458.
Legitimationis documentum, quod à communi stylo deuiat, falsum reputatur. 53. 2. 58.
Legū authoritas in seueritate Iudicis *sita est.* 33. 2. 507.
Legum correctio odiosa est. 34. 1. 421.
Leo X. *ad Duelli detestationem confirmauit* Constitutionem Iulij II. 13. 2. 416.
F.Leonardus Pratus *Eques Hierosolymitanus quanti existimatus fuerit à* Serenifs.Republica Venetiarum,*quibusuè honoribus fuerit cohonestatus ob praclara eius gesta pro eadem Republica militando.* 29. 2. 420.
Lesio non datur contra tertium,sed contra eum,qui dolosè rem comparauit, etiam si fuerit enormis. 57. 1. 286.
Lesio non prasumitur,ideò ab Actore erit probanda. 55. 2. 285.
Lesio, & reuerentia reddunt contractum nullum,vel saltim rescindendum. 31. 1. 408.
Leuis percussio non continet delictum. 94. 2. 26.
Lex abrogatur per contrarium vsum. 30. 1. 422.
Lex ciuilis extra Terras Imperij, pro ratione,non pro lege seruare. 52. 2. 477.
Lex contentatur in occultis, ea probatione verisimili, qua haberi potest. 4. 2. 50.
Lex licet dura, seruanda est. 39. 1. 21.
Lex limitatè loquens, limitatum producit effectum. 40. 1. 21.
Lex non abrogatur per non vsum. 41. 2 422.
Lex nō potest corrigi sine aliquali legislatoris reprehensione. 36. 1. 422.
Lex ob paucorum annorum decursum, non potest dici antiquata. 48. 2. 423.
Lex posterior certam pœnam imponens, an videatur auferre alias ab anterioribus legibus inductas, quando de ijs non fit mentio. 30. 1. 20.
Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus. 24. 2. 19.
Lex Regia 53.tit.14.par.3.*admitti mercedem à meretrici licitè peti, & retineri.* 30. 2. 35.
Lex semper loquitur. 7. 2. 350.
Lex, seu consuetudo, quę habet rationem vniuersalem, quamuis sit localis vires extendit vbiq; 53. & 55. 2. 477.
Lex siue prohibeat simpliciter, siue vlteriùs procedendo, actum annullet, actus redditur nullus. 20. 1. 326.
Lex, siue statutum procedens prohibitiuè, actum reddit nullum, quamuis de nullitate non dicatur. 10. 2. 302.
Lex vbi factum requirit,non statur cuiuspiam assertioni. 19. 2. 193.
Liberalis nemo in necessitatibus existit. 17. 2. 292.
Libertas auro praferenda. 28. 2. 351.
Libertas nullo astimabilis est pretio. 7. 2. 388.
Libertate frui expetendum est vti maius bonum. 25. 2. 351.
Libertate sua spoliatus videtur, qui ad sui libitum recedere non potest. 5. 1. 370.
Libertate velle, quem se priuare,non facilè credendum est. 23. 2. 351.
Libertatis desiderium in omnibus innatū est. 26. 2. 351.
Licentia Superioris vbi requiritur, debet pracedere actum. 21. 1. 326.
Licito iure quod fit, bona fide prasumitur factum. 89. 1. 26.
Limitata concessio, limitatum producit effectum. 10. 2. 488.
Limitata dispositio,limitatos suos terminos non egreditur. 13. 1. 311.
Liquidatio instrumenti via ritus, fundamentum desumit à citatione super tenore ipsius. 38. 1. 353.
Liquidatio instrumenti via ritus,robur accipit ex mora, & periurio debitoris. 5. 1. 397.
Lis si contestata fuerit cum defuncto,hares pro pęna potest molestari. 4. 2. 496.
Literę Apostolicę prę ter solitum stylum Curia *Romanę,ex hoc solo falsę pręsumuntur.* 51. 2. 58.
Literę Iudicis, *continentes quid contra so-*

 situm

litum stylum, præsumuntur falsę. 48. 2. 58.

Locus loci si non apponitur in instrumento suspitionem habet falsitatis. 57. 2. 59.

Locus, vel tempus non patitur plenius deliberandi consilium. 35. 2. 294.

Loffred.conf.17.n.12. *explicat quomodo quis intelligitur carceratus.* 13. 1. 371.

Loffred.conf.17. *punctuatim tradit Nobili assignandum esse palatium, vel totã Ciuitatem loco carceris.* 27. 2. 365.

Ludouicus Peguera dec. 90. *expenditur.* 39. 1. 95.

Ludouic.Peguer.dec.Cathalun.9. n.1. *expenditur circa praiudicialitatem causa criminalis, iudicio ciuili.* 11. 2. 131.

Ludouicus Romanus in conf.193. *pro singulari adducitur ad excusandam pœnam mandati.* 18. 1. 92.

Lusitani Duella *prohibuere, etiam sub pœna amissionis bonorum.* 25. 2. 419.

M

Magistratibus post Deum, debetur reuerentia. 39. & 46. 2. 440.

Magistratus à Deo sunt positi, iisq; obediendum est. 42. 1. 441.

Magistratus sunt adeundi prosumẽda vindicta de offensis, non autem iure proprio. 39. 2. 264.

Magistratus, vbi erigitur: non venit merum, & mixtum Imperium, *nisi expressè dicatur.* 67. 2. 460.

Magna Curia est Iudex *appellationum totius* Regni, *& norma aliarum Curiarum.* 39. 1. 492.

Magna Curia Vicaria est Tribunal ordinarium totius Regni, & Regis *vices administrat.* 31. 2. 491.

Magna Curia *Vicaria habet potestatem auocandi causas à quocunq;* Iudice, *nisi priuatiuè fuerint concessę.* 21. 2. 491.

Magna Curia Vicaria procedit etiam cõtra habentes septem officia Regni. 80. 1. 333.

Magna Curia *procedit contra* Officiales *Baronum delinquentes.* 3. 2. 510.

Magna Cur. *quod procedat etiam contra habentes septem officia Regni, qualiter sit intelligendum.* 82 1. 333.

Magna Cur.Vic. cognoscit de delictis Officialium *in* Officio, *& ipsius intuitu commissis.* 2. 1. 510.

Magna Curia iurisdictio, quamuis hodie sit diminuta in cognitione causarum, potentialiter tamen habet eandem præheminentiam. 40. 1. 492.

M.C.V.Tribunal, & eius præheminentia. 16. 1. 455.

Magni Admirati officiũ, quo tempore fuerit erectum, deq; eo plura. 3. 1. 434.

Maiorum authoritas inducit stylum. 69. 2. 356.

Malignis delationibus, aures non sunt præbendæ. 110. 2. 27.

Mandans delictum, non dicitur verè facere, sed fictè, & interpretatiuè. 86. 1. 243.

Mandans quem carcerari non tenetur de occiso, si mandatarius occida. 79. 2. 168.

Mandare, & prohibere est iurisdictionis Superioris. 48. 2. 492.

Mandati fines diligenter seruandi sunt. 50. 1. 459.

Mandatum factum, ne quis sub pęna exeat è domo ad instantiam Fisci, *quale interesse producat ad* Fisci *beneficium.* 15. 2. 91.

Mandatum factũ nullo præstito iuramento non obligat. 30. 1. 94.

Mandatum in delictis, quibus coniecturis probetur. 109. 1. 483.

Mandatum non præsumitur, quia est facti. 108. 1. 483.

Mandatum probatur plenè tribus concurrẽtibus, nempè alloquutione secreta inimicitia, & effectu incontinenti sequuto. 110. 1. 483.

Manutenendus quis est in sua possessione, donec expediatur causa petitionis. 57. 1. 39.

Marcus Antonius Philosophus, *omnia cri-*

crimina minori puniẽda supplicio,existimabat. 35. 2. 225.

Marius Italia de Immun.Eccl.ad Bull. Gregor.XIV.lib.1.cap.5.§.4. *reijcitur* à Farin.*& alijs.* 35. 1. 125.

Mattheus Colerus *laudatur.* 54. 2. 38.

Medici licèt ordinariè doctorentur in artibus liberalibus, & Medicina,nihilominus consequuntur dignitatem. 6. 1. 216.

Medici sunt Nobiles. 21. 1. 224.

Medici vigore priuilegij concessi à Regina Ioanna II. habent eadem insignia, quæ dantur cæteris Doctoribus. 7. 1. 216.

Medicinæ,& Medicorum vtilitas, & origo, ac Nobilitas indicantur. 28. 2. 224.

Memoria hominis,labilis est. 35. 1. 70.

Mendaci deneganda est fides. 49. 1. 38.

Mendacium,quę mala pariat. 50. 1. 38.

Mendacium ex sui natura, & genere est malum. 99. 1. 482.

Mendacium probat dolum. 97. 2. 481.

Mendacium satis est ad detractionem fidei. 55. 1. 210.

Mendax precator carere debet impetratis. 53. 1. 210.

Mentio specialis requiritur,vt Baro cognoscat de delictis Officialium. 18. 2. 511.

Mentientis pęna est, vt nec vera dicenti credatur. 541. 1. 210.

Mercedem iustitiæ quærere iniustum est. 23. 2. 466.

Merces pro omni actu pretio ęstimabili recepta, validè retinetur, & petitur. 29. 1. 35.

Mercurialis Merlinus decis. 96. *post* tract.de pignor. & hypoth. *tradit* Rotam *tenuisse Iudicium liquidationis instrumenti esse criminale, non ciuile.* 45. 2. 328.

Meretricem, licitè mercedem receptam ob fornicationem retinere, Theologorum, Summistarum, & Doctorum sententia communis est. 26. 2. 34.

Meretricem licitè receptam mercedem ob fornicationem retinere posse, quibus in locis tractetur? 27. 2. 34.

Meretrices debent esse secura pro mercede recepta ex causa libidinis. 28. 1. 35.

Meretrices si cogerentur restituere accepta loco mercedis ob vsum venereum, essēt miserabiliores omnibus. 66. 1. 40.

Meretrici pro actu venereo antequam it sequatur pecuniam dare,licèt sit illicitũ, attamen post actum venereum si detur, iustitiæ actus est. 18. 1. 34.

Meretricum status, earumq; vilitas,legum laqueis innodari non meretur. 7. 2. 32.

Meretrix actum vẽdibilem tradit pro vsu venereo, ideòq; iustè mercedem exquirit. 19. 1. 34.

Meretrix, qua ratione iustè petat mercedem à fornicario? 20. 1. 34.

Meretrix etiam in foro animæ iustè retinet mercedem promissam, siue acceptam causa fornicationis. 25. 2. 34.

Meretrix inter personas miserabiles connumeratur. 5. 2. 32.

Meretrix omnia accepta causa fornicationis in eius dominium vertit. 68. 2. 40.

Meretrix publica, & fęmina, quæ occultè fornicatur, in nihilo differunt quoad petitionem mercedis. 23. 2. 34.

Meretrix serua peius habetur,ex eius seruili contemptu. 8. 2. 32.

Meretrix, siue publicè, siue occultè sui corporis quæstum faciat, habet exceptionē retinendi data, & actionem petendi cõsuetam,vel promissam mercedem à fornicario. 15. 2. 33.

Merita negotiorum, Partium assertione panduntur. 15. 2. 371.

Merum,& mixtum imperium non transit, nisi expressè concedatur. 61. 1. 460.

Metus amissionis honoris annullat contractum. 151. 1. 342.

Metus amissionis honoris, præsumit contractum meticulosum, & ideò rescindēdum. 28. 2. 407.

Metus dedecoris superat quemlibet alium in annullatione contractus. 153. 1. 342.

Metus probatur in specie, non in genere. 19. 2. 303.
Mina non faciunt inditium, nisi probetur minantem consueuisse. 18. 2. 303.
Mina pracedentes effectu sequuto, mandatum probant, & dolum. 102. 2. 482.
Ministri destinati ad necem hominis, si pecuniam pro ea nece recipiunt, sunt capite plectendi. 16. & 19. 2. 466.
Ministri recipientes mercedem à publico, tenentur in opere prastare exactissimam diligentiam. 80. 1. 480.
Ministri vltra munus se gerentes puniuntur pœna mortis. 60. 1. 470.
Minores in pœnis non ità acriter sunt tractandi, sicuti maiores. 58. 2. 267.
Minores quia minori dolo delinquunt, mitiori pœna plecti debent. 50. 2. 266.
Minori pœna de necessitate est minoranda. 46. 2. 265.
Minoribus pœnas in delictis fuisse minoratas pluribus decisionibus Supremorum Europa Tribunalium, exornatur. 48. 1. 266.
Misericordia commendatur. 66. 2. 268.
Miseris dum crimen aliquod infligitur, qua perferunt, meruisse creditur. 5. 1. 76.
Modestinus in l. siquis obrepserit 29. ff. ad leg. Cornel. de fals. *explanatur.* 45. 2. 146.
Monachi non possunt esse in indicio, quia carent velle, & nolle. 23. 2. 326.
Monachi prohibentur comparere in iudicio, absq; expressa licentia Superioris. 14. 2. 325.
Monachus dum est in alterius potestate non habet integram personam, & habetur loco filyfamilias. 27. 1. 327.
Monachus aquiparatur filio, seu seruo. 58. 1. 330.
Monachus habetur pro mortuo mundo. 25. 2. 326.
Monachus in iudicio, absq; licentia, nulliter agit. 19. 1. 326.
Monachus nullo modo per viam Iudicij contentiosi agere potest. 64. 2. 330.
Monachus quicquid acquirit, Monasterio acquirit, nec momento temporis, penès ipsum quasita esse possunt. 59. 1. 330.
Monachus ratione contractus nec agere, nec conueniri potest. 24. 2. 326.
Monachus statim ac actionem acquirit, occultato actu medio in Monasterium transfert. 67. 1. 331.
Monasterium dicitur propter Monachos, non sine Monachis. 70. 2. 331.
Monasterium Regale Sancti Martini Ordinis Chartusianorum, in alienatione tenetur seruare sollemnitates. 98. 2. 335.
Monomachia, siue Duellum est prohibitum de iure diuino. 7. 2. 415.
Mora est delictum, maximè in eo, qui iurauit. 16. 2. 142.
Mora in Sacro Consilio de ipsius aquitate passim purgatur. 28. 2. 93.
Mora purgatur etiamsi in promissione adsit iuramentum. 19. 2. 101.
Mora, & culpa debitoris operantur, quod possit creditor sortem repetere. 15. 2. 142.
Mora, & periurio debitoris deficiente, omnis occluditur aditus liquidationi instrumenti. 8. 2. 297.
Mora purgatio fundatur in aquitate. 4. 2. 100.
Mors ad nihilum prodest eius, qui ex ea alteri auxiliari non potest. 26. 1. 293.
Mors contemnenda, si ex ea Reipublica, & Patria vtilitas oriri poterit. 22. 1. 293.
Mors expectanda non est, vbi periculum imminet. 24. 1. 293.
Mors omnia soluit. 2. 2. 496.
Mortem contemnere magis est magnis viris, quàm vitam odisse. 21. 1. 293.
Mortis pœna in barattaria non seruatur. 16. 1. 475.
Mortuus in carcere, dicitur mortuus in cruciatu. 11. 1. 389.
Mos diù seruatus, & à Superiore non reuocatus, legis habet vigorem. 48. 1. 477.
Motiua excitata à Fisco, & querulantibus recensentur. 25. 2. 224.

Mu-

Mulier non potest leuare faidam. 25. 2. 520.
Mulieres citatæ super tenore instrumenti via ritus, tenentur comparere personaliter, & in carcerem nisi soluerint, detrudantur. 49. 1. 329.
Mulieres de iure communi non possunt pro debito carcerari de iure communi, secùs verò si fuerit contra ipsas liquidatum instrumentum via ritus. 50. 1. 329.
Mutanda non sunt, quæ certam in controuerso iuris articulo interpretationem habuerunt. 34. 2. 36.
Mutanda non sunt, quæ certam habuere determinationem. 23. 1. 235.
Mutantur tempora, mutantur personæ, & omnia. 27. 2. 93.
Mutatio mentis, seu voluntatis, non est præsumenda. 87. 2. 333.

N

NAti in suburbijs habentur vti verè originarij, & participes munerum Ciuitatis. 19. & n. seq. 2. 250.
Natura condolet alterius interitum. 4. 1. 465.
Neapolitani non possunt torqueri ex processu informatiuo ex gratia peculiari. 24. 1. 251.
Neapolitanorum bona non publicantur, nisi in crimine hæresis, & læsæ Maiestatis humanæ. 21. 1. 85.
Necessitas debitoris superueniens excusat à periurio, vt nequidem absolutio sit expetenda. 15. 2. 397.
Nec sine pæna recipi potest, etiam à spontè dantibus. 25. 1. 467.
Negatiua dictio inducit necessitatem, & formam, & resistit actui à principio. 16. 2. 325.
Negatiua priuat potentiam actum gerendi, quia continet in se decretum irritans, & annullatiuum. 17. 1. 326.
Negligens tenetur ad damna. 4. 1. 454.
Negligentia non potest adscribi impedito. 34. 1. 400.
Negotiorum multitudo in Regno Neapolitano, & in Sacro Consilio, efficit vt quotidie accidant discutienda, quæ in alijs locis nequidem excogitantur. 3. 1. 32.
Nemo præsumitur incontinenti se corrigere. 86. 2. 333.
Nemo tenetur, nisi quatenus facere potest. 31. 1. 294.
Nicolaus Antonius Gizzarellus *Reg. Consiliarius laudatur.* 2. 1. 32.
Nihil ex nihilo sequitur. 32. 1. 145.
Nihil, & nullum æquiparantur. 33. 1. 145.
Nobiles in delictis in carceribus poni non debent. 12. 2. 383.
Nobiles in Regno decapitantur, Ignobiles furcis suspenduntur, Nobiles relegantur, vel deportantur, Ignobiles furcis suspenduntur. 7. 1. 67.
Nobiles licitè deferunt enses. 32. 1. 9.
Nobiles, & plebei diuersis coercentur pænis etiam in crimine peculatus, Sacrilegij, Incendij, Adulterij, Veneficij, Homicidij, & alijs. 23. 2. 217.
Nobili carcerato, & posito in domo pro debito ciuili, an sint administranda alimenta per eius creditorem, sicuti tenetur præstare carcerato in vinculis publicis. 34. 2. 391.
Nobili si assignetur domus, vel palatium loco carceris, dicitur satisfactum Ritui *Magn. Cur. Vicariæ.* 166. 2. 362.
Nobilis à vili, & plebeo iniuriatus, potest se vindicare, vt proprio consulat honori. 36. 1. 264.
Nobilis ad furcam condemnatus, nimis grauatur. 1. 2. 75.
Nobilis accusatus pro delicto, pro carcere debet habere palatium, vel Ciuitatem. 14. 1. 384.
Nobilis domi carceratus, verè carceratus est, ac si esset verè, & realiter in carcere publico detensus. 24. 1. 385.
Nobilis domi detentus carceratus est tanquam si esset verè, & realiter in carcere publico. 36. 1. 392.
Nobilis domi detentus debitor, & pauper, debet habere alimenta à creditore, quia di-

dicitur verè carceratus. 20. 2. 384.
Nobilis in crimine falsi,& furto, distinguitur à plebeis circa pænarum irrogationem de consuetudine. 18. 1. 217.
Nobilis in Regno à plebeio distinguitur circa pænarum irrogationem etiam in crimine læsæ Maiestatis humanæ,& diuinæ. 17. 2. 216.
Nobilis relegatur,vel deportatur,plebeius condemnatur ad regias triremes, vel ad tempus,vel perpetuò. 16. 2. 216.
Nobilis mandans verberari alium Nobilem,patrato facinore, qua pæna puniatur? 41. 2. 178.
Nobilis non eadem coerceri debet pæna,qua Plebeus. 32. 1. 352.
Nobilitas filij porrigitur ad patrem ignobilem. 24. 2. 217.
Nobilitas haberi debet in consideratione, quando agitur de carcerando Nobilem, ad distinctionem Plebei. 4. 2. 362.
Nobilitas idem est, ac dignitas. 8. 2. 216.
Nobilitas in delato potissima est causa minorationis pænæ, si delinquat. 38. 2. 264.
Nobilitatis effectus præcipuus quis sit? 60. 1. 239
Non entis non sunt partes. 54. 2. 354. & 16. 2. 429.
Notarij non solent edore scripturas sordidas, & manibus complicatas. 40. 1. 57.
Notario,an testi potius sit credendum. 44. 2. 164.
Notario falsitas imputari non potest,si ex ea nullum commodum consequutũ fuisse probetur. 37. 2. 282.
Notorium sufficit allegare. 49. 1. 209.
Notarius à iure priuatus officio, interim donec sententia declaratoria proferatur poterit exercere. 32. 1. 282.
Notarius aliàs de falso inquisitus,nõ præstat fidem etiam in mortis articulo. 64. 2. 148.
Notarius attestãs de alio instrumento inito per alium Notarium, non probat, etiamsi tota scriptura, vel priuilegium sit insertum, vel transumptum in dicto instrumento. 34. 2. 408.
Notarius attestans vidisse instrumentum confectum cum Iudice, & testibus per alium Notarium, nullam prabet fidem. 33. 2. 408.
Notarius falsitatis Reus non fit ex inquisitione contra ipsum formata,sed requiritur sententia,ad hoc vt gesta per ipsũ non valeant. 30. 2. 281.
Notarius inquiens, prout cõstat in instrumento procurationis facto per manus mei Notarij,non probat. 36. 2. 408.
Notarius non præsumitur errare indictione vnius scripturæ, quando in cæteris eiusdem anni non errauit. 34. 1. 56.
Notarius non rogatus de instrumento, licet de eo attestatur,non probat. 37. 2. 408.
D.Nouarius, non fuit examinatus ante assumptionem ad officia, ex quo plures ediderat libros. 24. 1. 312.
Nouitates in pænis sunt vitandæ. 72. 2. 149.
Nullitas est maior modus suspensiuus iudicati,cæteris alijs. 50. 2. 354.
Nullitas ità deuoluit causam ad Superiorem,sicuti iniquitas. 48. 1. 354.
Nullitas notoria nedùm impedit exequutionem sententiæ, verùm etiam res iu indicatum transacta. 24. 2. 372.
Nullitate pendente nihil est innouandum. 59. 1. 355.
Nullitates admittuntur aduersus liquidationem instrumenti. 53. 2. 354.
Nullitates in Regno quibus in casibus admittuntur. 19. 1. 372.
Nullitates propositæ aduersus Decretum Sac.Cons. in causa Ill.Ducis Acheruntiæ referuntur. 1. 2. 369.
Nullitatis remedium dicitur extinctiuum iudicati inspecto statu præsenti, suspensiuum verò specto futuro, & n.48. 42. 2. 353.
Nullum quod fuit ab initio ex defectu iurisdictionis,tractu temporis conualidari non potest. 22. 1. 177.

Nu-

Numeratio fit sufficiens partium in casu præsentis delicti. 25. 2. 475.

O

OBligatio ex contractu descendit ex iure naturali, quæ potentior est ad fidem seruandam. 39. 1. 253.

Obliuio in teste cadit etiam in minori tẽpore duorum annorum. 15. 2. 77.

Obliuio non præsumitur in facto proprio, decennio non elapso. 24. 1. 54.

Obliuio præsumitur in teste ob temporis spatium decursum. 13. 2. 77.

Obrepiens litigando in causa ciuili, non alia coercetur pęna, quam refectionis expensarum. 51. 1. 147.

Obseruantia plurimum prodest ad declarationem cuiuscumq; dispositionis. 74. 2. 149.

Obseruantia quælibet euadat ambiguitates? 55. 2. 329.

Occidens aliquem credens esse forisiudicatum, excusatur. 62. 1. 166.

Occidens bannitum, quem iustè occidere posse credidit, licet non iustè, excusatur à pœna ordinaria. 66. 2. 166.

Occidens etiamsi fuisset in iuris ignorãtia excusatur à pęna ordinaria. 67. 1. 167.

Occidens Officialem, tenetur crimine læsæ Maiestatis. 55. 2. 254.

Occisoris dignitas, & occisi vilitas non excusans à pęna homicidij. 2. 1. 503.

Occultatio quæ fit Iudici, non comprahenditur in dispositione tex. in l. Paulus, ff. de fals. & l. eum qui, C. eod. 40. 2. 145.

Occultationis scriptura pœna quando veniat imponenda. 41. 2. 145.

Occurrere in tempore præstat, quam post vulneratam causam remedium quærere. 2. 2. 17.

Odiosa, & pœnalia non ampliari debent, sed restringi. 29. 1. 19.

Odium ex inimicitia præcedenti, durare præsumitur. 44. 2. 126.

Offendens iurisdictionem Iudicis incompetentis, potest ab ipso puniri. 10. 2. 435.

Offensa facta Officiali, in dubio præsumitur facta ex propria inimicitia, & non colore officij, adhoc vt maius delictum excludatur. 12. 2. 175.

Offensio in honore habet tractum successiuum, quia semper offenditur, & semper licita est. 33. 1. 264.

Offensio leuis non dicitur deducta in stipulatione de non offendendo, etiamsi generaliter fuerit prouisum non offendere. 96. 2. 26.

Offensio medica non est in consideratione. 97. 2. 26.

Officia empta, An subiaceant priuationi ob delictum, controuersum est. 50. 1. 22.

Officiales antiquitus non cognoscebantur pro delictis, nisi à solo Rege. 16. 2. 511.

Officiales creati à Barone repræsentant Regem, non Baronem. 13. 1. 511.

Officiales dicuntur vti signa ad saggittã, & ideò incurrunt odium multorum. 26. 2. 512.

Officiales examinãtur tam circa ius, quàm circa praxim. 9. 1. 310.

Officiales exercentes iurisdictionem, non nisi à Principe creantur. 8. 2. 510.

Officiales inquisiti de delictis intuitu officij, non debent suspendi, nisi delicta sint grauia. 84. & seq. 1. 25.

Officiales inquisiti de extorsionibus, qualiter fuerint puniti secundùm diuersitatem factorum. 41. 1. 21.

Officiales temporales non admittuntur ad exercitium, ni prius examini subijciantur virtute Reg. Pragmaticæ. 3. 2. 309.

Officiales, & Ministri recipientes pecuniã, vt iniustitiam faciant, quas personas offendunt. 41. 1. 468.

Officialis à sponte soluente recipiens in Regno, qua pœna puniatur? 6. 1. 18.

Officialis Baronis dicitur à Principe creatus ratione demandata iurisdictionis. 10. 1. 511.

Offi-

Officialis corruptus pecunia, potest à quocumq; deferri, quia crimen est publicum, non tamen patitur pœnam corporalem, sed pecuniariam. 7. 1. 18.
Officialis delinquens in officio, siue eius intuitu, An ad instar tuteris sit interim ab officio suspendendus? 55. 2. 22.
Officialis dicitur extorquere, quando pecuniam non ei debitam capit. 20. 2. 466.
Officialis dicitur is, coram quo fiunt acta. 5. 2. 510.
Officialis inquisitus de Barattaria, ex qua pœna priuationis officij venit puniẽdus, non se defendit intus carceres, sed extra carceres, præstita fideiussoria cautione. 12. 2. 18.
Officialis inquisitus de delictis, pro quibus pœna pecuniaria venit imponẽnda, si nõ habet fideiussores pro se defendendo extra carceres, admittitur ad iuratoriam cautionem. 13. 2. 18.
Officialis inquisitus debet audiri in iudicio suspensionis. 77. 2. 24.
Officialis pecuniam fiscalem, vel priuatam subripiens, qua pœna puniatur in Regno? 5. 1. 18.
Officialis pecuniam recipiens, vt iustum faciat, & si malus non sit iustitia, malus erit mercede. 22. 2. 466.
Officialis potest priuari officio ex homicidio, & practica cum bannitis. 33. 1. 513.
Officialis salariatus recipiens pecuniam à partibus punitur. 13. 1. 466.
Officialis, vt ab officio suspendatur, quæ concurrere debeant. 52. 1. 22.
Officialis, & minister arguitur dolo ex leuissima culpa, & negligentia. 79. 2. 479.
Officij priuatio vbi non venit imponenda, nequidem suspensio ab eo lite pendente participare potest. 43. 1. 21.
Omne malè actum, prauè actum habetur ex iuris præsumptione. 93. 1. 481.
Omnia nostra facimus, quibus nostra impertitur authoritas. 20. 2. 311.
Opem præstans delicto, an teneatur in quãtum principalis. 15. 2. 5.
Opinio Doctoris attenditur, vbi ius, & mos deficit. 59. 1. 478.
Opinio est execrandum monstrum, & Carnifex humanarum actionum. 1. 2. 473.
Opinio Reis proficiens in dubio sectanda est, præsertim quoad immunitatẽ Ecclesiæ potiendam. 46. 2. 126.
Opinio verior, & tutor est, quod testi vnico non credatur. 31. 2. 306.
Opiniones plures si recitentur, non videtur vltima recepta, quando dicitur, alij dicunt. 22. 1. 102.
Ordinarius Iudex dicitur, qui perpetuam habet commissam iurisdictionem. 45. 2. 492.
Ordinarius non inhibet, neque mandat alteri Ordinario non inferiori. 41. 1. 491.
Originale si in prothocollo non reperiatur, copia inde deducta falsitatis suspitionẽ habet. 28. 1. 55.
Originaria causa, & primitiua attẽdi debet ad dijudicãdum, an causa sit ciuilis, vel criminalis. 40. 1. 328.
Origo cuiusque rei in omnibus attendi debet. 76. 2. 41.

P

Pacis rupta crimen adeò graue est, quod sapit assassinium. 48. 2. 237.
Pacta resessionis contractuum ob non solutionem annualitatum, sunt valida. 18. 1. 143.
Pactorum obseruantiæ innittendum est. 9. 2. 159.
Pactiones seruare, de iure naturæ est. 74. 1. 41.
Pactum inter meretricem, & fornicarium de soluenda mercede consueta ob actum venereum, qua ratione sustinetur. 21. 2. 34.
Pactum quod non soluente debitore in tempore annualitates, possit emptor sortem repetere, vndequaq; est validum. 14. 2. 142.

Pa-

Palatium, vel domus in Nobili, *habetur loco carceris.* 29. 2. 351.
Palatium tenens loco carceris, dicitur verè carceratus, quando iurauit ab eo non recedere. 17. 1. 384.
Papyri diuersitatis in scriptura, indicat falsitatem. 56. 1. 59.
Par in parem non habet imperium. 15. 2. 511.
Parentes ex filiorum adquisita gloria honorantur. 37. 2. 218.
Pari in causa, pro Reo *semper est iudicandum.* 10. 2. 324.
Partita erronea allegata, debent reuidere, si de earum viribus non fuit cognitum, nec discussum. 12. 2. 192.
Paschalis *Cōsiliarius adducitur* de virib. potest. cap. 6. n. 8. par. 1. *pro filiofamilias ratificante contractum initum tempore quo erat sub patria potestate, effecto iam sui iuris.* 54. 2. 410.
Pater in ciuilibus habet bonorum administrationem filij siue in potestate, siue extra. 16. 2. 519.
Pater negligens in accusando, admittitur filius adhuc pupillus. 31. 1. 522.
Pater nobilior ostenditur ex filij dignitate. 29. 1. 218.
Patere legem, quam ipse tuleris. 101. 2. 335.
Paternitas præsumitur, cum nemo sine patre nascatur. 41. 1. 409.
Patria potestas præsumitur, data paternitate. 42. 1. 409.
Patris consensus non requiritur in actione criminali instituenda per filium. 19. 1. 520.
Patris dedecus, filij dedecus videtur. 32. 1. 218.
Patris præsentia nihil operatur quando filius se obligat in rem patris. 27. 2. 407.
Paulus Christinæus dec. Belgic. 109. n. 37. & seq. *expenditur pro patribus potientibus nobilitate filiorum.* 18. 1. 224.
Pecuniam fuisse numeratam, opposita exceptione, incumbit onus probandi ad creditorem. 150. 1. 342.
Pecuniæ receptio delictum non capitale facit capitale, & morte dignum. 17. 2. 466.
Pecuniæ receptio per Officialem facta, est intrinsecè mala. 15. 1. 466.
Peguer. dec. 68. n. 440. *expenditur.* 45 1. 265.
Percussio leuis non dicitur damnum inferre. 99. 2. 26.
Percussor si fuit certus, alij non puniuntur de delicto. 14. 2. 5.
Percuti mandans Doctorem ab eius famulo ante Palatium Magnæ Curiæ Vicariæ, qua pœna fuerit coercitus. 49. 1. 179.
Percutiens cum baculo, & expilans barbam usq; ad sanguinem exclusiuè qua pœna puniatur in Regno? 39. 2. 178.
Percutientes hominem si plures fuerint, ex quibus percussionibus mortuus est, an omnes teneantur de occiso, quamuis ignoretur, cuius ictu perierit. 28. 1. 8.
Perfectio liquidationis instrumenti, ex quibus suaderi potest. 37. 1. 353.
Peritus notoriè, potest doctorari sine examine. 18. 2. 311.
Periurium facit liquidationem instrumenti via ritus. 11. 2. 397.
Personarum conditio excusat à falsitate. 87. 2. 151.
Persona attenditur circa modum carcerum 7. 2. 370.
Personæ dignitas efficit vt palatium loco carceris assignetur. 15. 1. 364.
Personæ qualitas excludit præsumptionem calumniæ. 22. 1. 351.
Personæ qualitas, maximè attenditur ad excludendam falsitatem. 89. 1. 243.
Pœna à iure, vel statuto imposita, non potest à Iudice alterari. 33. 2. 225.
Pœna amputationis manus olim indicta contra debitores, patientes liquidationē instrumenti, licet fuerit in pecuniariam transfusa, non efficit quin Iudicium dicatur criminale, non autem ciuile. 35. 2. 327.
Pœna Capituli Contra effrenatas, *ad hoc vt ingeratur, requiritur actus geminatus.* 31. 2. 79.

I *Pœ-*

Pœna certa vbi non est indicta, remanet in arbitrio Iudicis. 17. 1. 306.
Pœna certa vbi non est statuta in delicto, sed arbitrio Iudicis datur, vsque ad mortem, potest arbitrari ex reiteratione sceleris. 8 1. 474.
Pœna delicti minoratur, quando adest causa delicti. 24. 1. 263.
Pœna extraordinaria fuit punitus extrahens ab Ecclesia foriudicatum eumq; occidi mandans. 74. 1. 168.
Pœna imponi non debet, nisi à lege, vel statuto imponatur. 28. 2. 19.
Pœna in Regno contra Vsurarios est publicatio omnium bonorum. 15. 2. 84.
Pœna in Regno nón debetur, siue sit apposita datione quantitatis, siue adimplemento facti, nisi quatenus interesse concurrat. 81. 1. 25.
Pœna in Regno vbi non venit imponenda vltra relegationem, Tortura non est locus. 53. 2. 179.
Pœna indicta contra malè liquidantes instrumentum via ritus Magna Curia, certa est vt soluantur decem pro centenario. 68. 1. 149.
Pœna limitata quoad causas, & personas, personam, & casus non egreditur. 27. 2. 19.
Pœna manus obtruncationis vbi venit imponenda, non procedit foriudicatio. 2. 1. 4.
Pœna minor in dubio est infligenda, non maior. 34. 2. 225.
Pœna minoratur in eo, qui iusto dolore motus deliquit. 41. 1. 265.
Pœna mortis pro furto, & barattaria, an & quando detur. 6. 1. 474.
Pœna non nisi arbitraria est imposita pro iniuria quando criminaliter agitur. 28. 2. 177.
Pœna nulla infligi potest ex actu nulliter gesto 42. 1. 146.
Pœna ob contumaciam parti debitam, nequidem soluitur de stylo Sac. Consilij, nisi cum interesse concurrat. 22. 2. 92.
Pœna obtruncationis manus in desuetudinem abijt contra eos, qui patiuntur liquidationem instrumenti. 78. 1. 150.
Pœna olim contra debitores, contra quos instrumentum liquidabatur, erat amputationis manus ratione periurij. 29. 1. 327.
Pœna pecuniaria coercetur creditor malè liquidans instrumentum. 77. 1. 150.
Pœna pecuniaria vbi venit imponẽda, non debet Reus intus carceres se defendere, sed extra. 10. 1. 18.
Pęna personalis grauior est qualibet pœna pecuniaria. 37. 2. 225.
Pœna potest exigi quando est apposita loco inobedientia, nõ autem loco rei, etiamsi Reus in fortijs existeret secundùm opinionem Carauit. quę impugnatur. 8. 2. 100.
Pęna pro iniuria verbali tàm de iure cõmuni, quàm de iure Regni, est tantummodò actio ciuilis ad æstimationem. 36. 1. 178.
Pœna proprium casum excedere non potest. 75. 1. 150.
Pęna publicationis bonorum rectè statuta est vsurarijs. 16. 2. 84.
Pęna quę fuerit indicta de iure communi contra Officiales extorsiónes committẽtes. 33. 1. 20.
Pęna si debetur per statutũ statim cõmisso delicto, non requiritur contestatio litis, ad hoc, vt transeat ad hęredes. 10. 1. 497.
Pęna si fuerit posita in libro Inferni, non auditur debitor, nisi per realem solutionem. 31. 1. 449.
Pęna si principaliter debetur, transit ad hęres lite cum defuncto contestata. 6. 2. 496.
Pęna siue sit apposita oblationi quantitatis, siue promissioni facti, in Regno nõ committitur, nisi quatenus interesse concurrit. 9. 1. 91.
Pœna triremium in Regno plebeis tãtùm, Tribunalia infligere consueuerunt. 10. 2. 216.
Pœna vbi à iure, vel statuto certa est indicta, non alia irrogari potest, nec datur aliud arbitrium. 70. 1. 149.

Pę-

Pęna vbi eſt appoſita loco inobedientia, non autem loco rei, an poſſit exigi. 6. 2. 100.

Pęna vbi eſt certa à iure ex reiteratione delicti, non poteſt augeri, ſed vbi eſt arbitraria augetur, vſque ad mortem. 37. 1. 468.

Pœna vbi non eſt certa, non poteſt quis forisudicari. 37. 2. 10.

Pœna vbi infligitur per ſtatutum, non eſt opus, quod teſtes ſint repetiti. 26. 2. 499.

Pœna, & mora non datur in impedito. 36. 1. 400.

Pęnam non deberi in Regno, niſi cum interesse concurrat, an procedat in ciuilibus tantùm, vel etiam in criminalibus. 19. 2. 92.

Pęnam vt quis patiatur ex crimine, quod commiſiſſe non conſtat, eſt abſurditas intellectus. 19. 1. 132.

Pęna à iure ſtatuta in crimine falſi, quæ ſint. 71. 1. 149.

Pęna antiquitus, quę fuerint indicta feneratoribus. 24. 2. 85.

Pęna commutatio inter Nobiles, & plebeos in Regno fit etiam in crimine lęſę Maieſtatis Diuinę, & Humanę. 31. 1. 225.

Pęna debitę ex contumacia illa, ſublata reſoluuntur, ſecus ſi debeatur per contumaciam. 23. 1. 499.

Pęna minoribus eſſe minorandas in delictis etiam atrocioribus, quæ enumerantur, inſinuatur. 40. 2. 266.

Pęnę Nobilium, & plebeorum ſunt diſtinctę in Regno. 14. 2. 216. & 6. 2. 66. & 31. 1. 352.

Pęnę ſunt molliendę, non exaſperandę. 41. 2. 80.

Pęnę vſurarijs indictę tam de iure ciuili, quam de iure canonico recenſentur. 19. 2. 84.

Philippus II. Rex, *ore proprio iuſſit in dubio ſemper contra ipſum eſſe iudicandum.* 63. 2. 255.

Pignus in re propria conſiſtere nequit. 161. 2. 343.

Pius IV. *Conſtitutiones ampliauit aduerſus Duella.* 16. 1. 417.

Pluribus tormentis eſt dignus, qui ſic plures offendit. 44. 2. 468.

D. de Ponte in ſede indicata, *quid ſenſerit aduerſus* Delegationes *cauſarum.* 13. 2. 5.

D. de Pont. dec. 16. n. 32. *adducitur ad intellectum* Cap. Vulgaris famæ proloquium *quoad pœnas infligendas Officialibus inquiſitis de extorſionibus.* 42. 1. 21.

D. de Pont. dec. 16. n. 2. *quid ſenſerit de pœnis abrogatis in* Regno *contra Officiales extorſiones committentes.* 34. 2. 20.

D. de Pont. dec. 7. n. 31. & dec. 16. n. 1. *qualiter declarauerit* Cap. Regn. Vulgaris famæ proloquium. 15. 1. 19.

D. de Pont. *obiurgatur ab* Authore *in intellectu*, Cap. Vulgaris famæ proloquium. 21. 1. 489.

Portery Reg. Cam. & Sac. Conſ. conueniuntur coram ſuis Tribunalibus. 15. 2. 489.

Poteſtas, & voluntas requiruntur ad perficiendos actus humanos. 114 1. 337.

Poteſtati alterius, qui ſubiacet, perſonam integram non habet. 3. 1. 405.

Practica quę ſit audiendi inquiſitum aduerſus capita ſuſpenſionis ab Officio, ex mente Reg. de Pont. 69. 2. 23.

Practica Sacri Conſilij de ſeruando fidem bannitis, quæ ſit. 16. 2. 160.

Pragmatica *de anno* 1622. 4. ſub tit. de iitrum. liquid. *quid diſponat.* 20. 1. 372.

Pragmatica de anno 1632, ſub. tit. de dilat. prag. 8. *enucleatur.* 52. 2. 354.

Prag. 8. de dilation. cap. 7. *expenditur.* 64. 1. 356.

Prag. 8. de dilation. *nimis rigoroſa fuit viſa Sacro Conſilio.* 63. 1. 356.

Prag. 1. de Duell. *non eſſe in obſeruantia inſinuat altera* Prag. eod. tit. 47. 2. 423.

Prag. 1. & 2. de Duell. *quid diſpoſuerint ad Duellorum execrationē.* 3. 1. 415.

Prag.1.de minor.*dedit arbitrium Iudici minorandi pœnas in delictis.* 52. 1. 267.

Prag.1.de minor.*in pœnalibus,& odiosis non extenditur.* 63. 1. 268.

Prag.1.de minor. *non tribuit absolutum arbitrium Iudici imponendi pœnam ordinariam minoribus, nisi attenta atrocitate delicti, reiteratione, & praua qualitate personæ.* 59. 2. 267.

Pragm.3. §.1.sub tit.de Procurat. *expenditur.* 2. 2. 301.

Prag.8.cap.7.de instrum.liquid.*admittit debitorem opponentem aduersus instrumentum,dummodò faceret depositũ, vel in vinculis se constitueret, iuxtà depositionem* Ritus Mag.Cur. 166. 7. 2. 376.

Prag.8.de extraction. *in verbis descriptis,indicat, flagrantiam requiri in delicto asportationis armorum.* 57. 1. 97.

Pragm 8. de instrum.liquid. §.7.circa fin.*dum agit de debitore carcerando nõ aliis vtitur verbis,nisi quod in vinculis se constituat.* 11. 1. 377.

Pragm.3. de instrum.liquid. *de anno 1585.enucleatur.* 21. 1. 372.

Prag.4.de instrum. liquidat. *procedit tã in Reo,quàm in Actore.* 6. 1. 324.

Pragm.4.in 7. & 8. cap.de instrum.liquid. *quid disponat* 1. 2. 388.

Pragm.3.de instrum liquidat.*quid statuat.* 2. 1. 382.

Pragm.8.cap.7.de instrum.liquid *quid sta uerit circa carcerationem debitoris admissi aduersus instrumenti liquidationem.* 6. 2. 382.

Prag.8.de instrum liquid. *Sacro Consilio visa fuit rigorosa, & Reipublicæ exosa.* 20. 1. 378.

Prag.8.de instrum. liquid. §.1. *statuit debitores teneri expediri facere supplicationes de verbo faciendo porrectas in Sac.Consil.nisi infra eosdẽ dies quindecim fecerint depositum, vel in vinculis Mag.Cur.Vicariæ se cõstituerint.* 4. 2. 375.

Prag.3.de instrum.liquid.*vti antiquata, fuit ad obseruantiam redacta de anno 1632.* 3. 2. 382.

Pragmat.8. *edita de ann.1632.*8.sub tit. de instrumen.liquid *recensetur.* 1. 2. 375.

Pragmatica 8.Item che dopò la causa, sub tit. de Offic. Magistr. Iustitiar. *expenditur circa commissiones causarũ Iudicibus Magn. Cur. Vicariæ.* 6. 1. 428.

Pragmaticæ 23. de Official. & quæ ijs prohibent, *verba recensentur.* 5. 1. 310.

Prag. 1. de Senatusconsul. Maced. *excipit filiusfamilias emancipatos, vel viuentes seorsum ab eorum patribus.* 44. 1. 409.

Pragmatica Regni 1. de Senatusconsul.Macedon. *inhibet contractus quoslibet filiorumfamilias sine consensu patris expresso.* 15. 1. 406.

Prag.4.*incip.* Quoniam falsariorum,sub tit.de fals. *qualiter sit accipienda.* 84. 2. 242.

Prag. 4. *incip.* Quoniam falsariorum, sub tit.de fals.*non procedit in mandante.* 85. 2. 242.

Prag.29.rubr de exulib. in prætermissis, *enucleatur.* 45. 2. 514.

Pragmatica pœnalis est restringenda. 17. 2. 377.

Pragmatica detestantes Duella vndè manarunt. 33. 2. 421.

Pragmatica dispositio strictè est accipienda, non extendenda. 5. 2. 382.

Pragmatica non extenduntur ad alios casus, etiamsi ex lata,& impropria verborum significatione valeant in eorum dispositione comprehendi. 6. 1. 376.

Pragmaticæ verba vbi cesiant, cessare debet & ipsa Pragmatica. 13. 1. 377.

Praxis Sac.Consi.& Magn.Cur.circa non adhibendam fidem ad finem condemnandi, depositioni Birruartorum. 55. 2. 165.

Præcedentia declarantur ex sequentibus. 7. 2. 278.

Præ-

Praefectus Annonae, etiam quod sit Regens Collateralis, non potest cognoscere de causis extra officium gessa. 4. & 11. 2. 488.

Praefectus Annonae non cognoscit de delictis communibus inter subditos. 22. 1. 490.

Praefectus arcis, ipsam defendere non tenetur, si Rex, ea quae sunt necessaria, non suppeditat. 44. 2. 245.

Praemeditatio ad delictum, non dicitur ex ira, sed ex rancore commissum. 15. 2. 505.

Premeditatio omnis excluditur ex verbis, & insultu. 4. 2. 261.

Presentans scripturam censetur, confiteri esse vera omnia in eo contenta. 20. 1. 204.

Presumitur semper pro eo quod fieri consueuit, & contra quem ab illo recedit. 3. 1. 192.

Presumptio maior in delictis, omnes alias superans, in causae inspectione consistit. 60. 1. 166.

Presumptiones duae si concurrant una inclusiua, altera exclusiua delicti, semper pro exclusiua presumitur. 10. 1. 292.

Presumptiones quae oriuntur ex instrumento. 5. 1. 278.

Preiudicium quãdo dicitur fieri causae ciuili, intentata causa criminali. 9. 1. 131.

Preiudicium personae maius est, quam bonorum. 38. 1. 226.

Praelatio non admittitur alicui ad accusandum, quando iure successionis, vocãtur, non iure sanguinis. 27. 1. 521.

Prelatus non tenetur habere ratũ factum sui predecessoris. 122. 1. 338.

Prerogatiua dignitatis titularis fert, ut non possint Titulati citari, nisi preuia licentia Excellentiss. Regni Proregis. 78. 2. 332.

Presentes delicto non tenentur de auxilio. 34. 2. 9.

Presumptio est pro Iudice, quod ritè, rectèq; processerit. 26. 1. 205.

Presumptiones in delictis occultis, sufficit esse tales, ex quibus animus iudicantis inducatur. 18. 2. 52.

Praesumptionibus etiam violentis, Nemo ad mortem damnari debet. 56. 2. 73.

Pretium est de substantia contractus emptionis, & venditionis. 142. 2. 340.

Prator de modicis non curat. 93. 1. 26.

Pratores dicuntur Principes Ciuitatis. 41. 1. 441.

Princeps contrahens nulla iuuatur priuilegio, sed consideratur uti priuatus. 46. 1. 254.

Princeps delegãdo passim causas, iniuriam infert nedùm Tribunalibus ordinarijs, verum etiam Partibus *litigantibus.* 15. 2. 45.

Princeps dicitur fons, & origo iurisdictionis, à quo pendent, & cuius nomine Magistratus exercent. 26. 1. 187.

Princeps dicitur Iudex Iudicum, vndè ij pars corporis ipsius dicuntur. 9. 1. 511.

Princeps ipse iudicare dicitur, quod ipsius Consiliarij iudicant. 30. 1. 206.

Princeps licèt solutus sit legibus, attamen magis quàm alij ex contractu tenetur. 38. 1. 253.

Princeps mandans contra aliquem inquiri intelligitur, si constat de delicto. 8. 2. 201.

Princeps, ni ad contractus obseruantiam teneretur, deterioris esses conditionis, quàm priuatus. 45. 2. 253.

Princeps non adstringitur quominus possit aliter, atq; aliter, & iustitia suaserit, iudicare. 22. 1. 312.

Princeps non debet alicui sine causa dominium auferre. 7. 1. 45.

Princeps non debet à proprijs Tribunalibus iurisdictionem tollere. 8. 1. 45.

Princeps non potest statuere, ut testi vnico credatur. 32. 2. 306.

Princeps non potest subuertere pacta, & conuentiones, ex quibus mundus sustinetur. 47. 1. 254.

Princeps non presumitur derogare priuilegio concesso alteri. 28. 2. 456.

Prin-

Princeps non recognoscens Superiorem, efficaciter obligatur ex contractu cum subditi inito. 44. 2. 253.
Princeps potest per legem generalem restringere iurisdictionem, Baronibus tributam. 49. 2. 515.
Princeps regulariter subest iuri communi. 48. 1. 254.
Princeps solutus est legibus. 11. 1. 160.
Princeps supremam potestatem habens cõtra inauditum, & incitatum definire nihil potest. 44. 1. 208.
Princeps tenetur ab obseruantiam contractus naturaliter. 49. 1. 254.
Princeps tenetur obseruare factum Prasidis *ex speciali ipsius mandato.* 13. 1. 160.
Principaliter si agitur ad pœnam pecuniariam, & corporalem, mixtim non in consequentiam, transit ad hæredes. 7. 1. 497.
Principi inuerecundum est, contra eum agere, quia eius fidem est sequutus. 12. 1. 160.
Principi, quæ debentur in signum supremæ potestatis, non abdicantur ex sua concessione. 36. 2. 513.
Principis interloquutoria in casu particulari quando facit ius vniuersale. 54. 2. 477.
Principis munus est ordinare ne Duella *fiant.* 31. 1. 421.
Principio sublato, corruunt omnia ab eo prouenientia. 31. 1. 145.
Principum honori, & dignitati conducit, ne Banniti sub fiducia eorum patentium literarum decipiantur. 20. 1. 161.
Principum placita, si errorem continent, exequutioni non demandantur. 39. 2. 195.
Priuati iurisdictionem tribuere non possunt. 23. 1. 177.
Priuatio alicuius iuris, vel rei, non est imponenda, nisi in casibus specialiter à iure expressis. 45. 2. 21.
Priuatio An detur in officijs emptis. 49. 2. 21.
Priuatus non potest tribuere iurisdictionem. 25. 1. 187.
Priuilegia clausa in corpore iuris, & statutorum non censentur sublata per concessionem, etiam generalissimam. 21. 2. 511.
Priuilegia contra ius, sunt strictè accipienda. 19. 2. 511.
Priuilegia extra solitum cursum priuilegiorum, falsa reputantur. 47. 1. 58.
Priuilegia non comprehendunt casum omissum. 20. 2. 511.
Priuilegia non debent extendi ad casus speciales. 27. 2. 512.
Priuilegia non extenduntur ad ea, per quæ publica læditur vtilitas. 19. 2. 436.
Priuilegia non extenduntur, sed vt cantãt, seruantur. 28. 2. 490.
Priuilegia omnia infirmis tributa, senibus competunt. 40. 1. 219.
Priuilegia quamuis de iure amplientur, non tamen quando sunt contra ius commune, vel municipale. 30. 1. 513.
Priuilegium an amittatur per non vsum 42. 2. 422.
Priuilegium antiquius præfertur posteriori. 68. 1. 256.
Priuilegium cognoscendi de delictis Officialium est insertum in corpore iuris communis, & municipalis. 17. 2. 511.
Priuilegium cum clausula cognoscendi de omnibus, de quibus sola Mag. Cur. cognoscit, non comprahendit delicta Officialium. 23. 1. 512.
Priuilegium delicti asportationis armorũ quale sit. 61. 2. 97.
Priuilegium emptionis Casalis Marani enunciatur circa concessiones. 2. 1. 249.
Priuilegium emptionis Marani tribuit emptori facultatem cognoscendi de delictis, de quibus sola Magna Curia cognoscit, ac etiam contra personas contentas in l.vnic. C.quand.Imperat.&c. 3. 1. 249.
Priuilegium est efficax ad fundandam intentionem priuilegiati. 7. 2. 249.
Priuilegium faciliùs amittitur per non vsum, quàm ius commune, quod an sit ve-

verum n.seq. 43. 2. 422.
Priuilegium habetur ad instar legis quoad priuilegiatos. 6. 2. 49.
Priuilegium in certum genus personarum adimit alijs Iudicibus iurisdictionem. 71. 2. 256.
Priuilegium Neapolitanis concessum, extenditur ad Casalia, & homines ipsorũ 25. 2. 251.
Priuilegium Neapolitanis concessum, nedum intelligitur de Ciuibus, sed etiam habitantibus in Ciuitate, eiusque districtu. 22. 1. 251.
Priuilegium non amittitur per non vsum, sed per contrarium vsum. 44. 1. 423.
Priuilegium producens, dicitur habere intentionem fundatam. 10. 2. 249.
Priuilegium qui habes, dicitur habere ius apertum. 4. 2. 249.
Priuilegium roboratur à possessione. 33. 1. 252.
Probatio ex actis constans non attenditur, nisi acta exhibeantur. 27. 1. 281.
Probatio per rei euidentiam requiritur in delicto asportationis armorum, quæ superat omne genus probationis. 62. 2. 97.
Probatio quæ fit per priuilegium, dicitur euidentissima. 5. 2. 249.
Probatione casualitatis specificè non facta, oritur culpa præsumptio. 34. 1. 476.
Probationes ad condemnandum in criminalibus, debent esse luce meridiana clariores. 49. 2. 11.
Probationes liquidissima requiruntur in criminalibus. 40. 1. 207. & 39. 2. 80. & 21. 1. 68.
Probationes Reo non sunt deneganda, nec restringenda. 14. 1. 132.
Probationes summariæ in Iudicio informatorio receptæ, nihil probant etiam inter easdem partes. 34. 2. 134.
Probationes vbi sunt dubia contra inquisitum, venit ille absoluendus. 32. 1. 110.
Probationibus concurrentibus, magis creditur testibus deponentibus pro instrumento, quàm contra illud. 25. 1. 281.
Processus factus cum Monacho est nullus, & de ratione. 63. 2. 330.
Processus informatiuus non facit probationem. 29. 2. 133.
Processus informatiuus non probat absq; partis citatione. 30. 1. 134.
Procurator nõ admittitur in causa liquidationis instrumenti, quia Iudicium est criminale. 48. 1. 319.
Procurator non admittitur in criminalibus. 51. 1. 329.
Procuratores non admittuntur aduersus liquidationem instrumẽti. 24. 2. 143.
Proditionis crimen euanescit non præexistente inimicitia. 16. 2. 121.
Proditionis signa quæ sint. 42. 1. 126.
Proditor is dicitur, qui amicum, nulla causa præcedente occidit. 2. 1. 120.
Proditor non dicitur ad mentem Gregorianæ ad finem vt priuetur immunitate Ecclesiastica, qui de retro vulnus intulit. 10. 1. 121.
Proditores in Regno pluribus pœnis, eisq; grauibus feriuntur. 5. 2. 120.
Proditorium homicidium propriè quod sit in terminis Gregoriana. 40. 1. 126.
Proditorium homicidium quale dicatur, in Regno extat declaratum mediante decreto iunctis Tribunalibus lato. 6. 2. 120.
Producens donationis instrumentum tempore quo testes sunt mortui, falsitatis habes præsumptionem, sine doli. 61. 1. 60.
Producens priuilegium etiamsi habeat expressam iuris repugnantiam contra se, interim debet obtinere. 9. 2. 249.
Productio tarda scripturæ arguit falsitatem. 36. 2. 206.
Proemij verba regulant vniuersam dispositionem. 7. 1. 310.
Prohibito vno, censetur prohibitum omne id, quod preuenitur ad illud. 9. 1. 419.
Proijcere in mari bona sua cuilibet est permissum. 71. 2. 40.
Promissio iurata intelligitur, Rebus in eodem statu permanentibus. 17. 1. 398.

Pro

Promittens debitorem non recedere à Curia sine licentia, donec debitum, pro quo detinebatur, solueret, si absq; licentia recessit, sed paulò post redijt, stipulatio non committitur, nec pro ea fideiussor conueniri potest. 7. 2. 90.

Promittens non discedere à loco, recessisse non videtur, si breui reuertatur. 26. 2. 102.

Proregis potestas quamuis maxima, non vtitur illa, nisi cum causa. 30. 1. 457.

Prorex magnam habet authoritatem in Regno, dicitur Alter Ego. 3. 2. 44.

Prorex Regni potest ex sua potestate in quacumque parte litis iurisdictionem tollere, & euocare. 4. 2. 44.

Prorex non debet euocare causas à Tribunalibus ordinarijs, absq; causa legitima. 6. 2. 44.

Prorogatio iurisdictionis non fit in Iudicem cognoscentem de certo genere causarum. 8. 2. 488.

Prosper Carauita ad Ritum Magnæ Curię 166. 23. & 27. 2. 365.

Prosper Carauita, *nec Aduocatus, nec Officialis extitit in Ciuitate Neapolis, sed solùm Fisci Patronus in Prouincia Principatus Citrà, & tempore mortis erat iam prouisus pro Fisci Patrono in Magn. Cur. Vicariæ.* 17. 2. 389.

Prosper Carauita in rit. 166. n. 76. in 13. quæst. *ponderatur pro filiofamilias non carcerando.* 13. 1. 406.

Prosper Carauita *non tangit quæstionem in Nobili carcerãdo in carceribus Magn. Cur.* in rit. 166. 26. 2. 365.

Prosper Farinacius conf. 122. n. 31. lib. 2 *expẽditur circa pænam mandati exigendam.* 35. 1. 94.

Prosper Farinacius *Criminalistarum Princeps dicitur* ab Authore. 19. 1. 351.

Prosper Farinacius *laudatur.* 32. 1. 44. & 75. 2. 168. & 5. 2. 233.

Prosper Farinacius *variauit circa pænam mandati* Fisco *debitam.* 33. 1. 93.

Prospera omnia sibi vendicant, aduersa vni imputantur, *secundùm Tacitum.* 41. 2. 296.

Prosperi Farinacij, *verba adamussim referuntur circa pænam mandati exigendam.* 36. 2. 94.

Prospero Carauitæ *esse parum deferendum in attestatione, quàm facit de praxi Tribunalium Neapolis.* 16. 2. 389.

Protestatio, quod non intendit fateri instrumentum falsum, qui illo nolle vti declarat, an operetur. 27. 2. 54.

Prouocãs propriè dicitur, qui alium nedùm facto, sed etiam verbis ad iram incitat. 3. 2. 261.

Prouocatus non potest condemnari vera pæna homicidij. 17. 2. 262.

Prouocatus si ex interuallo delinquit, non excusatur. 5. 2. 504.

Publicatio bonorum non transit contra hæredes, quia debetur in consequentiam. 8. 1. 497.

Puniendus non venit, qui pro defensione vitæ, seù honoris offendit. 6. 2. 261.

Puniri quem sine culpa, iura exhorrent. 1. 2. 291.

Pupillus propriè dicitur, qui patre orbatus est. 13. 2. 519.

Pupillus si suam, vel suorum iniuriam prosequitur potest stare in iudicio sine consensu patris. 20. 1. 520.

Q

Qualitas in statuto requisita, necesse est, vt de ea prius appareat, adhoc vt statuto locus sit. 61. 1. 268.

Qualitas requisita certo tempore, si non interueniat, non sufficit si postmodum superueniat. 61. 1. 23.

Qualitas si est de substãtia delicti, vt quis puniatur, si non probatur, sequi debet absolutio. 27. 1. 8.

Qualitates delictum aggrauantes debent constare ex alio, quàm ex contumacia. 44. 1. 11.

Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. 65. 2. 287.

Que-

Querela stupri non datur, nisi per virginē honestè viuentem. 9. 2. 298.
Querelæ in Regno non possunt recipi pro iniuria verbali. 37. 1. 178.
Querelans nihil noui facit. 36. 1. 163.

R

RAncor, & odium, non excusat, sed delicti pœnam auget. 11. 1. 505.
Raptores puniuntur à quocumq; Iudice capiente, nec fit remissio ad locum raptus, vel originis. 14. 1. 489.
Ratificans contractum, non debet aduersus illum audiri. 62. 1. 287.
Ratificatio contractus initi per filiumfamilias, excludit beneficium, ll.ff.& C. quod cum eo. 51. 1. 410.
Ratificatio inducitur nedùm expressè, verùm etiam tacitè per receptionem pretij. 64. 2. 287.
Ratificatio quæ ex facto oritur ob receptionem pretij, est potentior ea, quę fit verbis. 12. 2. 203.
Ratio licèt pluries inter Mercatores calculata fuerit, tamen allegando errorem potest peti, quod iterum calculetur. 14. 2. 192.
Ratio attendenda est, vt lex extendatur. 63. 2. 478.
Ratio naturalis est pro lege vbi lex deficit. 58. 1. 478.
Ratio naturalis pro lege manet, & iustitia consistit in naturalibus. 29. 1. 522.
Ratio non affertur in ritu, quare licitum est debitori in vinculis causam dicere. 13. 1. 351.
Ratio supponitur generalis, & valida lege, vel Constitutione Principis. 65. 2. 478.
Ratio vbi est eadem, idem ius statui debet. 35. 2. 352.
Ratio vbi est similis, datur extēsio, seù manet comprehensio. 42. 1. 393.
Rationem esse redditam, & redditam confiteri, inter se differunt. 21. 2. 193.
Rationes afferuntur, quarè in priuilegijs, cum clausula generali non comprehenduntur viduæ, & pupilli. 25. 1. 512.
Rationes redditio dum actualis requiritur, confessio quod ratiò sit reddita, non admittitur. 18. 2. 193.
Rationis redditio in confuso accepta, nullius considerationis est. 16. 1. 193.
Recedendum non est à rebus aliàs decisis. 124. 1. 338.
Receptare dicitur, qui publicum latronem omittit capere. 42. 1. 514.
Receptio pecuniæ approbat contractum. 11. 2. 203.
Reconciliatio omne odium extinguere, an sit verum contra, Giurb. cons. 60. 24. 2. 122.
Reclamatio à decreto, ea pendente, quid operetur. 22. 2. 204.
Reclamatio ad instar appellationis suspendit, & extinguit iudicatum. 47. 1. 354.
Rector negotij de iure non habet iurisdictionem extra limites officij. 5. 2. 488.
Regalia non possunt separari à Corona, nec transeunt per verba generalia. 28. 2. 512.
Regalia non veniunt in generali concessione. 68. 2. 460.
Regens Magn. Cur. distribuit causas inter Iudices, quę potiùs partitio, seù diuisio causarum, quàm commissio dicitur. 4. 2. 427.
Regia Camera hortatur Magn. Cur. non inhibet. 50. 1. 493.
Regia Camera Summaria iurisdictio qua sit. 15. 1. 455.
Regina Ioanna II. fuit conditrix rituum Magnæ Curiæ Vicariæ. 8. 2. 359.
Regula Et quæ non prosunt singula, multa iuuant, qualiter procedat tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. 55. 1. 73.
Regula firma remanet in casibus non exceptis. 15. 1. 186.
Regum iuditia debent niti constantia. 8. 1. 223.
Rei causa, fauorabilior, est causa Fisci. 33. 2. 110.

Rei de delicto non confessi, nec conuicti, puniuntur extra ordinem, si fuerint tantùm suspecti. 21. 1. 217.
Reipublicæ expendit homines ad contrahendum inuitari. 95. 2. 152.
Rei illicita se immiscens, quot delicta inde committuntur, omnia illi imputantur. 22. 2. 506.
Reipublica interest facinorosos homines puniri. 21. 2. 92.
Reiteratio delicti, quando sit apta alterare pœnam statutam pro eo. 9. 1. 474.
Reiteratio *iniuriæ enixiorem prosequendi animum demonstrat.* 18. 2. 262.
Rei veritas, non delicti titulus inspicienda est in criminalibus. 16. 2. 67.
Relatum est in referente cum omnibus qualitatibus suis. 22. 2. 108.
Religiosus æquiparatur seruo, & filiofamilias. 61. 2. 330.
Remissio, & accusatio in Regno vigore Pragm. 1. & 8. de compos. *purificantur.* 28. 1. 520.
Remotio ab officio est dedecus. 47. 2. 21.
Reorum est propriè Iudicum faciem exhorrere. 80. 1. 242.
Repetitio testium, quæ de causa vt plurimum, nimis damnosa esse consueuit Inquisitis in Regno. 6. 1. 185.
Repetitio testium quid operetur. 3. 2. 184.
Repetitio testium vigore Prag. 89. Capitum *in omnibus casibus est necessaria, exceptis duobus casibus, qui enarrantur.* 13. 2. 185.
Requisita quæ concurrere debent ad hoc vt Fisci Patronus, qui semel fuit, possit deindè in ea Iudicare. 15. 1. 426.
Requisitum *præcipuum in materia liquidationis instrumenti est, vt iuramentū sit præstitutum de facie ad faciem.* 75. 2. 332.
Renunciatio beneficio ll. ff. C. quod cum eo, *per filiumfamilias non tenet.* 20. 2. 406.
Rerum iudicatarum magna est Authoritas. 35. 2. 439.
Res inter alios acta, aliis non nocet. 74. 1. 62.
Res iudicata si errorem continent, reuidentur. 40. 2. 195.
Res vna, & eadem diuerso iure censeri nō debet. 30. 1. 252.
Rescripta Principum non comprahēdit res indicatas, de quibus expressa mentio est facienda. 28. 2. 205.
Rescripta strictè sunt accipienda. 83. 2. 333.
R*esistens Curia dicitur offendere facto, & comprahenditur in dispositione* tex. in l. nullum, C. de testi. 9. 2. 435.
Responsum Regij Consiliarij Mastrilli *Fisci Patroni Magn. Cur. Vicariæ expenditur.* 81. 1. 333.
Resolutio Authoris *ad motiua Fisci, & querelantium in causa Fuluij de Falco.* 26. 2. 224.
Reuelare tenentur scientes conspirationes, aut crimen læsæ Maiest. aliàs habentur vti socij criminis. 26. 1. 109.
Reuerentia Magistratibus, quæ ratione debetur. 40. 2. 440.
Reuisio sententiarum etiam Præfecti Prætorio admittitur. 38. 1. 195.
Reuocato actu, censentur reuocati effectus omnes ab eo prouenientes. 34. 1. 188.
Reuocatio comparitionis, per quam Inquisitus habet testes Fisci pro repetitis quādo admittatur. 7. 1. 185.
Reus ex præsumptionibus vrgentibus extra ordinem puniri debet, non ordinaria pœna. 57. 2. 73.
Reus nemo efficitur ex simplici delatione. 72. 1. 24.
Reus non conuictus, nec confessus, ad interesse condemanari potest. 22. 1. 217.
Reus non est qui accusatur, sed qui conuincitur. 15. 2. 67.
Reus quatruplicat aduersus opposita per Actorem. 2. 2. 388.
Rex in concessione iurisdictionis censetur solùm concessisse ordinariam. 31. 1. 513.
Rex in concessione videtur concedere cumulatiuè, & non priuatiuè. 31. 1. 513.

Rex

INDEX

Rex, *quę sibi competunt ratione suprema potestatis, abdicare ab eo non potest.* 37. 2. 513.

Rex Robertus *vocatus alter Salamon Sapientissimus.* 36. 2. 20.

Rex Rogerius *intuitu pietatis penas Officialibus negligentibus diminuit.* 37. 2. 20.

Rhedarij depositio uti temerarij, abiectęq; fidei prostituenda est. 49. 2. 237.

Ridiculum est ex depositione testium dicentium vidisse aliquem cum cultro cōtra formam Pragmatica deuenire ad condemnationem absq; alia recognitione, secundùm Muscatellum loc. citat. 55. 1. 97.

Rigor scriptus prafertur aquitati nō scripta. 20. 2. 447.

Ritui Magna Curia Vicaria, dicitur satisfactum si assignetur debitori palatium, vel domus loco carceris, etiamsi taxatiuè disposuerit. 19. 2. 364.

Ritus dicitur ab adiectiuo Ratus, *idest* Firmus. 9. 2. 350.

Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 166. *agit de prasentationibus, siue liquidationibus instrumentorum.* 1. 2. 348.

Ritus Mag. Curię 301. *fuit confirmatus per Regem Ferdinandum I.* 1. 1. 249.

Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 166. *admittens debitorem oppugnantem instrumentum, nullum verbum egit de loco carceris, sed tantùm in vinculis esse audiendum insinuauit.* 3. 2. 375.

Ritus Magna Curia Vicaria constituunt ius commune in Regno. 29. 2. 144.

Ritus Magn. Cur. Vicariæ 166. *de vinculis verba faciens, qualiter sit intelligendus.* 2. 1. 370.

Ritus Magna Curia Vicarię dispositio sēper certa est, semperq; loquitur. 82. 2. 150.

Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ *sunt adamussim obseruandi.* 6. 1. 350.

Ritus Magnæ Curię 301. *expenditur, & enucleatur.* 14. 1. 250.

Ritus Magnæ Curiæ 166. *inspexit ad modum, non ad effectum quando disposuit debitorem in vinculis esse audiendum.* 16. 1. 364.

Ritus Magn. Cur. 235. *expenditur.* 9. 1. 446.

Ritus Magn. Cur. 166. in 2. par. *quid disponat.* 4. 1. 450.

Ritus Magn. Cur. 166. in 3. par. *quid disponat.* 5. 1. 350.

Ritus Magn. Cur. 166. & Prag. Regn. Sanctio sub tit. de instru. liquid. *statuunt aduersus liquidationem instrumenti non esse audiendum debitorem, nisi facta reali solutione.* 2. 1. 130.

Ritus Mag. Cur. 166. *ratione iuramenti, pana, & periurij inharet criminalitati.* 7. 2. 397.

Ritus Magn. Cur. *vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.* 11. 2. 380.

Ritus, & mos rationi debet innitere. 51. 2. 477.

Rixa geminata si eodem die contingat, nō ex animo premeditato, sed ex feruentia irę presumitur delictum. 7. 2. 504.

Rixa geminatio, eadem die si fiat, excusatur, non autem si die sequenti, quia tunc dicitur inuasio, & est punibilis. 9. 1. 505.

Rogare Ducum, *est species violenta inbendi.* 2. 2. 309.

Rota Romana *decreuit esse supersedendū in iuditio ciuili, causa criminali intentata.* 23. 2. 132.

Rota Romana *de stylo habet, quod causa vni Auditori commissa, potest ab alijs prosequi, quia omnes Auditores faciunt vni Tribunal.* 8. 2. 428.

Reg. Rouit. *non benè redarguit* Afflict. in Constitut. Pęnam eorum. 20. 2. 6.

Rusticus eleuans duos digitos Iudici, qualiter sit puniendus? 44. 2. 178.

S

S*Acra Consulta quid decreuerit circa homicidium proditorium, recensetur.* 28. 2. 123.

Sacri Regij Consilij Sanctæ Claræ iurisdictio, quę sit. 13. 1. 455.

Sacrum Consilium *debet ex officio denegare exequutionem decretis notoriè nulli etiam parte non opponente.* 22. 2. 372.

Sacrum Consilium determinauit contractum de re Ecclesiæ nullum, ob defectum sollemnitatum posse allegari à contrahente. 117. 2. 337.

Sacrum Consilium inhęret determinationibus punctualibus ad casum, non autem generalibus. 32. 2. 366.

Sacrum Consilium restrictiorem habet iurisdictionem, quam Magn. Cur. 37. 2. 491.

Sacrum Regium *Consilium dicitur solitus miserorum Asylus, atque refugium.* 3. 2. 173.

Sacrum Regium *Consilium Neapolitanũ,* ab Authore *vocatur Asylus, miserorumq; perfugium.* 11. 1. 33.

Sacrum Regium Consilium Neapolitanum, magnę semper Authoritatis fuit. 23. 1. 161.

Sacrum Regium *Consilium Neapolitanum vicem Præfecti Prętorio sustinet.* 18. 1. 46.

D.Reg.Sãfel.dec.290.n.8. *verf.*Necnõ *expenditur.* 79. 1. 333.

D.Reg.Sanfel.dec.230. par.1. *inquiens Iudicium liquidationis instrumẽti, esse ciuile, nõ criminale, impugnatur.* 32. 2. 327.

D.Reg.Sanfel. *inquiens Iudicium liquidationis instrumenti esse ciuile, non criminale, videtur sibi parum constans.* 33. 2. 327.

Saxonico iure, etiam quod non ex proposito aberrasset Carnifex, *puniebatur.* 58. 1. 470.

Saxonicus ritus quo pacto rationabilis probatur. 46. 1. 477.

Scelus à parte rei in delictis ante omnia cõstare debet, & sic genere. 23.2.475.

Scelus est recipere pecuniam à reo, scelestiùs ab accusatore, sceleratiùs ab vtroque. 40. 1. 468.

Scientia, & dolus probari debent, vt quis dicatur auxilium prestitisse delicto. 33. 1. 9.

Scipio Rouitus Reg. in Commentar. ad Prag.1. de Duell. *minime asseruit illam fuisse antiquatam.* 45. 1. 423.

D.Reg.Scipio Rouit.in prag.1. de Officio Baiul. *expenditur, & contra eius scripta decisum, affertur.* 57. 1. 330.

D. Scipio Rouit.Reg.in prag.4. de instrum.liquid.n. 17. *expenditur.* 23. 1. 399.

Scipio Rouitus Regens *irruit contra eos Iudices, qui ad solam tituli ostensionem contra inquisitos procedunt.* 35. 2. 282.

D.Reg.Scipio Rouit.*laudatur.* 10. 1. 142. & 45. 1. 237. & 10. 2. 405.

D.Scipio Theodorus Reg.Cõsiliarius, *adhuc mortuus, ab* Authore *summè veneratur.* 59. 1. 239. & 152. 1. 342.

Scire, & scire debere paria sunt. 27. 1. 144.

Scriptores collandati fuerunt à multis. 32. 1. 313.

Scriptores librorum nõ sunt examini subijciendi, quia videntur approbati. 23. 1. 312.

Scriptores librorum omni euo à Principibus sunt in honore habiti. 30. 1. 313.

Scriptores librorum, veluti luminaria in Orbe, splendere dicuntur. 28. 2. 312.

Scriptura absq; die, & Consule, nihil probat. 31. 1. 206.

Scriptura difformis à stylo Notarij, redarguitur falsa. 42. 1. 57.

Scriptura falsa censetur, si non reperitur abacata, sicut cętera folia protocolli. 32. 2. 55.

Scriptura in qua dicitur meliori reuisione semper salua, si allegetur error, est reuidenda. 28. 1. 194.

Scriptura non adnotata in Tabula Prothocolli à Notario, reputatur falsa. 29. 1. 55.

Scriptura post sententiam producta, presumitur falsa. 22. 1. 54.

Scri-

Scriptura priuata continens inuerisimilia, nihil probat. 34. 2. 206.

Scriptura priuata non recognita, nec concludenter verificata, non facit fidem. 48. 2. 208.

Scriptura priuata, probationem non inducit. 32. 2. 103.

Scriptura producta ad liquidationem instrumenti, debet esse equè authentica. 13. 1. 325.

Scriptura aduersus liquidationem instrumenti, non recipiuntur, nisi Curia *pro Tribunali sedente.* 5. 1. 324.

Scriptura falsitas, ex qualitate chartę arguitur. 36. 1. 56.

Scriptura non recipiuntur aduersus instrumenti liquidationem, nisi Curia *pro Tribunali sedente.* 25. 2. 143.

Scriptura quando dicuntur iudicialiter recepta. 33. 2. 449.

Sebastianus Guazzin. & Honded. ac Reg.Rouit.*circa repetitionem testium & confrontationem, improbantur à* Dom.Pręsid.Merlin. 22. 2. 186.

Securitas concessa à non habente potestatem, vel absq; causa, siue absque debitis sollemnitatibus seruanda est. 18. 2. 260.

Semel loquutus est Deus, conuenit Principi. 43. 2. 253.

Senatus Romanus *excusauit* Custodē *arcis, qui vt se, suosque ab hostium immanitate eriperet, ipsis dederit.* 16. 2. 292.

Senatus voluntas debet esse constans, & firma. 10. 1. 223.

Senatuum Supremorum determinationes, vim legis obtinent. 4. 2. 222.

Senectuti, & ętati est ignoscendum. 41. 2. 219.

Senex dicitur perpetuo morbo laborare, vti infirmus, & infirmorum priuilegijs gaudet. 39. 2. 218.

Sententia à Principe, seù à Senatu ipsum representante lata, facit ius quoad omnes. 8. 1. 121.

Sententia certa non est ferenda in rebus dubijs, maximè in causis criminalibus. 34. 2. 110.

Sententia contra Carnificem. 114. 2. 484.

Sententia contra Notarium de falso inquisitum si non interueniat, non dicitur priuatus facultate conficiendi instrumenta. 31. 2. 281.

Sententia, dum pendet appellatio, habetur pro non data. 44. 2. 353.

Sententia facta per legem transit contra heredes. 19. 2. 498.

Sententia foriudicationis non profertur vbi venit imponenda pœna abscissionis membri. 4. 1. 4.

Sententia in dubio, pro benigniori parte, est proferenda. 36. 2. 110.

Sententia iustificatur exactis, qua rem notoriam efficiunt. 77. 2. 358.

Sententia lata contra Reum viuentem, potest etiam quoad pęnam exequi contra eius hęredes. 3. 2. 496.

Sententia lata contra stylum, dicitur nulla. 50. 2. 58.

Sententia lata ex falsis probationibus non tenet. 47. 2. 146.

Sententia notoriè nulla, semetipsam nullā declarat, absq; Iudicis inter locutione. 23. 2. 372.

Sententia nulla, nequidem sententia nomē meretur. 40. 2. 353.

Sententia prolata in causa praiudiciali alteri iudicio, est nulla. 25. 1. 135.

Sententia pro minoratione pœna minoribus, verior, & receptior enunciatur. 64. 2. 268.

Sententia Sac. Conf. faciunt ius in Regno, quia profertur sub nomine Regio. 8. 2. 4.

Sententia dua Sac. Conf. imponunt perpetuum silentium. 9. 2. 4.

Sententia executio vbi fit vltra praescriptū modum, puniendus est excedens pro modo doli, vel culpa. 62. 2. 470.

Sententia Sac. Reg. Conf. proferuntur sub nomine Regia Maiestatis. 5. 2. 222.

Sententia sunt casus fortuiti. 9. 1. 383.

Sententię Tribunalis Collegiati magis deferendum est, quàm opinioni Doctoris. 27. 2. 448.

Se-

Sequentia declarant praecedentia, & è conuersò ad dolum probandum. 106. 2. 482.

Sequestro pendente omnium bonorum debitoris, non est procedendum ad liquidationem instrumenti. 19. 2. 398.

Sequestrum bonorum inquisitione pendente, fieri potest contra vsurarios. 20. 1. 85.

Sequestrum vt fiat, Pars citari debet. 59. & seq. 1. 39.

Sequestrum vti odiosum, lex abhorret. 56. 2. 38.

Sequestrum vt rectè fiat, quæ concurrere debent. 55. 2. 38.

Sermones debent concordare rebus sensatis. 19. 1. 280.

Seruitia per delinquentem præstita, sunt in causa vt pena remittatur, vel minuatur. 47. 1. 72.

Seruitutis instar est detinere quem ità vt à loco deputato non possit recedere. 8. 2. 388.

Seueritas, nisi se intra congruentes, nocentium pœnas coerceret, fit saua crudelitas. 36. 2. 225.

Simile non est idem. 20. 2. 436.

Spetialiter quæ sunt Iudici concessa, prorogatione non indigent. 30. 2. 438.

Socij criminis de iure communi non recipiuntur in testes contra socium, & recepti non probant. 34. 1. 236.

Socij criminis depositio in tortura conualidari assueuit. 24. 1. 235.

Socij criminis dictum nō est potens ad formandam inquisitionem validam. 27. 1. 109.

Socij criminis etiam attenta dispositione Capituli Regni Frequens, & ineffrenata, *non probant contra nominatum quando patiuntur alios defectus, nempè si adesset minor ætas, corruptela, & similes,* 36. 2. 236.

Socij criminis in tortura extraordinaria deponentes, nullum faciunt indicium. 7. 2. 233.

Socius confessus morti traditus, nullam facit inditium contra socium. 32. 1. 236.

Socius criminis confessus tanquam cadauer, non est integræ fidei, itaq; in Collater. *Consil. indicatum recensetur.* 38. 2. 236.

Socius criminis nullam facit fidem contra consocium. 41. 2. 283.

Socius de quibus possit interrogari. 40. 2. 236.

Solitum non iuuat in iurisdictionalibus, si titulus deficit. 74. 2. 461.

Soluere non valens, non incidit in periurium. 14. 2. 397.

Solutio si asseratur facta per Tabulas nūmularias, non prodest, nisi producatur fides solutionis è Tabulis prædictis. 143. 1. 341.

Sollemnitas contestationis litis est iuris positiui. 20. 2. 186.

Sollemnitates ex post facto interuenientes, satisfaciunt menti legislatoris. 129. 1. 339.

Sollemnitates requisitæ in rebus Ecclesiæ alienandis, requiruntur etiam in transactione. 91. 2. 334.

Sollemnitates si deficiunt, in actu requisito, redditur actus nullus. 94. 1. 335.

Soror admittitur iure sanguinis ad vindictam necis fratris sumendam. 22. 2. 520.

Soror defuncti de iure communi admittitur ad querelandum, data negligentia patris, secus de iure Regni. 33. 2. 522.

Sortis repetitio, quæ fit culpa venditoris, nō est vetita. 17. 2. 142.

Spolia, & vestes damnatorum conceduntur Carnifici, *vbi corpora sunt diuidenda in partes.* 32. 1. 467.

Spolij actio non datur contra singularem successorem bonæ fidei ignorantem spolium. 53. 1. 285.

Spontanea comparitio omnia diluit indicia 108. 2. 27.

Spontanea Inquisiti comparitio, magnum præbet innocentiæ signum. 82. 2. 169.

Statuentes si qua reformant, cætera confirmant. 15. 1. 311.

Status mutatio in filiofamilias non presumitur. 46. 2. 409.

Status virginalis excellentior est statu celibatus. 9. 2. 518.
Statuta nonnulla recensentur, quibus Iudicis arbitrio remittitur minorandi penae minoribus. 53. 1. 267.
Statuta non recipiunt extensionem de persona ad personam, nec de casu ad casum. 25. 2. 19.
Statuta recipiunt interpretationem à iure communi. 22. 1. 365.
Statuta sunt accipienda in casu vero, non in casu ficto. 88. 1. 243.
Statuta strictè, & in vero significatu sunt accipienda. 21. 1. 365.
Statuta sunt stricti iuris, & veluti odiosa strictè interpretanda. 5. 1. 376.
Statuti verba sunt strictè intelligenda, prout sonant. 13. 2. 497.
Statuto si fuerit prouisum Nobilem pro delicto esse carcerandum, dicitur satisfactum, si eidem fuerit assignata domus, vel palatium loco carceris. 3. 2. 392.
Statutum applicans penam statim commisso delicto, habet vim latę sententię. 21. 2. 498.
Statutum disponens, quem carcerari pro aliquo delicto, si assignetur domus, vel Palatium, dicitur satisfactum statuto. 32. 3. 351.
Statutum, etsi durum, est seruandum, prout cantat. 29. 1. 500.
Statutum loquens per verbum Cum, vel, & vt, differt si loquitur per verbū, Per. 9. 1. 497.
Statutum, quod exorbitat à iure communi, non potest interpretari secundum ius commune. 30. 1. 500.
Statutum potest efficere, quod testibus non repetitis fides adhibeatur. 25. 2. 499.
Statutum puniens arma portantem non verificatur in portante simpliciter, nisi inuentus fuerit cum armis, quia sine inuentione crimen non est. 50. 2. 96.
Statutum puniens delictum capitaliter, siù corporaliter, non procedit, nisi dolo interueniente, etiamsi de dolo mentionem non faciat. 3. 2. 291.
Statutum puniens facientem, non comprehendit mandantem. 87. 1. 243.
Statutum puniens inuentum cum armis, nō procedit, nisi sit etiam apprehensus. 58. 1. 97.
Statutum quid disponens cum certis qualitatibus, non procedit, nisi prius qualitates verificentur. 60. 2. 267.
Statutum quod non dicit, nec nos dicere debemus. 26. 2. 19.
Statutum, seù lex posterior, quādo aliquid addit, vel detrahit, an censeatur anteriori legi derogasse? 31. 1. 20.
Stellionatus pena non procedit, quando interesse reparari potest per actionem ciuilem. 89. 1. 152.
Stipulantis propositum, & causa in contractibus attenduntur. 28. 2. 102.
Strictè proceditur in causa remotionis ab officio. 46. 2. 21.
Stuprata, si post stuprum, venalē formam, meretricio more exhibuerit, non habet actionem ad quarulandum de stupro. 10. 2. 298.
Stylus adamussim est seruandus. 11. 1. 91.
Stylus habet vim legis. 10. 1. 91.
Stylus habet vim legis. 58. 2. 356.
Stylus habetur pro fama. 40. 2. 58.
Stylus nihil aliud est, quàm practica confirmata. 72. 1. 357.
Stylus pro lege est seruandus, etiamsi in contrarium esset iuris dispositio. 83. 1. 25.
Stylus quamlibet rationem superat. 71. 1. 357.
Stylus sectari debet in iudicando, nam ex eo inducitur consuetudo. 29. 2. 93.
Subornatio in materia criminis dicitur odiosa, ideò probanda est per probationes concludentes. 21. 2. 234.
Subornationis, & falsitatis crimen non dicitur de exceptis, adeòquod licita sit interrogatio de consocijs. 43. 1. 237.
Subrogatio fit non solùm respectu rei, sed etiam personarum habentium ius ad eā. 63. 1. 40.

Sub-

Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur. 52. 2. 329.
Subrogatum sapit naturam subrogati cum omnibus qualitatibus, & requisitis. 62. 1. 43.
Subrogatus ad rem, censetur etiam subrogatus ad qualitatem adhaerentem ipsi rei. 53. 2. 329.
Substantia Iudicij deficit, deficiente vna ex personis, ex quibus formatur iudicium. 76. 2. 24.
Succedentes defuncto, omnes illum repraesentant. 20. 1. 521.
Successores omnes sunt admittendi ad vindictam eorum, quibus succedunt iudicandam in iudicio. 24. 2. 520.
Suggestio, quę dicitur tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus. 60. 1. 211.
Suggestio tàm in teste, quàm in Reo, est prohibita. 59. 1. 211.
Summum ius, summam iniuriam continet. 74. 2. 269. & 34. 1. 94.
Supernumerarij Apparitores non potiuntur priuilegio fori. 29. 2. 490.
Supersedendum est in causa ciuili, si in causa criminali de toto iure partium venit discutiendum. 26. 1. 133.
Supersedetur in causa ciuili etiam ante accusationem ex solo interrogatorio facto Actori, an velit vti testibus examinatis. 7. 2. 130.
Supremum Collaterale *Consilium, quo in casu reuocauerit decretum Magn. Cur. in casu torturę.* 54. 2. 179.
Suspensio ab officio ante litem contestatam, vt procedat, debet praecedere instantia Fisci. 51. 1. 22.
Suspensio Officialis, quod sit deneganda ante litis contestationē, defendit Camill. de Medic. consl. 193. n. 1. 53. 1. 22.
Suspensio officij, Officiali inaudito non potest procedere. 62. 1. 23.
Suspenso in Iudicio debent dari capita suspensionis adhoc, vt valeat summatim se defendere. 68. 2. 23.
Suspitio falsi ex patenti, & visibili falsitatis vitio procedens, sufficit ad condemnandum. 11. 2. 51.

T

Tempus est probandum à Fisco, quando eius intentionis est propugnaculum. 19. 1. 78.
Tempus longum in materia falsi, dicitur 30. annor. 63. 2. 60.
Tempus quando est de substantia actus, debet dici in depositione, alias nulla est depositio. 65. 2. 148.
Termino à iure statuto, nemo debet fraudari. 106. 1. 27.
Termino pendente, Iudicis officium conquiescit. 13. 2. 131.
Territoria inter Casalia, & Ciuitatem dicuntur promiscua, vnita, & indiuisa. 17. 2. 250.
Terror armorum, & iactatio percussionis sufficit ad extinsationem pęnę delicti. 8. 1. 262.
Tertius possessor ex dolo alterius quando possit conueniri. 59. 2. 286.
Testem in causa propria admittere, mali exempli res est. 42. 1. 37.
Testes ab vtili Domino producti contra aliquem, non probant ex praesumpta potentia. 13. 2. 107.
Testes ad defensam, innocentem indicant inquisitum. 29. 2. 109.
Testes admittere, est de substantia iudicij. 16. 1. 132.
Testes asserentes falsum deposuisse etiamsi in articulo mortis deponant, non faciūt inditium. 11. 2. 233.
Testes asserentes se subornatos ad falsum deponendum, quòd nō faciunt inditium ad torturam, communiorē, & veriorem esse opinionem, ex multis comprobatur. 16. 1. 234.
Testes contrarij ad inuicem se collidunt. 51. 1. 138.
Testes corruptos etiam Nobiles ad falsum deponendum, nullam fidem facere, censuit Rota Romana *apud* Farin. consl. 82. n. 7. 20. 2. 234.
Testes deponentes ad se exonerandos, non probant. 102. 2. 26.

Te-

INDEX

Testes deponentes contra instrumentum, debent esse omni exceptione maiores. 24. 2. 280.
Testes deponentes de visu armorum, non probant, nisi qualitates armorum viderint, & tetigerint, & mensurare fecerint. 56. 1. 97.
Testes deponẽtes post factas fides pr natas de eo quod deponunt, nõ probant. 104. 1. 27.
Testes deponentes sub spe premissionis, nullam faciunt fidem. 25. 1. 235.
Testes deponentes vidisse de nocte contrahi matrimonium, non addito quod cognoscebant infallibiliter voces contrahentium, non probant. 30. 2. 69.
Testes de recenti tempore commissi delicti non examinati, si postmodum producantur, censentur suspecti de falso. 45. 2. 71.
Testes de Vniuersitate parua videntur deponere in causa propria vti domestici, & cohabitantes. 14. 1. 303.
Testes de Vniuersitate quãdo singulorum commodum respicit, non probant. 12. 2. 302.
Testes etiam plures numero se falsum deposuisse asserentes, nõ faciunt inditium ad torturam. 12. 1. 234.
Testes etiamsi cẽtum essent socij criminis, non probant aduersus hominem bona conditionis, & fama. 91. 2. 243.
Testes examinati ad vnum finem, nõ probant ad alium. 32. 1. 134.
Testes ex processu informatiuo non recepti parte citata, nullam faciunt fidem. 11. 2. 185.
Testes factum duorum annorum deponentes, falsi reputantur. 33. 1. 70.
Testes falsi in tortura non possunt interrogari de mandatoribus, & instructoribus. 46. 1. 237.
Testes falsum deponẽtes dicuntur calumniatores. 31. 1. 236.
Testes habentes interesse bursale, vel ex causa honoris, non probant. 103. 2. 26.
Testes habentes notam manum non probant. 41. 2. 207.
Testes in contestes adhibiti, debent examinari, nisi impedimenta legitima probẽtur. 23. 2. 304.
Testes incontestes vocans, si hi contradicant, suspecta redditur depositio. 62. 2. 180.
Testes inimici, & odiosi, nullam faciunt fidem. 20. 2. 303.
Testes mortui in scriptura adhibiti, faciunt suspicari de falsitate. 60. 1. 60.
Testes noni quare non sunt admittendi post dudicita testificata. 65. 1. 211.
Testes odiosi, & inimici, nequidem probant in crimine lesa Maiestatis. 101. 2. 26.
Testes plures etiam contestes, si deponunt inuerisimile, non probant. 56. 1. 148.
Testes qualiter debent deponere de culpa, ad hoc vt cadat punitio. 11. 2. 292.
Testes referentes se ad scripturam, de qua non constat, non faciunt fidem. 21. 2. 108.
Testes rustici deponentes contra ciuem bona fama, non faciunt fidem. 90. 1. 243.
Testes se socios criminis facientes in delictis, etiamsi sint exceptuata, nullam faciunt inditium, nequidem ad inquirendum. 4. 1. 233.
Testes sibi contrarij quoad locum delicti, dicuntur falsi, & singulares singularitate obstatiua. 38. 2. 70.
Testes sibi inuicem cõtrarij, se ad inuicem collidunt. 63. 2. 180.
Testes si duos patitur defectus, nullum facit inditium contra nominatum. 29. 2. 235.
Testes vagè, & obscurè deponentes, fidem non faciunt. 44. 2. 95.
Testes varij circa locum, nullo pacto concordari, aut reconciliari possunt. 40. 1. 71.
Testes viles non præsumuntur recordari de facto antiquo. 16. 2. 77.
Testes, vt admittantur inhabiles, ex quo alij non interuenerunt, debet intelligi actu, & habitu, non actu tantum. 44. 1. 237.

n Testi

Testi in causa propria deponenti, credendum non est. 41. 1. 37.

Testi inverisimile deponenti nulla adhiberi debet fides. 44. 2. 37.

Testi repulsato, nulla adhibenda est fides. 6. 2. 76.

Testi sibi contrario non creditur. 37. 2. 206.

Testi varia non est adhibenda fides. 38. 1. 207.

Testi vario, & contrario nulla habenda est fides. 10. 2. 76.

Testi unico tentato, non consentienti, fides adhibetur, ex quo non habet interesse. 70. 2. 61.

Testibus inverisimilia deponentibus, non est credendum. 10. 2. 107.

Testibus, non testimonijs est adhibenda fides. 66. 1. 61. & 5. 1. 201.

Testificatis didicitis, non possunt iterum testes examinari, sive ex officio, sive ad instantiam Fisci. 63. 2. 211.

Testimonijs licèt non credatur, ea tamen faciunt præsumptionem. 67. 1. 61.

Testimonijs nulla adhibetur fides. 4. 1. 201.

Testimonium falsum ferens, auxilio, seù persuasione alicuius, non per hoc persuadens, punitur eadem pæna, qua tenetur falsum testimonium adhibens. 29. 2. 8.

Testis ad exonerationem sui deponens, non facit fidem. 56. 1. 209.

Testis ad instantiã Fisci carceratus, diuq; detentus, si non deponat, præsumitur ignorans. 57. 1. 148.

Testis ad sui commodum deponens, non probat. 43. 1. 184.

Testis adducens alium contestem, qui examinatus nihil deponit, minimè probat. 29. 2. 208.

Testis asserens habere notam vocem Titij, quem non videbat, non probat ad torturam; nisi alia concurrant inditia. 20. 1. 69.

Testis asserens se subornatum, ad deponẽdum amplius admitti non debet. 39. 2. 236.

Testis asserens se tentatum ad quid dicendum, vel faciendum, si nõ consenisse, dicitur integer. 69 1. 61.

Testis asserens se falsum deposuisse ad subornationẽ alterius, tortura non purgat periurium, nec infamiam. 10. 2. 233.

Testis contradicens in tempore cum Principali, de falso suspecti redduntur. 36. 1. 70.

Testis contradicens in tempore cum Principali, ne quidem in civilibus probat. 37. 2. 70.

Testis contradicens principali non probat. 39. 1. 207.

Testis contrarius à depositione principalis, redditur falsus. 19. 1. 18.

Testis correctio, ad hoc ut valeat, debet esse incontinenti. 39. 2. 163.

Testis correctio incontinenti dicitur, ubi fit priusquàm Tabellio responsionẽ priorem scripserit. 40. 2. 163.

Testis corruptus ad falsum deponendum, nullum facit inditium, nequidem ad inquirendum, etiam cum tortura. 19. 2. 234.

Testis de auditu à Ministro Curia quare non probat. 61. 2. 180.

Testis de auditu non probat. 60. 1. 180.

Testis de falso inquisitus non probat. 46. 2. 37.

Testis de iudicio deponens, nihil probat. 50. 1. 238.

Testis deponens ad lucis aerem cognovisse, an probet. 31. 2. 69.

Testis deponens ad se exonerandum non facit fidem. 66. 2. 148.

Testis deponens de auditu ab aliquo, qui examinatus negat, redditur suspectus de falso, & contrarius. 20. 2. 108.

Testis deponens de facto, quod sibi ad improperium duci potest, non probat. 45. 1. 284.

Testis deponens in negotio, ex quo sibi cõmodum, & interesse resultat, nullius est fidei. 67. 1. 149.

Te-

Testis deponens de pretio rei, debet certè deponere, aliàs non probat. 56. 2. 285.
Testis deponens vltra depositionem principalis, redditur suspectus de falso. 59. 1. 180.
Testis depositio vaga, & incerta, nihil probat. 22. 2. 283.
Testis de visu armorum non probat causam scientiæ, nisi deponat scire, quia mensurauit, vel mensurari fecit. 60. 2. 97.
Testis eò ipso quod corruptum se asserit, insinuat esse falsarium, & periurum. 22. 1. 235.
Testis ex interuallo primam depositionem iuratam reuocans, periurus reputatur, & falsi pœna punitur. 43. 1. 164.
Testis falsus in vno, reputatur in omnibus falsus, ratione iuramenti. 7. 2. 76.
Testis in causa propria nemo esse potest. 43. 1. 71.
Testis in causa propria nō admittitur etiāsi in mortis articulo fuerit constitutus. 43. 2. 37.
Testis in criminalibus, adhoc vt faciat fidem, debet esse ætatis annorum. 20 23. 2. 68.
Testis infamia purgatur per torturam. 46. 2. 164.
Testis inquisitus de vitio nefando, dicitur infamis. 25. 1. 235.
Testis inuerisimile deponens est suspectus de falso. 25. 1. 305. & 15. 1. 290.
Testis iuratus reuocans testimonium, repellendus est. 35. 1. 163.
Testis non concludens de tempore, nihil probat. 20. 2. 78.
Testis non iuratus, nec parte citata repetitus, mininmè probat. 47. 1. 284.
Testis non iuratus non probat. 18. 2. 176.
Testis non repetitus, nullam facit fidem. 27. 2. 305.
Testis obscurè, & vagè deponens, non facit fidem. 26. 1. 69.
Testis periurus delinquens in officijs testificationis, efficitur de foro Iudicis, corā quo testificatur. 33. 1. 439.
Testis plures habens defectus, habens torturam, nullum facit inditium etiam in crimine lesæ Maiestatis 30. 1. 236.
Testis pluries contra aliquem deponens, præsumitur propter odium, & inimicitiam deposuisse. 22. 2. 78.
Testis quando possit corrigere dictum suū, & primam depositionem. 38. 2. 163.
Testis quoquomodo habens interesse non probat. 46. 1. 284.
Testis semel productus, si iterum producatur, censetur animosus. 21. 2. 78.
Testis si opponatur in scriptura, quæ absens tunc temporis erat, illa falsa reputatur. 64. 2. 60.
Testis vocatus in contestem, si neget, depositio suspecta redditur, & inualida. 75. 2. 241.
Testis vnius ad Fisci instantiam productus, probat plenè contra Fiscum. 32. 1. 206.
Testis vnicus in dignitate positus, nequidē probat. 30. 1. 306.
Testis vnicus non probat, tam in prophanis, quàm in spiritualibus. 28. 2. 305.
Testis vt probet, qua sint attendenda. 21. 2. 304.
Testium repetitio non est necessaria, quando fit confrontatio cum Reo, etiamsi testes recipiantur ante litis contestationem. 19. 1. 186.
Tex. in cap. Cum personæ de priuil. in 6. *expenditur.* 8. 2. 249.
Tex. in l. eadem, §. in vinculis, ff. ex quib. cauſ. maior. *expenditur.* 25. 1. 385.
Tex. in l. filius emancipatus. 24. ff. ad leg. Cornel. de falſ. *enucleatur.* 26. 2. 36.
Tex. in l. si filiusfamilius, ff. quod cum eo, *adducitur in beneficium filijfamilias.* 11. 1. 406.
Tex. in l. fin. C. de ordin. cognit. *expenditur.* 4. 2. 130.
Tex. in l. fulcinius, ff. ex quib. cauſ. poſſeſſ. eat. *procedit contra latitantes.* 5. 1. 192.
Tex. in l. in eadem 10. §. in vinculis, ff. ex quib. cau. maior. *expenditur.* 16. 2. 371.

Tex.in l.Lucius, ff. de iur. fisc. *enucleatur.* 24. 2. 34.
Tex. in l. malum 242. §.viduam,ff.de verb. sign. *expenditur.* 6. 1. 518.
Tex. in l.nec non §.1.ff.ex quib. caus. maior. *enucleatur.* 17. 2. 371.
Tex.in l.Non dubium,C.de legib. *expenditur.* 107. 2. 336.
Tex.in l.nulli, C.de iud. *cessat ubi quis potest agere, vel conueniri ex propria persona.* 32. 1. 522.
Text.in l.nulli,C.de iud. *procedit etiam in causis criminalibus.* 41. 1. 514.
Tex.in l.nullum, C.de testib. *procedit nedum in teste falsum deponente, verum etiam in omni persona,quæ quouis modo iurisdictionem Iudicis etiam non sui offendit.* 6. 1. 435.
Text.in l.nullum,C.de testib.*qualiter procedat in Clerico deponente coram Iudice laico.* 4. 2. 434.
Tex.in l.nullum,C.de testib.*procedit in omni Iudice quomodolibet incompetente,modo non sit ei interdicta nominatim criminalis punitio.* 11. 2. 435.
Tex.in l.nullum, C.de testib. *procedit quomodocumq; Iudex offendatur.* 34. 2. 439.
Tex.in l.nullum, C.de testib. *procedit vbi declinatur iurisdictio ratione solius incompetentiæ, non autem quando declinatur ratione incapacitatis uti est in Clerico.* 21. 1. 437.
Text.in l.nullum,C.de testib. *nulla generali clausula derogatum censetur, nisi specialiter de eo fiat mentio.* 48. 2. 441.
Tex.in l.pater dotem in princip.ff.rẽ rat.haber.*expenditur.* 17. 1. 92.
Text.in l.Paulus,§.Paulus,ff.de falsis, & in l.si quis obrepserit 29. ff.eod. & l.eum qui,C.eod.*expenditur.* 39. 2. 145.
Tex. in l.placet, ff.de acquir.hæred. *expenditur.* 60. 1. 330.
Tex. in l.quicquid calore, ff.de regu. iur. *expenditur.* 14. 2. 505. & 8. 2. 92.
Tex.in l.qui neque 48. ff.de verbor. sign.*expenditur.* 4. 1. 370.
Tex.in l.1. C.de Præfect.Vrb. *enucleatur.* 26. 1. 438.
Text.in l.1. ff.de accusat. *expenditur.* 31. 2. 438.
Text.in l.1.ff.de præuaricator. *expenditur.* 4. 2. 120.
Tex.in l.1.§.hoc autem, ff.de custod. reor. *enucleatur.* 6. 2. 370.
Tex.in l.2.ff.de capit.dimin. *expenditur.* 6. 2. 405.
Tex.in l.2.de iurisdict.omn.Iud.*declaratur.* 75. 2. 461.
Text.in l.si Barsatorem, C.de fideiussor. *expenditur.* 52. 2. 96.
Tex.in l.si duo, §.item si duo,ff.si quis caution.*expenditur.* 30. 1. 103.
Tex.in l.si grauius 16. C.de dignit.lib. 12. *loquutur de Titulatis.* 11. 2. 370.
Tex.in l.si ob stuprum 4. §.Sed quod meretrici, ff.de condict.ob turp. caus.*expenditur.* 22. 2. 34.
Text.in l.si quis obrepserit 29. ff. ad leg.Cornel.de fals.*procedit in producente testes falsos,& instrumẽtum falsum.* 48. 2. 146.
Tex.in l.succurritur,ff.ex quibus causis maiores, *enucleatur.* 12. 2. 364. & 31. 1. 391.
Tex.in l.vnic.C.quan.Imper.&c. *in commiseratione personarum inibi consitarum consistit.* 12. 1. 519.
Tex.in l.vnica,§.sin autem ad deficiẽtis,C.de caduc.tollen. *adducitur.* 4. 2. 382.
Texx. *adducti à* D.Episcop. Sperell. *ad secernendum proditorium,referuntur.* 41. 1. 126.
Texx. *plures adducuntur, ad probandum quod actio criminalis preiudicat ciuili.* 12. 2. 131.
Theorica, absq; praxi dicitur res iners. 12. 2. 310.
Thes.dec.161.n.7. *quid dixerit de mineratione pœnæ minoribus in delictis.* 65. 2. 268.
Thom. Grammat. *laudatur.* 8. 2. 233.

D.Tho-

D. Thomas Martinez Reg. *laudatur.* 2. 1. 397.
Tiraquellus *pro mille adducitur ad probandum Medicos esse Nobiles.* 27. 2. 224.
Titulati extra carceralem custodiam sunt detinendi. 9. 2. 370.
Titulati non possunt citari in iudicio criminali, nisi præcedat licentia Excellentissimi Regni Proregis. 77. 2. 332.
Tituli Inquisitionum in processibus criminalibus ponuntur per Scribas. 20. 1. 68.
Tituli, seù Rubrica delictorum, Reum quẽ minimè faciunt, sed inditia extantia, & probationes. 13. 2. 67. & 2. 1. 288.
Titulus criminis non facit reum. 17. 1. 132.
Titulus inquisitionis describitur. 2. 1. 141.
Titulus inquisitionis nigro processus non correspondens, parui faciendus est. 96. 1. 153.
Titulus Inquisitionis si attenderetur, pateretur, quis pœnam ex eo crimine, quod commisisse non constat. 19. 1. 68.
Torqueri quis potest, ergo, & forindicari quomodo sit accipiendum. 35. 2. 9.
Tortura in Regno non irrogatur, nisi in casibus, in quibus venit imponenda pœna vltrà relegationem. 36. 1. 10.
Tortura in Regno, quibus in casibus venit irroganda? 52. 2. 179.
Tortura in testibus illata, quot defectus sanat? 28. 2. 235.
Tortura non infert necessariò ad confessionem. 46. 2. 11.
Tortura non purgat defectum periurij in teste, sed tantùm infamiam. 27. 2. 235.
Tortura purgat infamiam socij criminis, ad hoc vt faciat fidem contra nominatos. 26. 2. 235.
Tractatus, coadunamentum, scientia, aliaque qualitates debent cõcurrere, vt quis puniatur eadem pœna, qua principalis delinquens. 26. 1. 8.
Transactio de rebus Ecclesiæ, quas sollemnitates requirat. 88. 1. 334.
Transactio dicitur vera alienatio. 93. 1. 335.
Transactio est species alienationis. 89. & 93. 1. 334.
Tribunalia non debent spoliari sua propria iurisdictione, nec Iuncta in causis formari. 10. 1. 45.
Tribunalia non sunt exauthoranda, dum non peccauerunt. 14. 2. 45.
Tutori allegato suspecto debet interim administratio interdici. 54. 2. 22.

V

Varietas Magistratus ornatiorem reddit Rempublicam. 10. 2. 454.
Vassallus arma sumens contra Dominum necessitate coactus, non incurrit crimen læsæ Maiestatis. 30. 1. 294.
Vassallus in pugna suum Dominum dimittere non debet, sed cum eo laborare, si potuerit. 25. 1. 293.
Vassallus non tenetur fidelitatem præstare Domino, nisi quatenus facere potest. 42. 2. 295.
Vassallus non tenetur seruitia præstare Domino, nec cum recognoscere, quoties derelinquit vassallum in necessitate. 45. 2. 295.
Vbi casus de iure non est decisus, recurrimus ad decisiones aliorum locorum. 57. 2. 477.
Vbi de delicto, seu scelere constat, est vidẽdum de animo, & modo. 90. 1. 481.
Vbi est casus legis, ibi nulla est dubitatio. 5. 1. 298. & 10. 2. 428. & 10. 2. 446.
Vbi Iudex est exceptione elidibilis habet intentionem fundatam in subditum, vt cognoscat de sua Iurisdictione. 58. 1. 494.
Vbi noluerunt, non dixerunt statuentes. 12. 1. 377.
Vbi non dixit noluit. 29. 2. 512.
Vbi quis ex ratione sui officij, tenetur ad præ-

præcisam prænidentiam, non præsumitur casualitas. 32. 1. 476.
Venditor tenetur ad emtionem rei venditæ. 35. 2. 252.
Venereus actus, ob quem pecunia datur, vel promittitur, licèt sit illicitus, & turpis, ipsa tamen receptio pecuniæ turpis non est, nec à iure improbata. 16. 2. 33.
Veneti, nulla pœna dignos censuerunt eos milites, qui S. hoream arcem à Turcis obsessam, illis eam dederunt. 20. 1. 293.
Verba in proemio apposita ostendunt causã finalem disponentis. 6. 1. 310.
Verba prag. 8. cap. 7. de instrum. liquid. *adducuntur, & expenduntur circa carcerationem debitoris citati super liquidatione instrumenti, petentis aduersus illam audiri.* 7. 2. 382.
Verba statuti ubi non congruunt, nec ipsius dispositio congruit. 14. 1. 377.
Verba universaliter prolata, sunt vniuersaliter accipienda. 12. 2. 350.
Verberans cum baculo, pœna corporis afflictiua, siue triremium non est puniendus. 40. 2. 178.
Verborum proprietas attendi debet in statutis, ut ad alia præter expressa eorum dispositio non extendatur. 18. 1. 378.
Verbum In vinculis, in ritu 166. Magn. Cur. Vicariæ *appositum non importat in Nobili carcerationem intus carceres Magn. Curiæ, sed quod assignetur loco carceris domus, palatium, vel Ciuitas.* 8. 2. 376.
Verbum In vinculis, *quid importet.* 18. 2. 384.
Verisimile multum attenditur in probationibus. 17. 2. 279.
Verisimile quod non est, pro falso habetur. 57. 1. 239.
Verisimilitudo corroborat probationem minorem numero. 18. 1. 280.
Veritas dicitur iustitiæ finis. 97. 1. 153.
Veritas dicitur iustitiæ mater. 98. 1. 153.
Veritas erubescit abscondi. 2. 1. 488.
Veritas ne pereat in delictis occultis, cumulantur inditia, & præsumptiones. 17. 2. 32.
Veritas nuda, & aperta est, nec subterfugijs indiget. 100. 1. 482.
Veritas rei, non delicti titulus inspiciendus est in criminalibus. 8. 2. 141.
Veritas semper debet prævalere. 99. 2. 153.
Veritas semper insectanda est. 34. 2. 194.
Veritate possibili data in contrarium, cessat falsitas. 57. 2. 210.
Veritati cedunt omnia. 100. 2. 153.
Veritati semper opinio insidiatur. 2. 2. 473.
Veritatis præclara quæ sint. 49. 2. 284.
Vestes tollere non potest Carnifex à reis, quando est salariatus pro exequenda iustitia. 27. 1. 467.
Vexari multos ex depositionibus Birruariorum quotidie accidit. 57. 1. 180.
Vidua etiam si mortuo viro in patris potestatē reincidat, adhuc priuileg. l. vnic. C. quan. Imper. gaudet. 10. 2. 518.
Vidua propriè dicitur, cuius maritus ab humanis recessit. 4. 1. 518.
Viglietti tenor transmissi per Anellum Taceillum Io. Bapt. Amctrano inferitur. 5. 2. 174.
Vincentij de Franch. *Sac. Conf. Præsidis, placita sunt veneranda.* 1. 1. 32.
D. Præs. Vincentius de Franch. dec. 569. *expenditur.* 15. 2. 216.
D. Vincentius de Franch. dec. 672. *dubitauit de iustitia decreti relati per* Reg. Rou. 26. 2. 399.
D. Vincent. de Franch. *Sac. Reg. Conf. Præses, extollitur.* 15. 2. 223.
D. Vincentius de Franchis Sacri Con. silij Præses *laudatur.* 15. 2. 389.
Dom. Vincentius de Franchis *Sac. Cõs. Præses* dec. 181. & dec. 221. *ponderatur respectu obligationum filiorum familiar.* 7. 2. 405.
Vincentius Maria Perrone V. I. D. *laudatur.* 71. 2. 61.
Vinculorum appellatione, quòd carcerum genus comprehendatur. 3. 1. 370.
Vindicta debent habere proportionem. 72. 1. 241.
Vindictæ præsumptio, quo pacto oriatur ad con-

I N D E X

conuincendum Iudicantem.46.2.468.
Violentia cadit in delictum. 17. 2. 303.
Violentia debet probari specificè 16.1.303.
Violentia incontinenti illata, reputatur quasi vnum factum. 9. 1. 262.
Virgo cõprehenditur appellatione vidua. 5. 1. 518.
Virgo semper dicitur Virgo etiam sub patris potestate. 14. 2. 519.
Virgo sub nomine vidua venit conprahensiuè, non tantùm extensiuè. 7. 1. 518.
Virgo sub patris potestate existens, an repellatur à priuilegio, Lvnic. C. quando Imper.int.pup.& vid. 2. 1. 518.
Viro probo est credendum. 93. 2. 243.
Vita meretricum dicitur miserabilis. 6. 2. 32.
Vitari qua debeant in iudicijs. 111. 2. 27.
Vitium latens sufficit ne scriptura fides adhibeatur. 12. 2. 51.
Vituperatio scriptura non solum refertur ad id quod est abrasum, sed ad fadita-tem. 37. 2. 56.
Viuius dec.138. *pro peculiari affertur*.35 2. 449.
Vniuersitas si parua est, testes ipsius vidētur deponere in causa propria. 13.1. 303.
Vnumquodq; solui debet eo vinculo, quo est colligatum. 37. 1. 422.
Voluntas, & potestas copulatiuè requiruntur in omni actu humano perficiendo. 29. 2. 399.
Voluntas, & propositum distinguunt maleficium. 91. 1. 481.
Vox delinquentis adeò nota esse debet, vt decipi quis ex ea non possit. 28. 1. 69.
Vox est fallax inditium, nam sæpè domesticos fallere consueuit. 27. 1. 69.
Vsura appellatur Latro Legalis praditeus quid intendit rapere. 3. 1. 83.
Vsura connumeratur inter furta, & rapinas. 2. 1. 83.
Vsura, dicitur crimē detestabile. 1. 1. 83.
Vsura dicitur homicidium. 13. 1. 84.
Vsura dicitur piratica quando venditur tempus. 14. 2. 84.
Vsura dicitur vermiculus ligni. 6. 2. 83.
Vsura aquiparatur morsui Aspidis. 4. 1. 83.
Vsura inter delicta connumeratur. 25. 2. 85.
Vsura irrogat infamiam. 11. 1. 84.
Vsura omni iure est prohibita. 9. 2. 83.
Vsurarij ob panam publicationis bonorū, patiuntur panam delicto conformem. 17. 2. 84.
Vsurarius Neapolitanus licet non patiatur panam publicationis bonorum, tamen punitur extraordinariè. 23. 2. 85.
Vsurarius tanquam os Inferni, deuorat hominum substantias. 7. 2. 83.
Vsurarum exactio nulla ex causa etiam pia, permitti debet. 10. 1. 84.
Vsurpare *verbum, importat in malum vsum deducere*. 30. 2. 79.
Vsus inducitur ad minus per duos actus. 32. 1. 80.
Vsus interpretatur priuilgium, statutum, & similia. 56. 1. 330.
Vsus longeuus causarum potest allegari pro iure. 82. 1. 25.
Vulnera non dantur ad mensuram.6.2.4.
Vulnusculum non habet in se delictum.98. 2. 26.
Vulpellus conf.139.lib.1.*adducitur, & conciliatur*. 24. & 26. 1. 93.
Vulpell.cōs crim.52.n.2.*inquiens interrogationē in delictis fieri hodide in quocumq; casu ex generali consuetudine totius Italia, improbatur*. 47. 2. 237.
Vxor dicitur vna caro cum marito, vndè maritus dum est in potestate soceri, vxor quoque esse videtur. 35. 2. 218.

F I N I S.

RESPONSA CRIMINALIA

ITIDEM FISCALIA

AC ALIA

AD ENVCLEATIONEM RITVVM

Magnæ Curiæ Vicariæ de Præsentationibus, seu Liquidationibus Instrumentorum.

AVTHORE

FRANCISCO MARIA PRATO

Patritio Liciense, Aduocato Neap.NO

SVMMARIVM.

1 *FOriudicatio in Regno non sit, nisi cognita pæna, qua venit quis plectendus.*

2 *Pena manus obtruncationis ubi venit imponenda, non procedit foriudicatio.*

3 *Foriudicationis sententia, in quibus delictis venit imponenda.*

4 *Sententia foriudicationis non profertur ubi venit imponenda pena abscissionis membri.*

5 *Foriudicatio olim qualiter proferebatur, quando veniebat imponenda pæna citrà mortem naturalem.*

6. *Vulnera non dantur ad mensuram.*

7 *Foriudicatio non habet locum, nisi in delictis, pro quibus imponitur pæna*

 mor-

mortis naturalis tantùm.
8 *Sententiæ Sac.Consf.faciunt ius in Regno, quia proferuntur sub nomine* Regio.
9 *Sententia duæ Sac.Consf.imponunt perpetuum silentium.*
10 *Auxilium delicto præstare non dicitur quis associando simpliciter.*
11 *Assistens,non dicitur præstare opem delicto.*
12 *Assistens simpliciter delicto,non punitur quasi opem præstiterit, quia delictum per ipsum non est auctum.*
13 *Auxiliatores, consocij, & participes delicti,non puniuntur eadem pęna,qua punitur principalis delinquens.*
14 *Percussor si fuit certus, alij non puniuntur de delicto.*
15 *Opem præstans delicto,an teneatur in quantum principalis.*
16 *Auxilium vt dicatur præstitum delicto,quæ tempora sint inspicienda.*
17 Bart. *omnium Legistarum Magister, & Auriga cognominatur.*
18 *Auxiliator nunquam punitur eadem pęna,qua principalis delinquens.*
19 *Auxiliator, vt puniatur eadem pęna, qua delinquēs,quæ debent cōcurrere.*
20 *Ex facto alterius, nemo tenetur, nisi præcesserit tractatus.*
21 *Auxiliator,scienter,& dolosè si adstitit delinquenti,eadem pœna punitur, qua delinquens.*
22 *Agentes,& consentientes, quando pari pœna puniuntur.*
23 *Assistentia delicto,si non cadit in delictum,non est punibilis.*
24 *Auxilium cooperatiuum delicto non intelligitur,nisi præcesserit tractatus ad delictum committendum.*
25 *Assistens delicto, si delinquens ex assistentia prædicta effectus fuit audacior, punitur pœna extraordinaria.*
26 *Tractatus,coadunamentum, scientia, aliaq; qualitates debent concurrere, vt quis puniatur eadem pœna, qua principalis delinquens.*
27 *Qualitas si est de substantia delicti, vt quis puniatur,si non probatur,sequi debet absolutio.*
28 *Percutientes hominem si plures fuerint, ex quibus percussionibus mortuus est,an omnes teneantur de occiso, quamuis ignoretur, cuius ictu perierit.*
29 *Testimonium falsum ferens, auxilio, seù persuasione alicuius, non per hoc persuadens punitur eadem pęna,qua tenetur falsū testimonium adhibens.*
30 Bart. *doctrina refellitur, quod auxiliator in delicto,puniatur eadem pęna,qua principalis delinquens.*
31 *Assistens cum armis delicto,an arguatur de scientia.*
32 *Nob les licitè diferunt enses.*
33 *Scientia, & dolus probari debent, vt quis dicatur auxilium præstitisse delicto.*
34 *Præsentes delicto non tenentur de auxilio.*
35 *Torqueri quis potest,ergo,& foriudicari quomodo sit accipiendum.*
36 *Tortura in Regno non irrogatur, nisi in casibus,in quibus venit imponenda pęna vltrà relegationem.*
37 *Pœna vbi non est certa, non potest quis foriudicari.*
38 *Foriudicationis sententia non profertur ex abrupto,sed diligenter examinatur qualitas delicti, & indiciorū.*
39 *Contumacia non operatur foriudicationem.*
40 Reg.Rouit.*non benè redarguit* Affl. in Constit.Pęnam eorum,n.20.
41 *Contumax, & Bannitus, si est innocens,non debet foriudicari.*
42 *Iudex debet ex officio defensiones Rei perquirere.*
43 *Contumax, qui vigore statuti potest condemnari intelligitur quoad delictum principale tantum,secùs quoad qualitates delictum aggrauantes.*
44 *Qualitates delictum aggrauantes debent constare ex alio, quàm ex contumacia.*
45 *Foriudicatio procedit, quando delictū de-*

de per se induxit pœnam mortis naturalis, secùs verò si quid extrinsecum requiratur ad delicti probationem.

46 *Tortura non infert necessariò ad confessionem.*

47 *Condemnari quis non potest ex præsumptionibus, in criminalibus.*

48 *Probatio si est dubia, Reus debet absolui in criminalibus.*

49 *Probationes ad condemnandum in criminalibus, debent esse luce meridiana clariores.*

50 *Foriudicatio est vltimum terribilium.*

ARGVMENTVM.

Foriudicationis sentẽtia olim qualiter proferebatur quãdo pœna abscissionis membri veniebat Reus plectendus, & qualiter, si pœna mortis naturalis delinquẽti irrogabatur, & quid fuerit hodiernis temporibus immutatum, quiduè nouissimè fueris iudicatum per Sac. Cons. ad hoc, vt foriudicatio procedat, plures expenduntur decisiones, præsertim *D. Reg. Tap.* 49. *et Gizz.* 13.

Auxiliatores, opem præstantes, aut Consilium, in delictis patrandis, an veniant puniendi eadẽ pœna, qua principalis delniquens, & quãdo dicãtur simpliciter opem præstitisse, vel præcedente tractatu, & animi deliberatione, quæuè probanda veniant ad hoc, vt eadem pœna feriantur, qua delinquẽtes ipsi.

Tortura in Regno non venit irroganda, nisi in casibus, in quibus venit imponẽda pœna vltrà relegationem tàm attentis dispositionibus Capitulorum, quàm Constitutionum Regni.

Ex sola contumacia an possit quis foriudicari, defensa doctrina *Affl.* à redargutione *Reg. Rouit.*

PRO

Io. Iacobo Acaya, & Camillo de Falconibus.

CVM

Regio Fisco, & Quærelantibus.

RESPONSVM I.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

CVM patrato homicidio per Ioannem Iacobum Mettulam mediãte ictu Scoppitti in personam Iacobi Cicalæ sub die 7. Aprelis 1635. intendant Fiscus, &

quærelantes nedùm certum ipsum percussorem, verùm etiam Io. Iacobum Acaya, & Camillum de Falconibus foriudicari debere, stante ipsorum contumacia, sub prætextu, quòd vna simul tempore patrati facinoris deambulassent, & ad illud committendum opem, & auxilium præstitissent, requisitus Ego pro defensione inquisitorum, nè ipsis expetentibus meam operam denegasse videar; attentis ijs, quæ in facto mihi proponuntur nullo iure contra inquisitos de assistentia, & ope, seù auxilio sententiam foriudicationis proferri posse ex infrascriptis demonstrabo.

Vtque initium dicendi faciam, ante omnia animaduerto, in Regno nõ ex quolibet delicto ad pænam for-
1 iudicationis deueniri, nisi prius cognito quanã pæna inquisitus veniat plectendus secundùm *Affl. in Const. pœnam eorum n.*48. vers. *Quartodecimo requiritur, & in* 12. *notab. n.*77 vers. *Tertia quæstio*, vbi tradit fuisse reformatam sententiam Magn. Cur. Vicariæ, per quam fuit processum ad foriudicationem contra iuuenẽ, qui fecerat percussionem cum ense, ex qua percussione veniebat impo-
2 nenda pæna manus, & declarauerũt, quod non possit occidi, sed percuti, de quo meminit *Carau. in rit.* 270. *n.*1. *Vin. in dec.*439. *n* 36. Et si enim ex sanctione Serenissimi Regis Caroli II. quæ est inter Capitula Regni, & incipit *Siue quis sit forbannitus*, quod est 115. secundùm computationem *Io. Antonii de Nigris*, cõfirmans *Constitutionem pœnam eorum*, declarantur casus, in quibus procedi possit ad sententiam foriudicationis, vt scil. sunt ij, in quibus venit impo-
3 nenda pæna mortis naturalis, ciuilis, abscissionis mẽbri, vel carceris perpetui, fuit tamen dictum cap. refor-
4 matum in pæna abscissionis membri secundùm *Affl. loc. cit.* & testatur *Nigr. in d. cap. n.*15. & ita post *Andr. & Affl* fuisse vltimo loco benè declaratum per Sac. Conf. iunctis omnibus Tribunalibus tradidit *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit.* 1. §. 4. *n.*48.
5 vndè inoleuit praxis quãdo pro delicto veniebat imponenda pæna citrà mortem naturalem, vt in sententia foriudicationis diceretur, quod delinquens possit impunè offendi, quãdo verò erat pæna mortis naturalis, possit impunè occidi, ex qua distin-
6 ctione cum plura orirentur subditorum grauamina (dùm vulnera non dentur ad mensuram *Iul. Clar. in pract. crim. quæst.*89. *n.*5. vers. *Sed certè*, vbi *Addent.* allegãt *Farin. in pract. crim. quæst.*135. *par.*4 *n.*151. *cum aliis seqq. Gizz. dec.* mox alleganda *n.* 2.) fuit tandem per Sac. Conf. iudicatum tempore quo præsidebat Io. Andreas de Curte ad foriudicationis sententiam deueniri non posse, nisi pro delictis, in quibus veniret imponenda
7 pæna mortis naturalis tantum, prout obseruauit *Dom. meus Reg. Tapia*, qui peculiarem fecit decisionem 49. & nouissimè sic pariter decisum per idemet Sac. Conf. testatur *Gizz. in dec.* 13 *n.*1. iũctis duabus Aulis Sac. Conf. in Collat. Conf. in quam sententiam concurrit maior pars Dominorum Regentium, & Consiliariorum, & antiquiores testati fuerunt, ità passim semper fuisse iudicatum per Sac. Conf. & Maiores nostros maxima cum maturitate, non obstante dispositione *d. cap. Siue quis sit forbãnitus sub rubr. de foriudic. & per tot. decis.* vbi plena manu materiam pertractat, quibus addo *Capibl. in sing.* 46. & sic stantibus præfatis sententiis Sac. Conf. quæ faciunt ius in Re-
8 gno tanquam prolatis sub nomine Regio, teste *Affl. in dec.* 190. *Dom. de Franch. in dec.* 81. imò perpetuum
9 imponunt silentium cum sint geminatæ secundùm eumdem *Dom. de Franch.*

Franch. dec. 235. Reg. Ronit, dec. 34. num. 2. & Consiliar. Theod. alleg. 1. n. 32. non est cur amplius hoc assũptum in dubium reuocari queat,

Quod autem inquisiti (quos defendimus) pœna mortis naturalis coercendi non veniant, indè paret, nam quis associando simpliciter, nõ
10 dicitur præstare auxilium, *l. 2, C. de his, qui latron. in l. 1. C. de rapt. virg. Bal. in l. raptores in fin. C. de Episc. & Cler.* Nec sola assistentia de per se
11 est delictum, nec ex ea dicitur quis opem præstare, *l. 1. §. si in eo*, & ibi *Bart. ff. ad Sillan.* & *in l. dolum, C. de dol. Boss. in pract. crim. tit. de rapin. sub n. 21. Bertaz. cons. crim. 439. n. 1.* qui de *Bart. & Boss.* meminit *Aldou. cons. 23. n. 31. Turrett. cons. 69. n. 22. vol. 2. Cost. de fact. scient. & ignor. cent. 1. dist. 9. n. 9. & 11.* sicuti nec ipsa associatio de per se est punibilis, *Ias. cons. 188. vol. 2. Cassan. cons. 58. n. 21. Turrett. cons. 69. n. 22. vol. 1.* & vtramq; propositionem sustinet *Giurb. cons. crim. 2. n. 17. & 18.*

Quinimò etiam si delinquens de per se fuisset sufficiens ad committendum delictum, non debet puniri
12 præstans simplicem opem, quia per ipsum non est auctum delictum secundùm *Ang. in l. is qui opem, & in l. in furti, §. ope, ff. de furt. & Ang. de Arimin. in add. ad Ang. in tract. maleficior. in gl.* in verb. *Semper adstitit dicto maleficio*, & latè *Cæpol. in cons. 27.* sic etenim præsumitur hoc casu, quod auxilium præstitum fuerit simplex, & nudum nullo pacto augens delictum *Carrer. in practic. in 3. tract. de homicid. & assassin. §. homicidium autem n. 1. in fin. & in §. circa secundum n. 10. Paris. cons. 151. n. 7. lib. 4. & cons. 164. n. 17. eod. lib. Bertaz. cons. crim. 62. n. 14. lib. 1. & cons. 106. n. 4. Sim. de Præt. cons. 178. n. 6. Nouell. regu. 129. in 1. & 5. Fallen. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 349. n. 20.* loquens quando principalis satis de per se sine vllius præsentia potuisset delictum committere (sicuti est casu noster) *Thob. Non. cons. 101. n. 15. Burs. cons. 216. n. 63.* cum aliis pluribus collectis per *Farin. quæst. 131. n. 70.* vers. *Contra, & n. 41. & quæst. 129. n. 126.*

Quo fit, vt pro regula traditum sit in iure nunquam puniendos esse auxiliatores, cõscios, & participes delicti eadem pœna, qua punitur principalis delinquens, vt probatur *in l. vn. de Nil agerib. non rumpen. & in l. vn. §. pœnas autem, C. de rapt. virgin.* & adnotauit eruditissimus *Dom. meus Præs. Sac. Cõs. Merlin. in lib. cõtrou. for. cap. 47. n. 5. in 1. conclus.* maximè dato
14 certo percussore, ad tradita in *l. & si certus, ff. ad Sillan.* quo casu alij non tenentur *Gram. dec. 25. n. 6.*

Non me fugit ex aduerso pro Fisco adduci posse theoricam *Bart. in l. is qui opem n. 5.* vers. *Ego dico, ff. de furt.* vbi pro regula tradit præstan-
15 tem opem in tantum teneri, in quãtum principalis, & in vers. *Certè* per *tex. in l. sæpè circa fin. ff. de verb. sign. & in l. in furti, §. ope*, vers. *Venio ad secundum, ff. eod.* vbi distinguens tria
16 tempora circa præstationem auxilij: Primo scil. ante delictum: Secundo in ipso delicto; Tertio post delictum, exemplificat respectu primi temporis in eo, qui præstitit ferramenta, vel scalam causa faciendi furtum, vel pecuniam causa inueniendi assassinum, vel domum vbi stet ad talia faciendum, vel similia, & tunc videatur præstare opem maleficio; Respectu secundi temporis in ipso actu, quo maleficium committitur assistendo malefactori, vt habilius committatur; Respectu verò tertij temporis post delictũ quando fuit præstitum auxilium homicidæ ad euadendum, detestatur opinionem Assessorum punientium eadem pœna, dùm tamen non præces-

sisset

fisset consilium ante vt puta facias, quia Ego adiuuabo te ad euadendum, quia tunc illa spes data est in auxilium ad maleficium committēdum, cuius opinioni adhærentes nōnulli (vti Bononienses Carrotio, prout est in adagio) non dubitarunt eam communem prædicare, inter quos *Corn. in cons. 8. n. 1. circa med.* dicens procedere etiam de iure diuino per *tex. in cap. 1. de offic. deleg.* vbi *Dec. n. 11.* & alij relati per *Clar. in pract. crim. quæst. 90. n. 1.*

Verumtamen non defuerunt, qui *Bart.* authoritate minus perterriti, non quod in eius existimationem irruerent, prout oculata fide fecisse obseruaui *Antonium Goueanū variar. lection. iuris lib. 1. cap. 23.* qui eum pessimum iuris Magistrum appellat, fuit etenim maxima hæc petulantia (pace sua id dixerim) dùm ità ausus fuit dicere de *Bart.* qui omnium Le-
17 gistarum Magister, & Auriga optimus cognominatur, teste *Ias.* post alios in *l. quidam cum filium n. 35. cum seq. ff. de verb. obl.* & *Roder. Suarez in l. quoniam in prioribus limit. 1. sub n. 11. C. de inoffic. testam.* sed re melius agnita, contrariam sententiā vti veriorem amplexati fuerunt alii, vt scil. nunquam auxiliator puniatur
18 eadem pœna, qua principalis delinquens, cum re vera inficiari minimè possit, minorem culpam fuisse auxiliantis, quam principalis, & per consequens mitiùs puniendi, quodq; hanc opinionem vti veriorem ponderarunt Theologi, & Canonistæ secūdùm *Salic. in l. vn. C. de rap. virg.* post *n. 24.* qui constanter asseuerauit ex hac opinione si quando fuerit à Iudicibus approbata, eorum animas in Inferno cruciari, de quo meminit *Clar. in d. quæst. 90. n. 1.* qui distinctionis fœdere opiniones conciliādas eiusmodi putauit, quod si deli-
19 ctum fuerit commissum præuio tractatu, vel deliberatione, accedente consensu, vel saltim scientia auxiliatoris, & tunc vera sit opinio *Bart.* Si verò nulla præcesit deliberatio, vel tractatus, & contraria præualeat opinio *Salic.* dummodò non præbuerit auxiliator causam delicto, & ante *Clar.* idem voluit *Gram.* in sua pulchra *decis. 25. per tot.* vbi ea requisita interuenire debere, tradit ad hoc, vt quis puniatur vti auxiliator, vt scil. coadunatè cum principali delinquēte coadunatus fuerit ad delictum committendum per *tex. in l. 3. §. homines, ff. vi bonorum rapt.* quodque sciens fuerit de delicto committendo, aliàs non posse inquiri vti auxiliator ex mente *Bart. in l. omnes, C. de agric. & censit. lib. 11.* vbi optimè *Apostilla. Felin. in cap. sicut dignum de homic.* & pulchrè *Marsill. in tract. maleficior. in §. constante col. 12.* vers. *Et sic expressè*, inquiens, neminem teneri ex facto alterius, nisi præcesse-
20 rit tractatus, & ordinamentum de conueniendo simul ad patrandum maleficium, vndè *Gram. in d. dec. 25. in fin.* refert in casu inibi proposito, satis nostro consimili, cessantibus prædictis requisitis de probatione auxilij fuisse per Magn. Cur. communi voto relaxatos inquisitos sub fideinssoribus, ibique *n. 13.* regulam constituit generalem, vt quis puniri possit vti auxiliator, requiri, quod ad illud delictum committendum fuerit expressè, ac deliberatè coadunatus per *tex. in l. 3. §. hominem, ff. vi bonor. raptor.* & ità in puncto tenere *Bart. in l. omnes, C. de agricol. & censit. lib. 11.* quod non est inquirendum contra aliquem de homicidio per alium perpetrato, tanquam auxiliātem, nisi expressè dicatur, quod sciebat homicidium committendum, *Felin. Bart.*, insequutus in *d. cap. sicut dignum de homicid.* eandemque regulam adeò veritate niti testatur

Gram.

*Gram.d.decis.*25 *n.*4.*&* 5. vt eam locum sibi vindicare censeat, etiamsi homicidium per auxiliatorem ignorabatur, ità vt talis ignorantia solo iuramento potuerit probari ex dictis per *Ias.in* §.*Sed ista* 20. *col. Instit. de actio n.* post *glos.*singularem *in l.si cui*, §.*si ijsdem*, *ff. de accus.& glos.in cap.*2. *de tempor. ordinat.in* 6. & idem *Ias.* sequitur *in l.admonendi*,*col.*105.*ff.de iureiur.* quibus addimus *Guid.Pap. decis.*423.*n.*3. *Barthol.Thag.in pract. crim. par.* 12. *n.* 10. vers.*Et si auxiliator Caph.cons.*79.*& seq.lib.*1.vbi præsertim,quando is,qui iurat,est bonæ famæ,*Bursicons.*216.*n.*58.*Horat.Lut. cons. crim. diuersor.*168. *n.*43. *lib.*1. *Farin.* qui prædictorum meminit in celebri eius *pract.crim.tit.*15.*de Cõsultor. Auxil. & Mandat. quæst.*131. *nu.*84. *lib.*4. & nè Moderniores ex Nostratibus omittam hanc opinionem sectatus fuit *Reg.de Pont.de potest. Proreg.tit.*1. §.3.*nu.*53. adhibita distinctione auxilij, quam supra recensui,ad quod allegat *Fel.Dec.Clar. Plaza,Menoch. & Mascard.* in locis per ipsum adductis,quibus concinit *Reg.Rou.in dec.*15.*n.*9.*&* 10,qui nulla facta mentione *Dom. de Pont.* & recensita distinctione temporum auxilii,nunquam auxiliatorem puniri, nisi causam dederit delicto, demonstrat, & pro auxilio ante delictum, vltra ea, quæ posuit *Bart.in d.§.ope*, adnotauit tractatus, & literas,quæ scienter ad hoc fuissent confectæ,& per nuntium cognitæ,vel ambasciatas *ibid.nu.*11.*&* 12. plura *Farin.in quæst.*131.*Giurb.* de more plura recolens *cons.crim.*7. *n.*11. *&* 12. vbi præcæteris adducit *Capyc. dec.* 155. *nu.*16. *Rot. Auenion.dec.*29.*n.* 1. *Catalan.de indult.cap.*39.*n.*60.*&* 61.*Dom. Rou.*super *prag. 1.de assassin. n.*22.*&* 29. Non etenim eadẽ qualitas inest auxilianti,ac principali, prout *Dom. meus Merlin.Sac.Cons.Præs.* ex pluribus demonstrat in *d.lib.controu. forens.cap.*47.*n.*10.*& seqq.* Ricc.*collect.* 580. qui plures in materia collegit decisiones.

Hinc *Barz.dec.Bonon.*138.omninò videndus *n.*2. in simili facti specie, refert decisum auxiliatorem minimè fuisse punitum de auxilio ob solã assistentiam, sed habuit Senatus veram opinionem tunc puniendi,
21 quem de auxilio, quando scienter, & dolosè fuerit præsens, delicto, & ad illud committendum adstitit ex proposito,& ordinatè ex *cons.Signorol.de Homod.*134. *col.*2. *Mars.in l.si in rixa n.*12. *ff.ad Sillan. Bal.in l. quicumque col pen.*vers. *Notà sexto*, *ff. de seru.fugit. Paris.* latè *cons.*152.*nu.* 30.*cum seqq.vol.*4. assistentia etenim accidentalis qualis præsumitur in homicidio per *tex. in l.merito*, *ff.pro soc.Bart.in l.omnes*,*C.de agricol.& censit.lib.*11. *Felin.in cap. sicut n.*6. *de homicid. Farin dec.*297.*n.*4 *par.*2.*post* 2.*vol. Paris. d.cons.*152. *n.*32. *vol.*4. *Maran.cons.*122.*nu.*45.*&* 7. non est punibilis secundùm *Giurb.cons.crim.* 2.*n.*10.vbi innumeros recenset. Tũc
22 enim agentes, & consentientes pari pæna puniuntur per *tex.in l.mela*, §.*si alius*,*ff.ad l.Aquil.*quando scienter dolosè,& communicato consilio delictum parraretur,vt per *Hipol. cons.* 25.*n.*8.nam si simpliciter quis adstitit nihil esset *cap. fœlicis de pæn.in* 6. & latè *Carrer.in* §.*homicidium el secondo n.*67.*cum seqq.* pulchrè *Giurb. cons.crim.*7.*n.*14.inquiens prædicta vigore in casu,quo auxilium dantes, & consentientes fuerint cooperati per *tex.in cap.*1. in verb.*Pari pęna in fin.de offic.delegat. Ozas.dec.*80.*n.*6. idem *Giurb.cons. crim.*2. *nu.*5. vers. *Non obstat.*

Rem igitur ex prędictis perstringendo,aut intendunt Fiscus,& querelantes sententiam foriudicationis
23 contra inquisitos ferri debere ex sola

sola assistentia tempore delicti, & tunc cum non cadat in delictum, nõ est punibilis per ea, quæ tradidimus *supra hoc eod. responsi vers. Quod autem inquisiti*, eisq; addo nunc *Rimin. iun. cons. 13 col. 2. in fin. & in cons. 3. in princ. Ozasc. in dec. Pedem. 104. circa*
24 *princip.* vbi asserit, quem non puniri de auxilio cooperatiuo, nisi probetur, quod ad maleficium committẽdum præcesserit tractatus; Aut verò ex eo, quod per eorum assistentiam fuit factus percussor audacior, & hoc casu (licet id gratis concedamus) tamen nulla venirent pęna ordinaria plectendi, sed tantum ex-
25 traordinaria secundùm *Clar.* (non contemnendæ authoritatis virum) *in sua pract. crim. quæst. 90. n. 1. circa med.* quod per prius dixit *Gram. in vot. 21* nec potest pęna foriudicationis inferri, prout pariter in *primo assumpto* probauimus.

Debent igitur cũ assistentia, ope, seù auxilio contra ipsos laborare,
26 tractatus, coadunamentum, scientia, & aliæ qualitates, quas supra recensuimus, ad hoc, vt eadem pęna puniantur, qua principalis delinquens, quarum vna si deficiat, pęna nulla erit ordinaria, secundùm *Bal. in l. Titia in princ. ff. sol. matr. Fel. in cap. licet causam n. 41.* & ibi *Dec. n. 24.* vers. *Secundo principaliter de prob.* dicens, quod quando aliquid est deductum cum certa qualitate, & qualitas illa est de substantia actionis propositæ,
27 vel defensionis, si ea non probatur, absolutio sequi debet, *Alex. cons. 82. col 1. & cons. 100. n. 3. cum seq. vol. 1. Soccin. sen. cons. 27. n. 14. vol. 4. Boss. in tit. de captura n. 46. Benintend. dec. 18. n. 3. Barz. dec. vlt. n. 3. & 29.*

Quò fit, vt licet ex pluribus percutientibus hominem, qui mortuus
28 est, omnes teneantur de occiso, quamuis ignoretur, cuius ictu perierit secundùm *Gram. cons. 4. n. 1.* post *Bart. in l. fin. ff. ad l. Cornel. de sicar.* per *tex. in l. item mela, §. sed si seruum plures, l. ità vulneratus, §. rursus, ff. ad l. Aquil. Caball. resolut. crim. cent. 2. cas. 198. n. 8. Decian. tom. 1. crim. lib. 2. cap. 19. nu. 22. Natt. cons. 290. n. 9.* tamen id procedit quando delinquẽtes ad homicidium fuerint coadunati, animo, & proposito occidendi, & ideò non mirum si attenta ipsa delibteratione, & proposito, non contemplato vulnere vniuscuiusq; omnes, qui in dicto homicidio interfuerunt, de occiso tenentur; secus autẽ est, quando ad illud non fuerũt principaliter coadunati, quia tũc si vnus ex pluribus occidit, alij non possunt puniri tanquam auxiliatores, & ità loquitur *Gram. d. cons. 4. n. 5. cum seq. & d. dec. 25. n. 6.* & animaduertit *Rolan. in cons. 64. n. 18.* & per prius declarauit *Affl. in Const. lib. 1. rub. 15. sub n. 28.* Vltra quod *Alex. cons. 15. n. 11. vol. 1.* satisfaciens obiecto de *d. l. item mela, §. sed si seruum plures, & d. l. ità vulneratus cum concordan.* inquit prædicta procedere præsumptiuè non verè, *Seff. dec. Aragon. 103. n. 35.* quæ pręsumptio prodest si ciuiliter actum sit actione legis Aquilię pro damno dato, ratione serui occisi, secus si criminaliter, & ità in terminis post *Rol. cons. 63. n. 13. vol. 2. Barz. dec. 143. n. 15. 16. & Negusan. cons. 499. n. 24.* tenet *Giurb. cons. crim. 2. n. 5.*

Et in puncto loquens de auxilio, seù ope, aut persuasione pręstita, vt alius ferat testimonium falsum, non
29 puniri eadem pæna, qua ipse falsum testimonium ferens tenuit *Affl. in Const. Eos qui scienter, n. 22.*

Vndè patet ex prædictis (ni mea me fallit opinio) in qualibet materia, nunquam auxiliantem eadem pæna coerceri, qua principalis delinquens, nisi alia concurrant, idque nedùm ex claris iuris principijs probari,

bari, verùm etiam ex communi Doctorum consensu, & rerum iudicatarum authoritate solidissimè comprobari, quicquid in contrarium nimis rigorosè adstruxerit *Bart.* cuius placito Interpretes minimè acquie-
30 uerunt, imò ex hoc dicto eius animam in Inferno doleri constanter asseuerarunt, ipsum communiter reprobãdo, quos enumerauimus *n.* 17. vers. *Veruntamen*, & aduertit apertis verbis *D. Anton. Dragh. in addit. ad Clar. quæst.* 90. *pract. crim. n.* 1. in verb. *Animam occidit lit.* C. ibi, *Et propterea anima, Bart. cruciatur in inferno: vt supra quæst.* 97. vers. *Punctus est post med. & quæst.* 38. vers. *Tu scis.* Nec mirum (nam bonus quandoq; dormitat Homerus.)

Nec dicatur ex assistentia cum armis tempore commissi delicti satis conuinci de scientia per ea, quæ cõ-
31 muniter traduntur *in cap. significasti el secondo*, & ibi *Fel. de homicid. Gram. vot.* 24. *n.* 6. *Mascard. de probat. lib.* 1. *conclus.* 97. *n.* 2. cum alijs relatis per *Farin. in quæst.* 52. *n.* 72. *cum seqq.*

Nam vltra quod enses tantùm deferebant nostri inquisiti, quibus
32 stante eorum nobilitate non erat vetitum, & est communis restrictio ad regulam; Tamen adhùc affirmo, quod etiamsi tempore quo Io. Iacobus Mettula scoplum exonerando homicidium patrauit, ipsi etiam scoplis armati adstitissent, minimè de auxilio puniri posse, dùm non constet scienter, dolosè ex proposito, ac ordinatè ad delinquẽdum, communicatoq; colloquio interuenisse, sed potius incidenter, casualiter, ac non
33 data opera, nam hoc in dubio præsumitur, nisi probetur scientia, & dolus, secundùm *Mars. in l. vn. C. de rapt. virg. n.* 87. *& in pract. crim. in* §. *constante n.* 46. & *in cons.* 81. *n.* 32. *vol.* 2. *Rimin. cons.* 13. *n.* 21. *Ang. de malef.* in vers. *Dictus Andreas armatus col.* 1. *& Paris. in cons.* 152. *sub n.* 32. qui in casu fortiori de fratribus, qui sequuti fuerunt eorum fratrem, qui com-
34 miserat posteà delictum, tenet, quod licèt fuerint præsentes delicto, non propterea possint de auxilio teneri, subdens ex doctrina *Petri de Anchar. Bart. & Alex.* in locis per ipsum adductis, quod ad hoc, vt quis teneatur de auxilio, necesse est, quod probetur antecedens tractatus ad maleficium committendum, & principaliter ad hoc fuisse coadunatos, communicatoq; consilio, & deliberatione ad delictum committendum accessisse, cui concordat *Mars. in cons.* 81. *n.* 32. *& in cons.* 110. *n.* 26. *& cons.* 312. *n.* 21. quorum authoritatibus innixa *Rot. Bonon.* ità iudicauit *Barz.* teste in *d. dec.* 138. *n.* 2. quem consuli rogo, cum sit decisio ad rem singularis.

Audio tamen ex aduerso magnã vim fieri ad obtinendam foriudicationem, eo quod inquisiti sint inditiati ad torturam, & per consequens foriudicationis pœnam euadere non posse.

Mihi verò omnium minimo (vt ingenuè fatear) licèt diutiùs cogitanti super hoc axiomate, quod per ora Pragmaticorum volitat, *Potest torqueri ergo, & foriudicari*, vndique non arrisit, & tantum abest; vt illud
35 sic absolutè admissum percipere queam, vt potiùs apertè dicam, nullo veritatis munimine sustineri, & in casu nostro practicari non posse; Nam quicquid sit, an inditia ad torquendum existant, cum nobis parere non possint ex testibus ad informationem curiæ receptis, & ex processu (vt aiunt) informatiuo, & post informationem captã varijs, & subdolis (vt ità dicam) machinationibus per quærelãtes procuratis, quibus siue ex eorum existimatione, & dignitate, siuè ex eorum dictis, & at-

atteſtationibus, quanta ſit habenda fides, Peritiſſimi Domini coràm quibus res agitur diiudicabunt ad *l. 3. verſ. Tu magis, ff. de teſtib.*

Præpono igitur concluſionem à nemine in dubium reuocatam, tor-
36 turam in hoc Regno inferri non poſſe, niſi in caſibus, in quibus venit imponenda pæna vltrà relegationē per *cap. Reg. Tormenta, & cap. Vt delatas*, vbi *Io. Ant. de Nigr. Affl. in Conſtit. In quæſtionibus in* 8. *notab. & in Conſtit. Si damna clandeſtina, Paris de Put. de Sindic.* in verb. *Tortura lo terzo*, verſ. *An in cauſa pecuniaria, Foller. in pract. crim.* in verb. *Pœnis debitis feriātur n. 64.* & latiſsimè *Grām. conſ. 15. & vot. 15.* nõnulla per *Dom. de Frāch. dec. 440. Gizz. dec. 26. Dom. Rou. in prāg. 2. de iuriſd. inuicem non turb. n. 60.* & alij plures, & tamen foriudicatio non procedit, niſi in caſu, quo quis veniret pęna mortis naturalis tantùm condemnandus, iuxtà ea, quæ ex rebus deciſis, conſultò in themate prę miſimus.

Non tamen diſſentio axioma illud potuiſſe verum reputari antiquis tēporibus quando foriudicatio procedebat etiam in caſibus, in quibus veniebat quis plectēdus pæna mortis ciuilis, carceris perpetui, & membri abſciſsionis, ſecùs autem hac noſtra tempeſtate, in qua etiam attenta mente *Regis Caroli II. in cap. Sine quis fit forbannitus*, contrarium per ſententias Regias fuiſſe ſtatutum, tradidit diſſertiſsimus *Reg. Tap. dec. 49.* à nobis adductus in 1. *aſſumpto* cum cæteris alijs, & ſic patet commune illud axioma (*Poteſt torqueri ergo, & foriudicari*) minimè verum eſſe, & minùs practicari à doctis viris, ſed tantum ab ijs, qui per regulas generales res expediunt, quos Doctores, vulgus poſitiuos appellat, teſte *Dom. de Franch. in dec. 363.* & conferunt tradita per *Farin. quæſt. 11. n. 18. verſ. Aduerte quarto.*

Cuius argumenti fallacia detecta corellariè infero in noſtra facti ſpecie minùs practicari poſſe, inquirunt etenim Clientes noſtri de aſsiſtentia, & auxilio præſtito, quod de per ſe non eſt delictum, cum tractatus,
37 ſcientia, & colloquium ſint probanda liquidè, non præſumptiuè, *Bal. in l. non ideò minus n. 26. C. de accuſ. Marſil. in l. ſi in rixa n. 27. ff. ad l. Iul. de Sicar. Rot. Lucenſ. diuerſor. dec. 35. in fin.* verſ. *Et licet, Clar. in §. homicidium Giurb.* qui plura ponderat *d. conſ. crim. 2. n. 30.* verſ. *Quinto*, quod certa non eſt pæna mortis naturalis, & ſic ceſſat foriudicatio à deſtructione antecedentis, & dato quod potuiſſent torqueri, non veniret tortura inferenda ſuper homicidio, nam certum habemus vitæ ademptorem, ſed tantum ad ſciendum ſcientiam, colloquium, & coadunamentum, quæ faciunt quem eſſe in pæna mortis naturalis, non enim ſic ex abrupto
56 ad foriudicationis pænam deuenitur, ſed diligens ſit diſcuſsio de qualitate delicti, & qualitate inditiorum ſecundùm *Dom. Rou. in rubr. de ſent. forind. n. 25. in fin.*

Nec Fiſcus poterit ſuper contu-
39 macia ſe fundare ex doctrina *Affl. in d. Conſtit. Pœnam eorum n. 20.* nam cõtra ipſum fuiſſe ſemper deciſum teſtatur *Dom. Reg. Rou. in rubr. de ſent. forind. n. 36.* nam vt ipſe tradit ex *Bal. in l. ſi mora col. 1. in fin. ff. ſol. matr.* ex ſola contumacia nemo debet interfici, licet Ego (pace *Dom. Reg. Rou.* vix aſſentiri queam, *Affl.* redargui
40 poſſe vti illius damnatæ opinionis authorem, nam in *fin. d. n. 20.* in quo à *Dom. Rou.* redarguitur, quamuis nonnulla referat, tamen remittit ſe ad 3. *notab.* vbi in *n. 33.* id procedere autumat in delictis, in quibus per *Cap. Reg. de iuris cenſura* procedi poteſt contra lationes inſignes, Diſroba-

batores ſtratarum, Incendiarios, & alios eiuſmodi, imò in *n.* 34. ſubdit eſſe bonam cautelam ad impediendam foriudicationem, ſi ex proceſſu
41 informatiuo conſtat, quod contumax,& bannitus eſt innocens, quia
42 ad Iudicem ſpectat etiam inquirere defenſiones Rei ad *Bart. in l. abſentem col. 2. ff. de pæn.*

Et in terminis indiuidualibus caſus noſtri, quod ſtatutum volens vti
43 contumacem, quē condemnari poſſe, intelligitur quo ad delictū principale tantum, ſecùs quo ad qualitates delictū aggrauantes, de quibus
44 aliter ac per contumaciam Rei Iudici conſtare debet, tenet *Farin.* in ſua *pract. crim. quęſt. 11. n. 63.* & ex his remanet expedita altera pars meæ propoſitionis.

Quoquò igitur ſe vertat Fiſcus, & querelantium molimina tendant, certò certiùs eſt foriudicationis ſententiam contra inquiſitos de auxilio, & ope minimè proferri poſſe ſtantibus prædictis.

Nec dicatur, quod ſi in fortijs exiſterent,& torturæ ſubijcerētur, poſſent confiteri, & ſic certitudo ſcientiæ, & appenſamenti innoteſceret, vndè pæna mortis naturalis venirēt puniendi, & ſic poteſt modò procedi ad foriudicationem, dùm ſtante contumacia, de prædictis conſtare non poteſt.

Nam facilis eſt reſponſio ſi ponderentur deciſiones Sac. Conſ. quibus fuit declaratum, tùnc foriudicari quem poſſe, quando delictum, de quo inquiritur, de per ſe inducit mortem naturalem, non autem quā-
45 do quid extrinſecum requiritur reſpectu qualitatis aggrauātis, ad hoc vt pæna mortis ingeratur, nam dùm aſsiſtentia de per ſe non eſt delictū, ergò certa non eſt pæna mortis inquiſitorum, & ſic quando quis confiteretur, & conſtaret de qualitate per confeſsionem, veniret quis condemnandus ex propria confeſsione, cuius nulla maior probatio, nec aliæ partes Iudicis inconfeſsum eſſe debent, quam in condemnando *vulg. iurib.*

Imò vnum in mediū affero, quod poterit eſſe in caſu (prout experientia inſinuat) vt poſitus in tortura perſiſtat in negatiua, vndè veniret abſoluendus, & ſic dùm pæna non
46 eſt certa,& per torturam non infertur neceſſariò ad confeſsionem, ſed res dubia permanet, pro Reis eſt iudicandum, *l. abſentem, & l. reſpiciendum, §. delinquunt,* vbi *DD. ff. de pæn. Giurb. conſ. crim. 34. n. 35.* Nec ex
47 præſumptionibus quis poteſt in criminalibus condemnari ex communi DD. ſcola, de qua *Abb. in cap. quia veriſimile, & cap. afferte de præſum. Matthæſil. in ſing. 118. Dec conſ. 175. num. 6.* Et ex præſumptionibus ne-
48 dùm quis non eſt condemnandus, ſed potiùs ſi probatio eſt dubia, eſt abſoluēdus ſecundùm *Alex. conſ. 15. n. 9. vol. 1.* cum ad condemnandum probationes in criminalibus debeāt
49 eſſe liquidiſsimæ,& luce meridiana clariores, *l. fin. C. de de prob. l. abſentē, l. qui ſentētiam, C. de pæn. Bart.* & alij *in l. non ſolum, §. ſed vt probari, ff. de nou. oper. nunc. Rim. iun. conſ. 121. n. 25. Rot. Auenion. dec. 93. n. 14. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 58. n. 2.* & alibi paſſim *Epiſc. Ricc. collect. 1841. Seſſ. dec. 103. n. 16. 18. Dom. de Franch. dec. 372. n. 1. Giorb. conſ. crim. 2. n. 31.* apud quem alia multa adducta obſeruantur, *Gram. dec. 28. n. 25. & 26.* & plura per *Rol. conſ. 24. num. 13. vol. 1.*

Concludo igitur ex prædictis omnibus exaratis, ſecundùm ea, quę nobis ex parte Iuquiſitorum propoſita fuerunt, adeò clarè de ipſorum iuribus innoteſcere, vt ad foriudicatio-
50 nem, quam vltimum terribilium ap-

pellat D *Merlin.Sac.Cons.Prasf.in suo opere sępius cit.par.1.c.48.n 14* minimè deueniri possit, prout ęquissimos, ac Religiosissimos Senatores diiudicaturos speramus. Sic etenim Fisco nihil deperit, iustitiæ non fit nocumentum, & Reorum innocentiæ cōsulitur, salua semper censura cuiuslibet rectius sentientis.

L D. B. V. M. Neap. die 10. Martij 1635.

QVærelantes destiterunt à prosequutione vindictæ, nec ad foriudicationem fuit processum; agnouerunt etenim obstaculum, quod illis parabatur ex prædictis (vt mihi innotuit) scio etenim Causæ Commissarium extitisse D. Ferdinandum Esguerram, Regium tunc Consiliarium, postmodum verò in Supremo Italiæ Consilio Regentem, vti Delegatum Suæ Excellentiæ, coram quo partes offensæ, instare non desinebant, quod sententiam foriudicationis proferret.

Penès Anellum Palmerium Act. Assumptum.

SVMMARIVM.

1 AVthor *dolet, quod multoties fuerit requisitus ad patrocinium prestandum Clientibus, presertim ad Reorum defensionem postquam causę fuerint per iudicaturam vulnerata.*

2 *Occurrere in tempore prestat, quam post vulneratam causam remedium querere.*

3 Author *profitetur maximè elaborasse in reuocatione decretorum insinuāda, presertim in criminalibus.*

4 Capitulum Regn. *incip.* Vulgaris famæ proloquium, *non indixit nisi penam pecuniariam contra Officiales extorsiones committentes.*

5 *Officialis pecuniam fiscalem, vel priuatam subripiens, qua pena puniatur in Regno?*

6 *Officialis à spontè soluente recipiens in Regno, qua pena puniatur?*

7 *Officialis corruptus pecunia, posse à quocumq; deferri, quia crimen est publicum, non tamen pati. ur penam corporalem, sed pecuniariam.*

8 Camillus de Medices *laudatur.*

9 *Defensiones intra carceres non sunt danda Officiali inquisito de extorsionibus, pro quibus non venit imponenda pena corporalis.*

10 *Pena pecuniaria vbi venit imponenda, non debet Reus intus carceres se defendere, sed extra.*

11 *Barattarię crimen inter arduas, & capitales causas connumeratur.*

12 *Officialis inquisitus de Barattaria, ex qua pena priuationis officij venit puniendus, non se defendit intus carceres, sed extra carceres, prastita fideiussoria cautione.*

13 Offi-

13 *Officialis inquisitus de delictis, pro quibus pena pecuniaria venit imponenda, si non habet fideiussores pro se defendendo extra carceres, admittitur ad iuratoriam cautionem.*

14 Bouadilla *pro singulari. adducitur ad probandū, quod Officialis inquisitus admittitur ad se defendendum extra carceres, quando pena est pecuniaria, sed priuationis officij.*

15 Reg. de Pont. dec. 7. n. 31. & dec. 16. n. 1. *qualiter declarauerit* Cap. Regn. Vulgaris famæ proloquiū?

16 Cap. Regn. Vulgaris famæ proloquium, *An procedat quando agitur criminaliter, non ciuiliter.*

17 Cap. Regis Carol. II. Ad hoc volentes, *An immutauerit dispositionem* Cap. Vulgaris famę proloquium.

18 Affl. in Constit. Regn. Officiales Reipublicæ *redarguitur* à Reg. de Pont. *eò quod non benè percepit intellectum* Cap. Regis Carol. II. Ad hoc volentes.

19 Author *se alias defensurum* Afflictū *ab obiurgatione* Reg. de Pont. *in sede indicata, pollicetur.*

20 Cap. Vulgaris famæ proloquium, *expressè de crimine agit, quando intentatur criminaliter.*

21 Reg. de Pont. *obiurgatur ab* Authore *in intellectu*, Cap. Vulgaris famæ proloquium.

22 Bartholomeus de Capua *laudatur.*

23 *Legislator vbi voluit, dixit, vbi voluit, omisisse dicendum est.*

24 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*

25 *Statuta non recipiunt extensionem de persona ad personam, nec de casu ad casum.*

26 *Statutum quod non dicit, nec nos dicere debemus.*

27 *Pęna limitata quoad causas, & personas, personam, & casus non egreditur.*

28 *Pęna imponi non debet, nisi à lege, vel statuto imponatur.*

29 *Odiosa, & pęnalia non ampliari debent, sed restringi.*

30 *Lex posterior certam pęnam imponēs, an videatur auferre alias ab anterioribus legibus indictas, quando de ijs non fit mentio.*

31 *Statutum, seu lex posterior, quando aliquid addit, vel detrahit, an censeatur anteriori legi derogasse?*

32 Camillus de Medic. cons. 143. n. 14. *qualiter intellexerit* Cap. Vulgaris famæ proloquium, *quoad pęnarū derogationem.*

33 *Pęna quę fuerit indicta de iure communi contra Officiales extorsiones committentes.*

34 Reg. de Pont. dec. 16. n. 2. *quid senserit de pęnis abrogatis in Regno contra Officiales extorsiones committentes.*

35 *Coniecturis non est opus in claris.*

36 Rex Robertus *vocatus alter Salamon Sapientissimus.*

37 Rex Rogerius *intuitu pietatis pęnas Officialibus negligentibus diminuit.*

38 Cap. Vulgaris famæ proloquium, *fuit diuersimodè interpretatum circa pęnas infligendas Officialibus inquisitis de extorsionibus.*

39 *Lex licèt dura, seruanda est.*

40 *Lex limitatè loquens, limitatum producit effectum.*

41 *Officiales inquisiti de extorsionibus, qualiter fuerint puniti secundum diuersitatem factorum.*

42 Reg. de Pont. dec. 16. n. 32. *adducitur ad intellectum* Cap. Vulgaris famæ proloquium *quoad pęnas infligendas Officialibus inquisitis de extorsionibus.*

43 *Officij priuatio vbi non venit imponenda, nequidem suspensio ab eo lite pendente participare potest.*

44 *Conditionis deterioris esse non debet, qui est in casu dubio, eius qui est in casu certo.*

45 *Priuatio alicuius iuris, vel rei, non est imponenda, nisi in casibus specialiter*

ter à iure expressis.

46 *Strictè procreditur in causa remotionis ab officio.*

47 *Remotio ab officio est dedecus.*

48 *Amouere aliquem à loco, est grauem iniuriam inferre.*

49 *Priuatio An detur in officiis emptis.*

50 *Officia empta, An subiaceant priuationi ob delictum, controuersum est.*

51 *Suspensio ab officio ante litem contestatam, vt procedat, debet præcedere instantia Fisci.*

52 *Officialis vt ab officio suspendatur, quæ concurrere debeant.*

53 *Suspensio Officialis, quod sit deneganda ante litis consestationem, defendit* Camill. de Medic. cons. 193. n. 1.

54 *Tutori allegato suspecto debet interim administratio interdici.*

55 *Officialis delinquens in officio, siue eius intuitu, An ad instar tutoris sit interim ab officio suspendendus.*

56 Camill. de Medic. *irruit contra* Dom. Præs. de Franch. dec. 8.

57 Dom. Francisc. Merlin. *Sac. Consil. Præses laudato* Dom. de Franch. in dec. 8. *improbat* Camill. de Medic.

58 Author *suum suspendit calculum vtrum* Camill. de Medic. *vel* D. Præs. Merlin. *rectius senserint in casu proposito.*

59 *Fisci instantia debet de necessitate præcedere ad finem, vt procedat suspensio Officialis ante litem contestatam.*

60 *Iurisdictio attributa ratione certa qualitatis, si de ea non constet, deficit.*

61 *Qualitas requisita certo tempore, si non interueniat, non sufficit si postmodum superueniat.*

62 *Suspensio officij, Officiali inaudito non potest procedere.*

63 *Inauditum, & incitatum condemnare, vel quoquomodo contra ipsum procedere, repugnat iuri diuino, & naturali.*

64 *Reus in quolibet Indicio etiam Summario, & exequutiuo ante omnia audiri debet.*

65 *Condemnandi non citatum, nulla datur potentia.*

66 *Auditus in Iudicio nemo dicitur non dato termino ad se defendendum iuxta Iudicij qualitatem.*

67 *Causarum merita, partium assertione panduntur.*

68 *Suspensionis in Iudicio debent dari capita inquisito adhoc, vt valeat summatim se defendere.*

69 *Practica quæ sit audiendi inquisitum aduersus capita suspensionis ab Officio, ex mente* Reg. de Ponte.

70 *Iudicia duo fiant aduersus Officialem Inquisitum, vnum summarium ad finem suspendendi, alterum plenarium ad finem condemnandi, & n.* 78. & 79.

71 *Iudicium consistit ex Iudice, Actore, & Reo.*

72 *Reus nemo efficitur ex simplici delatione.*

73 *Decisio ex solo libello manere potest.*

74 *Causæ cognitionem quæ desiderant, per libellum expediri non possunt.*

75 *In Iudicijs quasi contrahitur.*

76 *Substantia Iudicij deficit, deficiente vna ex personis, ex quibus formatur iudicium.*

77 *Officialis inquisitus debet audiri in iudicio suspensionis.*

80 *Decretum latum contra solitum stylũ Curiarum, dicitur nullum.*

81 *Pena in Regno non debetur, siue sit apposita dationi quantitatis, siue adimplemento facti, nisi quatenus interesse concurrat.*

82 *Vsus longæuus causarum potest allegari pro iure.*

83 *Stylus pro lege est seruandus, etiamsi in contrarium esset iuris dispositio.*

84 *Officiales inquisiti de delictis intuitu officij, non debent suspendi, nisi delicta sint grauia,* n. seq.

86 *Incommoda multa oriuntur ex remotione Officialis ab officio.*

87 *De-*

87 *Dedecus oritur ex remotione officii, quia agitur de fama, & de toto asse.*
88 *Iure permittente quod fit, penam non meretur.*
89 *Licito iure quod fit, bona fide presumitur factum.*
90 *Dolus, & mala fides non presumuntur.*
91 *Bona fides non presumitur, quando dolus, aut mala fides concludenter non probatur.*
92 *Dolus manifestis inditiis probari debet.*
93 *Pretor de modicis non curat.*
94 *Leuis percussio non continet delictum.*
95 *Cautio de non offendendo non dicitur rupta ex leui percussione.*
96 *Offensio leuis non dicitur deducta in stipulatione de non offendendo, etiãsi generaliter fuerit prouisum non offendere.*
97 *Offensio medica non est in consideratione.*
98 *Vulnusculum non habet in se delictum.*
99 *Percussio leuis non dicitur damnum inferre.*
100 *Testes odiosi, & inimici repelli debent.*
101 *Testes odiosi, & inimici, nequidem probant in crimine lese Maiestatis.*
102 *Testes deponentes ad se exonerandos, non probant.*
103 *Testes habentes interesse bursale, vel ex causa honoris, non probant.*
104 *Testes deponentes post factas fides priuatas de eo quod deponunt, non probant.*
105 *Dubia in re, certum quid determinare, graue est.*
106 *Termino à iure statuto, nemo debet fraudari.*
107 *Fundamento destructo, corruit edificium.*
108 *Spontanea comparitio omnia diluit indicia.*
109 *Inquisitio à maleuolis capta, prosternenda est.*
110 *Malignis delationibus, aures non sunt prebendę.*
111 *Vitari quę debeant in indicijs.*

ARGVMENTVM.

Officialem inquisitum de delicto in officio, siuè ipsius intuitu commisso, pro quo pecuniaria pæna venit imponenda, vel priuationis officij, non esse intus carceres audiendum, sed extra, Nec interim ab officio, seu beneficio suspendendum, dùm corporali pęna plectendus est.

Cap Regni Vulgaris famæ proloquium exornatur, ac genuinus, & germanus intellectus ab *Authore* adducitur, nempè ex eius dispositione, nulla pæna corporali Officiales delinquentes in officio venire plectẽdos, neq; tacitè, neq; expressè, sed tantùm corporalem pęnam fuisse indictam; quiduè fuerit statutum per *Cap. Ad hoc volentes* abundè exaratur, nec rectè percepisse *Capituli* prædicti, *Vulgaris famæ proloquium* intellectum, *Regentem de Ponte dec. 7. n. 16.*, sustinentem pęnam corporalem nõ fuisse

ſe ſublatam; Nam in contrarium plura adnotantur, ex quibus veritas ſecerni poteſt, & nedum attentis verbis Capituli præcitati, verùm etiam expenſo placito *Camill de Medic* famigerati ſua tempeſtate cauſarum Patroni *conſ.* 143. dilabi dicta *Regentis de Ponte* viri alioquin doctiſsimi, inſinuatur, quibuſq; in caſibus, & delictis locum ſibi vindicare queant eius dicta, apertè commonſtratur.

Suſpenſionem ab officio non poſſe procedere, niſi ex delictis priuationis pæna ſit indicta, & dato caſu, quod ſuſpenſio locum ſibi vindicare queat, non aliter decerni poſſe, niſi ante litem conteſtatam, quodque Fiſci inſtantia præcedat, Ac pariter quod in Iudicio ſuſpenſionis Inquiſitus audiatur, ſibiq; dentur capita ad finē percunctandi, & ſe defendendi, quę requiſita neceſſariò interuenire debent, aliàs nullitatis labem non euadere decretum ſuſpenſionis, Duo namq; fiunt Iudicia in eiuſmodi caſibus, Vnum ſummarium ſuſpenſionis, Alterum plenarium condemnationis, in quibus licèt diuerſo modo, Inquiſitus iuxtà Iudiciorum qualitatem perneceſsè audiēdus eſt, ad hoc vt ſuas inſtruere, & parare queat defenſiones, Itaque paſsim practicatum non pauca adducuntur; Et qualiter *D. de Franch. dec.* 8. impugnatur à *Camill. de Medic. conſ.* 143. *&* *Camillus* ipſe à *D. Præſ. Merlin.* accuratè indicatur.

Lex poſterior, ſiuè ſtatutum, addat, ſiuè minuat præcedētibus legibus, & ſtatutis, An cenſeatur abrogare pænas inibi contentas, nulla facta expreſſa ipſarum mentione, quique DD. dubiam valdè eiuſmodi theſim exiſtimauerint, qualiterque definierint, non inconcinnè ponderatur. Aliaq; plura notabilia coaceruantur.

PRO

PRO

Honuphrio Puzo Capitaneo Grassiæ Prouinciarum Aprutij,

CVM

Regio Fisco Regalis Patrimonij.

RESPONSVM II.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

DElato Honuphrio Punzo Capitaneo Grassię Prouinciarũ Aprutij (quod sanè officiũ prætio mediante habuit à Regia Curia) de assertis extorsionibus per ipsum, eiusq; substitutos, à nonnullis Vniuersitatibus, seu particularibus, de quibus (spontè sua) nulla præuia Excellentissimi Regni Proregis ordinatione, neq; Regiæ Cameræ Sũmariæ Prętorij commissione; Reum facere fategit prędfatum Honuphriũ Pręses Prouincię, quò cum, ratione sui officij exempti ab ipsius Pręsidis, Regiæq; Audientiæ iurisdictione ex peculiaribus instructionibus, non semel contendere, vel inuitùs; quinimò prouocatus, atq; lacessitus coactus est, transmissaq; informatione ad Regiam Cameram, eaq; commissa Regio Consiliario, eiusq; Regiæ Cameræ Pręsidenti Domino meo Io. Baptistæ Amendola, transmissaque citatione ad informandum, præfato Capitaneo, qui spontè sese exhibuit, manauit decretum eiusdem Regiæ Camerę de mense Septembris currentis anni, quo mediante fuit illi *impertitus terminus ad se defendendũ intus carceres, & interim quod suspendatur ab officio, & beneficio.*

Cum modò in gradu reclamationis, siuè per viam nullitatis iterum de re sit agendum, enitar notoriam iustitiam Clientis, qui meam operã, meumq; patrocinium (iuxtà morem
1 Inquisitorum ab illo sanè die, quo *Me* in ijs defendendis exhibui, quẽ sanè exprobatum habeo, cùm sim edoctus ab Imperialibus Constitutiónibus *in l. 1. C. quan. liceat vnicuiq; sin. Iudic. se vindicar. & in l. fin. C. in*
2 *quib. caus. in integr. restitut. non est necess. Melius esse in tempore occurrere, quam post vulneratam causam exitum*
3 *vindicare.* Mihiq; conscius sum quot sustinuerim labores ijs in patrocinijs, præsertim Ad Reorum defensionem, quæ ab alijs initiata infelicem sortita fuerunt euentum, ad occurrendum determinatis casibus, & iure merito, Nam vti *Vates* cecinit,

Sed reuocare gradus, Hoc opus, hic labor est.

Itq; expertus loquar, nonnullos vidi, & agnoui, faciles præbentes aures, vulgari theoremati, quo habetur multa facta sustineri, quæ à principio fieri nõ debuissent, cuius theorematis germanum sensum an rectè perceperint, Ipsi videant; Non enim modò præbet occasio, vt de hoc verba faciam post interpositionem decreti prædicti efflagitauit) breuibus insinuare.

Initium indè facimus, quod tangit primam partem decreti de de-

ſenſionis termino impertito intùs
4 carceres; Nam cum de iure Regni
per *Capitulum Regis Roberti*, incip.
Vulgaris fama proloquium pro extor-
ſionibus Officialium non alia fuerit
inflicta pæna, niſi pecuniaria, tàm
5 ſi pecuniam fiſcalem Officialis ſub-
ripuerit, ſeù ſubtraxerit, quo caſu
nonuplum debet ſolui, ibi, *Si Officia-
lis fiſcalem pecuniam ſubripuerit, ſeu
ſubtraxerit, nonuplum Fiſco noſtro cõ-
ponat, arbitrio tamen noſtro, eius mo-
noratione ſeruata*, quam etiam ſi à
priuatis ibi, *Si autem à priuatis ſuper-
exegerit illicitè, ſi violenter quadru-
plum: non accedente violentia, duplum,
tamen, in omni caſu ſimplifiat reſtitu-*
6 *tio læſo. Si verò recipiat à ſpontè ſoluẽ-
te, ſi præcedat. concuſſio, plectatur qua-
druplo; de quo ſimplum concuſſo redda-
tur. Et in hoc caſu hæc pecuniaria coer-
ctio, quæ ex faciliori exactione plùs
exemplum timoris adducit, ex certa no-
ſtra ſcientia loco extraordinaria coer-
ctionis accedat*, quod obſeruauit *Afflict.
in Conſtit. Corruptela n.1.* inquiens li-
7 cèt crimen ſit publicum, & Officialis
corruptus pecunia poſſit à quocum-
que deferri, non tamen patitur pæ-
nam corporalem, ſed pecuniariam,
& de *Affl.* memor fuit *Camill. de Me-
8 dic.* inſignis doctrina, & facundia ſua
tempeſtate Cauſarum Patronus *cõſ.
143. n. 11.* verſ. *Tamen ſecus.*

Indè fit quod nequit ſuſtineri de-
cretum, quo fuit ordinatum intùs
9 carceres ſe defendere debere prædi-
ctũ Honuphrium, ſecundùm *Amod.
de Syndicat. n. 185.* verſ. *Sed Dominus*,
inquiens fuiſſe de mente *Bald. in l.
obſeruare*, §. *proficiſci, ff. de Offic. Pro-
conſul. Auguſtin. Dulcet. de Syndic. n. 2.*
poſt *Dec. in d.* §. *proficiſci, Auiles in
cap. 3. Syndicatus Gloſ. Pregonar. n. 21.*
10 Ea nempè ratione, quia pæna eſt
pecuniaria, de quo ſunt iura *in l. 1. et
l. Diuus Pius, ff. de cuſtod. reor. l. 1. C.
eod. l. minimè, C. de appellat.* & adeſt *l.
l. Regia 4. tit. 19. par. 7.* quibus innixus
Bouadill. in Politic. lib. 5. cap. 1. n. 106.
hanc ſuſtinet ſententiam, Delicta
etenim Officialium quando non sũt
11 ardua, & capitalia, etiam quod Ba-
rattariæ crimen illi imputetur, quod
inter maximas, & capitales cauſas
connumeratur, ac etiamſi officij pri-
12 uatione ij eſſent puniendi, carcera-
tioni aduerſus eos non eſt locus, ſed
extra carceres audiri debent præſti-
ta fideiuſſoria cautione, ſicuti ſentit
*Amod. de Syndic. n. 106. Bal. in ſimili
tract. n. 6. Caſtal. n. 292. Ioſeph Cum. in
prax. de Syndicat. cap. 11. n. 8. & ſeq.
Caualcan. de Brach.* Regal, *par. 5. n. 95.
Cancer. variar. reſol. par. 3. cap. 12. n.
17. Maſtr. de Magiſtrat. lib. 6. cap. 2.
n. 40. Baiard. ad Iul. Clar. quæſt. 46.
n. 42.* inſignis *Farin. in prax. crim.
quæſt. 33. n. 54. & 55.* ſubdens eò ma-
gis prædicta procedere, ſi ex proba-
tis venirent Officiales pæna pecu-
niaria coercendi,

Quæ adeò veritate nituntur, vt
Auiles in d. cap. 3. Iudic. Syndicat. Gloſ.
Pregonar. n. 2. aſſeruerit, quod ſi Of-
13 ficialis nõ reperiat fideiuſſores, ſuf-
ficeret cautio iuratoria, & pro indu-
bitato admittit *Maſtr. d. cap. 2. n. 40.
in fin.* poſt *Becc. conſ. 1. per tot. Berart.
in Specul. Viſitat. cap. 7. tit. De ſuſpenſ.
& carcer. Official. penden. inquiſit. n.
18.* Mihiq; (præ cæteris) arridet *Bo-
14 uadill. in Polit. lib. 5. cap. 1. n. 106.* vbi
adducto *Amodeo loc. cit.* hæc protulit
verba, *Y por eſta dotrina ſe mueben
los Iuezes de reſidencia nò bien conſide-
rados à prender facilmente à los Corre-
gidores: lo qual no deuen hazer, ſegun
las leyes Reales, como queda dicho, y por
cohechos tampoco, pues la pena dellas es
pecuniaria, y de priuacion de Officio:
para la qual bien aſſecurado eſtà al
Corregidor con las fianças, que tienen
dadas, y con el abono de ſu perſona, y
hazienda, Però quando huuieſſe el Cor-
regidor cometido algun delito capital, y*

nò

nò hauiesse dado flanças, ni las diesse, podria ser encarcelado, &c.

Non me fugit ex Aduerso posse adduci *Reg. de Pont.* placitum in *dec. 7. Collat. Consil. n. 31.* vers. *Circa abolitionem*, & latiùs *dec. 16. n. 1.* vbi inquit *Cap. prædictū Vulgaris fama pro-*
16 *loquium* locum sibi facere quando proceditur ciuiliter, & ad pænam pecuniariam, secùs verò quando criminaliter, adducens pariter ad id probandum *Capitulum Regis Caro-*
17 *li II.* incip. *Ad hoc volentes*, vbi reseruantur pænæ corporales ibi, *Præter corporales pænas eis pro nostro arbitrio infligendas*, irruens contra
17 *Affl. in Cōstitut. Officiales Reipublicæ*, eò quod non benè percepit *Capitulum* prædictum, quodq; ità pluries extiterit iudicatum.

Mihi verò (licèt alias pleniori calamo materiam funditùs degustaturo) quamplura suppetant pro defensione *Affl.* eiusq; Assectarum, inter
20 quos emicat *Camill. de Medic. d. consf. 143. n. 11.* Tamen (quatenus præsenti imcumbimus patrocinio) satis erit asserere in *d. Cap. Vulgaris fama proloquium*, fuisse in specie actum de crimine, ibi, *Maximè vt crimina clareant*, & iterum *in princip.* ibi, *Et pænas ob maleficia solui*, nec alia impo-
21 sita fuit pæna, nisi pecuniaria, quò fit vt non benè adstruxerit *Reg. de Ponte* (pace tanti viri apud *Me* semper extollendi dixerim) *d. decis. 7.* quod *Capitulum* prædictum locum sibi vendicat quādo agitur ciuiliter, non autem criminaliter, nam dùm expressa fit mentio in *Capitulo*, quod
22 manauit per *Bartholomeum de Capua* virum perdoctum, suaq; tempestate Celeberrimum Iureconsultum, de crimine, & imponitur pæna pecuniaria, vtiq; si voluisset *Rex Robertus*, quod criminaliter etiam procedere-
23 tur, dixisset, & sic facit regula *tex. in l. 1. §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen.* Vbi voluit Legislator dixit, vbi noluit omisit, *Crau. consf. 6. n. 97. & ex l. non dubium*, C. *de legi. Rol. à Vall. consf. 29. n. 22. lib. 4.* & quod
24 non dicit *Capitulum*, nec nos dicere debemus, *l. si seruū, §. non dixit Prætor, ff. de acquir. hæred. l. illam, C. de collatio. Marc. Anton. Eugen. consf. 76. n. 163. vol. 1.* Et cum statuta debeant
25 strictè interpretari, non recipiunt extensionem, de vna persona ad aliam, nec de casu ad casum, *Ceph. consf. 59. n. 26. tom. 1. Eugen. consf. 18. n. 53. consf. 45. n. 34. & consf. 85. n. 9. lib. 1. Alciat. resp. 326. n. 1. Rom. consf. 92. n. 3. Rol. à Vall. consf. 24. n. 9. lib. 3. Scribentes in Auth. Quas actiones, C. de sacrosf. Eccles. Abb. in cap. 1. n. 31. de postulat. Prælat. Conarr. lib. 1. variar. cap. 11. n. 5. Vasq. de success. creat. §. 21. n. 120. Ceph. consf. 146. n. 22. & consf. 138. n. 49. tom. 1.* inquiens quod non de-
26 bemus dicere, quod non dicit statutum, quibus se subscribit, *Reg. Valenz. consf. 74. n. 83. & seq. lib. 1.*

Nec debet procedi per subauditos intellectus, sicuti ad suam fundandam opinionem nititur *Reg. de Pont.* nam repugnat *tex. in cap. pænæ 7. de pæniten. dist. 1.* ibi, *Atq; ideò proprium casum non excedūt*, cuius in hoc argumento vtitur *Siman. in Catholic. institut. tit. 64. n. 92. Bal. in l. 1. n. 7. C. de secun. nupt.* dicens, quod
27 pæna quoad personas, & casus limitata personam, & casus non egreditur *Gregor. Lopez in l. 2. tit. 2. par. 7. glos. 10. quæst. 2. & glos. 11. Ferrett.*
28 *consf. 230. n. 9.* Nec pæna imponi debet, nisi exprimatur à lege, vel statuto ad *Glos.* singularem *in cap. pen. de iur. patron.* quod *Abb.* & omnes ibi sequuntur, *Caballin. milleloq. 184. par. 1. Guid. Pap. sing. 345. §. in odiosis, Socc. in l. cū Senatus n. 5. ff. de reb. dub. Menoch. lib. 6. de præsump. 4. n. 33.* Eò
29 fortiùs, quia sumus in pænalibus, & odiosis, quæ non debent ampliari,

C 2 sed

sed restringi, *cap. in pœnis de regu. iur. in 6. l. factum cuiq; §. in pœnalib.* vbi *Dec. & Cagnol. ff. eod. tit. Ias. in l. cum quidam, ff. de liber. & posth. n. 10. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 51. n. 12. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 6. cas. 502. n. 74. Reg. Valenz. cons. 91. n. 43. & seq. lib. 1.* vbi ait id esse generale in odiosis.

30 Præterquamquod: theorema illud in controuersiam deductum, quando lex posterior certam pœnam imponit, siue maiorem, siue minorem, quod aliæ pœnæ statutariæ, siue à iure communi impositæ sint sublatæ, vti affirmat *Clar. in pract. crim. quæst.* 85. vbi plures de communi attestantes congerit, & quod ità in practica seruatur, de quo *Menoch de recuper. possess. remed. 9. n. 386.* vbi arduam quæstionem præconizat, & Cæsarea indigere decisione tradit, attamen *n. 393. & de arbitrar. Iudic. lib. 2. cen-*

31 *tur. 4. casu* 342. tenet, quod quando statutum, vel lex posterior, aliquid addit, vel detrahit, sicuti in thesi nostra, censeatur anteriori legi derogatum, arg. *l. iure ciuili, ff. de iust. &*

32 *iur.* id quod adamussim ingeniosè tradit *Camill. de Medic. d. cons.* 143. *n. 14* tradens quod dum fuit tantùm imposita pœna pecuniaria dupli, tripli, vel quadrupli per *d. Capitulum* pro extorsionibus Officialium; licèt

33 de iure communi ex lege Iulia Repetundarum esset pœna extraordinaria exilij, vel durior, iuxtà delicta ad *tex. in l. 3. §. hodie, ff ad leg. Iul. Repetund.* verius erit asserere non posse de hoc crimine criminaliter procedi, sed tantùm ad pœnam pecuniariam, quæ vti verba *d. Capituli* innuunt, *Ex faciliori exactione plus exẽplum timoris adducit loco coerctionis extraordinariæ*, quàm veritatem sentiens *Reg. de Pont. d. dec. 16. n. 2.* vers. *Ex quibus*, adducto *Menoch. locis modo allegatis*, vt præposito theorema-

34 ti occurreret, inquit *Regem Robertum in d. Capitulo* noluisse abrogare pœnas corporales contra Officiales extorsiones committentes, per alia iura inflictas, sed tantùm declarasset, quod vltrà illas pœnas, pecuniarum coerctionem superaddidit.

35 At fumus in claris, nec locus est coniecturis, *l. continuus, §. cum ille, ff. de verb. oblig. Caph. cons. 28. n. 55. vol. 1. & cons. 239. n. 14. tom. 2. Christoph. de Castellion. cons. 29. n. 12. Reg. Valenz. cons. 5. n. 54. lib. 1.* & redit obiectum à Nobis propositum *hoc eod. respons.* vers. *Mihi verò*, quod vbi voluit dixit, vbi noluit omisit; Et magis: cur non potius sit dicendum *Regem Ro-*

36 *bertum* Sapientissimum, qui alter Salamon vocabatur, quiq; Capitulum illud edidit, voluisse ex suæ serenitatis clementia criminales pœnas protinùs delere, ciuilibus tantùm, siue pecuniarijs in robore permanen-

37 tibus? sicuti *Rogerium Regem* alias effecisse Nos edocet *Constitutio* per ipsum edita *sub tit. de Official. Reipub.* incip. *Officialis qui sua negligentia*, qua minuitur pœna Officiali, qui sua negligentia bona publica deperire, vel minui permisit. *Et hoc* (inquit *tex. Constitutionis*) *aspectu Regię pietatis.*

Id quod ex eodemet *Reg. de Pont. d. dec. 16. n. 7.* haud obscurè elicimus; Ipse etenim dùm satis, superq; elaborauerit ad insinuandum, quod *d. Capitulum Vulgaris famę prologuium* non excluserit pœnas criminales per

38 alia iura indictas, ità fatur, *Est benè verum, quod hoc Capitulum fuit interpretatum, & obseruatum diuersimodè propter varietatem personarum, & factorum; & sic vidimus, & videmus in dies Officiales condemnari, aliquos ad pęnam pecuniariam tantùm, & alios ad corporalem tantùm, & alios ad vtramque pœnam, prout religioni iudicantis, eiusq; arbitrio meliùs visum fuerit.* Igitur non ex vi dispositionis *Capituli*

Vul-

Vulgaris famæ proloquium, oritur, quod criminaliter agatur pro extorsionibus Officialium, nam vtique illa
39 lex esset seruanda ad vnguem, licèt dura, ad *tex. in l. prospexit, ff. qui, & à quib.* dummodò sit adaptabilis ad casum, *l. non solum, §. qui principium, ff. de excusat. tutor. Florian. de Sancto Petro in l. Prætor ait, §. quod autem n. 8. ff. de alea vsu, & aleator.* At in re præsenti limitatè loquitur *Capitulū prædictum* de pœna pecuniaria, non
40 de corporali; nimirum igitur si limitatū producit effectum, *l. in agris, ff. de acquir. rer. dom. l. cum sermo in princ. ff. de contrahen. empt.* vbi *Bald. l. cancellauerat, ff. de his quę in testam. delent.* Reg. *Valenz. cons. 92. n. 92. &*
41 *seq. lib. 1.* Sed tantùm ex diuersitate factorum, & personarum, vndè in *d. dec. 16. n. 32.* inquit *Reg. de Pont. Marchionem Padulæ Dohanerium Menepecudum Apuleę apparuisse, quod ob eius malam administrationem omnia fecit venialia, omnia posuit in deprędationē in damnum Regij Fisci, ac populorum, quodq; tam rigidus, & infestus erat omnibus, vt nemo auderet coram ipso comparere, & tamen non fuit condemnatus, nisi ad suspensionem Officij per triennium, quo finito, ad illius administrationem non redeat; sed vendatur in ipsius beneficium.*

Quo verò ad alteram partem decreti continentis suspensionem ab officio, & beneficio, nullitatis labem non euadere, haud hæsitandum venit ex multis; nam cum nulla priuationis officij pœna veniat imponenda contra Officiales inquisitos de extorsionibus, ex *d. Cap. Vulgaris famę proloquium*, sed tantùm pœna pecuniaria sit indicta, vti modò ponde-
43 rauimus, & sic dùm per sententiam non potest cadere officii priuatio, nequidem pendente lite cadere potest interdictio administrationis, ne
44 sit deterioris conditionis, qui est in casu dubio, quàm qui est in casu certo, ad *tex. in l. ordinata, C. de liberal. caus. Bart. in l. quod si fortè, §. sunt quidam sub n. 5. ff. de solut. & in l. si tutor n. 3. ff. de suspect. tutor. D. de Frāch. dec. 8. n. 2. Gram. cons. crim. 10. n. 3. Caball. resol. crim. centur. 1. cas. 76. n. 3. & 7.* Reg. *de Pont. cons. 22. n. 3. in fin. Illust. March. Belmon. ad Constit. Statuimus n. 38. de Offic. Magist. Iustitiar.* Reg. *Rou. dec. 36. n. 25.* vers. *His omnibus, Consiliar. Georg. alleg. 42. n. 21. & seqq. Cancer. variar. resol. tom. 3. cap. 12. n. 212. D. meus Præs. Merlin. in 2. forens. cap. 28. n. 12. Borgnin. Caualcan. de tutor. & curator. n. 19.* quod non negauit *Reg. de Pont. d. dec. 7. n. 13.* vers. *Ex aduerso*, ibi, *fatendo pro nunc decisiones, & conclusiones ex aduerso factas, quod vbi non datur priuatio, nō detur interim suspensio*, benè *Camill. de Medic. cons. 143. n. 5.* vbi inquit
45 priuationem alicuius iuris, vel rei, non esse imponendam, nisi in casibus specialiter à iure expresis, ex ijs quæ fusè exarauit *Tiraq. in repet. l. si vnquam*, verb. *Reuertatur n. 249. C. de reuoc. donat. Osasc. dec. Pedem.* 147.
46 *n. 4.* præsertim in materia remotionis ab officio, in qua strictiùs proce-
47 ditur, cum remotio sit dedecus, secundùm *Glos. in l. Centurio testamento in fin. ff. de manum. testam.* Amoue-
48 re enim aliquem à loco, est grauem iniuriam inferre, *l. fin.* ibi, *Qui dignus tali nota videbitur, ff. vbi pupil. educar. debeat, l. 2. §. ignominia, ff. de his qui notāt infam. & l. hęc enim, ff. de suspect. tutor.* cum alijs plenè adductis per *D. Larr. dec. Granaten. 2. n. 9. & Reg. Sanfel. in prax. iudiciar. sect. 3. n. 16. & seq.*

49 Præterquamquod: non defuere, qui asseruerunt in officijs emptis, inter quæ Officiū Capitaneatus Grassiæ præfati Honuphrij connumeratur, nullo iure, etiam ob delictum in eo commissum, induci priuationē, imò

imò contrarium esse sancitum, affertur communiter *Grau.cons.6. n.109. in fin.* quem ibi comprobat *Stracc. in Addit.* eũq; sequitur in officio principaliter, non ex gratia, sed prætio æquiualenti concesso, *Rol. à Valle cons.18. sub n.19. & sub n.21. lib. 3. Camill.de Medic.d.cons.143.n.7.* vers.

50 *Sed in officio* (quamuis non sim nescius, suos habuisse contradictores eiusmodi opinionem, vt etiam si daretur priuatio, non procedat in officijs emptitijs, nam ex multis illam improbat *Reg.de Pont. d.dec.7. n.33. & seq.* vbi respondet ad *Consil. Grauett.6. & Illust. Præs. noster Marchio Ramont in 2.forens. cap.30. n.6.* vers. *Nihilq; ad rem*, & ante ipsum *D.Reg. Ren.cons.104.n.14. lib.2.*) super quibus minimè disputare, sed tantùm indicare Cordi nobis est, vt dignoscatur quot sint obices ad priuationẽ officij inducendam, quasq; patitur controuersias conclusio simpliciter assumpta.

51 Rursus: nullum secernitur decretum quò ad suspensionem ab officio, & beneficio, quia non fuit intentatũ Iudicium suspensionis per Fiscum antè dationem termini, siue litem contestatam, quod est vnum de requisitis ad hoc vt decretum suspensionis legitimè procedat, secundùm *Affl.dec.357.n.6.* & approbat *D.Præs. March.Ramon. loc. proximè cit. Cancer.d.cap.12.n.214. Capiblan.ad prag. 5.de Baron.n.77.* & inter quatuor re-

52 quisita ab ipso exarata recenset *D. Præs.Merlin.d.cap.28.n.12.* vers. *Addit*, vbi id esse de mẽte alterius *Præsidis D.de Franch.d.dec.8.* tradit, licèt

53 *Camill.de Medic.d.cons.143.n.1.* vers. *Etenim*, validè sustinuerit suspensionem, siue administrationis interdictionem Officiali adhuc in Officio delinquenti, ante litem contestatam fieri non posse, ex originali doctrina *Angel.in l.quod si fortè, §. sunt quidã*, vbi etiam *Imola, ff.de solut. Affl.d.dec. 357.* quem *Addentes Neapolitani ad Bart.in d.§.sunt quidam*, allegant, & collaudant, *Syluest. Aldobran. in §. si quis post Ares.* ibi *sub n.5. Instit.de suspect.tutor.* asserens *Angel.* opinionem esse veram, & receptam, & *Affl.* allegato comprobat *Lancell. de attent. par.2.cap.5.tit.de attent.accusat.seu inquisit.penden. Anton Piagg.de tutor.& curat.quæst.final.n.11.* & de communi probat *Canal an.de tutor.& curator.n.19.* qui sanè Authores licèt de tutore verba faciant, attamen idem esse in Officiali fatetur *Camill. de Medic. d. cons. 143. n.2.* ex eo quod

54 de tutore suspecto postulato, quod lite pendente sit illi interdicenda administratio per *tex.* famigeratum *in l.eum quem, C.de suspect. tutor.& in d. l.quod si fortè* inferunt ad Officia-

55 les delinquentes in Officio, siuè ipsius intuitu, *Reg. Sanfel. dec.61.n.10. lib. 1.* ex theorica *Bartoli* communiter recepta in *l.libertus, §.in quæstionibus, ff.ad municip. D. Præs. Merlin. d.cap 28.n.9.* vers. *Est & alia*, qui adducit *tex.in l.2.post princ. ff. de Decurio.* & de iure canonico est *tex. in cap. Venerabilis de offic. delegat. & in cap. licet Hely, §. quia vero: de Simon, Faber in Cod.eius nominis lib.5.tit.25 de suspect.tutor.de fin.2. Paris de Put. de Syndic.* verb. *Accusatus cap. 1. n. 1. Cassan.ad Consuet.Burgun. tit.de Iustit.seu iurisdict.rubr.1.§.6.n.52.* alijque plures congesti à *D.Præsid.Merlin.loc.proximè citat.* ibiq; *Camill. de*

56 *Medic.n.3.* vers. *Igitur*, affirmat nullo modo de suspensione tractari posse antè litis contestationem (*Quicquid aliter dixerit, Præs.de Franch.in dec.8.*

57 *qui prædicta non allegauit*) & si non ignoremus *D.Præs.Merlin. d.cap.28. n.12.* vers. *Ego in fin. Præsid.de Franchis* dictum approbasse (*quicquid aliud sentiat Camill.de Medic. d.cons. 143. n. 2. & 3.* fidemque adstringit suam

suam *ità in praxi seruari*.)

58 Nostro igitur suspenso calculo (Vter tantorum virorum iustiùs in eiusmodi thesi comprobanda induxerit arma?) & si manus demus, non esse vetitum, Officialem intuitu Officij delinquentem suspendere ante litem contestatam, Quis negare auserit, Fisci instantiam ex præexaratis necessè esse, quod præcedat? quæ in casu nostro cū non interfuerit, agnoscens Dominus Fisci Patronus, ea qua præstat doctrina, & integritate, non esse iustum instare pro suspensione Clientis, certò certius est, quod decretum sustineri nequit, quia ante

59 omnia debebat constare de instātia Fisci, tāquam vno de requisitis qualitatibus tribuentibus iurisdictionē ad decernendam suspensionem pendente inquisitione, *Paul. de Castr. in l. cogi n.2. C. de petit. hered*, & est *tex. in cap. super literis de rescript.* vbi *DD. cap. si Clericus laicum de for. compet. l.2. §. sed si dubitetur, ff. de iud. Alex. cons. 1. n. 8. lib. 5. Franc. de Aretio cons. 163. n. 4. Gram. vot. 11. n. 7. Ioseph Sess.*

60 *respons. Syndicat. n.* 78. dicens quod quando alicui tribuitur iurisdictio in certo facto ratione alicuius requisitæ qualitatis, si talis qualitas non intercedit, non competit iurisdictio,

61 & si qualitas requisita certo tempore, non interueniat, non sufficit si postea superueniat, secundùm *Calcan, cons. 15. n. 23. Rota Rom. dec. 161. n. 2. par 3. lib. 3. Nouissimar.*

Corollariè tamen inferimus (citrà veritatis præiudicium) quod etiam si vltrò admittamus Fisci instantiam præcessisse pro suspensione Clientis, adhuc decretum nullum esse, anulari sanè digito indicamus, Nam processit inaudito Cliente in hoc su-

62 spensionis Iudicio contra *tex.* expressum *in l. de vnoquoq. ff. de re iud.* vbi *Glos.* vers. *Quos causa. l. nam adoptiuui, ff. de adopt. l. in causæ, §. causa cognita, ff. de minor. l. ea qua*, C. *quomodo, & quando Iudex l. defensionis facultas*, C. *de iur. fisc. lib. 10. l. fin. C. si per vim, vel aliò mod. cap. inter quatuor de maior. & obed. cap. cum ex literis, de rest. in integr. Alba. cōs. 68. lib. 2. Bar. in Extrauag. Ad reprimendum*, verb. *Sine figura n. 6. Afff. dec.* 245. *n.* 10. alijque

63 innumeri congesti à *Reg. Valenz. cons. 6. n. 6.* inquiens, *Nihil prejudiciale posse fieri, non citato eo de cuius preiudicio agitur, & n. seq.* vbi tradit repugnare iuri diuino, & naturali contra incitatum, & inauditum quoquo modo procedere.

64 Nec inficias iri potest; in quolibet Iudicio, etiam summario, & executiuo Reum esse audiendum, cum in

65 non citatum, nulla pateat condemnandi potentia, *cap. Nos in quemquā 2. quæst. 1. cap. Ecclesia Sanctę Marię, & ibi Glos. final. & Abb. n. 11. cap. Iudex cum seq. 2. quæst. 1. cap. 1. de caus. possess. & propriet.* vbi *Summus Pontifex* statuit, *Nec nos contra inauditam partē aliquid possumus definire*, vbi *Abb. in vltim. notab.* inquit *opus esse quod partes vocentur, aut audiātur prius quam aliquid statuatur Reg. Valenz. cons. 6. n. 8. & seqq.* vbi pulchrè, *l. inauditum filium ex interpretatione Budei, ff. ad*

66 *leg. Cornel. de Sicar.* Nec quis auditus dicitur, nisi dato termino ad se defendendum, iuxtà iudicij qualitatem, *l. fin. C. si per vim, vel aliò mod.* vbi habetur, quod causarum merita partium assertione panduntur, & cōmuniter tradunt *Scribentes in cap. quoniam contra de probat. & in l. prolatam, C. senten. fin. appell. rescind. non poss.*

Et ne longiùs abeam in eiusmodi vulgatis thesibus comprobandis, punctuatim afferentem adducimus *Reg. de Pont. d. dec. 7. n. 16.* per hæc verba alloquutum, *Est bene verum, vt in hoc iudicio suspensionis sic summario, debeat audiri Inquisitus, eique*

dari

dari capita, ex quibus suspensio prætē-
ditur, vt possit se summatim defende-
re, prout summariè de ea cognosci it post-
quam DD. dicunt, quod sit Iudicium
ità notabiliter Archid. in Canon. *vobis*
12. *quæst.* 2. Vtq; in praxi sic fuisse
seruatum ostenderet, subdit, *Et sic*
vtrumq; fuit decisum in hac causa, vi-
delicet audiendum esse inquisitum, &
dandam esse facultatem ad pereunctā-
dum capita, & scripturas omnes publi-
cas, quæ contra eum afferebantur. Hæc
Reg. de Pont. qui per prius eadem *dec.*
7. *n.* 18. tradidit, *Dum quis inquiritur*
70 *de delictis grauibus, duo fiunt iudicia,*
vnum summarium ad finem suspendēdi
durante inquisitione, & alterum plena-
rium ad finem condemnandi; Si igitur
fit iudicium ad finem suspendendi,
cui non fit obuium Iudicium consi-
71 stere ex Actore, Iudice, & Reo, vulg.
Cap forus de verb. signif. vers. *In om-*
ni, l. inter 62. *ff. de iudic. Grat. respons.*
10. *n.* 18. *lib.* 1. At hic deficit Actor,
quia Fiscus pro suspensione non in-
stetit, Deficit Reus, quia non fuit
72 auditus, Nam verè, & propriè nemo
Reus efficitur ex simplici delatione,
seu denunciatione, sed requiritur,
quod Inquisitus audiatur ad *tex. in l.*
Iudices, C. de Iudic. ibi *plena inquisitio-*
73 *ne discutere*, Nec ex solo libello, cu-
ius vicem sustinet informatio res de-
cidi potest; *l. nec quicquam*, §. *vbi de-*
cretum, *ff. de Offic. Procons. & legat.*
74 quæ enim causæ cognitionem desi-
derant, per libellum non expediun-
tur, *Parlador. lib.* 2. *rer. quotidianar.*
cap. fin. par. 5. §. 2. *n.* 1. Idq; constat ex
vulgata regula iuris *in l. omnia quæ-*
cumq; 72. *ff. de regul. iur. Io. Faber in*
§. *omnium, Instit. de pen. temer. litigant.*
Igitur deficit substantia Iudicij, &
decretum suimet macerie dilabitur,
ad pulchrè tradita per *D. de Franch.*
dec. 245. *n.* 3. post *Ang. cons.* 334. *in fin.*
Alber. in l. pen. ff. quæ senten. sin. appell.
rescind. Vant. de nullit. tit. Ex defect. iu-
risd. ordinar. n. 106. & idem *D. de*
Franch. d. dec. 245. *n.* 3. eam expendit
75 rationem, quia in Iudicijs quasi cō-
trahitur, *l.* 3. §. *de illo, ff. ad exhiben.*
76 vndè dùm deficit vna ex personis,
ex quibus formatur Iudicium, cum
qua induceretur quasi contractus,
deficit ipsius essentia, & corruit iudi-
cium, & sententia, secundùm quæ
fuisse iudicatum, refert *D. de Frāch.*
77 *loc. cit. in fin.* & adducto *D. de Ponte,*
esse audiendum Officialem in Iudi-
cio suspensionis, fidem præstat ma-
gnus practicus *Reg. Sanfel. dec.* 61. *n.* 4.
par. 1. hac verborum contextura, *Ex*
78 *quibus inoleuit praxis relata per D. de*
Pont. in d. dec. 7. *n.* 15. vers. *Quod dum*
quis inquiritur de delictis, vt dum quis
inquiritur de grauibus delictis, duo fiāt
iudicia, Vnum summarium ad finem
suspendendi durante inquisitione, &
alterum plenarium ad finem condem-
79 *nandi*; Et paulò post *eod. n.* 4. inquit
Et sic DD. reassumunt communiter,
subdens, *Esse audiendum Reum in hoc*
Iudicio summario suspensionis, & dan-
da esse capita, ex quibus prætenditur su-
spensio cum facultate ad percunctandū
vnà cum scripturis, & ità obseruatum
fuit.

Vt ex dictis duorum Regentium
magnæ doctrinæ illud quoq; emer-
gat, decretum nullitatis macula no-
tari eò quod contra inconcussam
praxim Tribunalium manauit, dùm
inquisitus non fuit auditus aduersus
suspensionem, nec data fuerunt ca-
pita ad se defendendum, & sic de-
cretum latum secernitur contra soli-
80 tum stylum Curiarum, quod nullum
redditur *l. final. in fin.* ibi, *Mos iudicio-*
rum, qui hactenus obtinuit, in posterum
seruetur intactus, C. de iniur. l. si de in-
terpretatione cum l. seq. incip. *Nam*
Imperator, ff. de legi. ibi, *Consuetudi-*
nem, aut rerum perpetuò similiter iudi-
catarum authoritatem, vim legis obti-
nere debere, quem *textum* ad hoc
om-

omnium optimum tradit *Falin. in cap. in causis n.8.* vers. *Ad hoc de reiud. l. Labeo 21. ff. de manum. testa.* ibi, *Morem obtentum in similibus*, secundùm *Gloss* ibi, verb. *Agentium*, vndè Sacrū Regium Consilium apud *Affl. dec. 135. n. 3.* conformauit se stylo, vt non
81 teneatur quis ad pœnam, siue sit apposita dationi quantitatis, siue ad implemētum facti, nisi quatenus interesse cōcurrat, & *Affl. dec. 253. n. 4.*
82 inquit longæuum vsum causarum posse allegari pro iure, *Fontanell. dec. 420. n. 11. & seq. Gonzal. ad regu. Cancellar. Glos. 6. n. 210. & Glos. 7. proem. n. 136. & seq. Rot. Rom.* apud *Sanctiss. dec. 126. n. 2. & dec. 484.* insignis *D. Larr. dec. Granat. 41. & 47. n. 13. & 14. & allegat. fiscal. 22. n. 26. & seqq. par. 1.*
83 Tantiq; faciendus est stylus, vt pro lege seruari debeat, etiam si in contrarium esset iuris dispositio per *tex. in l. fin. C. de iniur. S. fin. Instit. de satisd.* sicuti obseruat *Reg. Valenz. cons. 94. n. 90. par. 1. Reg. Rou. dec. 27. n. 5. And. Knichen de vestit. pactor. par. 3. cap. 2. n. 217. & seq. D. de Franch. dec. 238. n. 2. & 3.*
84 Quin amplius? Assertio illa remouendi Officiales, eosq; suspendēdi, dum inquiruntur de delictis intuitu Officij, non ita passim admittitur in omnibus casibus, aut leuibus delictis, sed tantùm in enormibus patratis facinoribus, causisq; g auibus per *tex. in l. si aliquid, C. de suscep tor. lib. 10.* per quem *tex.* ità docet *Luc. de Pen.* ibi, & *Affl. in Constit. Regni Officiales Reipublicæ Io. de Platea in l. Iudices n. 2. in fin. C. de annon. & tribut. lib. 10. Reg. de Ponte d. dec. 7. n. 15. & 17. & dec. 25. n. 2.* per *Glos. notab. in canon. super causa, & in cap. Presbyter si à plebe 2. quæst. 5.* quem ad hoc adducit *Reg. Sanfel. d. dec. 61. n. 3.* vers. *Sed etiam*, & in *prax. Iudiciar. sect. 3. n. 16. & 17.* post *Ioan. de*
85 *Platea loc cit.* inquiens *Officiales non debere remoueri, neq; suspendi ab eius Offi. o, nisi pro causis enormibus, & grauissimis, Reg. Tap. dec. 3. Senatus Ital. n. 73.* vers. *Vbi, D. Praes. Merlin. d. cap. 28. n. 15.* vers. *Insuper*, ibi, *Propter enormia crimina remoueri potest Officialis*, ea nempè ratione, quia ex remotione, & suspensione præter alia
86 irreparabilia incommoda, de quibus *Glos. in cap. hinc est 16. quæst. 1. Bonadill. in Polit. lib. 1. cap. 17. ex n. 1. Reg. Moles in decisionib. manuscript. tit. de pen. Official. dec. 3.* vbi ponderat *tex. in l. quæ omnia S. 1. ff. de procur.* fit iniuria, & aufertur honor, vti tradit *Iser. in cap. 1. S. verum in addit. n. 29. de Capitulis Corrad. Reg. de Pōt. de potest. Proreg. tit. 3. n. 4. cum seqq. D. Larrea dec. Granaten. 2. n. 9.* vbi ita decisum tradit in illo Senatu, *Mastr. de Magistrat. lib. 1. cap. 13. n. 16. & seqq. Reg. Sanfel. d. sect. 3. n. 18.* inquiens dede-
87 cus oriri, quia agitur de fama, & de toto asse, adducens, *Glosam in d. l. Testamento Centurio, ff. de manum. testa.* vbi *glos. final.* in verb. *Negotio.*

Transgrediamur nunc per delicta, quæ imputantur Capitaneo Grassiæ, vt Dominorum auribus insusurremus, quàm grauia, & enormia sint, vt ex ijs ipso indefenso possit sustineri decretum defensionum intus carceres, & suspensionis, ab officio, & beneficio? Quæ sanè non in alio consistunt vti ex interrogatoris datis in Constituto ipsi Capitaneo Nobis liquere potest, nisi in nonnullis pecuniarum quantitatibus quotannis receptis à nonnullis Vniuersitatibus sub quæsito colore, & Authoritate ipsius Officij nè illos vexaret, quorum sanè facinorum promptaneam præbet disculpationem; Siquidem nonnullæ fuerunt solutę hominibus destinatis ad custodiam confinium in nundinis, nè fiat extractio animalium extra Regnum (circa

quod propriè suum consistit officiū) & in hoc exhibet instructiones Regiæ Cameræ, quæ id permittunt, &
88 sic quod iure permittente fit, pænā non meretur, *vulg. l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adulter.*

De alijs quantitatibus palàm satis est, se in computis quolibet anno datis in Regia Camera in beneficiū Regiæ Curię introitum fecisse, vtpotè qui, exactæ fuerunt ab ijs contrauenientibus, quos licitè secundùm Instructiones sibi datas, ad transactionem admittere licuit, vndè nul-
89 lus potest imputari dolus, nec culpa vlla, imò bona fides præsumitur, *l. quamuis, ff. de condit. & demon. l. eum qui, §. in popularibus, ff. de iureiur. Bal. in l. precibus n. 30. C. de impuber. & alijs substit. l. merito, ff. pro soc. Ceph. cons. 129. n. 11. Inno. & Bal. in cap. per tuas, de testi. Alciat. de presum. reg. 3. pres. 5.*
90 Et cum dolus, nec mala fides præsumantur, *l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat. Grat. resp. 3. lib. 5. n. 1. & resp. 42. n. 13. eod. lib. Ceph. cons. 310. n. 15. Eugen. cons. 44. n. 81. lib. 1. Flam. Paris. lib. 12. de resignat. beneficior. quæst. 7. n. 4. & lib. 14. quæst. 8. n. 12. Rota dec. 583. n. 4. par. 1.* eo ipso quod non
91 probatur concludenter dolus, aut mala fides, est probatum quod adfuit bona, *Afst. dec. 13. n. 18. Caballin. Milleloq. 461. n. 1. Rot. dec. 281. n. 26. & dec. 477. n. 7. par. 1.* Et ad imputan-
92 dum dolum, vel culpam dicto Capitaneo Honuphrio, debebat manifestis inditijs esse probatum, ad *tex. in l. dolum, C. de dol.* quē sic enucleat *Alex. cons. 103. n. 13. vol. 1.* & ipso laudato sequitur *Reg. Valenz. cons. 77. n. 26. lib. 1.*

Cæteræ verò quantitates, quæ Capitaneo extortæ asseruntur, quęq; ad modicam ascendunt summam, falsò in delictum sibi tribuuntur,
93 Nam de modicis non curat *Pretor l. scio*, sicuti à simili leuis percussio
94 non continet delictum, & conse-
95 quenter cautio non dicitur rupta, prout à fortiori arguit *Corset. de Minim. §. 1. n. 5. Mars. cons. 80.* sic leuis
96 offensio non intelligitur deducta in stipulatione de non offendendo, etiamsi generaliter fuerit prouisum non offendere, *Cardin. Paris. cons. 165. vol. 4. ex doctrina Bal. in l. si predium col 4. C. de edil. edict. & cōs. 195. ad fin. lib. 2.* Sic modica offensio non
97 est in consideratione, *l. 3. §. fin. cum l. seq. ff. de adm. legat. Alber. in d. l. seq.* vbi quod leuis offensio non est curanda, nec etiam vul-
98 nusculum, quia non videtur in se habere delictum per *tex. in l. 1. vers. Perindè, ff. de edilit. edict.* Et
99 quod leuis percussio non dicatur damnum inferre, est *tex. in l. si seruus serui, §. rupisse, ff. ad leg. Aquil.* quæ adducit ad propositum *Giazz. discept. criminal. par. 2. discept. 30. n. 11. vsque ad 17. in cons. 4. per tot. ead. par. 2. cum alijs adductis per Bertaz. in Addit. ad cons. patris 184. lit. C.* ac etiam cùm non aliundè nisi ex processu informatiuo emergant, in quo testes sunt
100 recepti odiosi, & inimici, *cap. repellantur, cap. meminimus, cap. cum oporteat, vbi DD. de accusat. cap. si testes 4. quæst. 3. l. 3. ff de testi. Auth. Si verò, C. eod. Bal. cons. 138. n. 1. vol. 3. Marsil. cons. 15. n. 6. Burs. cons. 34. n. 16. vol. 1. Gram. cons. 12. n. 1. & cons 58. n. 10. & dec. 86.* vbi quod nequidem in cri-
101 mine læsę Maiestatis probant, *Reg. Sanfel. dec. 174. per tot. par. 2.* post *Fa-*
102 *rin. de testib. quæst. 52. n. Reg. Valenz. cons. 77. n. 49. lib. 1.* & sic non probant, ac in tem proptiam deponentes ad se exonerandos, *l. in omnibus cum ibi notatis, C. de testi. cap. insuper, vbi Felin. col. pen. eod. tit. Boss. de testi. tit. de oppos. contr. test. n. 59. Caualc. dec. Finiz. 1. n. 48. par. 2. Eugen. cons. 8. n. 36. lib. 1. Ferrett. cons. 55. n. 2.*
103 qui loquitur de habente interesse bur-

burſale, vel honoris, *Oſaſ. dec.79. n. 39. Rot. Genuæ dec.20. n.8. Gram.dec. 40.n.18 Bertaz.conſ.ciuil. 44.n.6.vol. 1. Azeu.cõſ.24. n.34. & ſeq. Farin. de teſtib. quæſt.* 60. maximè in ijs, qui
104 dùm Electi, ſeu Decuriones Vniuerſitatum ſe faciunt, poſt adhibitas fides priuatas de aſſertis pecuniarum quantitatibus, ipſimet deponunt (vti Nobis inſinuatur) quo caſu nulla eſt adhibenda fides, quia videntur ſponte deponere, *Oſaſ. deciſ.* 128. *n.* 9. *Boer. dec.* 1. *n.* 38. *Farin. de teſti. quæſt.* 80, *oppoſ.* 35. *n.* 27. *& ſeqq. Ludouiſ. dec.* 214. *n.* 2. *Maran.* Epiſc. *reſp.* 78. *n.*44. *& ſeq. col.*2. *par.* 5.

Audio inter alia fuiſſe Clienti imputatum, quod per ſpatium biennij, vel triennij ab Vniuerſitate Pizzoli extorſit nonnulla lignamina, valoris duc. 18. quolibet anno, dum omnibus innoteſcit, illa nonniſi mediante prætio habuiſſe; quæ omnia vtique in claris fuiſſent, ſi fuiſſet auditus Capitaneus, & capita fuiſſent data ad finem ſe defendendi, vti iura omnia ſuadent, & DD. præſertim Regnicolæ, quos recenſuimus *hoc eod. reſponſ.* verſ. *Nec inficias*, manifeſtè conuincunt, nec in re dubia certè
105 quid determinari potuit, quinimò hoc graue eſſe, eſt *tex. in cap. graue* 11 *quæſt.*3. *Abb. in cap. cum clamor n.* 1. *de teſt. Ioſeph Ludou. dec. Peruſ.* 71. *n.*17. *par.*2. *l.*1. vbi *Bart. & alij*, C. *de exequut. rei iudic. l. prolatam*, C. *de ſenten. & interloc. omn. Iudic. Garz. de Nobilit.* §. 1. *gloſ.* 11. *n°*5. Quinimò pri-
106 uatus fuit Capitaneus Honuphrius terminis à lege ſtatutis ad ſe defendendum contra *tex. in cap. indultum de regu. iur. in 6.*

Vbi igitur *Facinora illa grauia*? Vbi *Delicta enormia*? Vbi *Cædes*? Vbi *Furta*? Vbi *Subreptio pecuniæ fiſcalis*? Vbi *Senitia*? eiuſdemq; generis alia? ex quibus ſuſpenſio Officialis intuitu Officij delinquentis permitti cõſueuit ex dictis verſ. *Quinamplius*? Certè nullibi; adeoquod deſtructo fundamento inquiſitionis, corruat
107 ædificium neceſsè eſt, *Cap. cum Paulus* 1. *quæſt.* 1. *l. cum qui ędes, ff. de vſucap.*

Et ſi aliqua vrgerent inditia (quod expreſsè negamus) contra Capita-
108 neum; Nonnè ſpontanea comparitio illa omnia abſterſit, ac protinùs diluit? ità ſanè ex multis probat *Farin. conſ.*10. *n.*52. *& conſ.* 130. *n.* 13. *Giurb. conſ.*46. *n.*30. poſt *Bart. in l. ſi quis ſit fugitiuus* §. 1. *ff. de edilit. edict. Giazz. diſcept. criminal. cap.*115. *n.*3. *Io. Mar. Vermigl. conſ. crim.*35. *n.*23. *& conſ.*36. *n.*2.

Receptui tandem vt canamus, inquiritur dictus Capitaneus Honuphrius à Prǽſide Prouinciæ, quo cùm circa iuriſdictionalia, ac cum Regia Audientia, in dies contendere cogitur, ſicuti initio *huius reſponſ.* indicauimus, & ſic à ſuſpecto informatio
109 capitur, & maleuoli, ac odioſi inteſtes adducũtur, quod ſanè exhorruit Summus Pontifex *in cap. qualiter, & quando el ſecondo*, ibi, *Non quidem à maleuolis, & maledicis, ſed à prouidis, & honeſtis, de accuſ.* quinimò proſternendam eſſe fidem, inſinuat *in cap. cum in iuuentute* 15. *de præſum.* ibi, *Quia tamen eius ſuggeſtio non de charitatis radice procedere videbatur*
110 *noluimus ares noſtras, quaſi malignis delationibus inclinare.*

Hæcq; herclè ſunt quæ *Clemens V. in Concilio Viennenſ.* trãslata poſtmodum in *Clem. Paſtoralis de re iud.* exprobanda tradidit, inquiens, *Hæc quidem iure timentur, hęc de more vitantur, hęc humana fugit ratio, abhorret natura.*

Ex quibus in ſpem ducimur reuocandum fore *decretum defenſionum intus carceres, & ſuſpenſionis ab officio, & beneficio*, ſub cenſura Do-

minorum Iusdicentium.
Laus Deo, Beatæq; Virgini Matriæ. Neap. die 26. Mensis Octobris 1653.

CAusa hæc non fuit iudicialiter determinata, sed mediante gratia Excellentissimi Domini Proregis Comitis de Ognate in eius discessu sopita, quando D. Fisci Patronus Regiæ Cameræ tunc D. Didacus Moles, nunc meritissimus Regius Consiliarius, ex pluribus gratiam de nullitate redarguens, obtinuit de ea non esse habendam rationem, de quo grauatus Cliens, recursum habuit in Supremo Collaterali Consilio, commissoq; negotio D. meo Spectab. Regenti D. Thomæ Martinez, dum Ego ad Clientis aciem sustinendam accingebar, interim iussu Excellentissimi D. Proregis Comitis Castrilli ad Iudicatum Magnæ Curiæ in Criminalibus fui assumptus, & sic meum patrocinium hac in causa, sicuti & in omnibus alijs permultis cessauit.

Penès *Staracium* Act. Reg. Cam.

SVMMARIVM.

1 VIncentij de Franch. *Sac. Consilij Presidis, placita sunt veneranda.*
2 Nicolaus Antonius Gizzarellus *Regius Consiliarius laudatur.*
3 *Negotiorum multitudo in Regno Neapolitano, & in Sacro Consilio, efficit vt quotidie accidant discutiēda, quę in alijs locis nequidem excogitātur.*
4 Author *se consulere profitetur casum inopinatum, & commiserendum.*
5 *Meretrix inter personas miserabiles connumeratur.*
6 *Vita meretricum dicitur miserabilis.*
7 *Meretricum status, earumq; vilitas, legum laqueis innodari nō meretur.*
8 *Meretrix serua peius habetur, ex eius seruili contemptu.*
9 *Iudicium ab Amasio contra meretricem intentatum, refertur.*
10 Author *requisitus ad patrocinium Meretrici pręstandum.*
11 *Sacrum* Regium *Consilium Neapolitanum*, ab Authore *vocatur Asylus, miserorumq; perfugium.*
12 *Ioanna Farace spe reuocandi sequestrum, & annullandi consignationē eius personę factam à Magna Curia Vicarię, deluditur.*
13 D. Io. Baptista Amendola *Regius Consiliarius, Præsidens* Regia *Camerę iudicium instituit contra Ioannam Farace.*
14 *Iuncta ab* Excellentissimo *Comite Ognate instituitur in causa Dom. Pręsidentis* Regię *Camerę Io. Baptista Amendola itum Ioanna Farace.*
15 *Meretrix, siue publicè, siue occultè sui cor.*

corporis quæſtum faciat, habet exceptionem retinendi data, & actionem petendi conſuetam, vel promiſſam mercedem à fornicario.

16 Venereus actus, ob quem pecunia datur, vel promittitur, licèt ſit illicitus, & turpis, ipſa tamen receptio pecuniæ turpis non eſt, nec à iure improbata.

17 Fornicatio licèt praua, & iure Diuino ſit vetita, attamen Meretrix licitè pro actu venereo pecuniã expetit.

18 Meretrici pro actu venereo antequã is ſequatur pecuniam dare, licèt ſit illicitum, attamen poſt actum venereum ſi detur, iuſtitiæ actus eſt.

19 Meretrix actum vendibilem tradit pro vſu venereo, ideòq; iuſtè mercedem exquirit.

20 Meretrix, qua ratione iuſtè petat mercedem à fornicario?

21 Pactum inter meretricem, & fornicarium de ſoluenda mercede conſueta ob actum venereum, qua ratione ſuſtinetur.

22 Tex.in l.ſi ob ſtuprũ 4.§.Sed quod meretrici, ff. de condict. ob turp. cauſ. expenditur.

23 Meretrix publica, & fœmina, quæ occultè fornicatur in nihilo differunt quoad petitionem mercedis.

24 Tex.in l.Lucius, ff. de iur. fiſc. enucleatur.

25 Meretrix etiam in foro animæ iuſtè retinet mercedem promiſſam, ſine acceptam cauſa fornicationis.

26 Meretricem, licitè mercedem receptam ob fornicationem retinere, Theologorum, Summiſtarum, & Doctorum ſententia communis eſt.

27 Meretricem licitè receptam mercedẽ ob fornicationem retinere poſſe, quibus in locis tractetur?

28 Meretrices debẽt eſſe ſecuræ pro mercede recepta ex cauſa libidinis.

29 Merces pro omni actu pretio æſtimabili recepta, validè retinetur, & petitur.

30 Lex Regia 53.tit.14.par.3. admittit mercedem à meretrice licitè peti, & retineri.

31 Gloſæ aientes meretrici non dari actionem ad mercedem promiſſam expetendam, improbantur.

32 Doctores aientes meretrici competere actionem ad mercedem conſequendã ex cauſa fornicationis recenſentur.

33 Deciſio Sacri Conſilij apud Gizzar. dec.52.n.22. in beneficium meretricum petentium mercedem promiſſã, in iudicio recenſetur.

34 Mutanda non ſunt, quæ certam in controuerſo iuris articulo interpretationem habuerunt.

35 Iuris articulus ſi controuertitur, & deciditur per Sacrum Conſilium, nõ eſt amplius diſputandum ſuper eo.

36 Tex.in l.filius emancipatus 24.ff.ad leg.Cornel.de falſ. enucleatur.

37 Iure permittente quod fit, pœnam non meretur.

38 Agens id quod ſibi licere putat, à pœna excuſatur, etiamſi probatum non ſit licitè id actum fuiſſe.

39 Delictum ad excludendum, præſumitur quid potius geſtum ex actu licito, quàm illicito.

40 Deſtructo fundamento, corruit ædificium.

41 Teſti in cauſa propria deponenti, credendum non eſt.

42 Teſtem in cauſa propria admittere, mali exempli res eſt.

43 Teſtis in cauſa propria non admittitur etiamſi in mortis articulo fuerit conſtitutus.

44 Teſti inueriſimile deponenti nulla adhiberi debet fides.

45 Amaſij quid tradentes meretrici, cenſentur tradere ob vſum venereum, non autem matrimonij contrahendi cauſa.

46 Teſtis de falſo inquiſitus non probat.

47 Accuſans non dicitur integri ſtatus, quia notatur infamia facti.

48 Falſitatis crimen infamat.

49 Mendaci deneganda eſt fides.

50 Men-

50 *Mendacium, quæ mala pariat.*
51 *Falsus in vno, in omnibus falsus reputatur, adeò quod in nihilo sit illi credendum.*
52 *Actio ciuilis est capax termini.*
53 *Iudicij tela quæ sit.*
54 Mattheus Colerus *laudatur.*
55 *Sequestrum vt rectè fiat, quæ concurrere debent.*
56 *Sequestrum vti odiosum, lex abhorret.*
57 *Manutenendus quis est in sua possessione, donec expediatur causa petitionis.*
58 D. Fabius Capycius Galeota Regens Illust. Dux Reginæ *laudatur.*
59 *Sequestrum vt fiat, Pars citari debet,* & n. seq.
61 *Delictum in genere ante omnia constare debet, aliàs procedi non potest.*
62 *Subrogatum sapit naturam subrogati cum omnibus qualitatibus, & requisitis.*
63 *Subrogatio fit non solum respectu rei, sed etiam personarum habentium ius ad eam.*
64 *Causatum nequit plus virtutis habere, quàm procedat ab influentis causa potentia.*
65 *Causa deficiente, deficit causatum.*
66 *Meretrices si cogerentur restituere accepta loco mercedis ob vsum venereum, essent miserabiliores omnibus.*
67 *Afflicto non est danda afflictio.*
68 *Meretrix omnia accepta causa fornicationis in eius dominium vertit.*
69 *Ius lege permittente quæsitum, auferri non debet.*
70 *Disponere ad libitum de re sua cuipiam licet.*
71 *Proijcere in mari bona sua cuilibet est permissum.*
72 *Causa dandi si intercedat in datione, dominium transfert.*
73 *Actus semper ad suam causam restringitur.*
74 *Pactiones seruare, de iure natura est.*
75 *Causa vera, & principalis attenditur.*
76 *Origo cuiusq; rei in omnibus attendi debet.*
77 *Amantes sunt plerumq; imprudentes.*
78 *Amans potius dicitur amens.*
79 *Amor effectus, quos in Amantē pariat?*
80 Author *gratis se ex debito Aduocationis munere patrocinasse testatur.*

ARGVMENTVM.

Meretricem adhùc in Lupanari degentem, sui corporis quæstum publicè, siuè priuatè facientem, nedùm iustè mercedem retinere posse, verùm etiam ad mercedem consuetam, vel promissam habendam contra fornicarios, actionem habere, & licitè in iudicio experiri tàm in foro exteriori, quàm interiori, Iuribus; Doctorum placitis, ac rerum iudicatarum Authoritate, præsertim Sacri Regij Consilij Neapolitani apud *Consiliar. Gizzar. dec. 52.* comprobatur.

Meretrices quicquid pro vsu venereo acquirunt, statim in earum dominium vertunt, vtpotè qui, fornicatio licèt praua sit, & iure diuino vetita, ipsæ tamen dominæ sunt sui corporis, & materia vendibilis est, nec ipsa actus venerei venditio illicita censetur, & quamuis actus

actus venereus ex se ipso malus sit, eius tamen venditio non est prohibita, nec illicita ratione materiæ, Etenim dare mulieri aliquam pecuniarum quantitatẽ pro vsu venereo antequam is sequatur, malum est, quia datio illa imperatur à luxuria, & à praua sensualitate procedit; Datio verò pecuniæ meretrici promissæ, cùm ea fiat post actum venereum, mala non est, sed actus iustitiæ à nullo imperatus vitio, quia materia vendibilis in hanc materiam adducitur, quæ sanè opinio *Diui Thom*, *Caetan*., & *Couarr*. placitis conuallatur.

Meretrices inter miserabiles personas connumerari, earumq; vilitatem tãtam esse, vt legum laqueis innodari nõ mereantur, quod si mercedem ex sui corporis quęstu quæsitam restituere vrgendæ sint, miserabiliores esse, nonnullis probatur Authoribus.

Amasio afferenti bona meretrici tradidisse aliam ob causã, quàm vsus venerei, nullam esse adhibẽdam fidem, eo quod eiusmodi asseueratio inuerisimile pręsefert enunciatum, Eò fortiùs attẽta ipsius Amasij qualitate, dùm de delictis, quę infamant, accusatur, vel si mendax fuerit, ex quamplurimis indicatur, Vndè amoris vehementia obcæcatum potiùs Amasium præsumi mẽdacium dixisse traditur, Ex Poetarum dictis, quos pariat in Amante effectus Amor, non illepidè demonstratur.

Sequestrum omni iure in principio litis esse inhibitum, quæque sint necessaria requisita ad illud obtinẽdum, Et an Aduersa Pars sit citanda ante sequestrum ipsum decernendũ, quamplura congerũtur. Nec inutilia, pleraque alia ad materiam conglutinantur.

PRO

PRO

Ioanna Farace paupertima fæmina.

CVM

Ioanne Henrico, Alijſque eius vicem ſuſtinentibus.

RESPONSVM III.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARÆ.

1 VEneranda ſemper, *Domini Vincentij de Frãchis, Sacri Regij Conſilij emeritiſſimi Præſidis*, placita, cenſuere Nostrates, quos inter emicat *Conſi-*
2 *liarius Nicolaus Antonius Gizzarellus* (vt quamplures alios etiam exteros ſilentio prætercam) non languidæ fidei *Author in 1. deciſione ad finẽ*, inquiens tanti viri teſtimonium, & Authoritatem maximi faciendam, Ille etenim in *dec.89 n.19.*& iterum *dec.531.n.8.in fin.*ab experientia cũcta trahens,poſteritati eiuſmodi tra-
3 didit enunciatum, *In Regno Neapolitano, & in Sacro Conſilio ex magna negotiorum multitudine quotidie accidunt, quæ in alijs locis nequidem exco-*
4 *gitantur.* Ecce probatum vaticinium, caſum inopinatum, mihi vel inuito conſulendum, cæteriſque omnibus commiſerendum, inſinuat.

Ioanna Farace plurium annorum intercapedine in Lupanari degens, quæſtum ſui publicè faciens,ex eoq; mercedem recipiens, inter perſonas
5 miſerabiles connumerata à *Rege Rogerio in Conſt.Regn.Omnes noſtri regiminis*; ibi, *Miſerabiles itaq; mulieres, quæ turpi quaſtu proſtitutæ cernuntur, rubr.de violent. meretric. illata lib. 1.* vbi *Aff. in 2. notab.* inquit meretrices eſſe numerandas inter perſonas miſerabiles deſcriptas in *cap ſignificantibus de offic.deleg. Gram.in addit. ad cap. Regn. Vt delatas pag. 151. Ill. March. Belmon. Reg. Tap.* Mæcenas olim meus, *in Conſt. Regn. Statuimus la 2.ſub tit. de offic. Magiſt. Iuſtitiar. lib.3.Iur.Regn.Annibal Troyſ.in prag. Curſu dilationum*, verſ. *Meretrix etiam,D.de Franch dec.233. n.7.& 8.* vbi ex *Alber. in l. Fadiſſima*, C. de
6 *poſtlim.reuerſ.* tradit etiam *meretricẽ eſſe miſerabilem, Vaſq. controuerſ. Illuſtr. lib. 1.cap. 48. n.5 Cenall. commun.contr. omm.quæſt.587. n.5. Gratian. diſceptat. foren. tom.5. cap.962. n. 28. D. Sperell.* pro Sede Apoſtolica in hoc Regno Nuncius, *de iſſ.for. Eccleſiaſt dec.158.n.28.* verſ.*Huic ta-*
7 *men concluſioni par. 2.* inquiens, *Meretrices ex turpi quæſtu fornicantes dici miſerabiles perſonas, quippe quod tanta eſt illarum vilitas, vt legum laqueis innodari non mereantur*, ad *tex. in l. ea quæ adulterium in fin.* C. de
8 *adult.* ſeruili contemptu (ſic mea fert opinio) ſerua peius habita, à pluribus Amaſijs mobilia, & aurea non-
9 nulla quæſiuit. Ex horum numero vnus fuit Ioannes Henricus,qui Zelotypia commotus, atq; in Ioannæ amorem exardeſcens,Menſe Aprelis inſtantis anni Rotam Magnæ Curiæ Vicariæ in criminalibus adiens,aſſeruit ſe nonnullorum menſium interſtitio, amore ipſius Ioannæ captum, & ad eius amicitiã aſſociatum,plura tradidiſſe bona mobilia, eo tamen

ſub

sub quæsito colore, quasi compacto, initoq; fædere, de illum in virum ducendo, quo non adimpleto, ac perficere renuente Ioanna, bonorum præfatorum notam tradens, petijt, & obtinuit, bona met per ipsum indicata sequestrari penès tertium, & nouo, excogitato delicto, cui *Truffa* nomen indixit, informationem capi, omnes vires suas obmolitur, eique annuens ipsius Magnæ Curiæ Iudex Perpetuus Balthaxar de Angelis, doctus vir, Collega nunc meus, qui pro faciendo sequestro ad ædes Ioannæ se contulit, illam in carceribus Magnæ Curiæ, per noctem detentam, sub consignatione relaxauit, cuius rei atrocitate, petitionumque inexpectata acerbitate, perterrita

10 Ioanna, cominùs *Me* in eius patrocinium adsciuit, consului Ego, vt Sacri Consilij Prætorium tanquam

11 ad Asylum, solitumq; miserorum perfugium confugeret, & in eo grauatam se insinuans, supplicibus porrectis præcibus obtinuit ab Illust. Dom. meo Præside de prædictis in eodem Sac. Cons. verbum fieri, vtq; certiùs de suis experiretur iuribus, omni studio Aulam designari petijt, cuius prçcibus commotus idē Dom. Præses, Regij Consiliarij Thomæ de Aquino Aulam designauit.

12 Indè in spem ducta, vt discrimine ad tantum Prætorium delato, illato grauamini medela adhiberetur in reuocando decretum prædictum, & secundiori fortuna, sua sibi tot sanè periculis parta bona restituerentur, ac à consignationis nexu libera euaderet, protinùs spe ipsa deluditur,

13 Nam Regius Consiliarius Reg. Cameræ Præsidens Dom. Io. Baptista Amendola eandem Magnam Curiā adiens exposuit præfatum Ioannem Henricum maximæ quantitatis furtum, falsificata manu ipsius, à nummularijs tabulis, siue Bancis publicis huius florentissimæ Ciuitatis commisisse, ideòq; contra ipsum quærela exposita, procedi institit, & debitis coerceri pænis, ac etiam audiri contra præfatam Ioannam dissequestrum bonorum efflagitantem, quasi quod dum bona illi tradita fuerint in causam futuri coniugij cum ipso Ioanne, eo non contracto, vti causa non sequuta in dominium tradentis extiterint, & per consequens ad ipsum, furtum passum spectare, peruigiliq; cura petijt causam remitti ad Reg. Cam. Summariæ, quasi quod præfatus Ioannes ipsius Tribunalis Prorationalis extiterit, & Hortatorialibus literis à dicta Regia Camera obtentis, ac Rotæ Magnæ Curiæ notificatis, interim Excellentissimi Domini Proregis diploma produxit, quod in causa prædicta pendente remissionis articulo ad Reg. Camerā, ipsa Magna Curia nè procederet, Vndè consultatione facta per dictā Magnam Curiam Excellentissimo

14 Domino, manauit rescriptum, quod causa hæc in peculiari Iuncta tractaretur, in qua petit modo Ioanna bona sibi restitui, & à consignationis vinculo liberari, & à Iudicij limine arceri tàm prǽfatum Ioanē, quàm alios quoscumq; illius personam cōtra pauperrimā fæminam sustinētes.

Fundamentum accipit mulieris efflagitatio apud Dominos Iudicantes, quibus commiserandam eius vicem præcatur; ex illo sanè recepto

15 theoremate, quod meretrix, siue publicè, siue occultè sui corporis quæstum faciat, nedùm exceptionem habeat retinendi data, verùm etiam instè agat contra fornicarium, vt cōsuetam, vel promissam soluat mer-

16 cedem, nam licèt actus venereus, ob quem pecunia datur, vel promittitur, illicitus sit, & turpis, ipsa tamen receptio pecuniæ turpis non est, vel de iure improbata *textus* est

synodalis *in l. si ob stuprum 4. §. Sed quod meretrici, ff. de condict. ob turp. caus.* vbi *Bart. & in l. affectionis, ff. de donat. Salic. in l. 2. C. de condict. ob turp. caus. & in l. ea qua C. de donat. ante nupt. Alex. in d. §. Sed & quod meretrici, ff. de condict. ob turp. caus. & in l. generaliter, ff. de verb. obl. Rip. in l. si plagij, ff. eod. Abb. in cap. quia plerumque 10. de immun. Eccles. col. 2. in 3. quaest. n. 4. Ias. in d. l. generaliter n. 6.* vbi hàc sententiam magis communem dicit, *Zas. ead. l. n. 29. Paul. de Castr. in l. multum interest 34. n. 3. in princ.* vers. *Imò videtur valere, Io. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 40.* eleganter insignis *Praeses Couarr.* qui rationes affert, & contraria soluit, in *relect. cap. Peccatum, §. 2.* incip. *Proximè dictum est n. 1.* vers. *Verum contraria sententia, & n. 2. & seqq.* inquiens,
17 *quamuis fornicatio praua sit, & iure diuino vetita, ipsa tamen meretrix domina est sui corporis, & materia vendibilis est, nec ipsa venditio actus venerei illicita censetur, & licèt actus venereus ex seipso malus sit, eius tamen venditio non est prohibita, nec illicita*
18 *ratione materiae: etenim dare mulieri aliquam pecuniam pro vsu venereo antequam is sequatur, malum est, quia datio illa imperatur à luxuria, & à praua sensualitate procedit: at datio pecuniae meretrici promissae cùm ea fit post actū venereum, mala non est, sed actus iu-*
19 *stitiae à nullo imperatus vitio, quia materia vendibilis in hanc dationem adducitur*, aggregans ad hanc probandam thesim *Caetan. 2. 2. quaest. 32. art.*
20 *7. & Diu. Thom. in d. quaest. 32. art. 7.* subdens, *ex quo materia vendibilis est nulla ratione conuentio ista quantum ad commutationem pertinet, ex seipsa turpis esse potest, nec ex parte dantis, nec ex parte recipientis, siquidem qui dat, vel promittit pratium ob eam rem, quae vendi potest, legem sequitur commutatiua iustitia, & eodem pacto recipiens eandem legem seruat, ac iustè recipit mercedem, & pratium rei, quam*
21 *vendere potuit*, vndè tradit *Couarr.* ibi, *Pactionem hanc seruandam esse, & promittentem cogendum ad soluendum promissam mercedem, quodq; in hac specie minimè sit tractandum de promissione, aut datione quatenus turpitudinem habet, sed de ea, quae ex parte iustitiam respicit commutatiuā,*
22 & hunc esse verum, & genuinum sensum *Iurisconsulti in d. §. Sed & quod meretrici l. 4. ff. de condict. ob turp. caus.* tradit, nullumq; adhibendum esse discrimen inter meretricem pu-
23 blicam, & faeminam, quae occultè fornicatur, sustinet *Couarr. loc. cit. n. 3.* vers. *Ex his planè*, nam secundū ipsum satis conspicuum fit, ità esse vsum corporis ad venereum actum, vendibilem in faemina occultè fornicatrice, sicuti & in ea, quae publicè
24 meretricium exercet, occurrēs pariter *tex. in l. Lucius, ff. de iur. fisc.* eaque omnia locum sibi vindicare tradit etiam in interiori animę iudicio,
25 vt nequidem meretrix accepta, & tradita ob causam fornicationis restituere teneatur.

Cui sanè sententiae se subscripsere *Farin. in 1. par. fragmentor.* verb. *Concubina n. 552. Episc. Ricc.* in pulchro casu *dec. 143. n. 1.* vers. *Contrarium tamen par. 1. deciss. Cur. Archie-*
26 *piscop.* & hanc esse Theologorum, Summistarum, & Ciuilistarum opinionem firmat *Consiliar. Gizzar. dec. 52. n. 4.* vers. *Alij,* qui Sac. Consilij determinationem mox afferendam
27 recenset, eamq; amplectitur re satis digesta, & ad partes disputata, *Balthass. de Amescua* Regiae Camerae Praesidens, & Regni Siciliae Consultor *in tract. de potest. in seipsum lib. 2. cap. 15.* vniformem se reddens in omnibus *Couarruuia*, quamplurimis allatis, & rationibus ponderatis, quibus singillatim occurrit, & non con-

sen-

ſentire in hoc *Couarruuia*, niſi ſubdubius videtur, *n. 11.* verſ. *Vtcumque de ratione ſit*, vbi pro meretrice cõmunem prędicit opinionem, & *n. 18.* verſ. *Contrarium nihilominus*, eruditè ſatis *Ferdinan. Vaſq. controuerſ. Illuſt. lib. 1. cap. 48. n. 4.* verſ. *Hactenus*, vbi materia ad partes diſpũcta, pro meretrice veriorem indicat ſententiã, adducens præ cæteris *Dominic. Sot. de iuſt. & iur. lib. 4. quæſt. 7. art. 1.* ex mente *Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 62. art. 5.* ſectatus *Sotum*, qui quatuor rationibus herclè maximè ſtringenribus, ſuam conuallar opinionem, *Carroc. de locat. & conduct. lib. 1. quaſt. 10. rubr. de condict. ob cauſam, ſeu de merced. remunerator. n. 94.* verſ. *Et in materia, & n. 95.* verſ. *Cui addo*, inquiens eſſe communẽ opinionem Legiſtarum, Canoniſtarum, & Theologorũ, quibus aggregat *Nauarr. in Manual. cap. 17. §. cui reſtituendum*, ſubditque

28 *Carroc. d. n. 94. Secura igitur ſint mulieres meretrices, quia ſi pro libidine explenda aliquid à iuuenibus promittatur, id licitè petere poterint*, & non ſine ratione, ad hanc propoſitionem, cum laude adducit *Carroc.*, *Gizzar. deciſ. 52. n. 5. D. Reg. Rou. in rubr. de Meretricibus ſuper Commentar. ad Pragmaticas n. 2.* qui adducit *Andr. de Iſer. in cap. 1. n. 11. quib. mod. feu. amitt. Cõſiliar. Paſchal. de virib. patr. poteſt. par. 2. cap. 10. n. 39.* vbi ad *Ameſc. in Sede indicata* ſe remittit, P. *Diana* aliàs à *Me*, ſed nunquam ſatis laudatus in *2. par. tract. 16. Miſcellaneor. reſol. 38.*

29 *pag. mihi 279. col. 1.* qui Summiſtis pluribus adductis, eam reddit rationem pro meretrice, quia pro omni actu prætio æſtimabili poteſt accipi merces, ſed actus meretricius ſi cõſideretur nõ vt turpis, & illicitus, ſed vt naturalis, & delectationi hominũ accomodatus, poteſt prætio æſtimari, *Matth. Berlich. practicab. concluſ. tom. 4. concluſ. 41. tit. de pæna ſimplicis fornicationis n. 17.* verſ. *Sed quid, an meretrix, & n. 18. Henrich. Boick. in cap. peruenit lo 2. extr. de adulter.* & adeſt *lex Regia 53. tit. 14. par. 3.* ibi, *Eſto miſmo ſeria, ſi alguno dieſſe dineros à alguna mala muger, porque yoguieſſe con ella, ca deſpues que ſe los ouieſe dado, no gelos podria demandar, porque la torpedad vino de ſu parte tan ſolamente, porende no los deue cobrar, ca como quier que la muger face gran yerro yoguer con los homes, no face mal en tomar lo que le dan, e porende en recebillo, no viene la torpedad de parte della, Gregor. Lopez gloſ. 2. in l. 38. tit. 11. & gloſ. vlt. in l. 3. 53. tit. 14. par. 5.* qui dicit cõmunem, *Gomez. ad l. 26. Taur. n. vltim. ad fin.* nonnullos congerit *D. Balthaxar de Angelis in addit. ad d. dec. 52. Gizzar. Bermon. de public. cõcubinar.* verb. *Contra prædictos, n. 7. Intrigl. de caſibus conſcientia, caſu 39. n. 8. & 19.*

31 Quicquid in contrarium adſtruxerint *Gloſæ*, vbique, negantes actionem dari meretrici ad mercedem promiſſam (licèt inficias ire non auferint, retentionem accepti competere omn. iure) nimirum *Gloſ. in d. l 4. §. Sed & quod meretrici*, verb. *Noua ratione ſub fin.* verſ. *Sed an poterit petere, & in l. affectionis*, verb. *Meretrices*, verſ. *Non ad actionem, ff. de donat. & in l. cum ita 2.* verb. *Melior in fin.* verſ. *Sed e contra ſi creditrix*, & verſ. ſeq. *C. de condict. ob turp. cauſ. & in l. ea quæ*, verb. *Matremfamilias poſt medium*, verſ. *Nam ſi dedero meretrici, C. de donat. ante nupt. & in l. fin.* verb. *Non poteſt, ff. de actio. & oblig. & in cap. qui venatoribus 86. diſt.* quas ſequuntur *Butrig. & Bal. in d. l. 1. n. 6. C. de condict. ob turpem cauſam, Rom. in d. l. affectionis n. 4. Ang. & Bal. in d. l. ſi ob ſtuprum 4. ff. de condict. ob turp. cauſ. Pau. de Caſtr. in l. 1. §. ob rem n. 13. eod. tit. & n. 2. in fin. in l. generaliter, ff. de verb. obl.* & ibi *Iaſ. n. 6. Alciat. n. 13.*

Imol. n. 3. iterum *Bal. in d. l.* 4. §. *quotiens, n. vnico*, vers. *Sed quid si scholaris promisit meretrici*, iuncto vers. *Dic cõtra, ff. de condict. ob turp. caus. Iser. in d. cap.* 1. verb. *Turpiter luserit, n.* 11. *quib. mod. feu. amit. Tindar. de decim. n.* 54. alijq; congesti à *Gizzar. d. dec.* 52. *n.* 1. *&* 2. *Amesc. d. quæst.* 13. *n.* 13. vers. *Contrarium, Berlich. d. concl.* 41. *n.* 17. vers. *Non obstante quod, Couarr. d.* §. 2. incip. *Proximè dictum est, in princip. Episcop. Ricc. d. dec.* 143. *in princ. Vasq. d. controuers.* 48. *ex n.* 5. & alibi cæteri passim.

32 Etenim: pro meretrice etiam quod illi competat actio, nedùm retentio, tàm in foro exteriori, quàm interiori, præcitati DD. à *Nobis* congesti *hoc eod. respons.* verb. *Fundamentum accipit*, trutinato articulo; veriorem, & securiorem, imò communiorem esse sententiam, firmè sustinuerunt, improbatis contrariis, quibus, & rationibus per ipsos adductis strenuè occurrunt, adeo quod *Amescua in d. quæst.* 15. *n.* 19. qui est finalis, aperta fronte asseruit, *Ita tenendum esse, & semper fuisse tentum, neq; vnquam diuersam sententiam praxis recepit.*

33 *Sed quid moror?* Sacrum Consiliũ haud obscurè in casu currenti hanc eandem pro meretricibus approbauit sententiam, suumq; præbuit calculum, teste *Consiliar. Gizzar. d. dec.* 52. *n.* 22. qui est finalis, ibi, *Nos iudicauimus in Sacro Consilio dari actionẽ meretrici, etiam quæ non degit in Lupanari, in causa Hippolitæ de Leo, quæ conuenerat in Magna Curia Vicariæ quosdam Nobiles, & vnum ex eis ex Sedili huius Ciuitatis primario ad soluendum pensionem domus per ipsum solui promissam, mediante albarano eorum manuscripto, ex causa accessus, quam ad ipsam habebãt, cuius causa domum prædictam ipsis instantibus locauerat. Magna Curia ipsos condemnauit, appellauerunt ad Sac. Consil. & ad relationem Magnæ Curiæ, decretum prædictum fuit confirmatum, Nomina conuentorum taceo, vt præclarissimæ Familiæ, non vt ipsis indulgeam, nõ enim digni essent, quod eorum nomina tacerentur, qui pro re tam minima, & indecora, & per ipsos promissa, passi sunt publicè in iudicio conueniri, & condemnari*, de qua decisione memoriam habuit *D. Io. Bapt. Thor.* doctus, & laboriosus vir in *2. par. Compend. decis. Regn. par.* 2. verb. *Meretrix col.* 2. *pag.* 351. *col.* 2. *& tom.* 3. *par.* 2. verb. *Meretrix*, vbi conciliat cum alia decisione ad relationem Spectab. D. mei Regentis Decani, nunc emeritissimi Sacri Consilij Præsidis Zufia.

33 Vt indè emergat, non fore amplius hæsitandum, quinimò mutanda non esse, quæ certam in articulo iuris controuerso, receperunt determinationem, ad *tex. in l. minimè cum l.*
34 *seq. ff. de leg. b.* & in Regno passim obseruari per manus traditum est, ex ijs, quæ docet *Affl. dec.* 96. *D. de Franch. dec.* 238. *n.* 2. *&* 3. *Gamm. dec.* 33. *in fin. Reg. Rou. dec.* 27. *n.* 4. *Canalc. dec.* 6. *&* 11. *par.* 1. *Rauden. dec. Pisana* 6. iterum *Affl. dec.* 253. *n.* 4. *Fontanell. dec.* 420. *n.* 11. *& seq. Reg. Valenz. cons.* 72. *n.* 4. *lib.* 1. pulchrè insignis Doctor *Io. Bapt. Larrea dec. Granaten.* 41. *&* 47. *n.* 13. *&* 14. *& allegation. fiscal. alleg.* 22. *n.* 26. *cum duob. seq.* & facit *tex.* synodalis in *l. filius emancipatus* 14. ibi, *Sic enim inueni Senatum censuisse, ff. ad leg. Cornel. de fals.* quẽ enueleat *Larr. dec.* 33. *n.* 10. pleraq; alia adduxi *Ego in* 1. *Practicar. obseruation. obser.* 34. *per tot.* Quis ergo ab hac conclamata audebit resilire sententia?

Agedum: ex prædictis in propatulo esse licitam fieri receptionẽ mercedis ob fornicationem meretrici, & ex consequenti patens fit nullum commisisse delictum Ioannam, pauperculam mulierem si quid à Ioan-

Ioanne Amasio, mercedis vice (*sanè deplorabilis*) accepit, nec vllam actionem criminaliter contra ipsam agendi insurrexisse, nec pænam aliquam adhuc per somnium excogitari posse, applaudēte *tex. in l. Grac-*
37 *chus*, C. *ad l. Iul. de adult. l. quis sit fugitiuus* 17. §. *apud Labeonem, ff. de ædil. edict. can. quid dicam* 11. *in fin.* 14. *quæst.* 4. *can. qui peccat in princ.* 23. *quæst.* 4. *Caualcan. dec.* 19. *n.* 88. *par.* 5.
38 & à pæna excusatur etiam, qui id egerit, quod sibi licere putat, *Ossat. dec.* 71. *n.* 107. *Rim. cons.* 236. *n.* 27. *Menoch. cons.* 2. *n.* 133. *Burs. cons.* 325. *n.* 54. etiamsi probatum non sit licitè id actum fuisse, & est *tex. in l. Si qua pœna* 244. §. *ex hoc quoque, ff. de verb. sign. Glos. in* Clem. vnic. verb. *Eos, de consang. & affinit. Cap. Sine culpa* 23. *de regu. iur. in* 6. *P. Sanchez de matrim. lib.* 3. *disput.* 1. *n.* 5. *Clar.* §. *fin. quæst.* 56. *Felic. alleg.* 3. *n.* 19. *par.* 1. Et quatenus dubia res esset, ex licita
39 potius, quàm ex illicita causa quid actum præsumitur ad excludendum delictum, *l. meritò, ff. pro soc. cum concordan.* per *Giurb. cons.* 37. *n.* 31. *Macerat. lib.* 3. *resol.* 42. *n.* 2. *Farin. cons.* 44. *n.* 20. *& cons.* 49. *n.* 2. *Eugen. cons.* 9. *n.* 19. *& cons.* 76. *n.* 146. vndè à consignationis nexu liberari debere, iustè
40 efflagitat, quasi destructo fundamēto agendi, & ipsa actio corruat, *cap. cum Paulus* 1. *quæst.* 1. *l. eum qui ædes, ff. de vsucapio.*

Quod si obijciatur Amasium asserere bona Ioannæ tradidisse eam in causam, matrimonij cum ipso cōtrahendi, haudquaquam audiendus est, siquidem ipse in causa propria
41 deponit, cui minimè credendum tradit *Consultus in l. nullus, ff. de testi. l. omnibus*, & vtrobiq; communiter Scribentes, *C. eod. cap. insuper*, vltimis verbis *extr. eod. tit.* præsertim *Fulgos.*
42 *in summar. d. l. omnibus*, inquiens satis perniciosum esse exemplum in causa propria testē admittere, *Afft. dec.* 400. *n.* 7. *Natt. cons.* 473. *n.* 4. vbi ampliat etiā, quod testis sit in mor-
43 tis arriculo constitutus, & esse ab omnibus receptam conclusionem tradit *Farin. de testi. tit. de opposit. cōtr. person. test. quæst.* 60. *n.* 2. *in fin. Giurb. cons.* 93. *n.* 7.
44 Itidem: inuerisimile asserit, ex quo debilitatur, seu mauis prostituitur funditus ei fides, *cap. quia verisimile de præsum. l. qui habebat, ff de lega.* 3. *Surd. cōs.* 303. *n.* 39. *l. testium dignitas*, ibi, *Et an verisimilia deposuerint, ff. de testi. Reg. Valenz. cons.* 97. *n.* 2. *lib.* 1. *Morot. cons.* 99. *n.* 14. *Farin. cons.* 121. *n.* 40. *cons.* 122. *n.* 16. *& cōs.* 138. *n.* 13. *Giurb.* ex multis *cons.* 78. *n.* 18. & patet inuerisimilitudo, quia Amasij
45 ad meretricem ingressum habentes, quod tradunt, loco mercedis tradidisse videntur, non autem, vt matrimonium contrahant, id quod enucleabimus inferius, vers. *Sed nugæ sunt hæ.*

Rursus, ipsius Ioannis persona attenta, quæ de furto, & falsitate inquiritur à D. Præsidente Amendola, cui non sit obuium, quod in nihilo probet eius assertio, etiamsi vti te-
46 stis in actu adhiberetur? *textus* est expressus *in l. testimonium, ff. de testi. cap. si testes*, vers. *In testimonium* 4. *quæst.* 3. *cap. fin.* & ibi *DD.* omnes *extr. eod. Non debet*, inquit, ibi Summus Pontifex *quis in criminibus ad testificandum admitti pendente accusatione*
47 *de crimine contra ipsum*; ex pendentia enim causæ super delicto, grauatur opinio accusati, itaut non dicatur integri status, *Abb. in d. cap. fin. de testi. in princ.* vndè post multos *Farin. de test. tit. de oppos. contr. person. test quæst.* 56. *n.* 167. tradit istum accusatum notari infamia facti, maximè quando delictum, de quo accusatur, est tale, quod infamiam irroget *Imol. in d. cap. fin. de testi. n.* 1.

quod-

quodq; prædicta locum sibi faciant etiam in inquisito, & denunciato pendente inquisitione, vel denũciatione, tenet idemet *Farin. loc. cit. n.* 108. *in* 1. *ampl.* Nec erit qui inficias
48 eat falsitatis, & furti crimina infamare, sicuti communiter tradunt *Repeten. tot. tit. de furt. & falf. ff. &* C.

Redditurq; mendax in eo quod adstruit, bona sequestrata Ioannæ tradidisse, idcirco dubiæ, fluxæq; fidei; nam promptanea sese offert probatio ex plurium testimonialibus conuincentibus quamplura ex bonis prædictis, ab alijs recepisse, & ex propria pecunia comparasse, vndè
49 vti mendaci deneganda est fides, ex traditis per *DD. in l. fin. ff. de reiuend. Affl. dec.* 18. vndè suo iure priuatur mendax, *l. cum plures*, §. *mendacij*, & ibi *Bar. ff. locat.* qui *tex.* ad hoc quotidie adducitur, secundùm *Alber. & Paul. de Castr.* ibi, *Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius*, verb. *Et absq; liberis n.* 162. *cum seqq.* vbi plura similia de
50 materia mendacij, *Guid. Pap. sing.* 609. *Iacobin. in l. cum de indebito n.* 16. *ff. de probat.* & in *repet. Rubr. ff. de reiuen. Anna alleg.* 99. *Guid. Pap. dec.* 236. *Marescot. variar. resol. lib.* 4. *cap.* 107. *n.* 2. *Christin. dec. Belgic.* 90. *n.* 8. & vti
51 falsus in vno, in omnibus falsus reputatur, ità vt illi in nihilo sit credendum, *Intrigl. dec.* 11. *n.* 32. *lib.* 3. & *sing.* 37. *Anton. de Ball. de quæstio. & tormen. quæst.* 10. *n.* 32. *& quæst.* 11. *n.* 25. *Mut. ad Consuet. Panhor.* 9. *n.* 79. *Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæst.* 46. *n.* 11. *&* 28.

Et quatenus (daremus manus)
52 actionem aliquam Amasio competere, ea ciuilis erit, & ciuiliter intentanda, quæ speciem futuræ litis demonstret, *l. edita actio, C. de eden.* quæ sanè capax erit termini, *cap. quoniam contra de probat.* vbi post alios *Lanfranc. de Oriano*, & per Ciuilistas passim in *l. prolatam*, C. *de senten. & interloq. omn. Iudic.* vbi habetur ordiñdam esse telam iudiciariã, per actus incumbentes, ad hoc vt ea expleta ad sententiam deueniri posßit, vtpu-
53 ta per libelli oblationem, litis contestationem, & alios actus sollemnes, de quibus *DD.* agunt in præcitatis iuribus, & in *Auth. Offeratur*, C. *de lit. contest. in l. si quando*, C. *de probat. in cap.* 1. *& toto tit. extr. Vt lit. non contest.* & in terminis terminãtibus tàm
54 doctè, quàm eleganter *Matth. Coler. de process. execut. lib.* 1. *par.* 4. *cap.* 1. *in rub. de exception. impedien. parat. exequut. n.* 149. *ad* 167. benè *Reg. Rou. in prag.* 4. *de dilat.* alias 28. *de offic. S. C.* §. 17. *n.* 6.

Quæ quidem manifestum præstãt argumentum, satis fuisse grauatam Ioannam de sequestro, quippequi de credito non alio constat modo, quàm per assertionem ipsorum; De-
55 bebat etenim de credito Iudici aliũdè cõstare ad *tex. in l. duobus reis* 28. §. 1. ibiq; *glos.* verb. *Solationis in fin. ff. de iuretur. Affl. dec.* 245. *n.* 11. quinimò nullum requisitum ad faciendum sequestrum concurrit, quorum quatuor enumerat copulatiuè *Guid. Pap. dec.* 246. quem ad hoc laudat *Reg. Rou. in prag.* 11. *de feu. n.* 48. &
56 clara iuris dispositio abhorret sequestrum in *l. vnic. C. de prohibit. sequestrat. pecun. Rota* apud *Burratt. dec.* 595. *n.* 3. *Ludouis.* postmodum *Sanctissim. dec.* 22. *n.* 1. apud *Pacificum de Saluiano*, quæ est 67. *in impress.* apud eundem *Sanctiss.*, *Aretin. in* §. *Item Seruian. in fin. Instit. de actio.* & vti odiosum, non esse ab illo inchoandum *Repetent. in d. l. vnic.* cõmuniter tradiderũt, vti affirmat *Rom. cons.* 488. *n.* 1. *Mayner. dec. Tholos.* 5. *n.* 1. *lib.* 4. *Boer. dec.* 172. *Achill. de Graff. dec. Rot. Rom.* 327. *aliàs* 1. *de spõsal. n.* 2. *Rebuff. ad ll. Gallic. tom.* 3. *tit. de sequestr. art.* 1. *glos.* 1. *n.* 3. *Valas. consult.* 159. *n.* 20. *Gregor. Lopez in proem. tit.* 9. *par.* 3.

Boss.

Boss. tract. de fisc. & priuileg. eius n. 60.
57 inquiens esse, quem manutenendũ in sua possessione, donec sit expedita causa petitionis, *Illust. D. Praeceptor meus Marchio Torell. decis.* 5. & ibi *Gittius*, qui de more plura obseruat *Reg. Valenz. cons.* 43. *n.* 186. *& cons.* 53.
58 *n.* 76. *tom.* 1. qui praedictorum haud immemor *Reg. Galeot. Illust. Dux Reginae*, doctus, qui in omni praefuit eloquio *Controuers. Illust. cap.* 24. *n.* 50. *cum plurib. seqq. lib.* 1. quem Ego cum laude allegaui in 1. *forens. cap.* 42. *n.* 3. ibiq; *D. Reg.* nullitatem sequestri redarguens in casu suo, ex *Rebuff. loc. cit. n.* 10. vers. *Quarto ad petitionem*, ex eo praecipuè conuincit,
59 quia nemine citato processit, vti in thesi currenti adamussim contigit, fuerunt etenim sequestrata omnia, ferè bona pauperrimę mulierculae, quae ex illa hora non habuit vbi caput recumberet, priuata etenim fuit nedùm laneis culcitris, assuetaque mollitie, sed vix durum (vt ità dixerim) paleis infartum sacculum reliquerunt, vndè exul ab eius laribus facta, alienas (*Ingemiscēs*) domos vagatur, ad solam Amasij assertionem, qui nullo sibi dedecori, culpaeq; duxit eiusmodi obiectare criminationem, modò de furto magnae quantitatis, & falsitate diffamati, nullo apparente documento crediti, vel alia subsistente causa nequidem colorata, quid amabò decerneret *Senatus* apud *Rebuff. hoc in casu?* quando in facti specie per ipsum relata *d. glos.* 1. *n.* 10. ità tradit, *Sequestrum factum*
60 *partibus non auditis, nullum fuisse declaratum, & prohibuit Senatus Secretarijs, & alijs, nè literas subscriberent, per quas apparitoribus mandaretur, vt sequestrationem facerent, cùm in hoc causa cognitio versetur*, benè *Gregor. Lopez in proem. tit.* 9. *par.* 3. verb. *Deuen fazer*, vt verè fari libeat in Regni Tribunalibus etiam Supremis, eiusmodi sequestra, nec minus excogitata fuisse, tantùm abest vt asserat quispiam practicata extitisse.

Proin, esse bona Ioannae restituenda, nemo non dixerit.

Transgrediamur nunc ad instantias D. Praesidētis Io. Baptistę Amēdolae, qui post susceptum à *Me* patrocinium, consiliumq; redditum, ac supplicationem formatam ad Sac. Consilium de illato sequestri grauamine (*Non nisi coactus pugno, vt pietatis munere fungar, Deum obtestor*) in Iudicio se obrulit, & modò impedimentum praestat nè bona restituantur, innitentis furto Ioannis; eiusque iura sustinentis cōtra pauperculam? Ast (si veritatem amamus) ex praeallegatis adhuc nitidè apparet, quod nullum Ius foueat; Nam praeterquā quod de furto, & falsitate minimè constat, & sic delictum in genere deficit, vndè nec procedi potest cōtra Ioannem (indignum profectò, qui meo, vel praeclariori potiatur patrocinio) vti in simili tradit *Gizzar. d. dec.* 52. *n.* 22. ad *tex.* vulgatum, sed
61 insignem *in l.* 1. *§. Item illud, ff. ad Sylanian. Gomez. de delict. tit. de captur. reor. n.* 1. vers. *Iudex vadat, vel mittat, Boss. de delict. n.* 1. *& seq. & n.* 24. vers. *Quia Index, Ang. de malef.* verb. *Fama publica post n.* 128. vers. *Et sic de homicidio, Foller. in pract. crim.* verb. *Capiat informationem, n.* 4. *Farin. de inquisit. quest.* 2. *n.* 4. *Io. Mar. Vermigl. cons.* 11. *n.* 1. *& seqq.*

Nos (qui miserrimae mulieris declamata iura sustinemus, nec cordi vnquam fuit furem ipsum, & falsarium defendere) licèt concedamus nedùm de delicto esse constitum, verùm etiam ipsum conuictum, & confessum, quid indè contra Ioannā bona sua efflictim lugentem, oriri possit, vt totaliter ea deperdat, seu iacturam aliquam patiatur, ex nostra crassa Minerua nō capimus; Etenim

nim omnia ea, quæ modò exarauimus ad exclusionẽ Amasij, adamussim quadrant ad ea elidenda, quæ Dom. Præsidens Amendola proponit cùm in ipsius Ioãnis locum subrogati contendat.

62 Verum namq; est theorema, subrogatum assumere naturam primordialem eius, in cuius locum subrogatur, *l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis cautio. l. nõ possunt, ff. de legib. Matthien. in l. 16. tit. 10. lib. 5. Recopil. glos. 3. n. 2.* cum omnibus qualitatibus, requisitis, & grauaminibus rei, in cuius locum subrogatur, *l. 1. §. hac actio locum, ff. si quis testa. liber esse iuss. fuer.* & vti pulchrè tradit *Reg. Valenz.*
63 *cons. 69. n. 259.* subrogatio fit non solum respectu rei, sed personarum habentium ius ad eam, per *tex. in l. fin. C. de proxim. sacror. scrinior. lib. 12.* At nullum ius habet Ioannes, igitur nullam actionem in Dom. Præsidentem Amendola transferre potest, ad *tex. in l. Nemo plus iuris, ff. de regul. iur. cum concordan.* & vti obseruat *Reg. Valenz. cons. 23. n. 146.* in causato
64 nequit plus virtutis esse, quàm procedat ab influentis causæ potentia, quod fuit dictum *Bal. in l. 1. ff. de Senator. et in l. nominationes n. 3. C. de*
65 *appell.* vbi quod deficiente causa, deficit causatum, *cap. Daybertum 1. quæst. 7.*

Et auctuarij vice ad iura Ioannæ comprobanda ponderamus notabile illud enuntiatum *Ferdinãdi Vasq. controuers. Illustr. cap. 48. n. 5.* in pro-
66 prio casu, nimirum quod si meretrices illud quod pretij, siue mercedis loco acceperunt eo quod turpiter faciant, restituere teneantur, illarum mulierculàrum miserrima conditio hac opinione admissa, miserabilior, & deterior fieret, quod non est fe-
67 rendum, nè afflictis detur afflictio, *arg. l. vnic. in princ. C. de his qui ante apert. tab. l. Imperialis, C. de secũd. nupt.* vndè contrariam sustinet opinionem *n. 6.* vti verissimam, & vtilissimam, nè miserrimæ illæ mulierculæ miserabilioris stent conditionis, quàm sunt.

Insuper: quod ius metiri potest Dom. Præsidẽs ijs in bonis ab Amasio traditis mulieri in causam mer-
68 cedis ob fornicationem, si qualiacumq; tradidit, in ipsius mulieris accipientis dominium transierunt? ad *tex. in §. per traditionem Institut. de rer. diuis. l. traditionibus, C. de pact. l. traditio, ff. de acquir. rer. diuis.* nec ius
69 lege permittente quæsitum debet auferri, *l. seruus, C. de pact. Bal. in l. 1. notab. 3, C. de fideicom. Hiero. Grat. respon. 133. n. 15. lib. 1.* sed integrum, & illæsum permanere *Reg. Valenz. cons. 69. n. 72. lib. 1.*

Nec hæsitandum venit, vnicuique licere, non solum suum disponere, alienareuè, sed etiam prodigere, eo-
70 que abuti, *l. sed et si, §. consuluit,* ibi, *Dum re sua se abuti putat, ff. de petit. hæred. l. 1. §. et magis,* verb. *Prodegit, ff. si quid in fraud. patron. l. qui autem in princ. et §. 1. ff. qua in fraud. creditor. l. quia poterat, ff. ad Trebell. l. non vsq; ff. si à paren. quis fuer. manum. l. nemo, ff. de pact.* facit *tex. in l. Manius*
71 54. ibi, *Quid enim interest, si quis velit suum in mari proijcere? ff. de condit. et dem.* quem *tex.* ad propositum extollit *Illust. March. Ramon. in 1. controuers. forens. cap. 1. n. 7.* & quamplura *Scribentes in iuribus præcitatis* cõsarcinarunt.

72 Præmaximè; quando causa dandi intercessit, siue honesta, siue inhonesta illa fuerit, secundùm *Vasq. d. cap. 48. n. 8.* subdens id procedere, etiamsi nulla omninò causa intercesserit, *l. 1. et 2. per tot. tit. ff. pro derelict.*

Quod autem tale dominium Ioãnę fuerit acquisitum, præter ea quæ *hoc eod. respons.* insinuauimus, vers. *Fun-*

Fundamentum accipit, aduertit *Vasq. d.cap.48. n.9. vers. Quoad secundum*, certum esse in iure, quod Amasius id dominium in eam transferre voluit, nec quicquam tàm naturale, quàm voluntatem domini rem suã in alium transferre volentis ratam haberi, & non minus infructuosum, quam iniquum esset introducere, vt dominium meretrici acquiri desineret, quod ab ipso viro iam dicimus abscessisse, quo arguendi genere vtitur in simili *Iureconsultus in l. 1. §. Si vir vxori, ff. de acquir. poss.*

At scio: statim mihi obiecturum, Ioannem bona tradidisse sub spe coniugij cum meretrice, quæ causa efficit, vt dominium rerum non abscessisset, sed in pendenti fuerit, dũmodò mãtrimonium perficeretur, & modò non perfecto, quasi causa deficiente, idem fit ac si bona non fuissẽt tradita, *Bal. in cap. 1. de eo qui finẽ fecit agnata n. 1. et in l. 1. n. 41. ff. de*
73 *rer. diuis.* debet namq; actus semper ad suam causam restringi, *l. cancellauerat, ff. de his quę in testam. delen. Crau. cons. 242. n. 6. lib. 2. Cassan. cons. 69. n. 13. et 14. DD. in l. quod seruius, ff. de condict. ob caus.*

Sed nugæ sunt hæ: ni veriùs dixerim, magnum profectò deperditi hominis facinus, dùm talia insinuauit, siquidem loco mercedis veriùs est illa fuisse tradita, nàm vti considerat *Vasq. d. cap. 48. n. 7. vers. Deindè*, hisce in rebus plerumq; fieri solent pactiones expressè, aut tacitè de talibus
74 dationibus, quas seruare de iure naturæ debemus, *l. 1. ff. de pact. cap. 1. eod. tit. l. 1. ff. de constit. pecun. l. non minorem, C. de trans.*

Nec facile credendum est, virum cum meretrice conuersantem, bona illi tradidisse sub spe futuri matrimonij, quando mercedis loco fornicariæ tradidit, & hæc causa attendi-
75 tur, quæ vera, & principalis fuit, *l. si quis nec causam cum ibi notatis, ff. si cert. pet. l. si filiusfam. in fin. C. ad Se-*
76 *natusconsul. Macedon.* & origo spectanda est in omnibus rebus, quæ in hoc fuit, vt suam carnem prostituenti mulieri merces daretur, *l. qui id quod in princ. ff. de donat. l. tutor datus, ff. de fideiussor. l. 2. §. paruiq; referre, ff.*
77 *de priuil. creditor.* sed asserat necesse est Ioannes, non adeò consumatæ prudentiæ ipsum extitisse, vt quæ ob fornicationis prætium meretrici dedit, in somniatum, vel in Lunę globum effictum matrimoniũ pararet; sunt etenim amantes plerumque ab eiusmodi prudẽtia alieni; vndè *Propert. lib. 2. Elegiar.* sic modulatur.

Quicumque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,
Nonnè putas miras hunc habuisse manus?
Hic primum vidit, sine sensu viuere amantes,
Et leuibus curis magna perire bona.

Et *Plautus in Trinummo* sic scriptum reliquit.

Scio, et spontè non tuaptè errasse, sed amorem tibi pectus obscurasse.

Et *Propert. eod. lib. 2.* sic cecinit.

Scilicet insano nemò in amore videt.

Et satis ad rem *Tibull. eleg. vltim. lib. 2.*

Tu miserum torques, tu me mihi dira prętari.
Cogis, et insana mente nefãda loqui.

79 Agnoscat itidem Ioannes quantũ sibi plaudat *Virgil. lib. 4. Aeneid.* ibi,

Vritur infelix Dido, totaq; vagatur Vrbe furens.

Et rectius *Ouid. Epistol. 5.*

Me miseram, quod amor non est medicabilis herbis.
Destituor prudens artis ab arte mea.

Quinimò: miserendum est Ioanni Amasio, qui vti amans, siue amens non potuit mederi suo morbo furẽtis amoris; ideoq; verum non asse-

F ruit,

ruit, & zelo zelotypo commotus in Amasiam irruit, de quo benè *Proper. lib. 2. Elegiar. ad Mecenat.*

Omnes humanos sanat medicina dolores,
Solus amor morbi non amat artificem.

80 . Hæc paramus, quę miserrimę muliercula omnibus ferè bonis spoliatæ, omnique destitutæ auxilio, iustitiam suadent, *Ego* etenim postquam ad scribendum pro paupere, ac miserabili fæmina animum appuli (vt meo facerem satis muneri, quod obnoxium me reddit etiam iurisiurandi vinculo adhibito, in patrocinio pauperibus gratis prestando) sic mecum statui, id potissimum mei esse officij, vt nihil omitterem, quod ad iustitiam pauperum insinuandam necessarium putarem; Itaq; nisi me, mei fallat amor, circulum (vt dici veteri adagio solet) absoluisse, ac summum propositi assecuti videmur, vt labefactato consignationis actu, ac restitutis bonis sub sequestro positis, pro quo iustitia faciet, æquitasq; pugnabit, Iurgio finis imponatur, si Domini mei Iudicantes exantlatis annuant laboribus, quos eorum correctioni alacriter submittimus.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 20. Iunij 1653.

D E C I S I O.

Die Sabati 19. Mens. Iulij 1653. fuit interpositum decretum eiusmodi.

IN Causa Magnifici Regij Consiliarij Præsidentis Regia Cameræ Summaria Ioannis Baptistæ Amendola cum Ioanna Farace, prout ex actis. Per Regiam Iunctam Delegatam per S. E. fuit prouisum, & decretum, quod tollatur consignatio Ioannæ Farace, Et super alijs hincindè prætensis infra quatuor dies audiantur partes, firmo remanente sequestro, quò ad bona descripta in calce præsentis decreti, salua prouisione facienda in qualibet parte iudicij super illorum dissequestratione, & alia bona sequestrata restituantur prædictæ Ioannæ. Hoc suum. Zufia Reg. & Præs. Sac. Consil. Staibanus, Boliaga, Capycius Galeota, Lopez.

Penès *Leonardum de Viuo* Act. Assumptum.

SVMMARIVM.

1 Authorparauerat tradere, quę aduersus Iunctam formatã per Excellentiss. Regni Proregem Comitem de Ognate scripserat.

2 Fisci Patroni debent satagere, vt honor suorum Tribunaliũ augeatur potius, quàm diminuatur.

3 Prorex magnam habet authoritatem in Regno, & dicitur Alter Ego.

4 Prorex Regni potest ex sua potestate in quacumque parte litis iurisdictionem tollere, & euocare.

5 Euocatio causarum potest fieri ad instantiam miserabilium personarum.

6 Prorex non debet euocare causas à Tribunalibus ordinarijs absq; causa legitima.

7 Princeps non debet alicui sine causa dominium auferre.

8 Princeps non debet à proprijs Tribunalibus iurisdictionem tollere.

9 Consulentes Principi, qua animaduertere debent.

10 Tribunalia non debent spoliari sua propria iurisdictione, nec Iunctæ in causis formari.

11 Delegationes causarum non debent fieri, nisi magna vrgente causa, vel publica vtilitate suadente.

12 Exemplaris prouisio in delegando causas, fieri debet in causis exemplaribus.

13 Reg. de Ponte in sede indicata, quid senserit aduersus Delegationes causarum.

14 Tribunalia non sunt exauthoranda, dum non peccauerunt.

15 Princeps delegando passim causas, iniuriam infert nedùm Tribunalibus ordinarijs, verum etiam Partibus litigantibus.

16 Iudicium, & iurisdictionem declinare à Tribunalibus, ad qua causarum cognitio spectat, temerarium est.

17 Causarum criminalium cognitio, in Regno spectat ad Tribunal Magnę Curiæ Vicariæ.

18 Sacrum Regium Consilium Neapolitanum vicem Praefecti Praetorio sustinet.

19 Decisiones Sacri Consilij Neapolitani, habent exequutionem paratam, & armata manu exequuntur.

20 Causarum euocationes sunt odiosa, & restringenda.

21 Iudicium vbi est captum, ibi finem accipere debet.

22 Iudex de qua re cognouit, de ea pronunciare debet.

23 Contumelia afficiuntur Iudices, si de causa cognoscere inceperunt, & iurisdictio aufertur.

24 Delegationes causarum contra Neapolitanos in quibus causis fieri permittuntur.

ARGVMENTVM.

Causarum euocatio à proprijs Tribunalibus eas delegando alijs Iudicibus, nedùm Tribunalium Authoritatem offendit, verum etiam partes ipsas, quas multa ex hoc incommoda pati pluribus suadetur; Insimulq; ostenditur præiudicium fieri Capitulis, & Gratijs elargitis Fidelissimæ Ciuitati Neapolis, quibus habetur non nisi in magnis causis, & delictis

exemplaribus esse faciendas Delegationes, quæq; iura conuelluntur, quiduè adstruxerit de hoc *Reg. de Ponte in sede indicata*, haud illepidè commonstratur.

PRO

Ioanna Farace.

CVM

Ioanne Henrico.

RESPONSVM IV.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 IN causa præcedenti, dùm innotuit fuisse ordine Suę Excellentiæ formatam Iunctam, sicuti in calce *Responsi* indicauimus plura paraueram ad insinuandam causam merè ciuilem, non debere tractari in Iuncta, eaq; tradere meditabar Excellentissimo Regni Proregi Comiti de Ognate, ad hoc vt suis in Tribunalibus rem definiendam remitteret, sed dignis ex causis, me abstinui. Verùm ne labor pereat, posteritati tradere, quæ exaraui, non gra-
2 uabor, Etsi ad munus D. Fisci Patroni spectet, saragere, vt honor, & authoritas sui Tribunalis augeatur potiùs, quàm diminuatur, ex dictis per eruditissimum *Escobar de purit. & nobilit. proban. par. 2. quæst. 8. rubr. de offic. Promotor. fisc n. 37.* qui ad id allegat *textum in l. non intelligitur 3. §. Diui fratres, ff. de iur. fisc.* idcircoque in spem ducimur sua solertia, Excellentissimum Regni Proregem Iũctas esse disiuncturum, nonnulla tamen Nos adnotare enitemur.

Ideò insinuandum est, quod licèt
3 magna sit potestas, & Authoritas Excellẽtiss. Regni Proregis, qui Regẽ ipsum repræsentat, & dicitur *Alter Ego*, ex dictis per *Paul. de Castr. Alex. & Modern. in l. 2. ff. de offic. eius cui mandat. est iurisd.* cum alijs latissimè cumulatis per *Frecc. de subfeu. lib. 2. tit. Quis dicatur Dux n. 33.* post *Iser. in cap. Imperialem n. 12. de prohib. feud. alien. per Feder. Ann. alleg. 119. Addent. ad Constitut. Regn. Humanitate, D. Reg. Tap. dec. 3. Senat. Ital.* Reg. *de Pont. de potest. Proreg. tit. 1. de prouision. fier. solit. n. 1. & 3. & §. 6. de assens.* Reg. *n. 3. cum duob. seqq. Vincent. de Frãch dec. 213. n. 12.* aliosq; Regnicolas passim, & ideò ex
4 vi supremæ potestatis, possit in quacumq; parte litis iurisdictionem tollere, & euocare, *l. iudicium soluitur, ff. de iud.* Couarr. *in pract. cap. 9. n. 1. & 4. Sesse dec. Aragon. 117. n. 20. & dec. 79. n. 17. Ibandus de Bardaxi tract. de officio gubernationis, seu procurationis generalis* Regni *Aragonum quæst. 5. n. 63. pag. 82. Boer. dec. 79. n. 9.* Maximè quando euocatio fieret ad fauorem
5 miserabilium personarum, vt sunt viduæ, pupilli, & aliæ personæ contentæ in *l. vnic.* C. *quan. Imper. inter pupill. & vid. Thes. dec. 177. n. 1. & 2. D. de Franch. dec. 257.* Prorex tamen
6 non debet facere tales euocationes sine causis legitimis, *Pau. de Castr. in Auth. Qua in Prouincia, col. 1.* C. *vbi de crim. agi oport.* & ex *cap. pen. de iuram. calum.* vbi *Panorm. notab. 1. Borrell. in Summ. decision. tom. 2. tit. 27. n. 62.*

n. 62. Bellug. in Specul. Princip. rubr. 23. vers. Sed pone, n. 7. & seq. Illustr. March. Belmon. Reg. *Tap. dec. 1. n. 12.* Rebuff. *in tract. de euocat. in præfat.*
7 *quæst. 6. n. 58. & seq.* dicens, quod sicut Princeps non debet alicui auferre dominium sine causa, *l. 2. C. de preccib. Imper. offere l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loc. publ. Abb. in cap. ex tenore n. 8. de for. compet.* itá nec pro-
8 priam iurisdictionem Tribunalibus tollere, *l. qui fuere, ff. de stat. hom. Bal. in l. 1. col. vlt. ff. de Constit. Princip.*;

Dolendum profectò est, quomodo spolientur Tribunalia sua propria iurisdictione, dùm consulitur D. Proregi, quod fiant Delegationes causarum criminalium, denegando appellationem ad Tribunalia competentia, debent etenim hi Consul-
9 tores esse memores eius quod dixit *Mæcenas Augusto Cæsari* apud *Dionē lib. 5. Id tibi consilium do, ne quando abutaris potentia tua, neque eam putes esse diminutionem potentiæ tuæ, si non omnia simul facias, quæ possis, sed quātò magis omnia, quæ statuere poteris, perficere, tantò magis cura, vt optima quæq; tibi proponas, Georg. Aeatius, lib. 3. de privileg. cap. 5. n. 46. Reg. Valenz. cons. 162. n. 67. lib. 2.* quodque magis dissonum est, & bono Regimini iustitię contrarium, de quolibet delicto fiunt Iunctę Magistratuum diuer-
10 sorum Tribunalium, in maximum iustitiæ detrimentum, quod sanè nō nisi magna vrgente causa, vel publica vtilitate, suadente fieri debet, si-
11 cuti punctuatim tradit *Rebuff. d. quæst. 6. Mastr. dec. 286. n. 8. & seqq. Bardaxi,* vbi *proximè n. 66. & 71.* Reg. *de Pont. in eod. tract. tit. de Delegation. causar. n. 1.* inquiens cum magno téperamento, & circumspectè delega-
12 tiones fieri debere in causis exemplaribus, in quibus exemplaris debet fieri prouisio, ob publicum bonum, *Gram. vot. 28. in fin. Auendan. de exequen. mandat. cap. 19. lib. 1.* Nam sine causa vrgenti quando fiunt, fit iniuria Tribunali, & Iudici, à quo causa euocatur, *Rot. Rom.* apud *Cassador. dec. 1. de rescr.* & per *Farin. in recentior. dec. 655. n. 3. par. 1. tom. 2. Cardin. Seraphin. dec. 763. n. 6. Gratian. dec. 209. n. 7. & 8. Eugen. cons. 40. n. 12. lib. 2.* de quo querimoniam ad posteritatem disertis verbis detulit *Reg.*
13 *de Pont. tit. de Delegation. causar.* ex *n. 6. & 7.* inquiens, *Si Iudices mali sunt, inconfidentes, iuris ignari, corrigantur, à Superiore, annales remoueantur, perpetui Suæ Maiestati deferantur ad hoc vt congruum adhibeatur remedium, & prorsus depellantur, & dignitatis Infulis repellantur, quomodo igitur Tribunalia punienda veniunt, & desauthoranda, si non peccauerunt?* Ecquis
14 reuelauit, quod à Delegatis iustitia magis sit administranda (si iustitia exoptatur) quam à toto Tribunali Collegiato ad iustitiæ administrationem à Serenissimis Regibus cooptato? O rem miseram, atque acerbam?
15 Princeps siquidem causas euocādo à Tribunalibus ordinarijs, nedùm illis iniuriam infert, quando sine magna causa id peragit, verùm etiam Partem grauare dicitur, *Authen. Vt different. Iudic. §. si quis collat. 9. Bellug. in Specul. Princip. rubr. 23. vers. Sed pone, n. 7. & seq. Caballin. milleloq. 734. n. 1. & 737. n. 2. Cassador. dec. 2. n. 6. de appell. & dec. 1. de rescr. Felin. in cap. ad audientiam fallen. 10. eod. tit. Marchesan. tract. de commission. 2. par. cap. 4. n. 7. & 8.* dicens iniquū esse, & temerarium, velle eorum Iu-
16 dicium, & iurisdictionem declinare, ad quos causæ cognitio spectat, Vt indè notorium sit causarum criminalium cognitionem in Fidelissima
17 Ciuitate Neapolis spectare ad Tribunal Magnæ Curiæ, in quo præest ipsius Regens, Duo Regij Consilia-

rij, multi Iudices, & Ipse Fisci Patronus, & ab eius Tribunalis determinationibus appellatur ad Sacrum Regium Consilium, quod magnum Tribunal est, Regem repræsentans, Præfecti Prætorio vicem sustinens;
18 cuius scita, siue (vti aiunt) decisiones paratam habent exequutionem, imò armata manu exequi statutum est per Pragmaticam Regni, Et si
19 quando in grauissimis causis eadem Magna Curia delegatur, conceditur reclamatio in Supremo Collaterali Consilio, vbi D. Prorex præest, ad quid igitur denudare Tribunal, & formare Iunctas in perniciem Tribunalis, quod ex natura causæ procedere debet? Cumq; euocationes
20 causarum odiosę sunt, debet restringi, *l. cum quidam, ff. de liber. & posth. regula Odia, de regu. iur. in 6. Rebuff. in l. quod iussit notab. 2. ff. de reiud. n. 109. & in d. tract. de euocation. quæst. 10. art. 1. n. 89. Gayll. practicar. obseru. cap. 41. n. 3. & seq. Reg. Valenz. consl. 171 n. 26. & seqq tom. 2.*

Et quãto magis iustitię repugnat, vt post introductas causas in Tribunalibus ordinarijs, ab ijs tollantur, & fiant Delegationes, ac Iunctæ formentur? Quis etenim Iureperitus nõ obseruat plura iuris rheoremata exindè prosterni, nempè quod vbi
21 cęptum est Iudicium, ibi finem accipere debet, *l. vbi acceptum 30. ff. de iud. l. nulli, C. de iud. cap. 1. de sequestrat. possess. Afflict. dec. 354. n. 5.* & in hac eadem thesi obseruat magnus *Couarr. in practic. cap. 9. n. 4.* Rursus
22 tollit illud, de qua re Iudex cognouit, de ea pronunciare debet, *l. de qua re, ff. de iud. l. Labeo 3. §. finge, l. nõ distinguemus, §. quæsitum, ff. de recept. arbitr. l. Prætor, §. fin. ff. de vacat. & excus. muner. Petr. Gregor. lib. 4. de Republ. cap. 5. n. 36.* Itidem cadit in con-
23 tumeliam Iudicum, qui de causa cognoscere inceperunt, ad *tex. in l. litigatores, ff. de recept. arbitr.* quod cõsiderauit *tex. in l. nemo, C. de iurisd. omn. Iudic. Authen. de mandat. Princip. §. sit tibi collat. 3.* ibi, *Si verò cum te non adierit, venire ad hanc Regiam Ciuitatem præsumpserit, & remittemus eum cum omni correctione, & Iudiciũ non dabimus.*

Ecce quot mala proueniunt, quomodò peruertitur Tribunalium ordo, quali Magistratus afficiuntur iniuria, quot damna sustinet Respublica, quot vassalli Serenissimi Regis nostri vexantur laboribus, in delegando passim causas quaslibet, & Iũctas formando, Idq; de iure dispositum videtur apertè, & Gratijs florentissimę huic Ciuitati elargitis cõtradicere, vti fidem pręstat *Reg. de Pont. loc. cit. n. 10.* Vt in spem ducamur, esse omninò tollendas Iunctas, & Delegationes non ità passim concedendas, ab Excellentissimo Regni Prorege, pręsertim contra Nea-
24 politanos, quod nunquam fieri solitum fuit, nisi in criminibus læsæ Maiestatis, & in delictis Campaneę, & in alijs, in quibus leuato velo, nullo iuris ordine seruato procedi conuenit, & debet, propter publicam Regni pacem, & quietem, sicuti tradit idem et *Reg. de Pont. loc. proximè citato.*

Quę omnia quanto magis asserẽda sunt in pręsenti facti specie, dùm introducta causa in Magna Curia Vicarię in criminalibus, contra pauperrimam fęminam, quę nulliter, & minus iustè passa est sequestrum omnium bonorum, & personę carcerationem, à quo sequestro dùm appellauit ad Sacrum Consilium, obtinuit in eo verbum fieri, & per Spectabilem Pręsidentem Ipsius Sacri Consilij fuit destinata Aula Regij Consiliarij Thomæ de Aquino, ordinata fuit Iuncta, in qua (mirandum quippè est) quod Iudex qui se-

sequestrum fecit, & ab ipso fuit obtentum fieri verbum, in Iuncta effectus est Fisci Patronus.

Laus Deo, Beateq; Virgini Marię, Neapoli die 20. Iunij 1653.

SVMMARIVM.

1 Authori scripsit pro validitate renunciationis parentum hæreditatibus filiorum ab intestato decedentium in 1. forens. cap. 12.

2 *Facti series recensetur circa falsitatē donationis producta per Carolum de Marco.*

3 *Falsi suspitio in ciuilibus, habetur prò falsitate.*

4 *Lex contentatur in occultis, ea probatione verisimili, quæ haberi potest.*

5 *Coniectura quando sufficiant ad falsum insinuandum.*

6 *Falsitatis coniectura in criminalibus, quando probent.*

7 Tex. in l. Iubemus, C. de probation. *expenditur.*

8 *Falsum instrumentum producens, venit puniendus.*

9 *Falsi in crimine non esse quem ex coniecturis condemnandum, qualiter sit accipiendum.*

10 *Coniectura plusquam duæ, si vrgeant contra scripturam, etiam in criminalibus de falso quis punitur.*

11 *Suspitio falsi ex patenti, & visibili falsitatis vitio procedens, sufficit ad condemnandum.*

12 *Vitium latens sufficit ne scripturæ fides adhibeatur.*

13 *Iudex fidem præstare non debet scripturæ suspectæ de falso.*

14 *Falsitas inter delicta occulta connumeratur, quia in secreto fieri consueuit.*

15 *Delictis in occultis, inditia, & præsumptiones quando sufficiunt ad cōdemnandum.*

16 *Inditia, & præsumptiones cumulātur in delictis occultis.*

17 *Veritas ne pereat in delictis occultis, cumulantur inditia, & præsumptiones.*

18 *Præsumptiones in delictis occultis, sufficit esse tales, ex quibus animus indicantis inducatur.*

19 *Falsitatis crimen quàm detestabile sit, cæteraq; alia antecellat.*

20 Authoris Additiones ad Io. Bernar. Muscatel. *toto terrarum Orbe fuerunt recepta.*

21 *Falsitas scripturæ præsumitur ex tarda productione ipsius.*

22 *Scriptura post sententiam producta, præsumitur falsa.*

23 *Instrumentum donationis productum post appellationem, præsumitur falsum.*

24 *Oblivio non præsumitur in facto proprio, decennio non elapso.*

25 *Declarare recusans circa vsum scripturæ, falsitatis prabet suspitionem.*

26 *Declarans nolle vti instrumento licèt falsi pænam euitet, tamen non per hoc instrumentum falsitatem euadit.*

27 *Protestatio quod non intendit fateri instrumentum falsum, qui illo nolle vti declarat, an operetur.*

28 *Originale si in prothocollo non reperiatur, copia indè deducta falsitatis suspitionem habet.*

29 *Scriptura nō adnotata in Tabula Prothocolli à Notario, reputatur falsa.*

30 In-

30 *Inuerisimilitudo est falsitatis imago in scriptura, & testibus.*

31 *Inuerisimilitudo dicitur falsitatis imago in confessionibus, dispositionibus, rescriptis, & contractibus.*

32 *Scriptura falsa censetur, si non reperitur abacata, sicut catera folia prothocolli.*

33 *Indictio non correspondens millesimo, arguit falsitatem instrumenti.*

34 *Notarius non præsumitur errare in indictione vnius scripturæ, quãdo in cæteris eiusdem anni non errauit.*

35 *Falsitas præsumitur in scriptura scripta in pagina lacerata, seu fædata.*

36 *Scripturæ falsitas, ex qualitate chartæ arguitur.*

37 *Vituperatio scripturæ non solum refertur ad id quod est abrasum, sed ad fœditatem.*

38 *Charta immunda, & vituperata, arguit scripturæ falsitatem.*

39 *Charta maculosa, aut fumo infecta, arguit suspitionem falsitatis.*

40 *Notarij non solent edere scripturas sordidas, & manibus complicatas.*

41 *Immunditia chartæ scripturam falsã redarguit.*

42 *Scriptura difformis à stylo Notarij, redarguitur falsa.*

43 *Falsum præsumitur instrumentum contra solitum stylum Notary confectum, vel dictamen ipsius.*

44 *Comparatio scripturæ Tabellionis, qualiter fieri debeat.*

45 *Falsitas scripturæ oritur ex diuersitate dictionis.*

46 *Falsitas vt detegatur, omnis diligentia est adhibenda.*

47 *Priuilegia extra solitum cursum priuilegiorum, falsa reputantur.*

48 *Literæ Iudicis, continentes quid contra solitum stylum, præsumuntur falsæ.*

49 *Stylus habetur pro fama.*

50 *Sententia lata contra stylum, dicitur nulla.*

51 *Literæ Apostolicæ præter solitum stylũ Curiæ Romanæ, ex hoc solo falsæ præsumuntur.*

52 *Bullarum Summi Pontificis falsitas, ex quibus arguatur.*

53 *Legitimationis documentum, quod à communi stylo deuiat, falsum reputatur.*

54 *Characteris diuersitas, arguit suspitionem falsitatis.*

55 *Atramenti diuersitas arguit in scriptura falsitatem.*

56 *Papyri diuersitas in scriptura, indicat falsitatem.*

57 *Locus loci si non apponitur in instrumento suspitionem habet falsitatis.*

58 *Instrumenta de forma, debent cõtinere locum loci, aliàs falsa reputantur.*

59 *Ciuitas Litij post Neapolim, nemini est secunda tùm magnitudine, cùm nobilitate.*

60 *Testes mortui in scriptura adhibiti, faciunt suspicari de falsitate.*

61 *Producens donationis instrumentum tempore quo testes sunt mortui, falsitatis habet præsumptionem, siue doli.*

62 *Falsarij omnia subtiliter ordinare curant, ne falsitas detegatur.*

63 *Tempus longum in materia falsi, dicitur 30. annor.*

64 *Testis si opponatur in scriptura, qui absens tunc temporis erat, illa falsa reputatur.*

65 *Impossibile est per naturam, vnam, eandemq; personam, vno, eodemque tempore pluribus in locis reperiri, nisi miraculosè.*

66 *Testibus, non testimonijs est adhibenda fides.*

67 *Testimonijs licèt non credatur, ea tamen faciunt præsumptionem*

68 *Testis in contestem vocans, si hic negauerit, suspictio falsi oritur.*

69 *Testis asserens se tentatum ad quid dicendum, vel faciendum, si non consentijt, dicitur integer.*

70 *Testi vnico tentato, non consentienti, fides adhibetur, ex quo non habet interesse.*

71 Vin-

71 Vincentius Maria Perrone V.I.D. *laudatur.*
72 P. Carolus de Sangro *Societatis Iesu, laudatur.*
73 *Diploma* Adm. Reu. P. Caroli de Sangro *Societatis Iesu adducitur.*
74 *Res inter alios acta, alijs non nocet.*
75 *Res inter alios acta, facit præsumptionem.*
76 *Iudicis arbitrio relinquitur qualis oriatur præsumptio è re inter alios acta.*

ARGVMENTVM.

Suspitionem, siue inditium, aut præsumptionem falsi, in ciuilibus, ad denegandam fidem scripturæ, pro falso haberi, pluribus insinuatur, Et quid in criminalibus? quando nedùm duæ, sed plures vrgent coniecturæ, & quã pluribus coniecturis, falsitatis labe maculatum instrumentum donationis ostenditur, quæ ad decẽ, & octo reassumuntur, satis herclè contingibiles, quæq; spissim assueuerunt disputari, Quo loci *Author* singulas singillatim exponendo, haud incõcinnè tradit falsitatis crimen cæteris omnibus detestabiliùs, horribiliusq; præconizari, facta aliorum criminum compendiosa enarratione.

Res inter alios acta; An, & quando alijs præiudicet, siue præsumptionem faciat? nõnullis theorematibus dispungitur; aliaq; plura enucleantur in materia.

PRO

Margarita de Marco.

CVM

Carolo de Marco, & Victoria Guarino.

RESPONSVM V.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

EXistente *Me* Aduocato Margaritæ de Marco Nobilis Liciensis, vxoris V.I.D. Vincẽtij Mariæ Perrone, viri herclè de legali scientia appri-
1 mè meriti, de quo extat meum *responsum in 1.discept.forens.cap.12.* vbi indicaui in calce ipsius, determinationem Magnæ Curiæ secundùm scripta per *Nos*, ac pendentiam iurgij in Sac. Regio Consilio introducti pro parte Victoriæ Guarinæ, & Clerici Caroli de Marco appellantium à decreto Magnæ Curiæ, statim ac

G illis

illis innotuit decretum prædictum,
2 fategerunt palàm edere documentũ quodam donationis assertæ elargitæ per quond. Dionisium de Marco, de cuius hæreditate aderat controuersia in Iudicio deducta, quæ continebat omnia bona ipsius Dionisij fuisse donationis titulo irreuocabilis inter viuos, sequuto tamen ipsius obitu elargita in beneficium ipsorum Victoriæ, & Dionisij quoad vsumfructum tantùm, ijsq; diem eorum functis, perueniret ad Venerab. Collegium Societatis Iesu Fidelissimæ Ciuitatis Litij, reseruata tantùm facultate disponendi de ducatis quinque, qua de re perterriti Clientes, & tædio litis pertesi, onus *Ego* assum. psi falsitatem donationis detegere, siue ipsius instrumenti producti per procuratorem Caroli, quæ sanè donatio præsupponitur facta à præfato Dionisio die 28. Mens. Martij 1628. ac extracta secundùm Partis assertionem ab actis Notarij Alexandri Leuzzi de Litio *fol.67*.

Vtq; ab onere probandi, Cliens releuaretur, instetit pro declaratione circa vsum, cui petitioni annuens Consiliarius Scipio Theodorus omni æuo memorandus causę Commissarius plura interposuit decreta, quod *fiat petita declaratio, aliàs de donatione nulla habeatur ratio*, qua declaratione facta pro parte ipsius Victoriæ post elapsum terminum in decretis præfinitum, renuente Carolo illam facere; attamen pro parte Margaritæ fuit petitus terminus ad impugnandum scripturam donationis prædictæ, & concessus, ac commissa audientia testium Regiæ Audientiæ, exhibitoq; prothocollo, ac receptis testibus, productisq; nonnullis scripturis, apertè detectam falsitatem contendimus, & constare nũquam talem donationem à Dionisio factam fuisse, sed subdolè, malisque artibus molitã de Mense Iunij 1634. apposito die 29. Martij 1628. post interpositum decretum Magnæ Curiæ in eius beneficium, eoq; tempore, quo Notarius prædictus, diem iam obierat suum, ad finem priuandi Margaritam successione Dionisij, eamq; frustrandi commodo sententiæ obtentæ in eius beneficium.

Quò fit, vt communi attenta Doctorum sententia, qua habetur, quod in causis, quæ respiciunt partis inte-
3 resse, & sic in ciuilibus, præsumptio, siue suspitio falsitatis, habeatur pro eius probatione, *Crauett. cons.* 249. *n.* 8. vers. *Igitur iste primus testis Bal. in l.presbiteri n.*52. vers. *Et adde, C.de Episcop.& Cler. Io.Maria Vermigl.cõs. crim.*435.*n.*10. vbi inquit solam falsi suspicionẽ fidẽ tollere, quia lex cõtẽta esse debet ea ꝓbatione, quę haberi põt, & verisimili, vt *in l.iubemus*, *C.de probat. l.vbi falsi*, *C. ad leg.Cornel.de fals. cap. cum venerabilis de religios.domib.cap.inter dilectos de fid.instrum.* vbi communiter *Scribentes*, *Bart.in l.si quis ex argentarijs n.* 1. *ff. de eden. Bal.in l.scripturas n.* 5. vers. *Quadam sunt*, *C.de fid. instrum. Panorm. in cap. quia verisimile n.* 3. *de præsum. Gram.dec.*28. *n.*1. *Rot.*2. *par. dec.*137. *n.*3. *Menoch. cons.*619. *n.*6. *vol.* 7. *& de præsump. lib.* 1. *præs.* 99. *n.*5. *Surd.* in terminis donationis, *cõs.* 173.*n.*1.*vol.*1. *Plot.cons.*79.*n.*11.*vol.* 1. & verissimam, ac veriorem opinionem prędicit *Decian.cons.*99.*n.*5. *vol.*2. *Thes.inn. quæstion. forens. lib.*1. *quæst.*47.*n.*2. *Crau.cons.*28. *n.* 2. *Dec. cons.*175.*n.*1.*Mandell.cons.*225.*n.*27. *&* 28. & notatur *in l. vbi*, *C. ad leg. Cornel.de fals. Franc. Marc. dec.*743. *n.fin. Gratian.forens. tom.*4. *cap.*752. *n.*5. & communem omnium sententiam tradit *Mascar. de probat. conclus.* 739.*n.*5. *Rot.*apud *Ludouis. Sanctiss.* deindè *Gregor.XV. dec.*546.*n.*11. *&* 17.*Ioseph Ludou.dec.Lucens.*15.*n.*65.

Osas.

Osaf. dec. 117. *n.* 7. *Viu. dec.* 81. *n.* 2. verf. *Aut versamur*, *Farin. dec.* 366. *n.* 4. *in* 1. *volum. consilior.* & *dec.* 627. *n.* 2. *par.* 4. *recentior. D. Io. Bapt. Larr. Allegation. fiscal. tom.* 2. *alleg.* 96. *n.* 3. cuius rei rationem adducit *Menoch. de præsumt. lib.* 1. *quæst.* 99. *n.* 6. nam ficut scriptura non est probatio, quæ voce, & testatione testium fit, sed
5 præsumptiua propter id quod lex confidit de Notario, hæc præsumptio alijs eliditur, & debent sufficere coniecturæ ad probationem falsitatis, collaudat *D. Larr. loc. cit.*

Quæ omnia locum sibi vindicare nedùm in causis ciuilibus, sed etiam in criminalibus probat *Anan. in cap. licet n.* 6. *de crim. falf. Dec.* post multos *conf.* 175. *n.* 4. *Gabriel*, *Capicius*, *Monticellus*, *Albanus*, *Beccius*, *Hondedeus*, & *Marsilius*, quorum memor fuit *D. Larrea d. alleg.* 96. *n.* 4. qui sustinent præsumptiones falsitatis facere concludêtem probationem, aliosque recenset *Farin. de falsit. quæst.* 152. *n.* 2. 4. & 5.

6 Et licèt non ignoremus nonnullis minimè placuisse in causis criminalibus fieri condemnationem ex præsumptionibus, & coniecturis falsitatis, secundùm relatos à *Farin. ibid. n.* 7., attamen haud inficias iuere, quod transferatur onus probandi in producentem, quod non sit falsa, per *tex. in l. fin. C. ad leg. Cornel. de falf.* iuncta *Glos.* ibi, verb. *Scripturam*, & cum *Cino*, *Baldo*, *Odofredo*, *Saliceto*, *Petro de Bellapertica*, *Hostiensi*, *Butrigario*, *Io. Fabro*, *Archidiacono*, *Io. Andrea*, *Bellamera*, *Follerio*, *Natta*, *Nenizano*, *Afflicto*, *Mascardo*, & alijs, probauit *Farin. d. quæst.* 152. *n.* 3. & communem fatetur *Baiard. ad Clar. in pract. crim. §. falsum*, *n.* 112. *Bertaz. conf. crim.* 91. *n.* 33. *Alba. conf.* 214. *n.* 12. & apertis verbis insinuat *tex.*
7 *in l. iubemus* ibi, *Iubemus omnes*, *qui scripturas suspectas comminiscuntur*, *cùm quid in iudicio præsumpserint*, *nisi ipsi adstrinxerint veritatem*, *vt nefariæ scripturæ reos*, *quasi falsarios esse detinendos*, Indè est, quod in causa criminali quando contra instrumentum vrgent falsitatis coniecturæ, est vti falsarius puniendus, qui illud exhibuerit, nisi manifestè eius veritatem probauerit.

9 Rursus: DD. illi tenentes in crimine falsi non esse faciendam condemnationem ex coniecturis, non alio in casu locum sibi faciunt, nisi quando coniecturæ sunt leues, & nõ
10 plusquam duæ; si verò plures coniungantur præsumptiones falsitatis, vt sint valdè vrgentes, & sit fama scripturam esse falsam, tunc etiam in criminalibus posse fieri condemnationem ex coniecturis, probant *Cynus*, *Bellapertica*, *Anania*, *Caputaquensis*, *Crauetta*, *Monticellus*, *Surdus*, *Decianus*, & alij, quos recenset *Farin. d. quæst.* 152. *n.* 23. & 29. per hæc verba, *Si verò præsumptiones falsitatis sũt plures quàm duę*, *tunc non solùm sufficiunt ad tollendam fidem instrumento*, *sed etiam ad condemnandum criminaliter*, prout videtur de mente præallegatorum Doctorum, quorum pleriq; simpliciter dixerunt duas præsũptiones in crimine falsi haberi pro concludenti probatione, & in specie sic voluit *Decian. conf.* 108. *n.* 76. & *conf.* 99. *n.* 11. *lib.* 2.

12 Ijsq; suppetias ferunt exarata à Doctoribus, quod siue suspitio oriatur ex vitio patenti, & visibili, quod solum sufficit ad prostituendam instrumenti fidem, post *tex.* & *Glos. in d. l. Iubemus*, *C. de probat. cap. olim de rescr. cap. cum venerabilis de religios. domib. cap. fin. de crim. falf. Viu. dec.* 81. *n.* 3. *Surd. conf.* 132. *n.* 61. & *conf.* 173. *sub n.* 7. *vol.* 1. *Sforz. Odd. conf.* 78. *n.* 37. *Castill. dec. Sicil.* 181. *n.* 17. *Farin. d. quæst.* 152. *n.* 14. Et omnia quę apparent ex facie instrumenti, dicuntur

vitium visibile ex *Dec. in l. fin. n.35. in fin. C. de edict. Din. Adrian. tollen. Farin.cons.*109.*n.*33.*vol.*2. in terminis assertę donationis.

12 Siue ex vitio latenti, & inuisibili, quod etiam satis est, nè scripturę detrahatur fides, *cap. inter dilectos, §.cum in omnibus autem,de fid.instru.* quo in casu de vitio visibili, ratiocinati sunt *Curt.sen.cons.*54 *n.*26.*Alex. cons.*77.*n.*6.*vol.*1. *Dec. cons.* 188. *sub n.* 2. *vol.* 1. *Curt.iun. cons.*178.*n.*13. *vol.*2. *Natt. cons.*633. *n.*9. *vol.*3. *Menoch.cons.*99.*n.*16.verf. *Si verò,vol.*1. *cons.*539.*n.*20. *vol.*6. *Ceph. cons.*338. *n.*21.*vol.*3. *Decian.cons.*99.*n.*2.*vol.*2. *Burs.de commun.cons.*311.*n.*92. *vol.*3. *Sforz.Odd.d.cons.*78.*n.*14. *&* 39. vbi etiam de communi, *Gargiar. cons.* 126.*n.*13.*&* 14.*inter consil. crim. Zilett.vol.* 1. *Cyriacus* Niger,*controuers. iuris, contr.*410.*n.*39. *vol.*3. *Mascar. de probat.concl.*740.*n.*5.*& seqq.vol.*1. cui sanè opinioni vti veriori esse inhęrendum, docuit *Io. Dominic. Gaito* Collega olim noster, in *absolut. tractat.de credit.cap.*2.*tit.*5.*n.*916. *& tit.* 8. *n.*2904. Et magis veram, & communiorem, ac in praxi sectandam opinionem, testatur *Farin. d. quæst.* 152.*n.*16.*&* 33.*Sesse dec.Aragon.*118. *vol.*2. *Osasc. dec.*117. *n.*7. vbi ità determinatum, *D.Larr. d.alleg.*96.*n.*8. verf. *Et quoad causam*, vbi nonnullis ex pręcitatis adductis, inquit Iudicē

13 in cuius arbitrio est fides instrumēti, non debere in hoc casu eam adhibere.

14 Idque exindè prouenire tradunt DD., quia in delictis occultis, & difficilis probationis, sicuti est falsitas, quę in secreto fieri consueuit, *tex.in l. fin. C.de probat.* quo cautū est probationes in criminalibus esse debere luce meridiana clariores nō ꝓcedit,

15 quia tūc inditia, & ꝑsumptiones sufficiūt ad cōdemnandū, secundū *Bal. in l.quicumq; n.*25. *C.de seru fugitiu.* *& in l.fin.n.*2. verf. *Sed quādo*, & verf. *Item ponit,ff.de probat.* *Igneus in l.excipiuntur n.*30. *ff.ad Senatusconf. Sillan.*, *Felin.in cap.afferte n.* 10. *de præsumpt.* & ibi *Io.Andr. & Imol. n.*3. *&* 4.*Butr. n.*7. *Gram.cons.crim.*22. *Menoch.lib.*1.*de pręsump. quæst.*40. *n.*13. post *Alexan.& Crauett.* qui sustinent

16 in delictis occultis cumulari inditia, & pręsumptiones, & sufficere ad condemnandum, *Decian. tract. crim.lib.*7.*cap.*24.*n.*10. *& cap.*26.*n.*4. *Boss.in prax.crim. tit.de conuict.n.*37. *Boer.dec.*164.*n.*5. *Clar. in prax.crim. quæst.*20. qui tradit esse communem opinionem, itaq; practicatum, & decisum in Senatu Mediolani, *Farin. tom.*5.*consilior. cons.* 75. *n.*4. iterum *Gram. dec.* 42. *&* 96. qui pariter determinatum enarrat.

Et ex alio hanc opinionem sectādam esse, tradit *D. Larr. d. alleg.*96. *n.*11. verf. *Quod prouenit*, nempè ex

17 iuris dispositione, & necessitate, ne in delictis occultis pereat veritas, *l. fin.ff.de probat.* plures congesti à *Farin.cons.*29.*n.*5.*Giurb.cons.*2.*n.*45. *& cons.*13.*n.*1.*& cons.*43.*n.*22. *Tyndar. in l.admonendi n.*261. verf. *Quinto ff. de iureiur.* & ideò esse communem opinionem, quod in delictis occultis, & difficilis probationis sufficiant inditia, & præsumptiones, ex *l. non omnis, §. à Barbaris, ff. de re militar. cap.præterea de testi.* post *Castrens.Angel.Neuizan.Cassiodor.& Rotę decisiones* affirmat doctus *Petr. Barbos. in l.* 2.*par.*1.*n.*78.*ff sol.matr.* inquiens suf-

18 ficere, præsumptiones esse tales, vt inducant animum Iudicis, id quod comprobauit *Azeu.in l.*4.*tit.*6. *lib.*8. *Recopil.n.* 51. illis verbis, *In his quæ sunt difficilis probationis, qualibet informatio Iudicis, pro plena habetur informatione*, & fuit doctrina communis Præceptoris *Bartol. in l.in illa stipulatione, ff.de verb.oblig.*

Quidquod: Ego præfata omnia pro-

procedere actum, nedùm ex prædictis, verùm etiam ex grauitate delicti falſitatis, de quo aliàs ſcripſi nõnulla minimè pænitẽda in *Addition.*
19 *meis ad D.Muſcatell.in prax.crim.tit. de falſ. pag. 632. col.1.* vbi inſinuaui, falſitatis crimine, nullum delictum horribilius, nullum deteſtabiliùs reperiri, Siquidem falſitatis delictum magis quàm aliud, ad quietem humani generis perturbandam procliue ſatis eſt, nec quid omni ætati, ordini, ſexuiq; pernicioſiùs contingere poteſt, quam falſitas; quæ ſi accedẽtem habeat improbi alicuius veteratoris aſtutiam, facilè eſt, vt vitam, opes, & honorem cuilibet adimat, diſſiper, & offendat; Venenum etenim falſitatis, cætera ſuperat crimina, Anthoriſq; ſui maculata detinet oſſa: Homicidium namq; homini, vitam, non opes aufert, nec exiſtimationem lędit; Furtum, opes, non vitam, nec honòrem adimit: Stuprum, Adulteriumq; à violata fęmina honorem, non opes tollit, nec vitam: At falſitas, quaſi ſupra cætera crimina caput extollens, crebrò vitam, Opes, & honorem ſimul homini, quem circumuenit, furatur. A ſicarijs, enſe, lorica, tormentiſq; igneis, ac peruigili corporis cuſtodia, poſſumus euadere; A furibus, multiplicatæ ſcriniorum ſeræ, vectéſq; nec non exquiſita diligentia, pecuniam, atq; opes defendunt: Adulterijs, ſtupriſue, in benè compoſitas, ſeruataſque domos, aditus occlauditur: Falſarij tamen molimina, quis tam prudens, ſagaxq; reperiri poterit, qui ſe ſarctum, tectumq; ab eiuſmodi fraudibus præſtet, quas callidus quiſpiã, virtutem, ac ſimplicitatem ementitus, intexit, orditurq;? Ità ſanè ex *Angel. in Authen. de nupt. S. mitiores, & in l. vbi, C. ad leg. Cornel. de falſ.* àpertè deducitur, ac *ex Bart. in l. Lucius, ff. ad Senatuſconſ. Turpill. Caſſan. conſ.44.n.16. Soccin.iun.conſ.96. n.6. vol.2. Imol.conſ.7. n.22. cum ſeq. Affl. dec. 404. n.13. Carau. in Commentar. ad Prag. Quoniam falſariorum, tit. de falſ.n.141. Franc.Marc. dec.710. n.1. & ſeq. par.1.* vbi quod falſarius dicitur etiam proditor, *Caball. reſolution. crim. caſ.165. n.1. & ſeq. Honded. conſ. 109. n.9. & ſeq. lib.1. Clar. in §. falſum,* vbi *Baiard. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. caſ. 315., Reg. Rou. in d. Prag. Quoniam falſariorum per tot.* quorum *Ego* haud immemor fui in prædictis
20 *Additionib. ad Maſcatell.* per omnia fermè Europæ Tribunalia receptis, (Deo annuente) & poſt ipſarum editionem reperi, quod alios adducens Authores, adamuſſim inhęſerit perdoctus *D. Larr. alleg. 96. n.9.* verſ. *Idque ſine dubio*, de quo herclè valdè lætatus ſum.

Tranſgrediamur nunc ad inſinuãdam, ſeu rectiùs, demonſtrandam falſitatis labem, ſiue ſuſpitionem, qua laborat inſtrumentum donationis per dictam Victoriam productũ, quæ vtiq; non ex duabus tantùm præſumptionibus, & coniecturis elicitur, quæ ſolæ ſufficiunt ad plenam probationem falſitatis inducendam, & animum Iudicis vellicandum ad illi fidem denegandam, ſicuti modò indicauimus *hoc eod. Reſponſ.* verſ. *Rurſus*; ſed ex pluribus metimur.

Prima itaq; coniectura in eo ſtat, quod è viuis excesſo Dioniſio ab inteſtato de anno 1633. die 8. Septẽbris ſuperſtitibus prædictis Victoriæ matre, & Carolo, & Margarita fratribus, petijt ipſa Margarita in Curia Gubernatoris Ciuitatis Litij admitti ad medietatem ſucceſſionis ipſius, eò quod altera ſpectabat ad Carolum, excluſa Victoria matre, vt potè quę pacto in tabulis nuptialibus inito, excluſit ſe à ſucceſſione filiorum, quod de iure validum eſſe ex multis probauimus in *d. cap.12.* noſtra-

strarum *forens. lib.* 1. & die 15. Mens. Septembris eiusdem anni manauit decretum à Curia prædicta, à quo appellauerunt Victoria, & Carolus asserentes esse grauatos eò quod ad ipsos tantùm spectabat hæreditas vti proximiores, & hoc asseruerunt in Magna Curia, à qua dum confirmatum extitit decretum, appellauerunt ad Sacrum Consilium, vbi post menses octo produxerunt instrumē-
21 tum donationis prędictæ, Vndè ex tarda productione instrumenti præsumitur eius falsitas, ad *tex. in l. siquis fortè*, §. 1. *ff. de pæn.* ibi, *Nec enim debebat tam magnam rem tamdiù reticere*, quod communiter tradunt *DD. Crau. cons.* 28. *n.* 6. *cons.* 76. *n.* 9. *cons.* 134. *n.* 3. *Bertaz. cons. crim.* 521. *n.* 28. *vol.* 2. *Farin. cons.* 11. *n.* 3. *vol.* 1. *Menoch. de arbitrar. Iudic. cas.* 187. *n.* 32. *lib.* 2. *& de præsump. lib.* 2. *quæst.* 91. *n.* 8. *lib.* 3. *quæst.* 122. *n.* 94. *lib.* 5. *& quæst.* 5. *n.* 39. & post *Bald. Castrens. Archid.* & alios, *Osasc. citat. dec.* 117. *n.* 9. & in terminis de donationis instrumento tardè producto responderunt *Plot. cons.* 79. *n.* 15. *vol.* 1. *Surd. cons.* 473. *n.* 28. *vol.* 4. peritissimus Dominus *Io. Baptista Hodier. ad Surd.*
22 *dec.* 281. *n.* 15. Et præsertim, quod donatio producta post sententiam censeatur falsa, tenet idem *Surd. cōs.* 173. *n.* 19. *vol.* 2. Et de donatione producta ab eo, qui prius petierat bona vti hæres ab intestato, sicuti in casu pręsenti, quod falsitas arguatur, respondit *Farin. cons.* 172. *n.* 11. *vol.* 2. Et de eo qui non produxit instru-
23 mentum, nisi in causa appellationis, *Ceph. cons.* 287. *n.* 32. *vol.* 2.

Nec possunt Partes allegare ignorantiam donationis, nam ex eius lectura apparet in ea interuenisse Victoriam, & Carolum acceptantes donationem factam à Dionisio, &
24 obliuio nō pręsumitur in facto proprio, non elapso decenuio, *Mascar. de probat. concl.* 127. *n.* 15. nec in facto antiquo præsumitur obliuio in re notabili, & ad sui commodum, *Rom. cons.* 391. *n.* 7. *Crau. cōs.* 134. *n.* 21. *vol.* 1. *cons.* 338. *n.* 14. *vol.* 3. *cons.* 867. *n.* 10. *cons.* 930. *n.* 8. *vol.* 5. *Rim. cons.* 188. *n.* 96. *& seqq. vol.* 2. *Surd.* loquens de asserto donatario *cons.* 432. *n* 42.

25 Secunda falsitatis coniectura elicitur, quia Aduersæ Partes recusauerunt declarare an vellent vti donatione prædicta, ex traditis per *Rot. dec.* 366. *sub n.* 5. penès *Farin.* 2. *vol. consilior.* repetita in *dec.* 452. *in posth. par.* 1. aliàs 3. *par. recentior.* Quod idē est, si declarauerint nolle vti, Nam licèt ità declarans euitet pænam falsi ex *l.* 3. *C. de fid. instrum.* Tamen ex
26 hoc instrumentum remanet suspectum de falso, *l. qui falsos*, *C. ad leg. Cornel. de fals.* vbi *Glos.* verb. *Abstineat*, vers. *Item an præsumatur*, ibiq; *Cyn. in fin. Iacob. Butrigar.* vers. *Item quæro*, *Bart. n.* 2. *Ang. n.* 1. vers. *Circa hoc*, idem *Bart. in l. Diuus Pius sub n.* 1. *ff. eod. Castr. in d. l.* 3. *n.* 3. vbi notant *Bal. Salic. n.* 1. & *Ang. Specul. de instru. edition.* §. 9. *sub n.* 18. & ibi *Io. Andr. Abb. in cap. præsentium, n.* 10. vers. *Aut opponitur solum, de testi. Anan. in cap. Ad falsariorum n.* 13 vers. *Si aduersarius de crim. fals. Affl. in Constit. Qui falsum sub n.* 2. *Bertach. in Repertor.* verb. *Falsarius fol.* 307. *n.* 2. *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 76. *n.* 46. *tom.* 1. *Hector. Felic. alleg.* 137. *n.* 1. *lib.* 2. *Addit. ad Bald. in d. l.* 3. *n.* 4. vers. *Ego dico*, inquiens id procedere, etiamsi renunciatio fieret cum protestatione, quod non intendit fateri per hoc
27 instrumentum falsum, nam quoad effectum non adhibendi ei fidem, eiusmodi protestatio nihil operatur, quod fuit de mente *Glos.* ibi, verb. *Non vsum.*

Tertia vrget falsitas ex probatis in facto per plures testes, quod in prothocollo d. Notarij Alexandri

Leuzzi

Leuzzi,non secernitur die 29. Mar-
tij *1629.* in quo asseritur extractam
esse copiam productam, originale
ipsius, de quo eademet Fidelissima
Ciuitas Litij fidem facit, vndè ex
originali non reperto in prothocol-
lo, copiam falsam redargui, probat
28 *tex.in* § *fin.Authen. de Tabellion.* vbi
communiter tradunt *DD. Bal. in l.*
*Cassius col.*2. vers. *Item est instrumē-*
tum, ff.de Senator.Couarr.in practicis,
*cap.*19. *n.*13. vers. *Quarto erit obser-*
uandum, dicens, maximam ex hoc
subesse falsitatem, *Farin. de falsit.*
*quæst.*153.*n.*144. Crau. *cons.*28. *n.*1.
*Ceph.cons.*287.*n.*34.*vol.*2. *Natt.cons.*
633.*n.*10.*in fin. vol.*3. *Curt. iun. de*
*commun.cons.*166.*n.*1.*vol.*2. *Surd.cōs.*
173.*n.*25. *vol.*2. *Rim.cons.*188. *n.*50.
*vol.*2.*Menoch.cons.*42.*n.*11. *vol.*1.*cōs.*
188.*n.*23. *vol.*2. *cons.*619. *n.*8.*vol.*7.
*cons.*887.*n.*4.*vol.*9.& *de præsumt. cap.*
20.*n.*32.*& de arbitrar.cas.*187. *n.*30.
*D. Hodiern. ad Surd. d. dec.*282. *n.*8.
vbi de communi testatur, *Osasc. dec.*
117.*n.*12. *Intrigl.dec.*27.*n.*22. *Mart.*
*dec.Pisan.*125.*n.*4.*Rot.dec.*627.*n.*3.*in*
*posth.Farin.par.*2. aliàs 4.*par. recēsior.*
*Gram.dec.*106. *n.*36. vers. *Dicebam*
igitur, Iacob. de Sanct. Georg. in l.fin.
n. 28. *C. de edict. Diu. Adrian. tollen.*
*Borrell.cons.*35. vbi de exemplo obli-
gationis penès acta, non apparente
originali.

Quarta falsitatis coniectura insur-
git, ex quo in Tabula Prothocolli
29 ipsiusmet Notarij Leuzzi,non repe-
ritur inter cætera instrumenta,nota-
ta talis donatio,ità in puncto defen-
dit *Rim. cons.*188. *n.*49. vers. *Prima*
coniectura, & *n. seqq. vol.* 2. per *tex.*
in cap.inter dilectos, §*.in omnibus au-*
tem, de fid.instrum. vbi *Summus Pon-*
tifex inquit, *Sententiam*, de qua ibi
agitur, *reddi suspectam ex eo,quia nul-*
la de ea est facta mentio in priuilegijs
Imperatoris, cum tamen verisimiliter
fieri debuisset.

Quinta promanat falsitas, nam
dies assertę donationis indicatur *eo-*
dem die 29. *Martij*, vndè supponitur
eodèm die præcessisse alteram scri-
pturam eodem die stipulatam,Et ta-
men percunctato prothocollo appa-
ret nullā scripturā rogasse d. die 29.
Martij Notariū,sed postremū docu-
mētum, de quo fuit rogatus,accidit
die 27.& fuit quietatio in beneficiū
Iosephi Quema de Lytio, Nec est
verisimile Notarium non habuisse
memoriam de scriptura eodem die
ab ipso facta, Est etenim inuerisimi-
30 litudo falsitatis imago, tum in scri-
pturis, quæ ex hoc arguuntur falsæ,
Bal.in l.scriptura,C.de fid.instrum.Abb.
cons. 99.*sub n.*4. *lib.*1. *Curt. iun. cons.*
178.*n.*3. *vol.*2. *Crau.cons.*134. *n.*36.
vol. 1. *Natt.cōs.*633.*n.*13.*vol.*3.*Ceph.*
*cons.*287.*n.*21. *& seq. vol.*2. *Menoch.*
*cons.*199.*sub n.*12.*& seqq. vol.*2. *cons.*
807.*n.*18. *vol.*9. *d.præsump.* 99. *n.*17.
*Farin.d.quæst.*153.*n.*76. *Plot.* in pun-
cto donationis, *cons.* 79. *n.* 10. *vol.*1.
Tum in testibus, *l.ob carmen*, §*.si te-*
stes, ibi, *Credendum est quod naturę*
negotij conuenit, ff. de testi. & ibi *Bal.*
Alber.& alijs, *cap.quia verisimile de*
*præsump.Farin.de testi. quæst.*65. *par.*
3. Tum etiā in confessionibus *Me-*
31 *noch. cas.*269. *lib.* 2. *de arbitr. Iudic.*
*Guazz.defen.*32.*cap.*1.*n.*3. *Farin.de*
*Reo confess. & conuict. quæst.*81.*n.*28.
Tum in dispositionibus rescriptorū,
& contractuum,alijsq; continentibus
inuerisimilia, *Tiraq.in l.si vnquam*
*in præfation.à n.*37. *vsq. ad* 62. *C.de*
reuocan.donat.

Sexta depromitur falsitatis cōie-
ctura,eò quod prothocollum d.anni
1628.ipsius Notarii Alexādri Leuz-
zi est furtum,& abacatum,nec desunt
32 folia,vt dici possit in folijs deficien-
tibus adfuisse originale, sicuti tradit
*Corn.cons.*210.*sub n.*4. *vol.*4. & ma-
ximam ex hoc oriri cōiecturam fal-
sitatis, inquit *Menoch. de adipisc. pos-*
sess.

*seff. remed.*4. *n.*736. ***Rot.*** apud *Farin: dec.*82.*n.*4.*vol.*1.*consilior.*

Septima falsitatis coniectura secernitur, ex quo Indictio apposita in
33 d. asserta donatione non correspondet millesimo, nam dicitur Nonæ Indictionis 1628. & tamen Indictio, quę currit in anno 1628. est Vndecima, sicuti apparet in alijs scripturis eiusdẽ anni sistentibus in d. prothocollo, & ab attestatione ipsius Notarij Leuzzi, qui in principio prothocolli illum apposuit vigore *Regię Pragm.*2.*de Notar.* Et sic quãdo Indictio non correspondet annis Dominĩ, instrumentum dicitur falsum, *cap. inter dilectos*, vers. *Sed contra priuilegia*, ibi, *quia ibi maximè apparebat consumptum, videlicet in annotatione indictionis, vbi potuisset falsitas faciliùs deprahendi, de fid. instrum.* & ibi *Glos.* in verb. *Indictio*, & notat *Bal.n.*4.*Imol.sub n.*20. *Glos.in cap.cum venerabilis*, verb. *Annotatio, de religios. domib. Lanfranc. in prax. cap.* 9.*sub n.* 13. *Mascar. concl.* 740. *n.*24. *vol.* 1. *Ludou. dec. Lucens.*13. *n.* 28. Nec verisimile est, Notarium
34 errasse in indictione ista, cùm in alijs scripturis existentibus in prothocollo non errauerit.

Octaua est cõiectura falsitatis, quia asserta donatio, siue copia ipsius in actis per Partes præsentata, est scripta in carta, seu pagina fędata, & la-
35 cerata, quod sanè insuetum est, Notarios copias facere in similibus chartis, cùm è contrario in chartis mundis, & puris facere soleant, & debeant, idq; consultim fuit peractum ne scriptura videatur facta de recẽti, nempè de anno 1635. die 27. Ianuarij, quo tempore præsentata fuit, sed de anno 1628. die 29. Martij, de quo Testes plures deponunt super 11.
36 art. Generalis namque est regula ex qualitate chartæ argui falsitatem scripturæ, *cap. licet*, ibi, *Vel qualitate charta, falsitas dignoscatur, de crim. falsi*, & ibi *Glos.* verb. *Charta*, *Abb. n.*1.*Io.de Anan.n.*2. *cap. quam sit graue, in fin. eod. tit. cap. inter dilectos*, §. *sed contra priuilegia*, ibi, *Secundo quia cùm charta vetustissima videretur, recentior apparèbat scriptura*, & paulò post, *Litera quoq; recentior videbatur quàm charta, de fid.instrum.* vbi *Glos.* verb. *Videretur*, *Inno. sub n.*3. *Anton. de Butr.n.*18. *Anchar. Imol. & Falin. n.*4.*in fin. Ruin.cons.*68.*n.*5. *vol.*4.*Anchar. cons.*451. *Decian.cons.*99. *n.*17. *&* 18.*vol.*2. inquiens maximam esse coniecturam falsitatis; Vndè dum scriptura apparet ex sui facie fædata, & vituperata, suspecta est, secundùm *Glos.in l.iubemus*, verb. *Suspecta*, *C.de prob. & in l.siquis ex argentarijs*, §. 1. verb. *De fide*, ibi, *Vel quia librum fa-*
37 *datum edidit, ff.de eden.* Et vituperatio non solùm refertur ad id, quod est abrasum, sed ad fæditatem, *d.cap. inter dilectos*, ibi, *Litera quoq; recentior videbatur, quàm charta*, & iterum ibi, *A qua videbatur enclaustrum infectum, vt antiquitus appareret, l. fin.* ibi, *Sed in prima figura sine omni vituperatione appareat*, C.*de edict. Diu. Adrian. tollen. Glos. in d. l. Iubemus*, verb. *Suspecta*, ibi, *Vel ratione charta ipsius, vt quia sit abrasa, vel vituperata*, & in *l. fin.* verb. *Scripturam*, ibi, *Qua sit prima facie maculata*, C.*ad leg. Cornel. de fals.* notat *Odoffr. in d. l. iubemus ante n.*1. *Prępos.in cap. in memo-*
38 *riam sub n.*10. ibi, *Vel quia charta est immunda, vel vituperata* 19. *dist. Specu. de rescript. pręsentat.* §.3. *sub n.*3. & ibi, *Io.Andr.* in verb. *Lues*, *& de instrum.edit.*§.8. *n.*1.*&* 2. *&* §.7.*n.*9. vers. *Item accipitur lib.*2.*Bal.cons.*402. *n.*2.*vol.*5. *Rim.cons.*188.*n.*91. *vol.*2. *Burs. cons.* 311. *n.* 99. vers. *Secundus motus vol.*3.*Farin.d.quęst.*153. *n.*85. ibi, *De scriptura in charta immunda, vel vituperata, Mascar.concl.*280.*n.*1. *& seqq.* ibi, *In charta vituperata, ma-*

cu-

culosa, sordida, perforata, vilissima, Et
39 punctuatim de charta maculosa, aut fumo infecta, vti est asserta copia in casu nostro, benè *Monticelt. regu. crim. 15. n. 128. & seqq.* Et de donatione scripta in charta non pura, sed immunda ad hoc vt appareat alio tempore confecta, quod ex hoc falsa redarguatur, respondit *Surd. cõs. 173. n. 7. vol. 2.* Et de charta, quæ videtur infecta sudore, & manibus sordibus, sicuti solent apparere scripturæ, quæ
40 manibus sunt contractatæ, & complicatæ, quod Notarij non solent facere, *Decian. respon. 99. n. 18.* vers. *Quibus additur vol. 2.* arguens ex hoc in casu suo falsitatem. Vndè *Bal. d. cons. 402. n. 3.* docuit chartam esse debere mundam sine aliqua vituperatione, & in *l. contractus n. 22. C. de fid. instrum.* tradit, quod scriptura debet esse munda, & charta, in qua scribitur etiam munda, nam aliter
41 (secundum ipsum) propter vilissimam, & immundissimam chartam, scriptura arguitur falsa, comprobat *Io. de Anan. in d. cap. licet n. 2. de crim. fals.* adducit *Glosam in §. quod sepè* verb. *Abiecta, idest vilis scriptura. Authen. de trien. & semiss.*

Nona falsitatis suspitio satis vehemens deducitur ex obseruatione habita ad assertam copiam donationis,
42 quæ non correspondet stylo ipsius Notarij Alexandri Leuzzi, in cęteris consimilibus actibus, Nam *in principio*, in verbo *Fatemur*, apponit ly verbum *Et cętera*, quod in d. asserta copia deficit, Notarius consueuit apponere *Eodem die eiusdem ibidem constitutis personaliter in nostri presentia*, & in d. copia, deficit verbum *Personaliter*, In clausulis, consueuit Notarius asserere, *Constituens se per simplex constitutum, &c.* & in copia legitur *Inuestiens prefatos matrem, & fratrem per simplex constitutum, &c.* Notarius consueuit asserere in executiuis, *Pro quibus omnibus, & singulis obseruandis*, Quod verbum *Singulis*, deficit in copia, Notarius subsequi solet in executiuis, *Se, heredes, successores, & bona omnia, &c. Ad penam, &c. Que precario, &c. Data potestate, &c.* At in copia, *Obligauerunt, &c. se heredes, bona omnia, &c. que precario, &c.* & sic deficiũt aliæ clausulæ, Notarius in alijs actibus donationis, clausulam illam, *Dictamq; donationẽ non reuocare, &c. etiam ingratitudinis vitio* consueuit apponere ante clausulam *Pro quibus omnibus obseruãdis*, At in asserta copia postponitur, Notarius vti solet his verbis in donationibus irreuocabilibus, *Renunciauit, & iurauit, &c. & promisit non petere absolutionem, neq; habilitationem à iuramento, seu iuramentis, &c.* Et in copia deficiunt clausulę prædictæ, Notarius apponere consueuit *Dictã donationem non reuocare etiam ingratitudinis vitio, nec pro quauis causa, renuncians legi final. C. de reuoc. donat. ipsiq; insinuationi, &c. & quod insinuatio, &c.* At in copia legitur. *Et promisit dictam donationem non reuocare aliqua ratione, etiam ingratitudinis vitio, & quamuis excederet summã quingentorum aureorum*, Notarius nõ vtitur in prothocollo clausula, *Et voluerũt*, quæ in asserta copia reperitur, Notarius in extractionibus asserere consuescebat *Ab actis mei Notarij Alexandri Lezzi de Litio, facta collatione concordat meliori, &c. & in fidem signaui, &c.* At in asserta copia legitur *Concordat cum suo originali ab actis mei Notarij Alexandri Leuzzi de Litio, cum quo facta collatione concordat salua meliori, & in fidem Ego idem Notarius Alexãder Leutius prasentem scripsi, & meum signum apposui rogatus, &c.* Vndè conspicuum redditur productam copiam, non correspondere originali, imò à stylo Notarij deuiare, de quo deponũt

testes quatuor super 12. art.
Modò, instrumentum confectum
non iuxtà solitum stylum, seu dicta-
men Notarij, falsum præsumi, insi-
43 nuant *texx. in cap. licèt, §. illos*, ibi,
Vel in modo dictaminis, vbi Glos. verb.
Scriptura, cap. quam graui, ibi, *Tam in
continentia, quàm in dictamine*, & ibi,
*Tam in bulla, filo, & charta, quàm in
stylo, de crim. fals.* Hinc *Bal. in l. scri-
ptura n. 13. & in l. comparationes n.
31. C. de fid. instrum.* scripto tradit
44 comparationem scripturarum, quæ
fit de scripturis Tabellionis, fieri de-
bere nō solum cum scriptura, signis,
& tractibus, quibus scribere con-
sueuit Tabellio, sed etiam cum sty-
lo, & per prius adnotauit *in rubr. C.
de emendat. Iustinian. Codic. in fin.* se-
quitur *Anan. in d. cap. licet n. 2. Decian.
cons. 99. n. 19. vol. 2. Socc. iun. cons. 189.
n. 56. & seq. lib. 2.* qui tradit falsitatē
45 oriri quando in vna scriptura est
aliqua dictio, seu nomen vno modo,
& in alia, alio modo, & in casu suo
nomen Notarij, qui nuncupabatur
Hieronymus, erat scriptum sine ad-
spiratione *Ieronimus*, cum Notarius
solitus erat nomen suum scribere
cum adspiratione *Hieronymus*, & ex
hoc arguit ipse falsitatem scripturæ,
quem sequitur *Menoch. cons. 199. n.
9. & 10. vol. 2. cons. 807. n. 16. vol. 9. &
præsum. 20. n. 18. lib. 5.*
46 Iure equidem merito, quia omnia
sunt perscrutanda, nimiaq; adhibē-
da est diligentia, & subtilitas, ad hoc
vt falsitas detegatur, *d. cap. licet, §. in
cæteris*, & ibi *Io. de Anan. d. cap. inter
dilectos, §. cum diligenter, l. vbi falsi, C.
ad leg. Cornel. de fals. Bal. in l. fin. C. de
fid. instrum. Curt. sen. cons. 55. n. 17.
Ceph. cons. 287. n. 26. vol. 2.* edito in
casu insolitæ subscriptionis Notarij.
47 Eaq; adeò veritate nituntur, vt
etiam procedant in priuilegijs, quæ
non habent solitum cursum priuile-
giorum, *cap. tausam quæ*, & ibi *Glos.*
verb. *Rationi*, vbi *Abb. vltim. notab.
de testi. Suarez alleg. 26. n. 7.*
48 Itidem, si literæ Iudicis contineāt
aliquid contra morem consuetum,
seu stylum, falsæ præsumuntur, nec
vlla fides illis adhibenda est, *l. fin. C.
de canon. largition. lib. 10.* & ibi *Ang.*
49 ea quippè ratione, quia stylus habe-
tur pro forma, ex *Bal. in l. fin. n. 1.
vers. Item quia Romana Curia, C. quæ
sit long. consuet.* Et habetur pro veri-
tate, ac vim legis obtinet, adeò quod
50 sententia lata contra stylum, dicitur
nulla, *Afft. dec. 133.* cum alijs plena
manu à *Me* congestis *in 1. practicar.
obseruat. cap. 44.* Et falsi præsumptio-
nem oriri ex inobseruantia styli, con-
suluit *Zas. cons. 12. n. 63. & seqq. lib. 1.*
51 Denuò: literæ Apostolicæ reper-
tæ præter solitum stylum Curiæ Ro-
manæ, ex hoc solo falsæ redargaun-
tur, *cap. quod super literis*, & ibi *Abb.
n. 3. de fid. instr. cap. ad nostram, & cap.
porrecta*, vbi *Abb. n. 2. de confirm. vtil.
vel inutil. cap. ex parte tua, de Cappell.
Monachor. cap. quā graui de crim. fals.*
vbi *Summus Pontifex* arguit Bullam
52 falsam ex eo quia loquendo vni, lo-
quebatur in plurali contra morem
consuetum Pontificis, & scribendo
Patriarchis, Archiepiscopis, & Epi-
scopis, vocabātur filij, & Principes
seculares vocabātur fratres, cùm hos
Filios, illos autem *Fratres* appellare
solet, pluribus exornat *Falin. cap. 2.
n. 16 & seqq de rescr.*
53 Sic pariter legitimationis docu-
mentum, quòd à communi legitima-
tionum stylo deuiat, falsum reputa-
tur, *Suarez citat. alleg. 27. n. 15.* vers.
Ex alio probatur falsitas.
Iure igitur asserta copia reperta
præter solitum stylum Notarij, falsa
præsumitur secundùm *Curt. iun. cons.
168. n. 17. vol. 2. Rim. cons. 188. n. 34.
& 90. vol. 2. Menoch. d. cons. 178. n. 45.
Mascar. allegat. dec. 740. n. 38. Farin.
d quæst. 153. n. 159.*

De-

Decima coniectura falsitatis emergit, ex quo copia assertæ donationis, & actus extractionis apparet nō esse de manu ipsius Notarij Alexandri, nec suum apparet character quocùm scribere consuescebat, sed de manu aliena, & assimilata, sicuti oculariter inspicitur, & accedit plurium testium depositio super 4. art.

54 Quare euidens probatio dicitur falsitatis, cùm characteres discordent, *cap. licet*, & ibi *Glos. de crim. fals. Menoch. d. præs. 20. n. 18. Decian. cons. 99. n. 19.* Et hoc dicitur vitium visibile, *l. fin.* vbi *Glos. C. de edict. Diu. Adrian. toll.*

55 Vndecima exinde elicitur falsitatis coniectura, nempè quia atramentum, quo videtur scripta asserta copia est seminigrum, & apparet fuisse mistam aquam, tempore quo cæteræ scripturæ in prothocollo existentes, nigro atramento scriptæ secernūtur, ex qua diuersitate, falsitatem colligi tenet *Glos. in cap. in memoriam*, verb. *Falsum 19. dist.* & ibi *Præpos.* cum pluribus citatis per *Farin. quæst. 153. par. 13. n. 155. Mascar. d. concl. 740. n. 18. Anchar. cons. 431.* alijq; plures adducti per *Ceph. cons. 287. n. 27. & 28. vol. 2. Menoch. lib. 2. de arbitr. cas. 187. n. 35. & seqq. Reg. Valenz. cons. 121. n. 151.* qui allegat *tex. in cap. inter dilectos*, vers. *Instrumentum, de fid. instrum.*

56 Duodecima falsitatis coniectura depromitur ex diuersitate papyri, nā asserta donationis copia reperitur scripta in papyro magis paruo, quo sunt scripta cætera documenta in prothocollo, vti testes deponunt, *Farin. d. quæst. 153. n. 166. Reg. Sanfel. dec. 61. n. 2. vol. 1.* sicuti ex diuersitate signorum chartarum falsitas arguitur, *Glos. in d. cap. inter dilectos*, & ibi *Bal. n. 14.* vers. *Item quod ex qualitate charta, de fid. instr. Specul. in §. videndum restat, n. 25. de probat. Ias. cons. 168. vol. 4. Decian. cons. 99. n. 18. Menoch. d. præsum. 20. n. 40. lib. 5. Mascar. d. concl. 740. n. 21. Reg. Sanfel. d. dec. 61. n. 2. par. 1.*

Decimatertia coniectura falsitatis elucescit, ex quo in scripturis Notarij Alexandri Leuzzi apparet apposita, nedùm Ciuitas Litij, & sic locus, verum etiam locus loci, at in asserta copia non legitur, cùm de iure, in

57 instrumento apponi debeat locus loci, *Specul. in §. 1. n. 9. de instr. edit. Bart.* & DD. *in l. de pupillo, §. qui nunciat. n. 2. ff. de oper. nou. nunciat.* dicens ità communiter obseruari, *Imol. in d. cap. inter dilectos, n. 18. Lanfran. in prax. cap. 9. sub n. 11. Natt. cons. 329. n. 1. vol. 2.* qui testatur de communi opinione, & post multos, *Menoch. cons. 288. n. 2. & seqq. vol. 3.* vbi ait hoc

58 esse de essentia, & forma ipsius instrumenti, & ità constitutum esse ad euitandas falsitates, & hanc opinionem veram esse, & receptiorem tradit *Frāc. Marc. dec. 1182. n. 18. par. 1. Rot. dec. 1796. par. 3. in Nouiss. & dec. 98* penès *Verall. par. 2.* Præmaximè in terris magnis, & populosis Ciuitatibus, secundùm *Borrell. in Summ. deciss. par. 2. tit. 18. n. 47. Rot. dec. 5. tit. de fid. instr. in antiqu.* Sic post Nea-

59 polim, nemini secunda est Ciuitas Litij, tum magnitudine, tum Nobilitate, vbi communis inoleuit Notariorum stylus apponere in contractibus, nedùm locum, sed etiam locum loci, qui si non apponitur, instrumentum redditur suspectum, *Anfrer. ad Cappell. Tholos. dec. 491. propè fin.* vers. *Sed fieret suspectum*, *Reg. Rou. in Prag. 1. n. 26. de fals.* Et in terminis donationis, respondit *Farin. cōs. 109. n. 17. & seqq. vol. 2. Gratian. dec. Rot. March. 28.* vbi ità decisum, *Menoch. præs. 84. n. 2. lib. 2.* qui de magis communi opinione testatur.

Decimaquarta falsitatis cōiectura est, quia in d. asserta donationis

copia describuntur in testes, & pro Iudice ad contractus ij, qui tempore productionis ipsius diem suũ obierant, vti ex scripturis presentatis pro parte Margaritæ constat, & sic suspectã esse de falso, tradidere, *Curt. sen. cons. 55. in fin. Corn. cons. 226. n. 4. in fin. vol. 3. cons. 7. sub n. 3. vol. 4. Curt. iun. cons. 65. in fin. vol. 1. Crau. cons. 28. n. 7. cons. 864. n. 4. vol. 5. Paris. cons. 27. n. 24. vol. 2.* Præsumitur etenim testes
60 mortuos fuisse positos, & descriptos ne falsitas scripturæ per eos detegeretur, *Plotus* in puncto donationis *cons. 79. n. 17. vol. 1. Surd. cons. 473. n. 39.* vers. *Præsumitur vol. 4.* loquens de donatione, & in casu suo erant decursi anni decem à die assertę cõfectionis scripturæ, & in thesi nostra non erant decursi anni septem, subditq; *Surd.* ibi *n. 40.* præsumi dolum
61 donatarij in non producendo assertam donationem, tempore quo viuebant testes, & sic oritur suspictio falsitatis donationis, *Rim. cons. 188. n. 84. & 97. vol. 2. Natt. cons. 124. n. 8. vol. 1. Menoch. cons. 807. n. 12. vol. 9. & præs. 20. n. 7. lib. 5. Farin. cons. 11. n. 4. vol. 1. Mascar. concl. 740. n. 8. Thes. iun. forens. lib. 1. quæst. 47. n. 11.* vers. *Item quando, D. Hodiern. ad Surd. dec. 231. n. 32. Ossas. dec. 117. n. 10. Rot. dec. 336. n. 9.* penès *Farin. tom. 2. consilior. Boer. dec. 118. n. 21. Intrigl. dec. 17. n. 19. & dec. 27. n. 21.*

Quin amplius idemet *Surd. d. cons. 173. n. 17.* voluit quod ex multo tẽporis interuallo decurso inter assertam scripturam, & eius productionem, non tollitur virtus huius con-
62 iecturæ falsitatis, quia falsarij omnia subtiliter ordinare curant, ne falsitas circumstantijs detegatur, *Boer. d. dec. 118. n. 21. D. Hodier. loc. allegat. n. 23.* vers. *Et quamuis, Rim. d. cons. 188. n. 85.* qui in casu suo tradit fuisse decursos annos decem, & octo, à die assertæ confectionis scripturæ vsque ad diem productionis, & *Surd. loc. proximè cit.* inquit non tolli ex tanti temporis lapsu falsitatis suspitionẽ,
63 cum tempus longum nõ reputetur, nisi saltim triginta annorum, secundùm *Mascar. concl. 740. n. 9. Menoch. de arbitrar. centur. 1. cas. 3.*

Decimaquinta eligitur falsitatis suspitio probè precedenti collineãs, Nam vnus ex testibus descriptis in asserta copia nomine *D. Antonius Toscanus* die 29. Martij 1629. quo prætenditur facta donatio erat absens à Ciuitate Lytij, moramq; ducebat Venetijs, vbi commorauit ad annũ vsq; 1630. de Mense Octobris, minimè per aliquem tractum temporis discedens, ibiq; in fata concessit vti ex testibus productis constat, & fortiùs ex testimoniali Serenissimę Reipublicæ Magistratuum, *fol. 168.* vndè suspitionem hanc probat *tex. in cap.*
64 *quanto, de his quæ fiunt à Prælat. fin. consens. Capitul.* ibi, *Absentium quoque fratrum nomina inscribi non sinas, quia talia munimenta inita sunt, & falsa, & tu exindè quæstionem falsi poteris meritò formidare, Glos. in cap. licet,* verb. *Falsitatis, de crim. fals. Ceph. cons. 287. n. 16. vol. 2. Natt. cons. 124. n. 11. vol. 1. Gargiar. cons. 122. n. 5. & 12.* inter *consil. crim. Zilett. tom. 2. Farin. cons. 11. n. 23.* vers. *Vndecimò, Muta dec. 38. n. 3. &*
65 *seqq.* Impossibile namq; sit per naturam, quod vna, eademq; persona, vno eodemque tempore pluribus in locis esse possit, id etenim per miraculum contigit ex diuina potentia *Diuis Ambrosio, Antonio, Fonsono, Isidoro,* alijsq; quos pulchrè recenset *Muta d. dec. 38.*

Decimasexta oritur falsitatis suspitio, nam præfatus Carolus falsitatis assertæ copiæ Author, expetijt à Notario Antonio Mangelio eiusdem Ciuitatis Lytij, quod inter sua prothocolla scripturam prædictam adscriberet, qui negauit, & de hoc

fidem

fidem fecit, licèt postmodum morte præuentus cum iuramento deponere nequiuit, Et si enim vulgatum sit theorema elicitū ex *tex.in cap. Tua*, & ibi *Glos.* verb. *Testimonijs de cohabitation.cleric.& ex l.Testium dignitas* 3.§.*Idem Diuus Adrianus,ff. de testib.*
66 esse fidem præstandam testibus,non testimonijs, *D.de Franch.*de quo plures rationes congerit *Farin. in absolut.tract.de testi.quæst.*80.*n.*32.Nihi-
67 lominus facit præsumptionem secūdùm *tex.in cap.à nobis*, ibi,*Nisi quantum ad presumptionem*, & ibi *Glos. qui matrim.accus.poss. Anton. de Butr.in cap.Cum in Ecclesiis n.*16.vers. *Solutio, de maior.& obed.Felyn.in cap.de testib. n.*8.*de testi. Marsil, in l.de minore*, §. *plurimū quoq;n.*7.*ff.de quæstio.Guazz. ad defens.* Reor. *def.* 13. *cap.* 7. *n.*13. *tom.*1.vbi *de comm. Viu.commun.opin. cap.*949.*n.*6. *lib.*3. *Farin.d.quæst.*80. *n.*54.

Decimaseptima pullulat falsitatis suspitio ex depositione Clerici Donati Antonij Infantini præuia licētia sui Ordinarij, asserentis de mense Iunij 1634. ab homine quodam dignis respectibus silentio prætermittendo, fuisse requisitum ad acceptandum,quod interuenerit pro Teste in asserta donatione,quodque tuta conscientia affirmare potuerat,ex quo nulli parabatur præiudicium, Ipse autem negauit,& cum iuramēto veritatem hanc deposuit. Quod confirmat falsitatem quando testis
68 in contestem vocatus negauit, *Alex. cons.*77.*n.*2. vers. *Secundum concurrit inditium, vol.* 1. *Natt. cons.*124. *n.*9. *Crau.cons.*28. *n.*7. *Farin. quæst.* 153. *n.*180.& communiter adducitur *tex. in l.*1.§.*fin.ff.quemadm.testa. aperia.*
69 Nec dubium incidit quin testi asserenti fuisse tentatum ad aliquid dicendum, vel faciendum, credatur contra tentatorem, dùm non consentijt, *Gram. cons.crim.*1. *n.*14. *cons.* 3.*n.* 1.*vot.*11.*n* 3.*Bal.cons.*429. *vol.*3. per *tex. in l.siquis seruo*, C. *de furt. Bertaz. cons.crim.* 451. *sub n.*8. *vol.*2. *Giurb.cons.*64.*n.* 1. *Magon.dec. Lucen.* 46.*n.*25.*Reg.de Pont.dec.*15. *n.*24.
70 Et vnico testi tentato fidem adhiberi, ex quo non habet interesse,docuit *Bal. d. cons.* 429. inquiens esse integrum testem, & laudādum, quia non consentijt, sed reuelauit, *Gram.* post *Aretin.* quem allegat *d. cons.* 1. *n.*13. *& vot.*11. *n.*3. *Giurb.d.cons.*64. *n.*1.vers.*Imò, Reg.de Pont. d. dec.* 15. *n.*24.Imò *Bal.præcit.cons.* tradit inditium facere ad torturam,*Io.Mar.Nouar.quæst.forens.cap.*134.*n.*6. *par.*1. *Bertaz. cons.* 451. *sub n.* 8. inquiens aliquam probationem constituere, quæ magis casui nostro quadrant,in quo sola suspitio falsi attenditur ad improbandam scripturam.
71 Decimaoctaua, & postrema falsitatis suspitio apertè conuincitur,Nā vti initio *huius respons.* præfati sumus, asserta copia donationis cōtinet post mortem Caroli, & Victoriæ, bona quond. Dionisij prætensi donatoris deuenire debere ad beneficium Venerab.Collegij Societatis Iesu Ciuitatis Litij, cumq; aduenisset in eadē Ciuitate Admod.Reu.P.Carolus de Sangro Prouincialis pro visitatione Collegij,adijt illum Vincentius Ma-
72 ria Perrone vir ipsius Margaritæ V.I.D. ac de legali scientia apprimè meritus aliàs à *Me in* 1. *forens. cap,* 12. laudatus, & ipsum Prouincialē,
72 nedùm natalium splendore,sed vitę integritate conspicuum,de omnibus prędictis certiorē fecit, quibus perpensis, ac maturè trutinatis in visitatione iussit de asserta copia nullam esse habendam rationem his verbis.
73 *Quella donatione, che si troua fuori dell'ordine del Protocollo del Notaro,& non si sà come in quello si sia lasciata, fatta da Dionisio de Mar-*

Marco, che morì in Misciagna, nella quale se instituiua il Collegio nostro in certa facoltà, dopò la morte di Carlo, & sua Madre, mai in niun tempo ad instanza del Collegio si produca, nè vi si faccia fondamento alcuno, nè in virtù di quella si cerchi, ò si pretenda niente, perche per più inditij ci costa, di non esser canonica, & legitima.

Quid clariùs? quid apertiùs ad eiusmodi falsitatem detegendam? Attamen Defendentes Carolum clata ostinatione, ostinataq; elatione indurati in sustinenda validitate assertæ copiæ, aiebāt decretum prædictum à tanto viro Religioso manatum, præfato Carolo non obesse quasi quod sit res inter alios acta,
74 quæ nonnisi collitigantibus obesse consueuit, *l. sæpe, ff. de re iud. l. 2. C. quib. res iud. non noc. & toto tit. C. Res inter alios acta, cap. cum super in fin. et cap. penul. de re iud.* cum alijs adductis per *Tiraq. in tract. Res inter alios acta in princ.*

Verumenimuerò, licèt prædicta, & ijs similia vera sint, Nihilominus
75 hæsitari non potest, quod Res inter alios acta faciat præsumptionem, *l. pen. C. quib. res iud. non noc. Glos. in l. si duo Patroni*, verb. *Habiturum, & in l. quia nō debet, ff. de iureiur. l. 1.* verb. *Praeiudicium, ff. de excep. reiiudic. l. à sententia, ff. de appell. l. 2.* verb. *Exhiberi, propè fin.* vers. *Sed illud, C. de eden. l. 2.* verb. *Praeiudicare, C. quib. res iud. non noc. Bal. Ias. Fulgos. & alij in d. l. si duo patroni, Alex. in d. l. sæpè, Dec. in d. l. 2. n. 45. C. de eden. Felin.* post *Abb. & Butr. in cap. causam quæ el 1. n. 11. de testi. & in cap. pen. de reiud. Dec. cōs. 42. n. 24.* vers. *Præterea, cons. 271. sub n. 3.* vers. *Sed quoad præsumptionem, vol. 1. Alex. cons. 86. n. 5. vol. 2. Cran. cōs. 901. n. 47.* vers. *Præsumptio tamen, vol. 6. Cuman. cons. 22. propè fin.* vers. *Secundo quia, Menoch. cons. 1. n. 206.* vers. *Quia respondeo, vol. 1. Honded. cōs. 17. n. 85. vol. 1. cōs. 90. n. 5. vol. 2. Asin. in prax. §. 14. cap. 27. sub n. 13. Tiraq. in d. tract.* Res *inter alios acta n. 55. limit.* 19. *Couarr. in practicis cap. 13. n. 4. Mascar. cōcl. 1273. n. 1. vol. 2.* Cardin. *Tusc. concl. 165. n. 57. lit.* R. *vol. 6. Osas. dec. 37. n. 6. Rot. dec. 133. in fin.* penès *Put. lib. 1. dec. 524. n. 7.* penès *Sāctiss., D. de Franch. dec. 345. n. 7.* Et in hoc omnes conuenire testatur *Trigon. sing. 79. tom. 2. singular. Doctor. Viu. dec. 313. n. 3. in fin.* Rot. *Genuen. dec. 103. n. 6.* vers. *Tamen omnes, dec. 166. n. 3.* vers. *Licet aliquale dec. 184. sub n. 7.* Quę præsumptio quanta sit, iudicis arbitrio relinquitur, *Abb. in d. cap. penul. de reiud.* quod arrisit *Couarr. loc. cit.* vers. *Quale verò.*

Cumq; decretum manauerit à tāto viro, qui non prætermisit omnes adhibere diligentias ad perquirendam veritatem scripturæ, maximè in Collegij Societatis beneficium, vehemens oritur pręsumptio falsitatis, itaq; Sacrum Regium Consilium diiudicaturum in spem ducimur tot aliis concurrentibus coniecturis, & præsumptionibus, ad dicta per *Menoch. cons. 384. n. 12. vol. 4.* & *Honded. cons. 17. n. 71. in fin. lib. 1.* & proindè sententiam Magnæ Curiæ in beneficium Margaritæ esse proferendam sub censura Amplissimi Senatus.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ, Neapoli die 6. Martii 1650.

DE-

DECISIO.

Sacrum Regium Consilium Referente Regio Consiliario Thoma de Aquino vnius Aulæ Præfecto; & votantibus Regijs Consiliarijs Ianuario Pinto, & Io.Baptista Muscettula, Die Mercurij 22. Mensis Martij 1651. determinauit, Benè iudicatum per Magnam Curiam, & malè appellatum. *Arrisere etenim Dominis votantibus scripta per* Me in 1.forens.cap. 12. *respectu articuli principalis, & ex præallegatis Donationem non veram censuerunt.*

SVMMARIVM.

1 AVthor *profitetur nimis elaborasse in euadendo à morte Franciscum Grampa condemnatum per Magnam Curiam Vicariæ.*

2 D. Antonius Capiblancus *Regius Consiliarius laudatur.*

3 *Appellatio est theriaca ad expellendum venenum primi Iudicis.*

4 *Appellatio dicitur æmula primæ sententiæ.*

5 *Filius Doctoris efficitur Nobilis.*

6 *Pænæ in Regno alio modo infliguntur Nobilibus, quàm ignobilibus.*

7 *Nobiles in Regno decapitantur, Ignobiles furcis suspenduntur, Nobiles relegantur, vel deportantur, Ignobiles furcis suspenduntur.*

8 Decisio Sacri Consilij *apud* D. de Franch.dec.569. *adducitur ad insinuandam praxim pœnarum, quibus Nobiles, ac ignobiles feriuntur.*

9 D.Honuphrius de Palma *Fisci Patronus Magnæ Curiæ Vicariæ laudatur.*

10 *Delicta in quibus præcipuè Fiscus figebat pedes pro confirmatione sententiæ ad mortem, recensentur.*

11 *Conuersatio mala, malum redarguit.*

12 *Conuersatio mala, alio concurrente adminiculo, satis est ad torturam.*

13 *Tituli, seu Rubricæ delictorum, Reum quem minimè faciunt, sed inditia, extantia, & probationes.*

14 *Improperantur multa, quæ posteà delentur.*

15 *Reus non qui accusatur, sed qui conuincitur, est.*

16 *Rei veritas, non delicti titulus inspicienda est in criminalibus.*

17 *Iudices nō debent attendere cartulas accusationum, sed quid ex informationibus constat.*

18 *Iudices improbantur, qui ad solam tituli ostēsionem, liberationes Reorum sub fideiussoribus denegant.*

19 *Titulus Inquisitionis si attenderetur, pateretur quis pœnam ex eo crimine, quod commisisse non constat.*

20 *Tituli Inquisitionum in processibus criminalibus ponuntur per Scribas.*

21 *Confessus, vel conuictus consueuit ad mortem condemnari.*

22 *Probationes in criminalibus esse debent*

bent luce meridiana clariores.

23 *Testis in criminalibus, adhoc ut faciat fidem, debet esse ætatis annorum 20.*

24 *Birruarius non facit fidem, si deponat uti testis.*

25 *Birruarij, siue Satellites sunt personę vilissimæ, & reputantur infames, omni vitiorum macula aspersi.*

26 *Testis obscurè, & vagè deponens, non facit fidem.*

27 *Vox est fallax inditium, nam sępè domesticos fallere consueuit.*

28 *Vox delinquentis adeò nota esse debet, ut decipi quis ex ea non possit.*

29 *Testis asserens habere notam vocem Titij, quem nō videbat, non probat ad torturam, nisi alia concurrāt inditia.*

30 *Testes deponētes vidisse de nocte contrahi matrimonium, nō addito quod cognoscebāt infallibiliter voces contrahentium, non probant.*

31 *Testis deponens ad lucis ætrem cognouisse, an probet.*

32 *Inuerisimilitudo prestat falsitatis inditium.*

33 *Testes factū duorum annorum deponentes, falsi reputantur.*

34 *Factum antiquum in Testibus dicitur duorum, vel trium annorum intercapedine.*

35 *Memoria hominis, labilis est.*

36 *Testis contradicens in tempore cum Principali, de falso suspecti redduntur.*

37 *Testis contradicens in tempore cum Principali, ne quidem in ciuilibus probat.*

38 *Testes sibi contrarij quoad locum delicti, dicuntur falsi, & singulares singularitate obstatiua.*

39 *Testis in uno falsus, redditur in omnibus falsus ratione iuramenti.*

40 *Testes varij circa locum, nullo pacto concordari, aut reconciliari possunt.*

41 *Delictum in genere, ante omnia constare debet.*

42 *Iniurlatus cum alijs, si deponat uti Testis non probat, quia habetur uti principalis.*

43 *Testis in causa propria nemo esse potest.*

44 *Inimicus nedùm à testimonio repellitur, sed nec ad examen admitti debet.*

45 *Testes de recenti tempore commissi delicti, non examinati, si postmodum producantur, censentur suspecti de falso.*

46 *Lege permittente quod fit, pœnam non meretur.*

47 *Seruitia per delinquentem prestita, sūt in causa ut pęna remittatur, uel minuatur.*

48 *Iudex remittens pęnam legalem ei qui seruitia prestitit* Reipublicę, *non detrahit iustitię.*

49 *Inditia debent precedere inquisitionē, & capturam.*

50 *Carceratio diutina, prodesse debet Inquisito ad pęnę minorationem.*

51 *Iudices esse debent promptiores ad absoluendum, quàm ad condemnandum.*

52 *Deus gubernat consilia eorum, qui clementem, & humaniorem dicunt sententiam.*

53 *Iudices debent esse misericordes.*

54 *Iudex nedùm potest, imò debet in pęnis etiam legalibus dispensare, & misericordia gratiam impendere.*

55 Regula Et quæ non prosunt singula, multa iuuant, *qualiter procedat tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.*

56 *Præsumptionibus etiam violentis, Nemo ad mortem damnari debet.*

57 *Reus ex presumptionibus urgentibus extra ordinem puniri debet, non ordinaria pena.*

AR-

ARGVMENTVM.

Author accersitus ad patrocinium praestandum damnato ad mortem per Magnam Curiam Vicariae in gradu appellationis introductę in Sacro Regio Consilio, pluribus tùm in facto, cùm in iurè insinuat sententiae iniustitiam, Ipsa etenim dicitur de appellatione, quod sit theriaca contra venenum primae sententiae, & iniustitiae emula.

Testes deponentes ad lucem aeris cognouisse hominem, vel ad vocis notitiam, satis languidę fidei existere, vtpotè qui, nimis fallax eiusmodi assertio dicitur, quae etiam domesticos vt plurimum fallere consueuit, & qualiter debeant Testes in eiusmodi casu deponere ad hoc faciant fidem, & alijs adductis adminiculis, quod Inditium faciant ad torturã, compendiosè indicatur.

Plures facinorum species, nullam praeseferre probationem ad condemnandum, singillatim referuntur, ijsque omnibus ad Fisci motiua quaelibet diluenda, neruosè occurritur, nec inconcinnè ad Iudicantes sermo dirigitur, quo demonstratur in paenis irrogandis proniores esse debere ad absoluendum, quàm ad condemnandum, quodque ex praesumptionibus nemo dãnari debet, etiamsi violentes ea fuerunt, Deus namque eorum gubernat consilia, qui clementem, & humaniorem dicunt sententiam, Nec exhorrere debent, vt si quando Reus Reipublicae inseruierit, paena etiam legalis illi indulgeatur, vel minoretur. Aliaque nonnulla ad Reorum innocentiam pensitantur.

PRO

Francisco Grampa ad mortem damnato per Magnam Curiam Vicariæ.

CVM

Regio Fisco.

RESPONSVM VI.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 BAboriosa inter responsa criminalia à *Me* secundùm varias casuũ figuras ad Reorum innocentiam insinuãdam, siue vindicandam edita, suasum mihi habeo, caput extollere illud, de quo in præsenti casu sum verba facturus, Siquidem *ad mortem* condemnato Francisco Grampa Aprutino Terræ Goriani, mediante decreto interposito per Magnam Curiam Vicariæ, existente Commissario D. meo. Consiliario Hispano D. Io. Burgos, eiusdemq; Magnæ Curiæ Iudice, ac Proregente, nuper verò inter Supremos Collateralis Consilij Proceres cooptato, die 14. Maij 1652. ac ordinatum cùm extiterit ignominiosè *furcis laqueo fore suspẽdendum, & ante exequutionem quæstioni tanquam cadauer esse supponendum ad sciendum complices*, (*Me* tunc illi patrocinium minimè præstante) interposita appellatione in Sacro Regio Consilio, commissaq; causa

2 D. meo Consiliario Antonio Capiblanco, omni virtutum genere decorato, qui post expleta cum laude plura Mastistratuũ munera, proprijs ex meritis in Consiliariorum numerum fuit designatus, accersitus *Ego* ad meam exhibendam, præstãdamq; operam in re tam graui, omnes intendi curas, omnesq; vires meas sum obmolitus (ne sua Clientis cogitatio in me exquirendo, illum falleret; quocirca toto incubuĩ studio, pro reuocatione eiusmodi sententię, quã minimè exequendam fore protenso quasi digito demonstrare enitar, Hic

3 etenim appellationis præcipuus effectus est, quia se habet tanquam theriaca ad expellendum venenum

4 primi Iudicis, & dicitur emula sententiæ, secundùm *Bal. in l. vnic. in fin. C. si de momen. possess. Rebuff. in tract. de appellat. in præfat. n.* 78. *tom.* 3. *pag.* 481. communiter *Scriben. in l.* 1. *ff. de appell. cap. omnis oppressus* 2. *quæst.* 1. *l. per hanc*, *C. de tempor. appellat. cap. cum Ioannes de fid. instrum. Pract. Papiens. in forma appellationis*, *Glos. Co ram vobis n.* 2. *Rebuff. loc. cit. n.* 17. *& seqq. tom.* 3. *Ruginell. de appellat.* §. 12. *glos.* 2. *cap.* 2. *n.* 3. *Scacc. quæst.* 3. *art.* 1. *n.* 1. *eod. tit. Ego ipse in* 1. *forens. cap.* 1. *n.* 60. *&* 79.

Nec solùm iniustã insinuabo sẽtẽtiã pdictã, quo ad mortẽ cõdẽnationẽ continebat, sed etiã ex quo ignominiosum mortis genus præscrebat, nempè furcarum, dum ex pro-

5 cessu cõstabat Clientem vti Docto-ris filium, Nobilem esse, itaque tra-

6 ctari debere etiam in pænis, præsertim in Regno, in quo peculiariter cautum est, discrimen intercedere debere in pęnis, Nobilibus, ac ignobi-

7 bilibus infligendis, Nobiles etenim decapitantur, Ignobiles furcis ſuſpẽduntur; Nobiles relegantur, vel deportantur, Ignobiles ad triremes condemnantur, vel ad tempus, vel perpetuò, teſte *D. de Franch. dec. 569.*
8 *n. 1. ad 5.* vbi tradit ità ſeruatum fuiſſe, & quotidie ſeruari etiam in crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, & Humanæ, & ne dubitandi anſa in poſterum præbeatur *n. 8.* ità fatur, *Poſui hoc, ne in futurum amplius de hoc dubitetur*, & *D. de Franchis* laudato tenet *Roit. in addit. ad deciſ. prædictam in 1. ampliat. Conſiliar. Paſchal. de virib. patr. poteſt. par. 4. cap. 2. n. 61.* verſ. *Verum in hoc Regno*, vbi in nuperrima impreſſione Ego nonnulla annotaui, *Conſiliar. Ann. conſ. 43. per tot. vol. 1.*

Facinora igitur licèt plura Clienti imputentur, attamen in quibus D.
9 Fiſci Patronus Honuphrius de Palma Aduocatus olim primi ordinis, doctrina, & integritate conſpicuus, tunc, & nunc Collega meus multis mihi commendãdus nominibus, pro confirmanda mortis ſententia maximè innititur (ni oculi mei cæcu-
10 tiunt) ſunt duo prætenſa homicidia, Vnum in perſonam Ioannis Salera de Menſe Decembris 1648. Alterum in perſonam Silueſtri Salera die 3. Iunij 1649. quodq; de anno 1650. die 23. Ianuarij, maletractauit verbis, & verberibus Lilium Siccola Commiſſarium deſtinatum pro exactione 42. carolenorũ à Regio Theſaurario Prouinciæ Aprutinæ, Ac etiam de anno 1649. iniuriauerit Virgilium Iacobinum Gubernatorem Terræ Goriani, volentem exequi tempore recollectionis meſſium in rure ipſius Franciſci, & pluribus affecerit verberibus, poſt fractionem inſtrumenti lignei dicti *la Chitarra* in capite.

Inquiritur inſuper, quod propria authoritate nonnullos eius debitores proprijs in ædibus intus foueam loco carceris mancipauerit, quodq; armatus in Campaneam cum facinoroſis hominibus pluriũ annorũ curriculo inceſſerit; Ac etiam quod non ſemel violentias intulerit honeſtis mulieribus adhoc vt eas cognoſcere valuiſſet, maritalem thorum fœdare ſatagens, ac virgines deflorare; Quodq; impetiosè geſſerit & malis malam vitam trahens, quam
11 malam conuerſationem ſatis vrgere cõtra ipſum ad *tex. in l. ædiles, §. Reditus, ff. de ædil. edict. l. ſi plures, §. quãuis, ff. de admin. tutor. l. fin. C. ſi mancip. ita fuer. alienat. Bal. in l. 1. n. 14. C. de ſeru fugitiu. & conſ. 95. in 1. Gandin. de malef. rubr. de quæſtion. Marſ. in prax. §. expedita ad fin. Crau. conſ. 73. n. 12. Gram. conſ. crim. 17. n. 14. & conſ. 53. n. 25. & dec. 34. ad fin. & vot. 6. n. 3. Menoch. de præſum. lib. 1. quæſt. 89. n. 125. Giurb. conſ. 87. n. 15.* vbi
12 poſt prædictos tenet malam conuerſationem, alio concurrente adminiculo, ſatis eſſe ad torturam.
13 Mihi verò ſatis conſcio, quod tituli, ſeu rubricæ, ſiue inſcriptiones delictorum, reum minimè faciãt, ſed inditia extantia, & probationes, quia multa improperantur, quę poſtea delentur, *l. furti, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.* neque qui accuſatur,
14 ſed qui conuincitur, Reus eſt, *cap. nonnè 8. quæſt. 4. Iſer. in cap. 1. §. Sed & qui delentur n. 43. quæ ſit prim. cau. be-*
15 *nef. amitt.* quidquod: in criminalibus rei veritatem non titulum delicti inſpiciendum eſſe, *tex.* eſt inſignis *in l.*
16 *famoſi*, verb. *Hoc tamen crimen, ff. ad l. Iul. Maieſt. l. quoad ſtatum, ff. de pæn. Ang. in l. Athletas, §. calumniator in princ. ff. de his qui notan. infam. D. de Franch. dec. 330. n. 6.* vbi *Addent.* quã plura conſarcinarũt, *D. Garſ. Maſtr. ad Indult. general. cap. 29. n. 19.* verſ.

Tertio confirmatur, dum inquit Iudi-
17 ces non debere attendere cartulas accusationis, nam in ea solent partes arduas proponere accusationes, sed inspiciendum est, quid ex informationibus constat, non per earum cartulas, siue rubricas, pulchrè *D. Reg. Ron. in prag. 1. n. 4. & 5. de custod. reor.*
18 irruens contra eos Iudices, qui ad solam tituli ostẽsionem liberationes eorum sub fideiussoribus denegant, *Escob. de nobil. proban. par. 1. quæst. 3. §. 3. n. 44.* inquiens si titulus esset at-
19 tendendus absurdus sequeretur intellectus, cùm quis pænam pateretur ex crimine, quod commisisse nõ constat contra *tex. in l. ambigua 19. ff. de legi. l. nam absurdum 7. ff. de bon. libert. l. scire 13. §. aliud el 2. ff. de excusat. tutor. Bart. in l. omnes populi quæst. 9. ff. de iust. & iur.* nonnulla per *Men. in 2. forensc. cap. 50. n. 45. & seqq. & in 1. practicar. obseru. cap. 79. n. 4. & seqq.* quibus modò addimus omniscium
20 *Presid. de Franch. dec. 713. n. 22.* vbi obseruat, passim absq; causæ cognitione in rubricis processuum poni per Scribas titulos Inquisitionis, dũ agnouerim neq; conuictum, neque confessum de præfatis imputatis delictis Franciscum esse, quo in casu condemnatio sequi potest, & non
21 aliter ad *tex. in l. qui sententiam, C. de pæn. l. 2. ff. quor. appellat. non recip. l. fin. C. de prob. & in l. si confessus, ff. de custod. reor.* cum aliis adductis per *Caball. resol. crim. centur. 3. cas. 288. n. 1. 2. & 3. Giurb. cons. 71. n. 1.*

Scitum est enim in criminalibus probationes esse debere luce meri-
22 diana clariores ad *tex.* vulgatum, sed insignem *in l. fin. C. de accusat.* Totum me conuerti ad demõstrandum nullam suaderi ex processu conuictionẽ de præfatis delictis, vndè onus assũpsi singulas delictorum species aggredi (quod autem confessio nulla manauerit) extra dubium est.

Primum in ordine, quod præposuimus homicidium in personam Ioannis Salera, prætendit Fiscus circa horam noctis, ipso Ioanne degente in Molendino distante à Terra Goriani per miliare, inibi accessisse Franciscum cum alijs associatum, quodq; vi ipsum extraxerint à Molendino, & vnius scoppittæ ictu percusserint, intulerintq; 32. vulnera, quem postmodum in canale eiusdẽ Molendini proiecerunt.

Deponunt nonnulli testes, inter quos *Ioannes Angelus de Federico*, seruiens olim ipsius Ioannis, modò birruarius ætatis annor. 14. vndè à iure repulsatus venit, vt omnis illius totaliter prostituatur fides, nam depo-
23 nit ætatis annor. 14. & ad hoc vt in criminalibus testis fidem faciat debet esse ætatis annor. 20. nam ante ad testimonium non recipitur, ad *tex. in l. testimonium, ff. de testi. Bal. in addit. ad Specul. tit. de teste, & in l. 2. §. obseruari, C. de iuram. calum. Alex. cõs. 56. 2. vol. & cons. 78. 1. vol. Ang. in §. sancimus, Authen. de testi. Gram. dec. 40. n. 17. vers. Et quod ante.*
24 Insuper repellitur, ex quo Birruarius, vilissimi etenim habentur Birruarij, idcircoq; nullam ijs esse adhibendam fidem, cecinit *Bal. in l. fin. 8. quæst. n. 47. C. de edict. Din. Adria. toll. Bero. cons. 84. n. 1. Clar. in prax. crim. quæst. 7. vers. Habes igitur, in fin. Ang. in l. sciendum, C. de vsur. Gram. vot. 21. n. 1.* ex multis *Farin. cons. 116. n. 1. lib. 2.* inquiens ideò fidem prosterni, quia Birruarius, & in *tract. absoluto de testib. q. 56. ar. 9. n. 370. & seq.* pulchrè *Ill. D. meus* (quẽ adhuc mortuũ vene-
25 ror) *Præs. Sac. Cons. March. Ramon. in 1. forensc. cap. 66. n. 12.* tradens ex *Bal.* Birruarios, seu Satellites esse personas viles, ac communiter infames reputati, omniq; vitiorum macula aspersos, ideoq; in iudicijs non admitti ad testificandum.

Alius

Alius Testis *Alexander de Cola-*
Riccio villicus mercenarius deponit
inter multos cognouisse Frãciscum,
qui è molendino Ioannem eiecit,
quodq; postmodum audiuit ictum
scoppittæ, & Ioannem clamantem,
quem mortuum illicò cognouit,
(quod autem Franciscus ictum iece-
rit non deponit) & cum alijs ipsum
associatum fuisse non inficiatur, vn-
26 dè cum vagè nimis, & obscurè de-
ponat, plenam non facit fidem, *Cæ-*
sar de Grassis dec.8.in fin. de caus.pos-
sess.& propriet. Cardin. Seraphin.dec.
818.*n.*5.*Rot.dec.*27.*n.*8.*par.*1. *diuers.*
*Maluas.cons.*122.*n.*1.

Tertius testis à Fisco productus
Ioannes Baptista Chicchillus merce-
narius, deponit circa mediam horã
noctis è molendino, dum exiret, plu-
rimos vidisse armatos homines, à
quibus tremefactus se elongauit, &
inter illos ad aeris lucem cognouis-
se Franciscum, quodq; audiuit ictum
scoppittæ, & vocem Ioannis interfe-
cti dicentis, *Per amor di Dio non mi*
uccidete, cui responsum dedit Fran-
ciscus, & socii, *Adesso ci sei incappato,*
e non puoi scappare.

Hic testis ex semetipso repellitur,
nam eius depositionis causa scientię
27 desumitur à voce Francisci, quæ ni-
mis fallax est, cùm facilè sit alienam
vocem imitari, & alios fallere, etiam
domesticos, secundùm *Clar.in prax.*
*crim.quæst.*21. *Rip.de nocturn. tempor.*
*cap.*58.*n.*11.*&* 15. *Cardin. Tusc. pra-*
*ctic.cõclus.cap.*176.*Felic.alleg.*85. *n.*5.
Vndè *Clar.in d.quæst.*21.tradit, adeò
28 notam esse debere delinquentis vo-
cem, vt decipi nequeat, *Felin.in cap.*
*sicut n.*5. *de re iud. Rip. in d. cap.* 57.
*n.*6. *Mascar. de probat. conclus.*1114.
*n.*7. *Sess. dec.* 107.*n.*2. Quinimò nec
29 inditium ad torturam facit testis
deponens habuisse notam vocem
Titii, quem non videbat, nisi alia cõ-
currant inditia, *Rol.cons.*3.*n.*43.3.*vol.*
*Boss.de indit.n.*173. *Tusc. d.concl.*178.
& post *Felin. & Boss. Giurb. cons.* 21.
*n.*42.*& cons.*17.*n.*43. inquiens vidis-
30 se reprobari testes deponentes vi-
disse de nocte contrahi matrimo-
nium, nec addiderant, quod cogno-
scebant infallibiliter voces contra-
hentium, hinc *Rol.d.cons.*3.obiurgat
sentientes hosce testes facere indi-
tium ad torturam.

Languidæ itidem fidei secernitur
eiusdem testis depositio ex eo quod
inquit ad lucis aerem cognouisse
Franciscum, potuit etenim videre,
31 & nõ cognoscere, Debet igitur Te-
stis addere, quod vidit, & benè co-
gnouit delinquentem, *Bart. in l.stig-*
mata, C. de fabricens. lib. 11. *Sess.dec.*
107. *n.* 3. *&* 4. *Giurb. cons.* 37. *n.*41.
vers. *Quod nec concludit.*

Destrui pariter insinuabam depo-
sitionem prædictam ex testis dicto,
dum deponit, ad vocem Ioãnis cla-
mantis, *Per amor di Dio non m' ucci-*
dete, respondisse Franciscum, & so-
cios, *Adesso ci sei incappato, e non puoi*
scappare, indicans præmeditatam es-
se responsionem, & vniformem ad
clamorem Ioannis, eiusq; verba, quę
non nisi tunc protulit, & sic magnam
32 ex inuerisimili præbet falsitatis in-
dicium depositio, *cap. quia verisimile,*
de pręsump. l. qui habebat, ff. de legat. 3.
Cran. cons. 202. *n.*48. *Intrigl. dec.*12.
*n.*12.*Schrader. de feud. par.*9.*cap.*2. *n.*
68. *Surd. cons.*303. *n.*39. *cons.*489.*n.*
13.*cons.*518.*n.*2.*& cons.*546.*n.*3.*Reg.*
*Valenz.cons.*97.*n.*2. *Farin. cons.* 121.
*n.*40. *cons.*122. *n.*16. *cons.*138. *n.*13.
*cons.*166.*n.*14. *cons.*110. *n.*5. *& cons.*
147.*Viu.dec.*190.*n.*3. *Morot.cons.*99.
*n.*14. *Rol.cons.*100.*n.* 114. *in* 4. *Hon-*
*ded.cons.*102.*n.*51.*& cons.*106. *n.*45.
in 1. cum aliis adductis per *Giurb.*
*cons.*71.*n.*18. vers. *Hinc si quid,* Ego
ipse plura congessi *respon.*

Quinimò: testes hi, quorum duo
villici laboratores, & alius Birrua-
rius

rius itidem seruiens Ioannis, viri illi
terati, duorum annorum spatio de-
33 cursо, nulla partis querela præexi-
stente, deponunt, quo casu falsò de-
posuisse præsumuntur ad *tex. in l. 3.
§. Duæ causæ*, verb. *Non eãdem fidem,
ff. de Carbon. edict.* vbi *Glos* magistra-
liter dicit in d. verb. *Non eandem in
fin. Vel dic non eandem fidem, idest, nõ
ità creditur, quia non est verisimile,
quod de tam longo tempore sit recordē-
tur sicut de recenti Gram. dec. 60. n. 9.*
extollens *Glosam* prędictam, *Viu. dec.
55. n. 1.* ibiq; *Gram. n. 15.* inquit fa-
34 ctum antiquum in testibus, nedum
dici vltra decennium, verum etiam
in minori tempore trium, vel duorũ
annorum vti experientia docet cùm
35 labilis sit hominum memoria per
*tex. in l. 2. C. de veter. iur. enucl. & in l.
peregrè, ff. de acquir. possess.* iterum,
Gram dec. 47. n. 20. subdens in teste
factum dici antiquum, nedùm ob
decursum trium annorum, verùm
etiam duorum annorum dumtaxat,
& quandoq; etiam minori tempore,
seu spatio, vti rerum magistra expe-
rientia docet, & ante ipsam *Mars.
cons. 77. n. 15.* tradit non esse rem no-
uam, seu recentem, sed potius anti-
quam ex transitu duorum annorum,
in quo tẽporis spatio cadit obliuio,
& esse quandoque in minori spatio;
quod maximè attendendum est in
depositione villicorum.

Conuictus ergo non potest dici Franciscus de hoc delicto.

Alterum homicidium in personã Siluestri Salera, tantùm abest, vt attentari queat de eo esse conuictum Franciscum, vt potius euidenter pateat nullum adesse probationis, siue indicii genus, Est Fiscus in prætensis die 3. Iunii 1649. præfatum Franciscum associatum cum aliis se contulisse extra Terram Goriani in territorio, in quo falcem immitebat Siluester, quodque vi erepto, ac ducto in domo Vincentii Icoma, ibi interẽ fecerint, nec amplius visus fuerit.

Deponit die 24. Februarii 1650. *Portia Siluestro* eius vxor, factũ eiusmodi affirmans, sub dicto die 3. Iunii 1649. & incontestes adhibet *Io. Bernardinum Spallaccium, Io. Marinũ de Antonio, & Stephanum de Francisco Antonio.*

Hi testes contradicunt manifestè Portię vxori vti principaliter deponenti in tempore, deponunt etenim homicidium commissum fuisse de
36 mense Maij; At illa die 3. Iunij, vn-
dè de falso suspecti, & nullam præ-
stant fidem, quia aut assertio Portię,
aut testes sunt falsi, nec ad concor-
37 diam reduci possunt etiam in ciuili-
bus *DD.* communiter *in l. 2. §. creditũ,
ff. si cert. pet. & in cap. cum tu*, vbi *Fe-
lin. n. 9. de testi. Surd. cons. 273. n. 30.
lib. 2. Caputaq. dec. 273. n. 6. & 7. par. 3.*
multoq; minus in criminalibus, in
quibus liquidissimæ requirũtur pro-
bationes *Io. Mar. Vermigl. cons. crim.
408. n. 17.* qui est finalis.

Rursus: sibi contrarij existunt
quòad locum, Nam Portia asserit
homicidium fuisse commissum in
domo Vincentij Troncia, Testes ve-
rò prædicti affirmant tribus scoppit-
tarum, siuè archibusiorum ictibus in
38 territorio interfectum fuisse, vndè
itidem de falso suspecti, & singula-
res singularitate obstatiua exemplo
testium Susannæ, quorum alter de-
posuit sub pinu, alter sub schinu,
ideò non probant *cap. nihilominus;*
vbi *Glos. 3. quæst. 9. cap. habẽs*, vbi *Glos.
de testi. Anchar. cons. 276. Alex. cons. 3.
vol. 1. Crot. de testi. n. 317.* vers. *Decimo
tertio requiritur, & n. 119.* ideòq; adi-
39 munt omnem fidẽ in omni eo quod
deponunt, tum propter indiuiduita-
tem iuramenti, *Dec. cons. 185. n. 5.*
vers. *Similiter testes, Surd. dec. 16. n. 2.
& seqq. D. de Franch. dec. 173. n. 7. &
dec. 354.* tum quia cum ista sit varie-

tas

40 tas euidens, & manifesta, nullo pacto potest concordari, aut reconciliari, *Bal. in l. sed etsi possessori*, §. *sed etsi rerum, ff. de iureiur. Alex. cons.* 20. *n.* 3. *lib.* 4. *Boss. tit. de public. processu.* 35. vers. *Sed ubi est notoria, Cas. de Grass. dec.* 73. *n.* 5. *Io. Mar. Vermigl. cōs. crim.* 408. *n.* 12. vers. *Quandoquidem, & n. seq.*

Quorsum plura? nullibi cōstat de delicto in genere, idcircoque post duos ferè annos formatur inquisitio, & sic nulla probatio cum neminem lateat ante omnia de delicto in genere constare debere, ad *tex.* quem omnes sciunt in *l.* 1. §. *Item illud, ff. ad*
41 *Syllan.* ibi, *Liquere igitur debet scelere interemptum, Gomez. de delict. tit. de captur. reor. n.* 1. vers. *Iudex personaliter vadat, vel mittat, Boss. de delict. n.* 1. *& seq. & n.* 24. vers. *Quia Iudex, Ang. de malef.* verb. *Fama publica post n.* 128. vers. *Et sic de homicidio, Foller. in prax. crim.* verb. *Capiat informationē n.* 4 *Farin. de inquisit. quaest.* 2. *Vermigl. cons.* 11. *n.* 1. *& seqq.*

Aliud autem delictum de maletractamentis factis Commissario Lillo Siccola non aliundè suadetur, quàm ex depositione trium testium, qui præsupponebantur insimul cum Commissario fuisse maletractati, &
42 sic nullam præstant fidem vti principales iniuriati, nec indiciū faciunt, sicuti tradunt *Bart. Bal. & Rom. in l. si quis in graui*, §. *si quis minoris, ff. ad*
43 *Sillan.* Nam si probarent, essent testes in causa propria, id quod Iura prohibent, *l. nullus, ff. de testi. & l. nullus, C. eod.* cum similibus adductis per *Dec. cons.* 446. *sub n.* 60. *Blanc. in repet. l. final. sub n.* 390. *ff. de quaestion.*

Nec est adhibēda testi deponenti in facto proprio, fides *Bart. in l. deferre, ff. de iur. fisc.* & punctuatim de teste dicēte se fuisse percussum, quod nullam faciat fidem, tradit *Alex. cōs.* 99. *lib.* 1. subdens quod iste etiam dicitur inimicus, qui proindè nihil probat, plenè *Crau. cons.* 99. *sub n.* 2. *&* 3. *vol.* 1.
44 Inimicos etenim repelli à testimonio, nec ad examen admitti, probat *tex. in Authen. de testib.* §. *si verò quis dicat, cap. repellantur* 7. *de accus. l.* 22. *tit.* 16. *par.* 3. quod in criminalibus omninò seruatur, *Baiard. ad Clar. in prax. crim. quaest.* 24. *n.* 25. *Crass. comm. opinion. lib.* 2. *cap.* 17. *quaest.* 23. *Mascar. conclus.* 694. *n.* 16. *Menoch. de arbitr. cas.* 239. *n.* 8. *&* 11. *Farin. de testib. quaest.* 53. *n.* 3. *cum seqq. Reg. Valenz. cons.* 77. *n.* 49. *Escob. de nobilit. proban. quaest* 12. §. 2. *per tot.* inter quos vnus erat Birruarius, & sic nullius fidei, ex allegatis *hoc eod. respons.* vers. *Insuper repellitur*, & maximè à *Me* ponderatur, quod capta informatione de recenti per Regiam Audientiam Aprutinam tempore quo delictum patratum præsumebatur, carceratisque multis testibus, nihil deposuerunt, & licentiati fuerunt die 23. Martij 1650. cum obligatione de seipsos præsentando ad omnem ordinem vti ex processu. Vndè igitur prodierint modò alij Testes ad falsum deponendum facilè erit secernere (si veritatem amamus) & inferius pleniori exarabimus calamo.
45

Quo verò ad imputationem de armatione in Campanea, more banniti in comitiua, præterquamquod fuit obseruatum à *Me*, nullum ex socijs fuisse nominatū per Testes, fuit pariter in promptu facta fides quomodo prçuijs licentijs Superiorum Delegatorum super rebus tangentibus Campaneam, illi licitum fuis-
46 set arma deferre, nec pœnam mereri, quod sit lege permittente, *vulg. l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adult.*

Respectu carcerationis nonnullorum in proprijs domibus quādo carcerem priuatum habuerit Frācīscus, & quoad iniurias, & maletractamenta in personam Virgilij de Iacobino Gu-

Gubernatoris Terræ Goriani, in quibus Fiscus maximè figebat pedes pro confirmatione sententiæ Magnę Cutiæ, quam ad euadenda quælibet Fisci motiua peculiare edidimus responsum, ideò ad illud post hoc impressum Lectorem remittimus.

Nec silentio prætermisimus hunc Inquisitum plebicularijs vrgentibus commotionibus, quamplura seruitia præstitisse ad extirpationem rebellium Sacrę Catholicę Maiestatis, quę quidem ex processu euidenter inno-
47 tescunt, & magnum præbent argumentum remittendi, vel minorandi pænam (quatenus in aliquo culpabilis fuisset repertus) ad *tex. in* §. *Sed & quod Principi in fin.* iuncta *Glos.* in verb. *Ob merita, Instit. de iur. natur.* vbi *Ang. Chassan. in Cathalog. Gloriæ mundi in 6. par. 1 9. consider. & 28. Afflict. in proem. Constit. Regn.* §. *itaq; nos 4. col.* inquiens, quod nec etiam iusti-
48 tiæ derogatur, si Iudex remittit pænam legalem delinquenti, qui multum inseruiuit Reipublicæ, per *tex. in l. si quis,* §. *hoc quoq;, ff. ad Syllan. Gram. dec. 23. n. 5. & dec. 32. à n. 2. l. desertorē, & l. quicum ff. de re milit. tex. in l. 1.* §. *hoc quoque, ff. ad Syllan.* quem ad hoc allegat *Afflict. in d.* §. *Itaque Nos, Rim. in l. si vnus,* §. *pactus ne peteret n. 352. ff. de pact. Tiraq. in tract. de pæn. tēper. caus. 49. n. 10. & caus. 51. n. 150.* & alibi, *Reg. Valenz. cons. 164. n. 61. vol. 2.*

59 Debet itidem suffragari longa Clientis carceratio, quam passus est ferè per biennium tot angustiis, expensis, & incommoditatibus, vsquequò in Sacro Consilio (solito miserorum Asylo, perfugioq;) suam detegeret innocentiam, de quo habetur ratio in *l. si diutino, ff. de pæn.* ibi, *Non eodem modo puniendos eos esse, qui longo tempore in reatu agunt, quo eos qui in recenti sententiam excipiunt,* vbi pulchrè *Budeus, l. omnes, C. eod. tit. Gram. cōs. 63. n. 5. Merlin. cons. 47. n. 6.* facit *tex. in l. nihil, C. de quæstion.* ibi, *Nihil sibi deflectens à iustitia indignatio cognitorum, in eas, quæ aut innocentia secura, aut principali sunt honore munita, intelligat licere personas,* & probè ad rem collineat præceptum illud *Theodorici Regis*, apud *Cassiodor. lib. 4. Epist. 22.* ibi, *Ita tamen vt nullo præiudicio, nulla iniuria, nullo damno, innocentia prægrauetur, ne alienæ accusationis inuidiam, tuam facere videaris offensam, cap. Semper 2. quæst. 1. Hippol. sing. 59. n. 10.* Sunt etenim pænæ restringendæ *l. si sine, ff. de in ius vocan. l. si seruum, ff. si ex noxal. caus. agat. Authen. de nō alienan. aut permut. reb. Eccles. cap. 9. collat. 2.* Et promptio-
50 res debent esse Iudices in absoluendo, quàm in condemnando, *cap. cum cōtingat de rescr. & cap. non venisse nūc,* & ibi *Glos. 35. quæst. 9. l. Arrianus, ff. de actio. & oblig. Bart. in l. eius qui in Prouincia n. 18. ff. si cert. pet. Bal. in l. in cōtractibus 14.* §. *super cæteris, C. de nō numer. pecun. Pau. Castr. cōs. 284. in princ. par. 1.* Et vti perbellè ponderat eruditissimus *Reg. Valenz. d. cōs. 164. n. 70. Haud dubiè Deus gubernat cōsi-*
51 *lia eorum, qui clemētem, & humaniorem dicūt sententiam,* adducens *Philipp. Comin. lib. Commētarior.* & in Iu-
52 dicibus debet adesse, quæ iustè cōsulit, misericordia, *cap. disciplina 45. dist. Gram. dec. 5. n. 31. & 34.* inquiēs
53 quod Iudex non solùm potest, imò debet in pænis etiam legalibus interdum dispensare, et misericordiæ gratiam impendere, *cap. Domino Sācto 50. dist.* & *in cap. si quis diaconus, cap. dispēsationes 1. quæst. 7.* quam ob causā dum Cliēs quāplures insequutus fuerit rebelles, plurimi insurrexerunt testes inimici consanguinei, & attinentes ipsorum, qui postmodū, carceri mancipato Francisco, falsum tulerunt testimonium, prout in defensiuo peroptimè est probatum, ex quo

54 quo corruere debet omnis inquiſitio, nam de iure, inditia debent præcedere inquiſitionem, & capturam, *tex.* in terminis, *in l.1. in princ. ff. de quaſtion.* & *in l. pen.* vbi eſt *Gloſ.* notabilis, *C. eod. tit.* plenè per *Scribẽtes in Clem. 1. de homicid. Caualcan. dec. 29. lib. 5. tit. de delict. n. 5.*

Cætera verò imputata crimina de violentijs illatis mulieribus ad finem eas cognoſcendi, & alijs imperiosè geſtis, quia Fiſcus abſque vllo probationis genere deducta ſecernit, nec in ijs figit pedes, Nos ſuper iis ſpatiari haud contendimus, Vndè in ſpem ducimur reuocandã fore ſententiam ipſius Magnæ Curiæ fundatam in conuictione, quæ toto diſtat cælo ex prællegatis, in nihilo refragante regula, cui innitebatur Fiſcus, *Et quę non proſunt ſin-*
55 *gula multa iuuãt*, nam ea procedit ſi delicti corpus probatum ſit, aliàs ſecùs, ſecundùm *Caball. reſol. crim. caſ. 255. n. 1.* Quinimò eiuſmodi regulã procedere in ciuilibus, non in criminalibus, *Marſ. conſ. 20. n. 48. Caball. cõſ. 200. n. 138. Giurb. cõſ. 37. n. 48. Gabr. comm. cõcluſ. tit. de probat. cõcl. 1. n. 23.* quem ad hoc adducit *Vermigl. cõſ. crim. 410. n. 1.* Et ſi dicatur vrgere præſumptiones, benè notum eſt ex præſumptionibus quantumcumque
56 violentis neminem ad mortem cõdemnari debere *Cepol. cõſ. 27. n. 12. poſt med.* verſ. *Alia ratione, & n. ſeq. Marſ. ſing. 15. n. 2. ad med.* verſ. *Et quãdo hac expreſſe. Laderch. cõſ. 194. n. 5. poſt princ.* verſ. *Quin etſi cõſtaret, Guazzin. defenſ. reor. 33. cap. 10. n. 3. poſt med.* verſ. *Et quia, Vermigl. cõſ. 84. n. 12.* & ſi vrgentiſſimæ præſumptiones
57 ſunt, extra ordinem puniri debet Reus, non autem ad mortem, *Bal. in l. quęcumq; n. 38. C. de ſeru. fugit. Boſſ. tit. de cõuict. n. 23. Maſcar. de probat. cõcl. 1221. n. 53. Ambroſ. dec. 47. n. 23. Hõded. conſ. 98. n. 7. in 2. Becc. conſ. 52. n. 84. Menoch. lib. 1. de preſ. quæſt. 94.* ſecus ſi probabiles tantùm ſint, *Felic. alleg. 89. n. 10. par. 1. Farin. in pract. crim. quęſt. 86. n. 84. Giurb. cõſ. 43. n. 9.*

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ, Neapoli die 6. Menſ. Auguſti 1652.

Rei euentum *in ſeq.* exquire.

SVMMARIVM.

1 NObilis ad furcam condemnatus, nimis grauatur.
2 Honor cunctis rebus præfertur.
3 Crudelis in ſeipſum prædicatur, qui ſuam famam, & honorem negligit.
4 Infamiæ metus, mortis metu maior eſt.
5 Miſeris dum crimen aliquod infligitur, quæ perferũt, meruiſſe creditur.
6 Teſti repulſato, nulla adhibenda eſt fides.
7 Teſtis falſus in vno, reputatur in omnibus falſus, ratione iuramenti.
8 Iuramentum eſt indiuiduum.

9 *Causa proxima, & immediata attenditur.*
10 *Testi vario, & contrario nulla habẽda est fides.*
11 *Actore non probante, Reus absoluitur.*
12 *Inditia debent precedere inquisitionem, & capturam.*
13 *Obliuio præsumitur in teste ob temporis spatium decursum.*
14 *Antiquum factum in testibus dicitur, nedum vltra decennium, verum etiã in minori tempore trium, vel duorũ annorum.*
15 *Obliuio in teste cadit etiam in minori tempore duorum annorum.*
16 *Testes viles non præsumuntur recordari de facto antiquo.*
17 *Inuerisimilitudo, dicitur falsitatis imago.*
18 *Testis contrarius à depositione principali, redditur falsus.*
19 *Tempus est probandum à Fisco, quando eius intentionis est propugnaculum.*
20 *Testis non concludens de tempore, nihil probat.*
21 *Testis semel productus, si iterum producatur, censetur animosus.*
22 *Testis pluries contra aliquem deponẽs, præsumitur propter odium, & inimicitiam deposuisse.*
23 *Inimicus non debet recipi in testem, quia de facili mentitur.*
24 Carcerans *aliquem propria authoritate vsurpare videtur iurisdictionẽ* Regiam.
25 Glosa in l.vnic.C.de priuat.carcer, inhiben. *verb.* Nõn vindicauerit, *expenditur ad probandum quando pæna criminis læsæ Maiestatis sit puniendus carcerãs aliquem propria authoritate.*
26 *Carceris priuati pæna non infertur, nisi detẽtio fuerit per horas viginti.*
27 *Iurisdictio, & potestas creandi Magistratus, est de Regalibus.*
28 *Iurisdictiones fluunt, & refluunt à Rege.*
29 Capitulum Regni Contra effrenatas, *declaratur.*
30 Vsurpare *verbum, importat in malũ vsum deducere.*
31 *Pæna* Capituli Contra effrenatas, *ad hoc vt ingeratur, requiritur actus geminatus.*
32 *Vsus inducitur ad minus per duos actus.*
33 *Carceris priuati pæna, nõ incurritur ex modica detentatione.*
34 Capitulũ Regni Terrerij, sub rubr. de Terrerijs *enucleatur.*
35 *Carceris priuati pęna ideò imponitur, quia vsurpatur iurisdictio Regia.*
36 Capitulum Regni Amplius rubr. De non capiendis vassallis, *dilucidatur.*
37 Carauità in rit. Magnæ Curiæ 47. n.14. in 2.quæst. *expenditur.*
38 *Probationes in criminalibus esse debent luce meridiana clariores.*
39 *In dubio pro Reo semper est iudicandum.*
40 *Pænę sunt molliendæ, non exasperandę.*
41 *Interpretatio illa est capienda in pęnarum interpretatione, quę Reorum absolutioni conducit.*
42 *Iudices in impositione pænarum, debent procedere cum omni moderatione, & temperantia.*

ARGVMENTVM.

Furcis quem laqueo suspendi, Ignominiosum pænæ genus existimatur, quæ Nobilibus inferri non potest, nec maius grauamen accidere illis queit; Honor etenim cunctis rebus antefertur

tur, magisq; infamię vitan-dę studere debent homines, quàm vitæ conseruandæ, Hinc Crudelis prædicatur, qui honorem suum negligit.

Pęna percutientis Officialem non aliter imponi potest, nisi ex probationibus appareat de officio, (quicquid Testes Fisci asseruerint) liquere etenim debet de qualitate, quæ pęnam statuit in delicto, Scitum est enim in criminalibus probationes esse debere luce meridiana clariores.

Carceris priuati pœna coerceri is potest, qui publicè accusatos homines propria authoritate detruserit, Vsurpando iurisdictionem Regiam, nec ea imponitur, nisi pluries in hoc deliquerit, saltim per viginti horas detinendo; Modica etenim detētio priuati carceris delictum minimè probat; idque tam iure communi attento, nempè *l. vnic. C. de priuat. carcerib. inhiben.* quā peculiaribus Regni iuribus, nēpè Capitulis Regni incip. *Cōtra effrenatas, Terrerij, et Amplius*, quę peculiari animaduersione enucleantur.

PRO

Francisco Grampa.

CVM

Regio Fisco.

RESPONSVM VII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

Discussis in gradu appellationis per Sac. Consilium capitibus inquisitionis formatæ contra Franciscum Grampa, de quibus in *praeceden. respon.* plura reassumpsimus, (seu mauis tam subdolè, malisq; artibus, adhibitis moliminibus ab eius inimicis, eumq; persequentibus ad mortem vsq;) ac reuocata sententia Magnæ Curię Vicarię, qua mediante furcis laqueo suspēdi pręfatum Franciscum extitit determinatum (vt in hoc etiam pęnę genere
1 ignominioso, homo nobilis, ex nobilibus ortus parentibus, Doctoris filius, existente in processu diplomate, quo eius pater in Alma Vrbe Doctoratus infulis extitit insignitus, & à Collegio Neapolitano exequutoriato) grauamen aliud detegeretur, ipsamet morte non absimilius, teste *Ciceron. Philippica 3. Ad decus, & libertatem nati sumus, aut hac teneamus, aut cū dignitate moriamur*, quippè quod nihil sit apud Nos morta-

2 les, quod tanti debeat fieri; quanti honoris dignitatis, atq; excellentia, quæ cæteris omnibus humanis rebus antefertur, *l. Iulianus, ff. si quis omiss. cau. testa. l. reprehendenda, C. de instit. & substit. Couarr. in regu. peccatum par. 1. relect. n. 6.* Honor etenim
3 cunctis rebus anteferri consueuit, *Capic. dec. 5. n. 7. Menoch. cons. 96. n. 15.* post multos *Reg. Valenz. cons. 92.*
4 *n. 1. & seqq.* Vndè meritò crudelis in seipsum prædicatur, qui suam famã, & honorem negligit, *cap. Nolo 12. quæst. 1.* & infamiæ metum metu mortis maiorem esset, cecinit *Consultus in l. isti quidem, ff. quod met. caus.* exornat ex pluribus *Escob. de purit. proban. in 1. quæst. proemial. §. 1. n. 1. 2. 3.*

Proh dolor? Dom. Fisci Patronus ad alia euolauit capita inquisitionis insinuanda, ex quibus in spem ducitur confirmandam fore sententiam Magnæ Curiæ, quasi quod quicquid contra derelictum hominem asseritur, pro veritate sit habendum, vt fas mihi sit illud *Boet.* effatum adducere in præsenti patrocinio, quod *Accursius in l. fin.* verb. *Feriamus, C. de*
5 *accusation.* pro singulari retulit, ibi, *Hoc tantùm dixerim, vltimam esse aduersa fortunæ sarcinam, quod dum miseris aliquod crimen infligitur, quæ perferunt, meruisse creduntur,* eaq; capita sunt hæc propemodum.

Primum: eò quod de anno 1649. accedente Virgilio de Iacobino effecto Gubernatore Terræ Goriani cum Baiulo ad exequendum contra Franciscum Grampa pro prætenso debito Vniuersitatis ob collectas, & ad faciendum sequestrum tritici in rure ipsius Francisci, hoc superueniente, ac interrogans Gubernatorem quid agere intendebat, illoque respondente, & attestante causam sui accessus, Grampa replicante quod discederet, Gubernatore renuente, ipsum in capite percusserit cum instrumento *de la Chitarra*, & postmodum arrepto baculo pluries ipsum verberauit, & sic discesserit.

Audiant Domini mei testes super hoc deponentes, quorum

Primus ille est, qui semper fuit contra Franciscum, alligatus testis, & (vti Pragmatici aiunt) ad manicam, repulsatus, & omni turpiori falsitatis macula notatus.

Ioannes Bernardinus, cuius cognomen ex iusta causa reticetur, qui de visu deponit.

6 Huic repulsato testi quanta sit habenda fides, Dominorum meorum esto iudicium, ne terminos, *l. 3. §. Tu magis, ff. de testib.* egrediamur, alligato altero *tex. in l. qui falsè, vel variè,* qui habet concordantem alterũ in *l. eos, ff. eod.* cum mille alijs, non spreto communi DD. placito, quo habetur, Testem falsum in vno, re-
7 putari in omnibus falsum, vti docet *Socin. iun. cons. 41. n. 13. & 14. lib. 2. Bart. cons. 88. n. 4. lib. 1. Crau. cons. 9. n. 10. Dec. cons. 105. col. antepen.* vers. *Similiter testis, Marsil. cons. 31. n. 35. & seqq.* vers. *Quo autem ad periurum, & cons. 70. n. 8.* vers. *Quoniam respondeo, Caball. resol. crim. centur. 3. cas. 287. 33. Farin. quæst. 67. n. 57. 62. & 101. Giurb. cons. 70. n. 36. & cons. 91. n. 25. Ciriac. Niger lib. 1. controu. 80. n. 22.* ea ra-
8 tione, quia iuramentum est indiuiduum.

Alter testis *Ioannes Nicolaus de Francisco fol. 62.* deponit ob verba sequuta inter Grampa, & Gubernatorem vidisse percussiones (igitur nõ
9 intuitu officij) causa etenim proxima, & immediata attenditur, non remota, *Affl. dec. 127.* Minus deponit de tempore, & causam percussionis ignorat, vndè suimet macerie eius destruitur depositio, vti nimis vaga, & repulsato testi primo
10 contrarius, & varius, *d. l. qui falsè, vel variè, ff. de testib.* cum exaratis

per

per Farin. quæst. 66.

Tertius testis *Ioseph de Francisco Guidone fol.* 58. *at.* deponit tantùm de percussione *Con la Chitarra*, nihil adstruens de percussionibus cum baculo, & sic varius, cum alijs; Deponitq; pariter de verbis sequutis inter assertum Gubernatorem, & Grãpam, *Bone Iesu?* Fiscus figit pedes in hoc delicto, quod nullam præsefert probationem, vtpotè manantem debilem illam, & informem, ex testibus tot scatentibus defectibus, quãdo nullibi constat Virgilium Iacobinum fuisse Gubernatorem, eius etenim intentionis præcipuum, & necessarium fundamentum erat, vt constaret de Officio per literas patentes, vel aliud legitimum probationis genus, vndè de hac qualitate nõn constito, absoluẽdus venit Grã-
11 pa, eo quod Actore non probante, Reus absoluitur, *textus* sunt peculiares ad hoc emanati *in l. qui accusare, C. de eden. & in l. ei qui, ff. de probation.*

Insuper: effictum hunc Gubernatorem pro debito collectarum ad Vniuersitatem spectantium contra Grampa accessisse, præsupponit Fiscus, Vbi constat de hoc debito? Iterum: Baiulum accessisse cum Gubernatore præsuppouitur, quare non deponit Baiulus? Casus accidit in rure, dùm frumentum triturabatur, quomodo nullus ex Agricolis, seu Maxarijs deponit? De delicto tam graui offenditur Gubernator, Vniuersitas, & Dominus iurisdictionis, nemo querelam exponit, & deponũt alligati testes post duorum annorum curriculum, eò sanè tempore, quo carceribus mãcipatus extiterat Grãpa, nullis præcedentibus indicijs, sed præpostero sanè ordine, cùm de
12 iure sit cautum indicia debere præcedere inquisitionem, & capturam, ad *tex.* qui non recipit cauillum in *l. 1. in princ. ff. de quæstio. & in l. penul.* vbi est *Glos. notabilis,* C. *eod. tit.* plenè *Scribentes in clem. 1. de homicid. Canalc. dec. 29. lib. 5. tit. de delict. n. 5. & 29.*

Vltra quod: per tantum temporis
13 spatiũ præsumitur in testibus obliuio, imò suspictio falsitatis oritur, vti probat *tex. in l. 3. S. Dua autem causa,* verb. *Non eandem fidem, ff. de carbon. edic.* ibi, *Vel dic non eandem fidem, idest, non ità creditur, quia non est verisimile, quod de tam longo tempore sic recordentur sicut de recenti,* benè *Gram. dec. 60. n. 15.* inquiens fa-
14 ctum antiquum in testibus, nedùm dici vltra decennium, verum etiam in minori tempore trium, vel duorũ annorum, vt experientia docet, cùm labilis sit hominum memoria per *tex. in l. 2 C. dè veter. iur. enucl. & in l. peregrè, ff. de acquir. possess.* idem *Gram. cons. crim. 47. n. 20.* inquiens in teste factum dici antiquum, nedùm ob decursum trium annorum; verùm etiam duorum annorum dumtaxat, & quandoq; etiam minori tempore,
15 seu spatio, vti rerum magistra experientia docet, *Marsil. cons. 77. n. 15.* ibi, *Non est res noua, seu recens, sed potius est antiqua ex trãsitu duorum annorũ, in quo temporis spatio, cadit obliuio, & etiam quandoq; in minori spatio, vt experientia rerum Magistra docet, quoniam labilis est memoria hominum, vt habetur in l. 2. C. de veter. iur. enuclea. & in l. peregrè, ff. de acquir. possess. D. de Franch. dec. 60. n. 14. in fin.* vers. *Et ex hoc*, quod magis est con-
16 siderãdum in testibus tam vilis cõditionis, nullius pspicacitatis; *Quorsum hac?* vt vndique pateat qualiter contra miserum Grampa inuehunt homines, & inimici falsò inuigilẽt? nam hęc omnia inuerisimilia sunt, &
17 inuerisimilitudo falsitatis dicitur imago, secundùm *Bal. in l. 1. C. de seru. fugitiu. cum concordan. adductis*

per

per Gram. dec. 28. n. 12. Farin. de falsit. & simulat. quæst. 153. *n.* 176.

Vltra quod (quatenus de delicto constiterit, & conuictus fuisset Grampa, quod expressè negatur, & ad sensum patet) vndè ordinaria pœna queat applicari per Fiscum, crassa mea Minerua non capit.

Alterum inquisitionis caput, cui Fiscus innititur, illud est, Nam prætendit Franciscum Grampa plures personas eius debitrices ad domum suam asportasse, ac etiam ob eius solatium, illasq; in quadam Cisterna eiusdem domus posuisse, in qua non erat aqua, quodq; de hoc deponat, licèt absq; querela *Franciscus de Aniballe principalis fol.* 130.

Testes non multum elaborandum Fisco erit, vt paratos inueniat, Ecquis erit antesignanus? Inquisitionis Athleta? Ecce

Io. Bernardinus omniscius sanè vir *fol.* 133. *& seq.* qui deponit non de pluribus personis, sed dumtaxat de *Francisco de Aniballe* in Cisternam incluso per spatium dimidiæ horæ, quod viderit eò quod Franciscus illum in eius domo miserit, cui accedit pro teste alter eritne fortasse incognitus? Nequaquam; sed qui aliàs in prætenso homicidio *Io. Salera* ad aeris lucem vidisse deposuit *fol.* 64. *at.* suam iterum adstringit fidē in hac asserta carceratione *d. fol.* 64. *at.* qui vt pinguiorem Fisco è sua depositione frugem protulisse videretur, addit duos in Cisterna fuisse inclusos, & sic contradicit principali, qui alterum non nominat, vndè contrarietas testis à Principale operatur, vt testis depositio in nihilo probet, sed attendatur assertio prin-
18 cipalis secundùm *Gram. dec.* 103. *n.* 61.

Itidem: de tempore non deponit, de quo constare debebat, quia Fisci
19 fundamentum est eiusq; intentionis propugnaculum, *ad tex. in l. cum alijs cum ibi notatis, ff. de negot. gest. l. matrē, C. de probat. Neguz. de pignor.* 2. *memb.* 5. *par. n.* 44. vndè testis de tempore
20 non concludens, nihil probat, vt ex alijs tradit *Farin. de indic. & tortur. quæst.* 47. *n.* 174. vbi quod hæc est viua ratio.

Quinimò falsam, & discordantem affert depositionem, nempè quod clausos in Cisterna detinebat, donec pecuniam soluerent, dùm *Io. Bernardinus* notus ille testis, de alijs non deponit, & tempus ad horæ dimidiū restringit, Qualis igitur, & quanta in tanta varietate, & contrarietate fides erit adhibenda, quisquis benè norit, qui Grampæ agnoscit persequutionem; quodque testes omnes pluribus in delictis deponentes cōtra ipsum, capitales illius inimici sūt euasi, & per vindictæ animum, & odium, ac affectuosum desiderium, quod habebant vt succumberet, foretq; condemnatus, vti designat animositas suarum depositionum, nam
21 de iure non potest produci in testē, qui iam antea testimonium dixerat, *l. produci ff. de testi. Glos. in cap. fraternitatis,* verb. *Receptos, de testi. Cardin. Zabarell. cons.* 105. *n.* 30. & per conse-
22 quens deposuisse propter odium, & inimicitiam, *l.* 3. *§.* 1. *de testi. Burs. cōs.* 346. *n.* 12. *lib.* 4. & ideò de facili mē-
23 titur inimicus contra inimicum, *l.* 1. *§. quæstionum, ff. de quæstion. cap. repellantur de accus.* & ratione animositatis, *cap.* 2. *de restit. in integr. cap. accedēs Vt lit. non contestat. Horat. Lut. cons.* 261. *n.* 25. *tom.* 1. *crim. Ann. sing.* 509. *Sard. cons.* 477. *n.* 2. *Gram. cons.* 24. *n.* 6. *Marzar. cons.* 22. *n.* 24. *Rol. à Vall. cons.* 7. *n.* 20. *lib.* 1. *Reg. Valēz. cons.* 92. *n.* 26. *lib.* 1.

Testis alteri fæmina *Catarina de Bernardino fol.* 136. deponit de dimidia hora, & dicit fuisse duos, eorum nomine, ac cognomine oblite-

rato,

rmo, quod non erat obliuioni tradendum, & dùm non nisi vnus testatur se inclusum in Cisterna, quæ fides adhiberi poterit testibus deponentibus de duobus? Herclè nulla in tanta varietate; eò fortiùs attenta qualitate testium, quorum vnus scilicet *Io. Bernardinus* repulsatus est, Alter aliàs examinatus, & sic nulla adest probatio delicti.

Quod si ambas daremus manus, constare de delicto, & adesse de eo conuictionem (quod herclè extraneum est, vt in hac thesi somniari nequidem possit) *Mirùm quod audiat* vt Dom. Fisci Patronus satagat priuati carceris pęna coercendum Grāpa, idcircoq; capitali gladio feriendum.

Nam omnia iura clamant contra capientem, quem authoritate propria, indictam ideò pænam, quia vi-
24 detur vsurpata iurisdictio Regia, & eo in casu procedit quando in priuato carcere publicè accusatos quis
25 ponat, ità adamussim *Glos. in l. 1. C. de priuat. carcer. inhiben.* verb. *Non vindicauerit*, ibi, *Item non est prohibitum habere carcerem vbi quis seruos suos ponat, sed vbi ponat publicè accusatos*, & hoc casu crimen læsæ Maiestatis committi, insinuat *d. l. 1.* ibi, *Et quicumq; Prouinciæ moderator Maiestatis crimen proculdubio incursurus est, qui cognito huiusmodi scelere, læsam non vindicauerit Maiestatem.*

Nec aliter pęnam prędictam pro-
26 cedere, nisi detentio fuerit per horas viginti, tradunt communiter *DD. in l. capite quinto, ff. ad leg. Iul. de adult.* vbi *Bart. & in d. l. 1. C. de priuat. carcer. & in l. 1. C. de exhiben. reis, Inno. Abb. & Felin. in cap. vt famæ de senten. excom. Paris de Put. de Sindicat.* verb. *Captura cap. 8. n. 2. & 4. Gomez. variar. resol. tom. 3. cap. 9. tit. de captur. reor. n. 3. ad fin.* vers. *Item adde Clar. in pract. crim. quęst. 68.* vers. *Priuatum carcerem exercens, Bertaz. cons. crim. 426. n. 5. vol. 2.* aliisq; recensitis, tenet *Farin. in prax. crim. quæst. 27. tit. de carcer. & carcerat. n. 21. in 1. lim.* vbi prædictorum meminit, & communem esse sententiam profitetur.

Quibus adstipulatur vnica illa ratio considerata ad infligendum tam grauem pænam capienti personam propria authoritate, nempè quia iu-
27 risdictio, & potestas creandi Magistratus est de Regalibus, *ad tex. in cap. 1. de Regalib.* vbi *Iser. Afft.* & alij, & est *tex. in l. 1. ff. de ambit. l. quidam, ff. de reiud. Sextin. de Regalib. lib. 2. cap. 15. n. 9. Borrell. de Reg. Cathol. præstan. c. 21. n. 14. & cap. 36. n. 23. Capic. in inuest. feu. tit. feudorū clausulæ, §. quod possit creare, & dec. 130. n. 26.* cum innumeris aggregatis per *Giurb. cons. 19. n. 1. & seqq.* Proindè priuatus se inge-
28 rit absq; Regis concessione, à quo fluuunt, & defluunt iurisdictiones, secundùm *Bal. in cap. 1. n. 11. tit. de Allod.* meritò tam grauiter venit puniendus, At hæc iisq; similia, quàm è longè deducuntur in thesi nostra, Nemo est qui non videat.

Sic iura Regni municipalia, inci-
29 piendo à *Capitulo Regis Caroli I.* quod est 21. *in ordin.* secūdùm *Nigr.* & incipit *Contra effrenatas*, expressa mortis pæna feriuntur ij, qui iurisdictionem Regiam vsurpare præsumunt, ibi, *Contra effrenatas multorum insolentias, qui iurisdictionem indebitam vsurpantes, &c.* vbi *Io. Arcamon. in opere Nigr. n. 16.* interpretando
30 verbum *Vsurpare*, quod importat in malum vsum deducere per *tex. in l. 2. in princ. ff. de administr. rer. ad Ciuit. pertinen.* inquit, ad hoc, vt pæna
31 illius Capituli locum sibi vendicet requiri ad minus bis aliquē, vel eius bona arrestare, vt sic videatur iurisdictionem exercere, tunc enim propriè dicitur vsurpare iurisdictionem, idest per malum vsum prætendere, quia

32 quia vsum ad minus duæ vices inducunt *ad tex. in l. licet, C. de Episcop. audien.* & idem *Arcamon. in d. Capitulo n. 9.* vers. *Et attende* post *Ang. de Peruf. in d. l. vnic. C. de priuat. carcer.* per prius dixerat, quod ex modica de-
33 tentatione non incurritur crimen priuati carceris.

Cui concordat alterum *Capitulum*
34 *Regis Caroli II.* incip. *Terrerij, rubr. de Terrerijs*, per quod eadem pæna imponitur capienti authoritate propria personam, nempè priuati carceris, ea ratione, quia vsurpatur iurisdictio Regia. sicuti aduertit *glos. final. ad d. capitulum*, dùm inquit, *ideò*
35 *puniri pæna prædicta, quia merum, & mixtum imperium non erat tunc communicatum Baronibus, sed erat absolutè penès Regem.*

36 Iterum: & aliud *Capitulum* eiusdẽ *Caroli II.* incip. *Amplius, rubr. de non capiendis vassallis*, vbi pæna priuati carceris imponitur priuato, qui authoritate propria personam cæperit, & vltra dies duos detinuerit, vbi *Barthol. de Capua* adducit pro concordãti *d. cap. Contra ineffrenatas, Affl. in Consiit. Duram*, & *diram n.* 10. vbi adducit capitula prædicta; sequitur
37 *Caran. in rit. Magn. Cur.* 47. *n.* 14. *in 2. quæst.* inquiens tunc incurri in pænam priuati carceris cum ille qui capiendi potestatem non habebat, cæpit, & detinuit ad hunc finem, Notentur (rogo) verba illa *Ad hunc finem*, quæ non aliud denotant, nisi quod pæna tunc procedere possit, quando captura fit ad finem vsurpãdi iurisdictionem Regiam, & subdit, quod etiam in illo casu detentio durauerit per horas viginti, tradens ità firmasse *Bald. in d. l.* 1. *C. de priuat. carcer. Boer. dec.* 275. *vol.* 2.

Quæ omnia manifestum faciunt, quam iniustè Fiscus ex præcitatis capitibus inquisitionis tam perperàm formatæ contra Franciscum Grampa, ipsum mortis reum insinuet, dum in propatulo est, neq; in facto, & minus in iure eius assumpta verificari. Nam nihil in contemptum iurisdictionis somniauit Franciscus Grampa, dum per dimidiam horam testes Fisci (quicumq; illi fuerint) detentam personam deposuerint, nec priuatum carcerem tenebat ad finem, vt publicè accusatos detineret et vsurpans Regiam iurisdictionem.

Deficit ergo Fisci intentio in facto, & claudicat in iure, adeò quod vlteriùs elaborandum mihi non sit, innocentiam Clientis insinuare coram doctissimis, & religione conspicuis Dominis meis, quibus benè innotescit, ad quem condemnandum præsertim pœna ordinaria in crimi-
38 nalibus, probationes esse debere luce meridiana clariores, ad *tex.* insignem *in l. sciant cuncti, C. de probat.*
39 & in dubijs, pro Reis semper iudicandum, *l. fauorbiliores, ff. de regu. iur.*
40 *cum concord.* nam pænæ demoliendæ sunt, non exasperandæ, & in ipsis
41 ea interpretatio capienda, quę Reorum absolutioni conducit, *l. Præses, & l. si de interpretatione, l. absentem*, & *l. sanctio legum, l. factum*, §. *in pænalibus, ff. de regu. iur. cap. in pænis*, vbi *Glos. & DD. de reg. iur. in 6. Dec. in l. semper in obscuris n. 9. ff. de regu. iur. ff. de pæn. & in canon. est tex.* expressus *in cap. statutum in princ. de elect. in 6. Escob. de purit. & nobilit. proban. in 1. quæst. proemial.* §. 1. *n.* 32. vndè satis lepidè *Reg. Valenz. conf.* 91. *n.* 52. adnotauit
42 Iudices in impositione pænarum debere procedere cum omni moderatione, & temperantia, ità vt potius in fauorem Rei, quàm contra, iudicium promanet; itaq; in spẽ ducimur pronunciandũ pro absolutione Cliẽtis, ex prædictis cespitanter, breuiq; horarum interstitio adnotatis, sub correctione, & cęsura Amplifs. Senatus.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ, Neap. die 14. Octobris 1652.

D E-

DECISIO.

Post longam reiteratis vicibus discussionem habitam in Sacro Consilio, (Dom. Fisci Patrono Honufrio de Palma, strenuè (de more) confirmatione decreti Magn. Curiæ Vicariæ defendente, & efflagităte) Manauit decretum pro tortura, qua acriter illata Glienti, in negatiua perfistenti, Tandem die 24. *Mens. Decembris* 1652. *referente D. Consiliario Antonio Capiblanco in Aula D. Consiliarij Aloysij Gamboa, votantibus cum prædictis, Dominis Consiliarijs Carolo Brancatio, D. Stephano Carrillo, & D. Felice Vlloa, manauit decretum, quod* Detrudatur in carceribus ipsius Magnæ Curiæ per quinquennium, *Testis sit mihi Dominus, quot sustinuerim hoc in patrocinio labores, Interim lapso in carceribus biennio, obtinuit Cliens in Regia Visitatione carceratorum à Spectab. Dom. Regente D. Thoma Martinez, quod pro reliquo tempore condemnationis inseruiat in bello, & sic existente Me pro Fisci Patrono, fuit commutatio pœnæ exequuta.*

Penès Scribam Fiscalem *Petrum Antonium de Leone.*

SVMMARIVM.

1 *Vsura, dicitur crimen detestabile.*
2 *Vsura cōnumeratur inter furta, & rapinas.*
3 *Vsura appellatur Latro Legalis prędicens quid intendit rapere.*
4 *Vsura aquiparatur morsui Aspidis.*
5 *Fur, & vsurarius in nihilo differunt.*
6 *Vsura dicitur vermiculus ligni.*
7 *Vsurarius tanquam os Inferni, deuorat hominum substantias.*
8 *Fenus dicitur à fœtu, eò quod parit cōtra naturam.*
9 *Vsura omni iure est prohibita.*
10 *Vsurarum exactio nulla ex causa etiā pia, permitti debet.*
11 *Vsura irrogat infamiam.*
12 Honoratus Leotardus, *laudatur.*
13 *Vsura dicitur homicidium.*
14 *Vsura dicitur piratica quando venditur tempus.*
15 *Pena in Regno contra Vsurarios est publicatio omnium bonorum.*
16 *Pena publicationis bonorum rectè statuta est vsurarijs.*
17 *Vsurarij ob penam publicationis bonorum, patiuntur penam delicto conformem.*
18 *Auarus semper eget.*
19 *Pęna vsurarijs indicta tam de iure ciuili, quàm de iure canonico recensentur.*

20 *Sequestrum bonorum inquisitione pendente, fieri potest contra vsurarios.*

21 *Neapolitanorum bona non publicantur, nisi in crimine haeresis, & laesae Maiestatis humanę.*

22 *Decisio* Dom. de Franch. dec. 213. n. 37. *adducitur ad insinuandum Neapolitanorum bona non publicari in crimine vsurę.*

23 *Vsurarius Neapolitanus licet non patiatur pęnam publicationis bonorum, tamen punitur extraordinariè.*

24 *Pęnę antiquitus quę fuerint indictę fęneratoribus.*

25 *Vsura inter delicta connumeratur.*

ARGVMENTVM.

Vsura, detestabile crimen habitum, quae furto, & rapinae connumeratur, quaeq; Latro Legalis dicitur, & Aspidis morsui assimilatur, ac Vermiculus ligneus, & Os Inferni praedicitur, omni quippè iure prohibita insinuatur, atq; infamiam irrogare tam de iure Pontificio, cùm Caesareo indicatur, & quando dicatur Piratica, quouè modo homicidio aequiparatur, quibusuè paenis vtroq; iure attento vsurarij coerceantur, à quo loci *Honoratus Leotardus in tractat. De vsuris* extollitur.

Paena contra Vsurarios in Regno indicta, est publicationis omnium bonorum, cui tamen minimè subiaceant Neapolitani, quorum bona ex peculiari priuilegio non publicantur, nisi in crimine laesae Maiestatis Diuinae, & Humanę, quod priuilegium esse in viridi obseruantia, indicatur.

Sequestrùm, pendente inquisitione de vsuraria prauitate, fieri posse contra Regnicolas attento *Carauitae*, placito *in Rit. Magnae Curiae* 20. *n.* 13. *in 3 quaest.* non autem contra Neapolitanos, quorum bona minimè publicantur, nisi in crimine lesę Maiestatis Diuinę, & Humanę, recolitur.

PRO

PRO

Soprana Grisone.

CVM

Regio Fisco.

RESPONSVM VIII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 VSuræ crimen, detestabile, atq; exosum adeò iuribus, & Consultis visum fuit, vt meritò Pontificijs Constitutionibus, Edictisq; Imperialibus, illi sedes inter furta, & rapinas constituta fuerit, aiente Summo Sacrorum Antistite *in cap. siquis vsuram* 14.
2 *quæst.*4. *Qui vsuram accipit, rapinam facit*, & obseruat *Abb. in situatione rubricæ extr. de vsur. Archid. in cap.*1. *de vsur. in* 6. *Dec. conf.*669. *n.*10. Vndè *Afft. in Constit. Regn. Vsurariorum n.* 2. connumerando vsurarios inter raptores, & fures, inquit Eos esse *Raptores, pauperum, Trucidatores, Abstractores, Infideles, Fures, Seruos, Capite diminutos, & filios Diaboli, non nascendo, sed eius opera imitando. Salic. in Auth. Ad hæc, C. de vsur.* illam appel-
3 lat *Latronem Legalem prædicentem, quid intendit rapere*, & *Diu. Chriso-*
4 *stom. super Marc. cap.*5. Aspidis morsui æquiparat, Nam sicuti illud venenum cum sopore per ossa, & venas decurrit, donec occidat, ità Latro iste Legalis Vsura, dulci etenim quadam tolerantia per omnes facul-
5 tates decurrit, donec substantiam totam indebitum conuertat, *Menoch. de arbitrar. Iudic. cas.* 396. inquiens inter fures, & vsurarios nihil differre, & nõ illepidè *Bal. cõs.*449. *n.*8. *in* 3.
6 tradit Vsuram esse Vermiculum ligni, nam sicut ille vermiculus ad tactum apparet leuis, sed dentes habet ità durissimos, quod omne lignũ rodit, & deuorat, ità & vsurarius est vermis patrimonium rodens, subditque ibidem *Bal.* quod sicut ignis cõbureret in infinitum, si combustibile haberet sibi approximatum, ità vsu-
7 rarius tanquam os Inferni deuorat, & maximè lædit cum non sentitur, hinc apud *Aristofanem* illud enunciatur effatum, *Vsurarius non est fur, sed Latro*, & dulcibus verbis murato vultu flentes ad lachrymas Cocodrilli respiciunt, & fænus à fœtu di-
8 ci eo quod parit contra naturam tradit *Aristot. Politicor. lib.*1. *cap.*7. & *Suidas*, ex *Aristofane* in nubibus ait esse belluam, quæ per dies, & menses aliquid amplius argenti semper parit, serpente tempore.

Proin: non immeritò Vsura omni
9 quippè iure Diuino, Naturali, & Positiuo prohibita est; *Exod. cap.*22. *Deuteron. cap.* 23. multisq; relatis tradit *P. Salas in tract. de vsur. dubit.* 3. *Peguer. dec. crim.* 30. *n.*7. *cum duob. seqq.* vbi authoritates sacræ pagin. aliasq; prophanæ literæ adducit, *Farin. dec.* 2. *n.*1. *lib.*2. *Surd. conf.*459. *n.*1. *Canalc. dec.* 1. *n.*4. *par.*2. *Marquar. de Susan. in tract. de Iudæis, & alijs infidelib. cap.* 11. *n.*2. *Couarr. lib.*2. *variar. cap.*1. *n.*5. & pluribus docet *Honorat. Leotar. de vsur. quæst.* 98 *n.*19. *Campag. in suis Commentar. ad prag. de Vsurar.* quàm inseruit inter *Capitula Regni*, incip. *Noniter nostre, Caran. rit.*21. *per tot. Feder. de Sen. conf.*17. *Foller. in pract. crim. canon. pag. mihi* 126. *n.*48. *Abb. in*

*cap. cum diues circa fin. de vsur. Reg. Rou.in Schol.ad Prag. 1. de Vsur. n.3. & 4. D.Gabriel.Aluarez de Velasc. in celebr. tract.de priuil.pauper. quæst.65. n.5.& 6.*vbi obseruat vsurarum exa-
10 ctionem permitti non debere, nequidem pro redemptione captiuorum, cultu diuino, pro alendis pauperibus, pupillis, viduis, vel quibusuis alijs miserabilibus personis, ex quauis causa pia, *Io.à Capistran. de vsur. 1.par. 2.par.princip.n.2. Osasc. dec.Pedem.*137.vers.*Si pro vita captiui, Petr. de Barf. in director. electión.*
11 *cap.33.n.6.*& irrogat infamiam vsura, ad *tex. in l.improbum fænus n. 20. C.ex quib.caus. infam. irroget*, quod etiam extat apud *Harmenop.lib.3.tit.* 7. Refertq; *Sueton. in Augusto*, illum quosdam notasse, qui leuioribus vsuris mutuati sub grauioribus alijs fœnerassent, nonnulla per *Petr. Aerod. rer.iudicatar.lib.3.tit.11.cap.*4.& de iure canonico est *tex.in cap. inter dilectos de excessib.Prælator. & in cap.2. in fin.3.quæst.*7. & ex *Innoc. II. in Synod. Roman. cap.*13. cuius verba extãt apud *Anton. August.in Epitom.iur. Pontif. lib.*6. *cap.*8. benè, & eruditè
12 eximię doctrinę vir *Honorat.Leotar.* in famigerato *tract. de vsur. quæst.* 100.*n.*40. facit, *cap. infamis 6. quæst. 1. D.Gabr.Aluarez d. quæst. 65. n.*4. nonnulla per *Muscatell.in prax.crim. tit.de vsura n.1.& trib.seqq.*ibiq; *Ego* adnotaui *pag.*656.*col.*2. verb. *Perdoctus*, & insinuaui vsuram esse delictum atrocius homicidio, per *tex.in cap.*11.*quid dicam* 14.*quæst.*4.ibi, *An crudelior est, qui subtrahit aliquid, vel eripit diuiti, quàm qui trucidat pau-*
13 *perem fœnore?* quasi dicat vsuram esse homicidium, nam fœnerari, idest dare sub vsuris, est occidere hominem, *Cicer.lib.2. Offic.* quem referunt, & sequuntur in detestationem vsuræ *Sot.de iust.& iur. lib.6. quæst.1. art.1.* vers. *Quapropter circa fin. col. 1.Couarr.variar.lib.3. cap.1. sub n.5.* vers.*Supercst in fin.Sigism. Scacc.* post *Sot.& Nauarr.in tract. de commer. & camb.§.1.quæst.7.par.2. ex n.64.* vers. *Sciendum igitur, ampliat.19. Scaglion. in rit.Magn.Cur.20.& 21. n.1. ad 7.* vbi inquit vsuram dici Piraticam,
14 quia venditur tempus, imò vt barbarum vsuræ eiusmodi genus detestatus fuit Eminentiss. *Gardinal. Carolus Borromeus* inter Cælicolas descriptus in *Synod. Prouincial. par. 2. in fin.* & edicto *Cardin. de Grannel. de anno* 1577. dùm Regni clauum moderabatur, de quo *Illust. March. Belmon.Reg.Tap.*meminit *in lib.4.iur. Regn. tit. 6.* & adducit *D. Leotar. de vsur.quæst.24.n.25. in fin.*
15 Et cum in Regno per *Constit.Vsurariorũ sub tit.De vsurar.punien.& ritũ Magna Curię* 20. sit pœna indicta contra Vsurarios publicationis omnium bonorum, accedentibus quoque nonnullis Pragmaticis, nempè *1.2.& 3.sub tit. de vsur. Carau. d.rit.* 20.*n.*2. vers.*Nota ibi*, inquiens nulla
16 alia meliori pœna coerceri potuisse vsurarios, quàm publicationis bonorum, tum quia de hoc crimine ex auaritiæ, & cupiditatis fomite
17 puniuntur in eo, in quo delinquunt, & pœna est delicto conformis, iuxtà *tex. in l.si fugitiui, C. de seru. fugitiu.* Tum etiam quia cum semper auarus
18 egeat, nullam aliam pœnam magis timuissent, quàm priuationis omniũ bonorum, & dicit *Maran. in pract. par.6.* vers. *Inquisitio n. 116.* (pœnas etenim alias tã de iure ciuili, quàm de iure canonico vsurarijs indictas, habes plena manu congestas à *D. Leotar.d.quæst.100.ex n.29.* vers.*Primi generis ad n. vsq; 36.*vbi de iure Põtificio octo pęnas enumerat, aliasque itidem octo de iure ciuili enarrat *eod.cap.ex n.40.*vers.*Transgrediamur ad n. vsq;* 37.vbi & per *tot. quæstionem* quamplures grauissimos cõpe-

periës Authores de re agentes, si libet, illum adito.) Denunciatione facta Magnę Curię contra pauperem mulierculam Sopranã Grifone sub prętextu quod vsurariam prauitatẽ exerceret, cuius denunciationis virtute Fiscus sequestrauit omnia eius bona, innixus pænę contra vsurarios indictæ in Regno, & punctuali *Cara-*
20 *uit.* placito in *d. rit.* 20. *n.* 13. *in* 3. *quæst.* vbi resoluir posse fieri sequestrum, & annotationem, cum consignatione bonorum alicui, qui teneatur exhibere, & restituere, quodque ipse ita pluries seruauit ex doctrina *Luc.de Penn.in l.facultas col.* 1. *C. de iur.fisc.lib.*10.post *Iser.in cap.*1. verb. *Condemnatorum n.*49.vers. *Vnde quãdo, quæ sint regal. Bart. in l. post contractum in fin.n.*19. vers. *Sed quaero ff. de donat. Affl.in Const. Regn. Grandis vtilitas*, 7.*notab.* vers. *Item quaero*, *n.* 17.

Meum Ego patrocinium gratis præstiti prædictæ mulieri, & nullatenus potuisse procedi ad sequestrum affirmabã, quia dum ipsa erat Neapolitana (de quo in promptu constabat) ex priuilegio Fidelissimæ Ciuitati Neapolis concesso, ne Bona Neapolitanorum ex quouis crimine
21 publicentur, nisi in crimine hęresis, & læsę Maiestatis, sicuti legitur inter Capitula, & gratias Ciuitati concessas *pag.*41.*cap.* 14. quod est in viridi obseruantia secundùm *Affl. in Constit.Regni Adulterinam* 2.*notab.in fin.D.de Franch.dec.*102. *in princip.& dec.*213.*& dec.*416.*n.*5. inquiẽs procedere etiam in Neapolitana nupta extero, *D.Reg.de Pont.cons.*69.*n.*7.*& seq.Minad.dec.*39. *Vrsill.ad Affl. dec.* 461. *P.Molfes.par.*1.*quæst.*4. *n.*2.3.*& par.*2.*in Additio ad d.quæst.*4. *n.*6. *D. Io.Bapt.Thor.in Compen. deciss. Regn. par.*1.verb.*Bona Neapolitanorum.*

22 Et ne punctualis deficeret determinatio, adduxi *D.de Frãch.dec.*213. *n.*37. ibi, *Hinc idem Dom.Regens dixit* (de Regente Salernitano loquitur) *quod cùm aliàs accidisset casus in Sacro Consilio, in quo Neapolitanus inquirebatur de vsuraria prauitate, in quo crimine in Regno venit publicatio bonorum per Const. Regn. Vsurariorum, Sacrum Consilium non condemnauit vsurarium ad hanc pœnam, quia per gratiam prędictam est indistinctè sublata publicatio quoad Neapolitanos in quolibet crimine, præterquam in crimine hæresis, & lęsę Maiestatis, sed ne vsurarius remaneret impunitus, Sacrũ Consilium condemnauit ipsum ad pœnã extraordinariam, iuxtà tex. in l. nemo*
23 *martires, C.de Episcop.& Cler.* Hæc *D. de Franch.* cuius dictis subnectimus facere *tex.in l.*1.*§.expilatores, ff.de effractor. & l. hodie, ff.de pœn. Bal.cons.* 184.*n.*1.*lib.*1. *Clar. in §. Vsura*, vers. *Sed quaero*, vbi *Baiar. n.*27. *Bero.cons.* 206.*n.*22.*lib.*3. vbi de communi, *Peguer. dec.* 31. *in fin. Petr. Gregor. de vsur. lib.*3. *cap. vltim. n.* 4. *Canis. de vsur.cap.*8.*n.*12.*Decian.in tract.crim. lib.*4.*cap.*26. *n.*3. *Hieron. de Laurent. dec.* 48. *n.*4. *Menoch. de arbitrar. cas.* 398. *n.* 41. *Honorat. Leotar. de vsur. quæst.* 100. *n.* 52. vers. *Sexta pœna*, &
24 vers. *Et hoc iure*, vbi de pęnis antiquitus fœneratoribus indictis eruditorum virorum authoritate plura effundit, quiduè iure Pontificio abrogatum fuerit, insinuat, Nec hæsitandum est, fœnus inter delicta con-
25 numerari, quare visum est Reipub. interesse, ne tantum facinus impunitum maneret, *l. ità vulneratus* 51. *§. quod si quis, ff. ad l. Aquil. Corn. consil.* 19. *lib.* 3. *Marant. quæst.* 5. *n.* 18. *&* 19. quodque sublata pęna publicationis bonorum in crimine vsurę, subrogetur alia pæna extraordinaria, adducto *D. de Franch. d. dec.*213. *n.* 37. vers. *Hinc idem*, tenet *Reg. Ron. in d. prag.*1. *n.* 29. inquiens facere ad hoc *Glos. in*

cap.

cap. Si compromissarius in Glos. pen, vers. *Quid si in his casibus, de elect. in 6.* quam sequitur ibidem *Io. Monach.* Vt hinc pateat, minùs iustè fuisse factum sequestrum.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neapoli die 5. Septembris 1652.

DECISIO.

Relata Causa in Rota Magnæ Curiæ Vicariæ de Mense Septemb. 1652. *per Regium Consiliarium Paulum Staibanum Iudicem in criminalibus, existente ipsius Magnę Curię Proregente Regio Consiliario D. Ioanne Burgos, Manauit decretum, quod* tollatur sequestrum præstita tamen cautione; *quę cautio fuit ordinata, ex quo maritus d. Soprane non erat Neapolitanus, & Fiscus pretendebat nonnulla ex bonis sequestratis esse propria viri, contra quem procedebat publicatio bonorum, & sic fuit exequutum, nec vlterius per Fiscum instatum fuit pro sequestro.*

Penès *Alexandrum Grimaldum* Scribam Fiscalem.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio dicitur theriaca cōtra venenum Iudicis, & ęmula sententię à primo Iudice prolatę.*

2 *Appellatio dicitur oppressorum leuamen.*

3 *Appellare licet à quolibet grauamine.*

4 *Appellatio tam in maioribus, quàm in minoribus causis permittitur.*

5 *Aufugisse is minimè dicitur à carcere, qui postmodum recessit.*

6 *Domum loco carceris tenens sub fideiussione, si discessit, & deindè redeat, non est rupta fideiussio, vt ad pęnam teneatur.*

7 *Promittens debitorem non recedere à Curia sine licentia, donec debitum, pro quo detinebatur, solueret, si absq; licentia recessit, sed paulò post rediit, stipulatio non committitur, nec pro ea fideiussor conueniri potest.*

8 Tex. in l. quicquid calore 49. ff. de regu. iur. *expenditur.*

9 *Pęna siue sit apposita oblationi quantitatis, siue promissioni facti, in Regno non committitur, nisi quatenus interesse concurrit.*

10 *Stylus habet vim legis.*

11 *Stylus adamussim est seruandus.*

12 In

12 *Intereſſe non accedente, pęna nulla debetur.*

13 *Argumentum à deſtructione antecedentis validum eſt in iure.*

14 *Intentio finalis maximè eſt attendenda.*

15 *Mandatum factum ne quis ſub pęna exeat è domo ad inſtantiam Fiſci, quale intereſſe producat ad Fiſci beneficium.*

16 *Cauſę duę ſi concurrant ad actum, vna deficiente ex alia ſuſtinetur.*

17 Tex.in l.pater dotem in princip. ff. rem rat haber.*expenditur.*

18 Ludouicus Romanus in conſ. 193. *pro ſingulari adducitur ad excuſandam pęnam mandati.*

19 *Pęnam non deberi in Regno, niſi cum intereſſe concurrat, an procedat in ciuilibus tantum, vel etiam in criminalibus.*

20 *Intereſſe pecuniarium non attenditur in criminalibus.*

21 *Reipublicę intereſt facinoroſos homines puniri.*

22 *Pęna ob contumaciam parti debitam, nequidem ſoluitur de ſtylo Sac.Conſilij, niſi cum intereſſe concurrat.*

23 *Fiſci intereſſe vertitur in cauſis criminalibus, in quibus ingeritur pęna ſanguinis, ſecùs verò in ciuilibus.*

24 Vulpellus conſ.139. lib. 1. *adducitur, & conciliatur* n.24. & 26.

25 *Fuga cauſam dans è carceribus, dicitur eſſe in dolo.*

27 *Mutantur tempora, mutantur perſonę, & omnia.*

28 *Mora in Sacro Cõſilio de ipſius ęquitate paſſim purgatur.*

29 *Stylus ſectari debet in iudicando, nam ex eo inducitur conſuetudo.*

30 *Mandatum factum nullo pręſtito iuramento non obligat.*

31 *Ex diuerſis non benè infertur.*

32 Proſper Farinacius *laudatur.*

33 Proſper Farinacius *variauit circa pęnam mandati Fiſco debitam.*

34 *Summum ius, ſumma iniuria eſt.*

35 Proſper Farinacius conſ. 122. n. 31. lib. 2. *expenditur circa pęnam mandati exigendam.*

36 Proſperi Farinacij, *verba adamuſſim referuntur circa pęnam mandati exigendam.*

37 Io. Franciſcus Capiblancus de Baron.tom.2.cap.34.n.1. *conciliatur.*

38 *Exiliatus, & relegatus, licèt in flagranti non captus intra loca prohibita, durante termino pręfinito, an teſtibus ſi conuincatur non ſeruaſſe fines exilij, queat ad pęnam condemnari.*

39 Ludouicus Peguera dec.90. *expenditur.*

40 *Exilij fines non ſeruans, ad quod fuit adſtrictus iuramento, Reus eſt pęnę per ipſum acceptatę.*

41 Io. Franciſcus Capiblancus *magnę apud* Authorem *authoritatis laudatur.*

42 Io.Baptiſta Thorus in Compen.deciſſ.Regn. par.1. *verb.* Pęna fideiuſſionis pag.392. *pro ſingulari affertur.*

43 *Authores adducti à* Dom. Capiblan. *expenduntur.*

44 *Teſtes vagè, & obſcurè deponentes, fidem non faciunt.*

45 *Inſultus propriè dicitur ille motus, ſeu ſaltus de loco ad locum, qui fit per aggreſſorem cum aggreſſo abſq; percuſſione.*

46 *Inſultus deficit vbi de inſultati pręſentia non conſtat.*

47 *Delictum in genere de inſultu, qualiter conſtare debeat.*

48 *Defenſiones in fauorem inquiſiti de inſultu, qualiter fieri debeant.*

49 *Factum de per ſe, quando non eſt delictum, minimè probant teſtes abſq; apprehenſione.*

50 *Statutum puniens arma portantem nõ verificatur in portante ſimpliciter, niſi inuentus fuerit cum armis, quia ſine inuentione crimen non eſt.*

51 *Delictum in genere reſpectu aſportatio-*

tionis armorum, non constat, nisi fiat apprehensio, & inuentio cum armis.

52 Tex. in l. si Barsatorem, C. de fideiussor. *expenditur.*

53 *Apprehensio armorum requiritur ad hoc vt constet delictum in genere de asportatione armorum.*

54 *Arma debent inueniri penès inquisitum, quorum recognitio facienda est per testes adhoc vt constet de delicto in genere.*

55 *Ridiculū est ex depositione testium dicentium vidisse aliquem cum cultro contra formam Pragmaticę deuenire ad condemnationem absq; alia recognitione, secundùm* Muscatellum loc. citat.

56 *Testes deponentes de visu armorum, non probant, nisi qualitates armorum viderint, & tetigerint, & mensurare fecerint.*

57 Pragmatica 8. de extraction. *in verbis descriptis, indicat, flagrantiam requiri in delicto asportationis armorum.*

58 *Statutum puniens inuentū cum armis, non procedit, nisi sit etiam apprahensus.*

59 *Inuentio, & apprehensio sunt synonima, ità vt inuentus si non sit etiam apprehensus, non dicatur inuentus.*

60 *Testis de visu armorum non probat causam scientia, nisi deponat scire, quia mensurauit, vel mensurari fecit.*

61 *Priuilegium delicti asportationis armorum quale sit.*

62 *Probatio per rei euidētiam requiritur in delicto asportationis armorum, quæ superat omne genus probationis.*

63 *Delictū non committit, qui in casu dubio contra Fiscum respondet.*

ARGVMENTVM.

Iudicis contemptus nullus cōsiderari potest in eo, qui inhibitus ne è propriis se elōgaret laribus absque ipsius permissu, è domibus ipsis exierit, breuiq; temporis interstitio reuersus, ijsdem in domibus inuentus fuerit, ad quod theorema conuincendum, plures legum dispositiones, Doctorum quamplura placita, Rationes itidem multæ, nec languidę fidei Senatuum determinationes, expenduntur, recensentur, ponderantur, ac in medium aducuntur.

Insultum non aliter committi, nisi saltus de loco ad locum fiat erga insultatum, siue aggressum, quodque adeò propè aggredientem sit, vt facilè fuerit in ipsum irruere, verberando, vel vulnerādo quo loci plures *textus*, materiam edocentes insinuantur, Nostratumq; arbitria recoluntur.

Armorum asportationem minimè per testes de visu probari, ad hòc vt pęna asper-

tan-

tanti imponatur, nisi cum ijs captus, atq; deprehensus fuerit; quampluribus suadetur, itaq; communi totius Orbis Christiani consuetudine practicari, dispunctis nonnullis Pragmaticis Regni sanctionibus, non illepidè commonstratur.

Vulpell cōs. 139. lib. 2. & Dom. Cavib an. in 2. de Baron. cap. 34. necnon *Farinac. in prax. crim. quæst. 30 n. 70. & cons. 122 n 31. lib. 2.* impugnantur, reconciliantur, nostramq; sustinere aciem respectiuè, digitotenus indicatur.

PRO

Honufrio Parauati.

CVM

Regio Fisco.

RESPONSVM IX.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

SPreti mandati duc. bismille per Honufrium Parauati de non discedendo à domo, de ordine Magnif. Iudicis Magnæ Curiæ Vicariæ perpetui in criminalibus Balthaxaris de Angelis viri de legali scientia optimè meriti, iniuncti per vnum ex Scribis Fiscalibus die 18. Iunii instantis anni, *fol. 1.* vt pænam lueret præfatus Honufrius, institit Dom. Fisci Patronus die 12. Augusti *fol. 31. at.* eò quod ex plurium testium depositionibus ad informationem Curiæ receptis, incōperto esse sibi persuasum habuit, eundem Honufrium die 19. eiusdem Mensis è domo armatum exiuisse, coadunatisq; hominibus propè domum illorum de Parrinis (quibus pariter eodemet mandato iniunctum erat, nè è propriis se elongarent laribus) se contulisse, animo illos insultandi, de quo sanè insultandi animo ad sensum auditus testium Fisci depositio trahitur, licèt de visu quòad asportationem armorū, & egressionem è domo deponant testesmet Fisci *fol. 5. & seqq.*

Et quamuis ad Honufrii defensam nonnulli testes fidem adstringant suam mediante iuramento, & Fisco audito recepti, nullatenus Honufrium mādati contemptorem extitisse, & è domo minimè exiuisse, *fol. 23. & seqq.* cùm sit quoq; in probatis è domo captum, ad carceres fuisse coniectum, & sic domi, non extra repertum fuisse, annuit tamen Magna Curia instatis per Fiscum (*Me ipsius Honufrij partes tunc non sustinente*) & nedùm die 16. Septembris mox decursi, ad pænam duc. bismille in mandato contentam cōdemnauit, verum etiam ad exulandum per triennium recto tramite, eodemet decreto mandauit, *fol. 33.* Appellauit Honufrius ad Sacrum Consilium, & introducta causa appellationis coram Domino Consiliario Aloysio Gamboa, de iustitia decreti erit agendum.

Præsupponit etenim Honufrius valdè ex eo fuisse grauatum, ideoq; re-

reuocandum; edocti etenim sumus,
1 appellationem esse theriacam cõtra
venenum Iudicis, & æmulam senté-
tiæ à primo Iudice prolatæ, secundũ
*Bal.in l.unic.in fin.C.si de momen.pos-
sess. Rebuff. de appell. in præfat. n.* 78.
*tom.*3.*pag.mihi* 481.*Reg.Valenz. cons.*
76.*n.*6.*lib.*1. per *tex. in l.* 1. *ff. de ap-*
2 *pellat.* inquiens appellationem esse
oppressorum leuamen, *Host.in summ.
de appellat.* §. *quare*, *Caballin.milleloq.*
714.*n.*2. & concinit *Diu. Bernard.* ef-
fatum relatum à *D. Valenz. loc.cit. n.*
7. quod *appellatio est grande, & gene-
rale bonum mundo, idq; tam necessa-
rium, quàm Sol mortalibus*, hinc iura
3 sanxerũt licitum esse à quolibet gra-
uamine appellare, *cap. ut debitus de
appel l.cum concordan.*& tam in maio-
4 ribus, quàm in minoribus causis, *l.&
in maioribus, C.de appell. cap.de appel-
lationib.eod.tit.Glos.ultim. in l.qui re-
stituere, ff.de reiuen. Menoch. de recu-
per.possess.remed.* 6.*n*.88.

Quocircà, vt meo Aduocationis
muneri pro viribus consulam, gla-
dium ponam ad radicem defensio-
nis, multisq; consultim omissis, ex
tribus assumptis totum conflabo pa-
trocinium, quorum

Primum erit, *Posito quod Honu-
frius è proprijs se elongauerit laribus,
cùm breui fuerit reuersus, & in ijsdem
repertus, an possit diei mandati spretor,
siue contemptor?*

Secundum: *Vtrum Insultum com-
misisse attentari per Fiscum possit, quã-
què de eo adducatur probatio contra
Honufrium?*

Tertium: *Num de asportatione ar-
morum crimen commiserit Honufrius,
& in probatis de eo Fiscum extare sit
asserendum?*

Quòad primum: herclè (si verita-
tem amamus) negatiuè responderũt
DD. adhuc in fortiori casu loquuti,
nempè in eo, quià carcere aufugit,
5 & postmodum recessit, vt is minimè
aufugisse dicatur, *Bal.in l.* 1. *C. de seru.
fugitiu.& in l.*1.*C.de edil.actio.Gram.
cons.crim.* 57.*n.*1. inquiens de hoc es-
se *textum in l. desertorem*, §. 1. *& ibi
Glos.ff.de re militar. & in l.quis sit fu-
gitiuus, & ibi Bart.ff.de edilit.edict.* be-
nè *Carer. in pract. crim.* 2. *par. tit.de
ind.c.& tortur.indic.*3. *n.*26. *& n.* 30.
vbi post *Cauensem in rit.Magn.Curiæ*
55. *n.* 10. vbi in terminis loquitur,
quem allegat, punctuatim tradit,
6 quòd si quis habet domum loco car-
ceris, si discessit, & deindè redeat,
non est rupta fideiussio, vt ad pænam
teneatur, subdens esse notandum,
quia habuit in facto, *Roder. Suarez
de fideiussor.in caus. crim. n.* 32. vers.
Item liberatur, adducens *Roman.cons.*
193. licèt ex incuria Typographi al-
legetur, *cons.*197 qui *Roman.* pluri-
bus iuribus, & rationibus eiusmodi
comprobat sententiam, & *Roman.* al-
legato probat *Affl.dec.*139.*n.*7. quòd
7 promittens debitorem non recede-
re à Curia, sine licentia, donec debi-
tum, pro quo detinebatur solueret,
si absq; licentia recessit, sed paulò
post redijt, stipulatio non commit-
titur, nec pro ea fideiussor conueni-
ri potest, & firmat magnus *Farinac.
in pract.crim.quæst.*30. *tit.de carcerib.
& carcerat. n.* 70. *limit.* 2. *Hercul.de
cautio. de non offenden. cap.* 50. *n.* 17.
*Natt.cons.*407.*n.*10. *vol.*2. *Lanfran.
de Orian. in l. admonendi n.*54. vers.
Tertio casu, & ibidem *Coras. n.*81. *ff.
de iureiur.Cardin.Alban.in Lucubrat.
ad Bartol. in l. quis sit fugitiuus*, §. *si-
cuti in fin.ff.de edil. edict.* quos ibidẽ
memorat *Farinacius*, *Honded. cons.*
94.*n.*4.*usq; ad fin. lib.*2. cum quibus
conuenit *Hortens. Caualcan. in tract.
de brach.Reg.par.*2. *n.*240. quorum
Doctorum nonnulli expendunt *tex.
in* §. *Pauonum, Instit. de rer. diuis.* &
mihi præcæteris (vt ingenuè fatear)
8 arridet *tex. in l. quicquid calore* 49.
ibi, *Ideoq; nec breui reuersa uxor, di-*
uer-

vertisse videtur, ff. de regu. iur. & est *tex. in l. diuortium non est, ff. de diuort.* & in terminis tradit *D. Reg. Sanfel. dec. 253. n. 9.* inquiens veriorem esse opinionem adducto *Card. Tusc.* & *Giurb.*

Quibus adstipulatur inconcussum illud theorema passim receptũ post *Afft. dec. 135. n. 4.* quod (quicquid sit de iure dispositum) stylus Sacri Cõ-
9 silii est, quod siue pęna sit apposita oblationi quãtitatis, siue promissioni facti, ad pœnam ipsam Sacrum Consilium non solet condemnare, nisi quatenus interesse concurrat, &
10 ille stylus habet vim legis secũdùm *Cyn.* & *Bald. in l. 1. in fin. C. quæ sit longa consuet.* & *in l. de quibus, ff. de legib.*
11 quem stylum adamussim esse obseruandum tradit *Afft. n. 3.* ibi, *Et iste stylus debet attendi secundum Bartolũ in l. iurisperitos, ff. de excusat. tutor.* & *in l. 3. ff. de testib.* itaq; communi spiritu fuisse votatum notat *Afft. d. dec. 135. n. 4.* vers. *Et sic,* quibus collimãt tradita per *Loffr. cons. 41. Thes. dec. 79.* & *98.* idem *Afft. dec. 154. circa fin. dec. 79. in fin. dec. 78.* & *243.* & *dec. 358. in fin.* nonnulla per *Me* de stylo habẽte vim legis *in 1. practicar. obser. cap. 44. n. 9.* benè *Vrsill. in Annotat. ad d. decis.* præsertim *n. 5.* vbi tradit ad hoc facere *tex. in l. seruus ea lege, ff. de seru. export.* & in *Annot. ad dec. 174. n. 3. Galter. in prax. instru.* verb. *Aduertat ad debita, & causas, n. 35.*

Cum igitur Fisci nihil prorsus intersit, dum Honufrium in domo designata loco carceris inuenit, absque alia requisitione, nullaq; mora inter-
12 iecta, cui non sit obuium, quod non existente interesse, nulla debeatur
13 pœna? argum. ducto à destructione antecedentis, *l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius cui mandat. est iurisdict. l. sed & hæ, §. Prætor, ff. de procurat. l. quod per manus, ff. de iur. codicillor. l. si homo mortuus,* vbi *Ias. ff. de verb. oblig. l. non dubium in fin. C. de legib. Glos. in cap. Ephesijs 43. dist. Euerar. in loc. legal. A destructione antecedentis, pag. mihi 807. Reg. Valenz. cons. 32. n. 120. lib. 1.* nulla de *Euerar.* facta mentione.

Quod autem nullũ in hoc Fiscus habuerit interesse; ex eo suadetur in
14 promptu, nam intentio Fisci in faciendo mandatum Honufrio, de non discedendo à domo, præcipua, & (vti aiunt) finalis, quæ maximè attendenda est, *ad tex. in l. si procuratorem, ff. mandati,* & *l. qui id quod, ff. de don. cum concordan.* ea fuit, vt sibi esset cautum super ipsius persona, ad hoc vt ad eius instantiam carceratum habere potuisset, sed sic est quod iam ipsam inuenit in domo, & ex ea in carceribus Magnæ Curiæ mancipauit, quando voluit, non est ergo vlterius quærendum de contemptu mandati, & ideò grauauit Honufriũ Magna Curia, dum ad pœnam in mandato contentam condemnauit, ità appositè scribit *Rom. d. cons. 193. n. 1. in fin.* adducens *tex. in l. cum quærebatur,* & *l. fin. §. si Reus in fin. ff. iudicat. solui.* pulchrè *Bertaz. cons. crim. 80. n. 13 lib. 1.* ibi, *Sed in casu isto cum in Camerinum redierit non potest dici Fiscum, vel aliquem alium fuisse damnificatum: vnde non tenetur promittẽs, Crau. cons. 3. n. 25.*

Non me fugit Dom. meum Fisci Patronum, eo quo pollet ingenij acumine, assuetum strenuè Fisci causas agere, Nobis statim obiecturum,
15 quod nedum interesse Fisci vertitur circa personam Honufrij paratam habendam, verùm etiam ne vllo tẽporis momento è domo exiret, vndè cessante vna ex causis, ex quo habuit personam Honufrij, non tamen cessat interesse respectu discessus, qui sibi erat inhibitus per mandatum illis de Parrino, & sibi factum, dum in eo dicitur, *Non se debbiano partire dalle loro case, done al presente habita-*

no, ne di giorno, ne di notte, etiam animo eundi ad Superiorem, senza espresso ordine in scriptis di esso Signore Giodice, ad quod poterit adducere *tex.*
16 capitalem *in §. Affinitatis, Instit. de nupt.* ex quo passim *Scribentes* deducunt conclusionem, quod ex duabus causis influentibus actum aliquem, si vna deficiat, non per hoc actus deperit, sed ex alia sustinetur.

17 Sed in promptu adest resolutio, quam Nobis suggerit *textus in l. pater dotem in princip.* qui est *finalis, ff. rem ratam haber.* vbi contra patrem agentem ad dotem, & promittentem filiam ratam habituram, non committitur stipulatio de rato, si filia, quæ ratum non habuit, decesserit. Quia etsi verum sit, ratum eam non habuisse, nihil tamen ob hoc marito interest, cum ipsi patri mortua filia salua esse dos debeat; per *tex. in l. dos à patre, C. sol. matr.* Mihi in hoc fides non adhibeatur, non tamen denege-
17 tur insigni Iureconsulto *Ludouico Romano in d. conf. 193. n. 2.* ex cuius pingui Mineruа eiusmodi ponderatio manauit, subditque (quatenus thesi nostræ collinear) *Sic ergo in proposito, licèt seruata non fuerit stipulatio ex ea parte, quia recessum sine licentia fuit, Nihilominus ex hoc intelligi commissa non debet, cùm stipulantis non interfit debitorem sine licentia recessisse, ex quo postmodum repræsentatio superuenit, Vndè casus ille videtur hanc quæstionem decidere.* Hæc Roman. qui in casu superuenientis repræsentationis ratiocinatur, Or quanto magis in re nostra omnis abest scrupulus, reperto iam Honufrio in paternis domibus designatis vigore mandati, quod adamussim obseruasse iura cōclamant?

Et si Dom. Fisci Patronus, vt adducta per Nos, euaderet, adhuc instet stylum Sacri Consilii, de quo supra *hoc eod. respons.* vers. *Quibus adstipulatur,* memoriam habuimus, de
18 non exigendo pænam, nisi quatenus interesse concurrat stylo tanti Tribunalis insinuante apud *Affl. dec. 135.* viam sibi sternere, vt procedat in causis ciuilibus tantum, non autem in causis criminalibus, in quibus in-
19 teresse non attenditur secundùm *glos. in l. 4. ff. de custod. reor.* vbi *Alber. Glos. penul. in l. 2. §. final.* & ibi *Bart. & Bald. in fin. & Alber. n. 3. ff. qui satisd. cogan.* idem *Bart. in l. Iulianus n. 8.* & ibi *Alber. n. 13. ff. eod. tit. Cacher. dec. Pedem. 70. n. 8.* vers. *Vbi quando.* In ijs enim vltra partium interesse, &
20 illud quoq; Reipub. vertitur, vt facinorosi homines debitis pænis feriantur, *l. si ità vulneratus,* vers. *Cum neque, ff. ad l. Aquil. Bart. in l. si longius, §. si filius, ff. de iudic.* & ex *Rip. & Couarr.* notat *D. Alfar. de offic. fiscal. glos. 89. in princ. & n. 10. Farin. in 1. par. prax. crim. tit. de Inquis. quæst. 1. n. 10. Caball. resol. crim. cas. 114. Io. Bapt. Larr. alleg. fiscal. lib. 1. alleg. 1. n. 8.*

Nequaquam animus deficit, vt eiusmodi Fisci enunciato, faciamus satis, Siquidem: præterquamquod: in promptu insinuare possumus eundemet *Affl.* in toties indicata *decis. 135.* suppetias Nobis aliquatenus
21 ferre, dùm inquit stylum ipsum Sacri Consilij etiam pænam parti debitam ob contumaciam denegare, vt exigatur, nisi quatenus cum interesse concurrat post *Abb. in cap. cum dilecti de arbitr.* per *tex. in l. sanè, C. de iud.*

Vlteriùs, & strictiùs enunciati Fiscalis enucleationem expetimus à *Cacheran. d. dec. Pedem. 70. n. 16.* vers. *Non obstat,* vbi resoluens ea, quę pro
22 Fisco parauerat *d. n. 8.* inquit, iura præcitata esse accipienda in criminalibus exigentibus pænam sanguinis, cùm ea non recipiat certam determinationem, seu æstimationem, itaque intelligendos esse *Bart. & Alber.*

Ber. in locis adductis per ipsum, nam loquuntur in causis criminalibus, in quibus non versatur interesse pecuniarium, vnde arguit *Gatheran.* in ijs casibus, in quibus versatur interesse pecuniarium, quia pœna est pecuniaria, asseuerandum est inspici debere an Fisci intersit, & adducit peculiariter hanc sustinuisse sententiam, *Paul. de Castr. in l. 1. §. final. n. 5. ff. qui satisd. cogan.* vbi æquiparat, fideiussorem promittentem Reum sistere in causa criminali, in qua veniebat imponenda pœna pecuniaria fideiussori promittenti sistere aliquem in causa ciuili; Dùm igitur Nos versamur in casu, in quo pœna pecuniaria imponitur virtute mandati, quadrāt appositè, quæ ad pœnam euadendā, & determinationem Magnæ Curiæ reuocandam insinuauimus.

23 Innotuit tamen magnam vim adhiberi pro Fisco in Authoritate *Vulpell. consf. 139. lib. 1.* cui se subscripsisse videtur *Claud. Bertaz. in Addit. ad consil. Bartholom.* eius patris 80. inter *criminalia lib. 1. sub lit. A post princ.* qui nonnullis adductis rationibus, in eā iuit sententiam, vt prætoriæ stipulationes semper debeantur ob contemptum Iudicis, quando illis per partes est contrauentum, adducens *Bartol. Alex. Ias. Guid. Pap. Curt. senior. Mantuan. & alios n. 9. 12. & 13.*

24 Verumenimuerò; nequidem tantillum Nobis refragatur *Vulpell.* Ipse namq; Doctores adducit, qui reuera hæsitationis speciem minimè feriunt, vti benè aduertit *Farin. d. quæst. 30. de carcer. & carcerat. n. 73.* qui citatis per *Vulpell.* aggregat *Salic. in l. bona fidei n. 14. in fin.* vers. *Tene tamen menti*, & tradit in casu satis diuerso loqui *Salic.* scil. in eo, qui fe-

25 cit debitorem ex carceribus aufugere, quo casu dicitur esse in dolo, quia dedit causam fugæ, iuxtà terminos, *l. quoties, C. de exactor. tribut. lib. 10.* non autem in eo, qui spontè reuertitur, & Nos sumus in casu, in quo fuit inuentus Honufrius in domo, & non immeritò *Farin. in cons. 122. n. 30. lib. 2.* aduertit communem opinionem esse contra *Vulpell.* & si ei fides esset præstanda, in eo casu locum sibi vindicare, quando quis exiuit è domo animo fugiendi, & non reuertendi, licèt alio die reuersus fuerit; secus si citò quis redeat, itaque seipsum declarat *Vulpell. d. consf. 139. n. 15. 7. & 10.*

26 Nos tamen ex abundanti ad *Vulpellij* fidem debilitandam, ponderamus ipsum fuisse alloquutum in cōtemnente Iudicem, qui sanè casus rei nostræ nequidem per vmbram adaptari potest, vtpotè qui nullus fuit contemptus; Iterum obloquitur *Vulpell.* eò quod mora non est purgabilis, At Nos contendimus nullam fuisse per somnium moram contractam, & amplius quod in Regno mota passim purgatur, quicquid in contrarium adstrnxerit *Afflict. dec. 174. n. 3. & 5.* Nam contra ipsum pluries iudicatum fuisse, aduertit *Vrsill.* ibi *in Annot. n. 3.* ab anno 1537. & vsque ad annū 1564. vbi res decisas enarrat, subdens, *Mutantur tempora, mu-*

27 *tantur personæ, & omnia, Ann. sing. 350. Mastr. dec. 259. Galter. in prax. liquid. instrum. pag. mihi 200. n. 11. D. meus Ill. Marcb. Torell. dec. 30. per tot.* vbi *n. 16.* & *duob. seqq.* extollit Sacri

28 Consilij æquitatem circa admissionem purgationis moræ inquiens ex *D. de Franch. dec. 238. n. 3. & dec. 470.*

29 ab huiusmodi stylo in iudicando nō esse in posterum recedendum, cum sit inducta consuetudo, quæ vim legis obtinet, ad tradita per *Cin. & Bal. in l. fin. C. quæ sit long. consuet. D. Reg. Rou. cōs. 18. n. 3. lib. 1. & dec. 22. n. 7. Episc. Ricc. dec. 220. n. 4.* post *T hes. dec. 77. & Ioseph Ludou. dec. Perus. 90.*

Itidem *Vulpellius* figit pedes in

in iuramento apposito in stipulatione; In casu curren ti simplex est mã-
do datum, nullo apposito iuramento, adeò quod non sine ratione de illius validitate fuerit dubitatum in Sacro Consilio, teste *Affl. d. dec. 135. n. 5.* vers. *Nec obstat*, vbi propter iuramẽtum tradit fuisse quæsitum ius absenti, & sic videtur innuere, quod pœna non debet solui, nisi pars in obligatione fuerit præsens.

Quò fit, vt ex diuersis non benè inferatur ad *vulgar.* & explodenda omninò fore *Vulpellij* placita, eiusq; determinationem floccipendendam quisquis dixerit.

32 Vt hinc non abs re, ea qua præstat doctrina *Farin.* currentis æui or-
33 namentum, licèt in *d. quæst. 7. n. 74. & seq.* subdubius extiterit, & *n. 77.* tradiderit dum in Vrbe aliquando de hoc disputari contigerit, diuersimodè fuisse iudicatum, In vno enim casu fideiussor fuit admissus ad compositionem, & pœna in fideiussione contenta, quæ erat mille scutorum, fuit redacta ad scuta quingenta, In alio verò casu fideiussor in nihilo fuit condemnatus; sed statim per Iudicem, visa doctrina *Carrerij*, de qua supra, fuit absolutus, quodq; ipsi opinio contra *Carrer.* verior videbatur. Licèt magno rigore plena, & quia
34 vulgò dicitur, *Summum ius, summa iniuria est*, ideò si esset Iudex mediã viam teneret, vt non in totum absolueret, nec ad integram pænam condemnaret, & *Farinacio* calculum præbuerunt *Baiard. ad Clar. in pract. crim. quæst. 21. n. 104. Caccialup. de debiter. suspect. quæst. 1. n. 2. Ambros. dec. 49. Galuan. cons. 15. ad fin. Caball. resol. crim. cap. 212. n. 18. Mastr. dec. 259. n. 59.* quos refert *Giurb. cons. crim. 34. n. 13.*

35 Attamen (vt clauum clauo trudamus) & ex eiusdem *Farinacij* placito in alio loco, nempè in *cons. 122. n. 31. lib. 2.* veritatem dignoscamus, priori illa mutata sententia, ita fatur, *Nec*
36 *etiam obstat, quod Egoipse in d. quæst. 30. n. 77. testatus fuerim, diuersimodè isto casu iudicatum fuisse, eo quod si casus iterum eueniret, non crederem hunc Reum impunitum debere esse, sed aliquali pœna propter contemptum fore puniendum; vt enim hæc in re, quid postea seruatum fuerit, pro veritate affirmem, dico quod si is pro quo fuit promissum, quod de domo non discedet, fuerit captus extra domum, & tunc etiam quod ille captus dicat non discessisse animo fugiẽdi, adhuc pœnam totaliter non effugit, sed cum eo ad compositionem deuenitur, prout fuit factum in primo casu per Me relato in d. quæst. 30. n. 77. in quo cum pœna esset scutorum mille fuit facta compositio pro 500. Et iterum tempore quo erat Auditor Cameræ S. D. N. Paulus Papa V. & Ego eram eius in criminalibus Locumtenens, cùm quidam Nobilis Hispanus haberet domum pro carcere sub pœna scutor. 400. & ex domo fuerit egressus inuentus in domo cuiusdam mulieris, captus, & ad carceres ductus, composuit dictam pœnam in scut. 2000. Verum vbi quis etiam exiens ex domo, quam habet pro tuto carcere, ad illam redijt, & antè reditum à Curia deprehensus non fuit, nunquam vidi, nec eum, nec fideiussores condemnatos, nec in aliquam pœnam compositos, & ità pro veritate testari possu, & testor.* Hucusq; *Farin.* qui adeò clarè rem nostram definit, vt nihil clariùs? apertiùs nihil? eumq; sectatur *Caualcan. de Brach. Reg. par. 2. sub n. 240.* & *Farinacio*, hoc in loco laudato, tenet *Giurb. cons. crim. 34. n. 14. & 15.* vbi *Vulpell. in d. cons. 139.* declarat.

37 Nec tantisper conturbat nitidam hanc quam tutamur sententiam, *D. Capibl. in 2. tom. de Iur. & offic. Baron.*
38 *cap. 34. n. 1.* dùm inquit exiliatum, vel relegatum, licèt in flagranti non captum intra loca prohibita, duran-

te termino exilij, vel relegationis, si tamen tastibus conuictus fuerit fines exilij, vel relegationis non seruasse, quod possit ad pœnam contrauentio-
39 nis condemnari, adducens *Peguer. dec.* 90. (quicquid alij contrarium senserint) nam secundum ipsum, loquuntur super articulo quando imponitur per statutum pœna contra illum, qui fuerit inuentus, vel repertus in maleficio, & tunc requiritur flagrãtia ex *Caual. comm. contr. comm. quæst.* 651. quia dicta verba important, vt quis deprehendatur, secus si verba prospiciant inobseruantiam facti, nam tunc sufficit constare contrauentionem, vt quis condemnari possit, adducens *Rip. de peste tit. de remed. ad conseruan. vbert. quæst.* 9. vers. *Nono quæro, ex n.* 103. prædicta con-
40 firmans ex eo, nam sententia exilii quando à parte acceptatur, illa cum iuramento se obligat seruare fines exilii, iuxtà sententiam, vndè semper quod non paruisse constat, exequi potest pœna à sententia indicta, & à parte acceptata.

41 Etenim (licèt magna apud me sit Authoritas *Dom. Capibl.* viri sanè eruditissimi) attamen in satis diuerso casu loquitur, nempè in eo, qui sententiam eludere tentauit, & voluntariè sub iuramento se obligauit, quo in casu loquitur *Peguer. d. dec.* 90. ab ipsomet adducta, In casu autem nostro nulla fuit volũtaria obligatio, seu promissio, sed tantum fuit processum per viam mandati, minimè ab Honufrio subscripti, & sic ex diuersis non benè infertur, *l. Papinianus exuli, ff. de minor.*

Insuper: in casu *Dom. Capiblan.* agitur de inobseruantia exilij, vel relegationis, quæ inobedientiam, & contemptum Superioris continuatũ indicat, In casu autem nostro contẽdimus nullum de iure posse attentari contemptum, dùm in ijsdem domibus, à quibus nè discedat fuit iniũctum Honufrio, inuentus fuerit, ad quod faciunt, quæ plena manu exarauimus *hoc eod. respons. sup.* vers. *Quoad primum.*

42 Rursus: satis dubitandum est de opinione *D. Capibl.* siquidem contrarium fuisse iudicatum recenset *D. Io. Bapt. Thor. in compen. decis. Regn. par.* 1. verb. *Pœna fideiussionis pag.* 392. *col.* 2. adducens *Viu. dec.* 505. *in princ.*

43 Quatenus verò ad Authoritates per eundem *Capibl.* adductas, attinet, incipiendo *à Ripa loco indicato* magnum habet contradictorem, nẽpè *Iul. Clar. in pract. crim. quæst.* 82. *in* 7. *statut. n.* 32. vers. *Sed hic quæro*, vbi inquit *Ripam loc. cit.* per *D. Capibl.* fateri suam opinionem esse contra cõmunem, *in* 6. *statut. n.* 24. plenè dixisse tradit, & *Nos* post *Clar. & Muscat.* adnotauimus *hoc eod. respons. sup.* vers. *Quo verò ad* 3. *assumptum.*

Transgrediamur nunc ad secundum assumptum, alterum quippè Fisci propugnaculum contra Clientem de prætenso insultu, quasi quod coadunatis hominibus, ijsque armatis vim publicam, siue priuatam cõmiserit, vt indè sustineri valeat determinatio Magnæ Curiæ circa impositam pœnam triennalis exilii rectò tramite.

At qui hoc casu tantum abest, vt ratio aliqua haberi queat de hoc as-
44 sumpto (quicquid testes Fisci vagè nimis, & obscurè, ac de auditu deposuerũt, quibus nulla prorsùs adhibendam esse fidem putamus) ad *tex. in cap. licet ex quadam in princ. de test. cap. præterea, & cap. tam literis eod.* vbi *Host.* in verb. *Nisi de auditu, Gloss. in l. testium*, verb. *Præsto*, vbi *Bar. & Albor. C. de testi. Curt. iun. in l.* 1. *n.* 57. & ibi etiã *Rip. n.* 86. *ff. si cert. pet. Boss. in tit. de oppos. contra testes, n.* 42. *Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *casu* 435. *n.* 4. vers. *Prima est regula, Farin. in absoluta*

luto tract. de testi. quaest. 69. tit. de oppos. contra dicta test. n. 2 & hanc esse iuris regulam tam notam, quàm omnium communem, & vulgarem tradit *Escobar. de purit. & nobil. proban. quaest. 9. §. 4. n. 1.* vbi quamplures congerit) vt potiùs appareat euidenter nullum insultum interuenisse.

Est etenim insultus propriè ille motus,
45 seu saltus de loco ad locũ, qui p aggressorẽ fit cũ aggresso absq; percussione, secundùm *Bart. in l. 1. §. cum arietes, ff. si quadrup. pauper. fecisse dicat.* per *tex. in l. si is qui aggressorem, C. ad l. Cornel. de sicar. & in l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de poen. Gandin. de poen. n. 37.* quem refert *Augustin. de Arim. in addit. ad Ang. in pract. Glos. Fecit insultum in 1. addit.* cuius meminit noster *Muscatell. de cognit. seu probat. delictor. tit. de Vulnerib. Lethal. n. 39. & seqq. Niger in cap. Regni,*
46 *Ab illo in. h·andum n. 63* vbi materiam exorditur, at hîc nullatenus constat de praesentia insultati, vndè insultus probatus non est, & sic deficit delictum in genere.

47 Deficit item delictum in genere, nam vt insultus probetur, nedùm necesse est vt constet de illo motu, seu saltu aggressoris de loco ad locum, vti post *Bart. in praecit. §. Cum arietes, & §. delinquunt,* docet *Ang. in d. Glos. Fecit insultum in princ. Boss. in tit. de inquis. n. 119.* cum aliis aggregatis per *Muscat. loc. cit. n. 43. & seq.* sed etiam quod sit nocibilis erga aggressum, quodq; insultans erat adeò propinquus illi qui fuit insultatus, quòd potuisset ipsum vulnerare, seu verberare secundùm *Bal. in cap. 1. §. similiter, tit. quib. mod. feud. amitt.* At vbi appareat de aggresso, & insultato per Honufrium? nullo sanè processus folio Nobis insinuatur.

Proin: *Foller. in prax. crim. tit. Recipiantur defensiones reorum n. 35.*
48 edocuit speciem defensionis in fauorem inquisiti de insultu esse, vt probet, quod ipse insultans erat distãs ab insultato, & non propinquus, adeò vt etiamsi voluisset eum verberare non potuisset, ex quo non dicitur quẽ fecisse insultum, vndè *Muscatell. n. 48.* tradit duo extrema negatiua abesse debere ad hoc vt insultus non dicatur; Primum: vt personae non sint adeò propinquae, vtq; nullus motus de loco ad locum interuenire possit vti de illis qui sunt in eodem itinere, vel sedent in eadem mensa; Secundum, vt non sint adeò distantes, vt licèt motus considerari possit, tamen sit impossibilis ad nocendum.

Quò verò ad tertium assumptum: de armorum asportatione, de qua per testes Fisci in eorum depositionibus: satis esse arbitror si dicamus nullum oriri delictum, quia nulla adest flagrantia, vel cum armis, Honufrius ipse, siue aliquis ex praetensis coadunatis fuit inuentus, vti ex-
49 pressè requiritur, nam quando factum de per se non est delictum, tũc minimè probant testes absq; apprachensione *Augus. ad Angel. vers. Et facit statutum, idem Ang. in §. Reuerendissimos, in Authen. de Sanctiss. Episc.*
50 dùm ponit exemplum in statuto punienete arma portantem, quod non verificatur in portante simpliciter, nisi inuentus fuerit cum armis, quia sine inuentione crimen non est, *Clar. in pract. crim. quaest. 82. in 6. statut.* vers. *Et generaliter, Muscat. de extraction. extra Regnum, &c. n. 12. & seq.* idcir-
51 co q; delictum in genere deficit cum sit necessè quem apprachendi, & inueniri cum armis, vti cõmunis Scri-
52 bentium Schola edocet, *l. si barsatorem, C. de fideiussor. & in l. 3. §. Neratius, ff. de acquir. possess.* vbi fusè per *Alex. Ang. de Malef. Glos. dictus Andreas armatus,* vers. *Et facit statutum,* & ibi *August. in addit.* quicquid in con-

contrarium nonnulli firmauerint; nam praxis communiter ſeruat, vt
53 neceſſaria ſit appræhēſio, teſte *Clar. in prax. crim. quæſt. 82. in 6. ſtatuto*, & in toto Orbe Chriſtiano ſeruari tradit *Epiſcop. Couarr. practicar. quæſt. 33. in fin.* vnde *Muſcat. in tract. de cognit. ſeu probat. delictor. tit. de prohib. armor. aſport. n. 5.* verſ. *Cognitio igitur*, inquit non aliter conſtare de delicto, niſi
54 aſſumatur informatio de ipſa effectuali appræhenſione, & inuentione dictorum armorum in poſſe inquiſiti, & quod teſtes recognoſcant dicta arma, vt puta ſi culter ſit punctus, & vltra palmum, vel ſi ſcoppettulus ſit cum focile, vel cum aliis qualitati-
55 bus, & *n.* 10. obſeruat ſatis ridiculum eſſe ex depoſitione teſtium ſimpliciter dicentium vidiſſe aliquem cum cultro contra formam Pragmaticæ deuenire ad condemnationem abſq; alia recognitione, ſeu probatione delicti in genere per recognitionem ipſius cultri, & *n.* 22. in terminis Pragmaticarum Regn. verba faciens *Muſcat.* pro abſoluto tradit ne-
56 dùm requiri quod teſtes viderint, ſed quod etiam tetigerint, & menſuram, ac alias qualitates armorum viderint, ſeu fecerint, & cognouerint, quod erant contra formam dd. Pragmaticarum, quod difficile eſt adimpleri ſecundùm *Muſcat.* ibi, *Niſi per capturam, & apprehenſionem perſonarum dictorum armorum genere deferentium*, & in Regno ſuadetur
57 apertiſſimè ex *Prag. 8. ſub tit. de extract.* ibi, *Volemo ancorche non ſiano ritrouati infraganti*, ergo in contrarium eſt veritas, vt flagratia ſit neceſſaria quando expreſsè à ſtatuto non excluditur; ità plures enucleans *Pragmaticas*, tenet *Muſcat. loc. cit. n.* 16. & in caſu ſtatuti punientis in-
58 uentum cum armis, quod non habeat locum, niſi is ſit etiam appræhenſus, tenet *Scacc. de iud. cauſar. crim. tit. de apprehenſione, ſeu inuentione delinquentis in flagranti cap. 78. n. 2.* adducens poſt alios *Vrſill. in Annot. ad Aff. dec. 21. n. 17.* & eſſe communem opinionē, & in practica ſeruari poſt *Marſil. in pract. crim. §. pro complemēto n. 24.* affirmat *Scacc. loc. cit.* qui *n.* 1.
59 vt omnem tolleret ſcrupulum, tradit appræhenſionem Rei, in flagrauti, & inuentionem in iſta materia eſſe ſynonima, ita vt inuentus, ſi non ſit etiam appræhenſus, non dicatur inuentus.

Itaq; tenuiſſe *Follerium in prag. 1. de ictu ſcoppict. n. 119.* tradit, licèt *Ego* in libro meo non valuerim reperire;
60 & quod depoſitio teſtis abſolutè de viſu, nempè *Scio quia vidi*, non probet hoc in caſu; ſed neceſſe eſt quod deponat ſcire, *quia menſurauit, vel menſurari fecit*, eſt de mente *Bartol. in tract. de teſtib.* verſ. *Qualitas n.* 47. cuius meminit *Muſcat. d. tit. de prohib. armor. aſport. n.* 21. ad quem *Ego in Annotat. meis, pag. 616. col. 2. circa fin.* verſ. *Ad n.* 8. addidi *Peguer. dec. Calhalon. 55.* vbi plura ad propoſitum tradit, quod neceſſe ſit quem inuentum, & depræhenſum eſſe cum armis, ad hoc vt vigore ſtatuti puniri poſſit, ex *n.* 1.
61 Quę opinio adeò veritate nititur, vt idem et *Muſcat. eod. tit. de prohib. armor. aſport.* priuilegia huius criminis recenſens *n.* 29. inquit priuilegiū in eo conſiſtere, ex quo regulariter in aliis delictis ſufficit probari per teſtes, & alia argumenta, *l. fin.* C. *de*
62 *prob.* ſed in hoc quia requiritur captura perſonæ, & appræhenſio cum armis, probatio requiritur per rei euidentiam, quæ ſuperat omne genus probationis, ad tradita per *Bal. in l. contra negantem*, C. *ad l. Aquil.*

Profectò: reuocandam fore determinationē Magnę Curię ex pręexaratis in ſpem facilè ducimur, & Honufrium Parauati abſoluendum

N eſſe

esse ab impetitis per Fiscum, vtpotè qui in claris, non in ambiguis versamur, quod si dubietatis aliqua dignoscitur macula, satis innotescit
64 Dominis meis, *Modestini* responsũ translatum *in l. Non puto, ff. de iur. fisc.* ibi, *Non puto eum delinquere, qui in dubijs quæstionibus contra Fiscum faciè respondèrit*, itaq; Sacri Consilij partes in iudicãdo futuras animus prænoscit. Sub correctione tamen, & censura Dominorum meorum, quibus alacriter præexarata corrigenda, & castiganda submittimus.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 4. Octobris 1652.

In seq. erudieris, quid in causa acciderit.

SVMMARIVM.

1 D. Aloysius Gamboa *Regius Consiliarius laudatur.*
2 Carauita in rit. 163. n. 2. *vers.* Et si dices *adducitur in casu purgationis moræ.*
3 Cap. Regn. Legem veterem *quid disponat circa purgationem moræ in quacumq; parte iudicij.*
4 *Mora purgatio fundatur in æquitate.*
5 *Hominem habere, & pœnam exigere, iniquum est.*
6 *Pœna vbi est apposita loco inobedientiæ, non autem loco rei, an possit exigi.*
7 Cap. Regn. Legem veterem, *an procedat quando pœna est apposita loco inobedientiæ, non autem loco rei.*
8 *Pœna potest exigi quando est apposita loco inobedientiæ, non autem loco rei, etiamsi Reus in fortijs existeret secundum opinionem* Carauit. *quæ impugnatur.*
9 Gram. dec. 95. *circa moræ purgationem adducitur, & enucleatur.*
10 *Iudicis authoritas vilescere non debet.*
11 *Argumentatio sæpè distat ab re ipsa, atq; à veritate.*
12 Carauit. in rit. 163. n. 2. *vers.* Et si dices, *impugnatur ab* Authore *ex multis.*
13 Glos. in §. quia vero, Authen. de Iudicib. *corruptè allegatur à* Carauita.
14 *Eligentes Iudices cum pœna, si eorum dictis stare nolũt, tenentur ad illam.*
15 Glosa in §. quia vero, *verb.* Det multam, Authen. de Iudicib. *expenditur.*
16 Glos. in §. quia vero, *verb.* Det multam Authen. de Iudicib. *impugnatur à* Iacobo de Beluis.
17 Iacobus de Beluis *apertè impugnat* Glosam in §. quia vero, *verb.* Det multam Authen. de Iudicib.
18 *Fideiussor post moram, repræsentando Reum congruo loco, & tempore, liberatur à pœna.*
19 *Mora purgatur etiamsi in promissione adsit iuramentum.*
20 Grammaticus dec. 95. n. 2. *minimè* *se*

ſe ſubſcribit opinioni Gloſ. in §. quia vero, verb. Det multam Authen. de Iudicib.
21 Carauita redarguitur in allegando Grammaticum dec. 95.
22 Opiniones plures ſi recitentur, non videtur vltima recepta, quando dicitur, Alij dicunt.
23 Deciſio Sacri Conſilij apud Gram. dec. 95. expenditur.
24 Inobedientia ſtatim committitur cum Iudicis decreto non paretur.
25 Author declarat determinationem Sacri Conſilij apud Gram. dec. 95. in fin.
26 Promittens non diſcedere à loco, receſſiſſe non videtur, ſi breui reuertatur.
27 Iuſſus à domo non diſcedere, ſi in eiſdem repertus fuerit, receſſiſſe non videtur.
28 Stipulantis propoſitum, & cauſa in contractibus attenduntur.
29 Iudicis contemptus non dicitur in eo, qui promiſit ſe è domibus non diſcedere, & Iudex ibi eum reperit.
30 Tex. in l. ſi duo, §. item ſi duo, ff. ſi quis caution. expenditur.
31 Gloſæ opinio in §. quia verò, verb. Det multam Authen. de Iudicib. procedit ratione iuramenti.
32 Scriptura priuata, probationem non inducit.
33 Author pro nullis tradit habenda eſſe mandata pænalia non ſubſcripta ab eo cui mandatum iniungitur, nec in publicam formam redacta, ſed tñ tum à Scribis, aſſerta.
34 Author proteſtatur ſe paratum etiam ab anniculo edoceri.

ARGVMENTVM.

Gloſa in quia verò, verb. Det multam in Authen. de Iudicib. ex qua propoſitionem deduci tradit *Proſper Carauita in rit. 163. n. 2.* verſ. *Et ſi dices,* quod hominem habere, & pænam exigere iniquum non eſt, quando pæna adijcitur loco contemptus, & inobedientiæ, non autem loco rei, impugnatur à nonnullis DD. eamq; veram non eſſe, pluribus inſinuat *Author*, ex quibus labefactari quoque *Carauitæ* traditionem, germanè comprobat.

Deciſio Sacri Conſilij apud *Grammat. dec. 95. per tot.* præſertim *in finalibus verbis* perperàm à *Carauit. loc. mox indicato*, intellecta demonſtratur, quinimò è diametro eius ſententiæ contrariam extare, affirmat *Author*.

Mandata pænalia non ſubſcripta à Partibus, nec iuramento vallata, nullam fidem facere, nec ex ijs condemnãdum quempiam fore haud illepidè *Author* inſinuat.

PRO

Honufrio Parauati.

CVM

Regio Fisco.

RESPONSVM X.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

EDito à *Me respons. anteceden.* pro Honufrio Parauati appellāte à decreto Magnæ Curiæ Vicariæ, per quod prædictus Honofrius condemnatus extitit ad exulandum recto tramite per triennium, & ad pænam spreti mandati duc. bismille de non discedendo à domo, in quo fundauimus iniustitiā decreti, in gradu appellationis reuocandi à Sacro Consilio, existente Commissario D. meo Consiliario
1 Aloysio Gamboa, docto sanè viro, & de legali scientia optimè merito, qui causarū Patronus olim eximius, ad Senatoriam dignitatem, proprijs sibi suffragantibus meritis, omnium plausu fuit adscitus) ex quo dum in domo designata fuit inuetus in nullum incidisse crimen, nec tantillum è mandati obseruantia se elongasse, iura nonnulla, rationes aliquas stringentes, Doctorum placita, ac Senatuum scita quamplura, siue (vti aiūt)
decisiones adducendo, innotuit D.
Fisci Patronum totam vim cōstituere pro confirmatione decreti Magn.
2 Curiæ in doctrina *Prosper Carann.* in
suis *Scholijs ad rit.* 163.*n.*2.vers. *Et si
dices*, vbi excitato motiuo ex dispo-
3 sitione *Capitul.Regn.Legem veterem*,
quo iudicialis moræ purgatio admittitur in quacumq; parte iudicij,
4 quæ sanè moræ purgatio fundata
est in æquitate ex dictis per *Ias. in l.
etsi post tres, ff. si quis cautio. n.* 2. per
*tex. in l. si seruū, §. sequitur, ff. de verb.
5 obl.* quæ æquitas in eo consistit, vt
iniquum videatur hominem habere,
& pænam exigere, *l. apud Celsum, §.
Labeo, ff. de dol. except. & l. rescriptum,
§. si pacto, ff. de pact.* tandem tradit
iura præcitata locum sibi vindicare,
vbi pæna est apposita loco rei, non
autem vbi loco inobedientiæ, addu-
6 cens *Glosam* notabilem *in §. quia vero*, versicul. *Per mulctam in Authen.
de Iudicib. & Ang. in d. §. Labeo n.*6.
vers. *Vel dic meliùs, & clariùs*, vti etiā
tangit *Gram. dec.* 95. *n.* 2. subdens
idemet *Caran.* quod *d. Cap. Regn. Le-
7 gem veterem*, est intelligendum vbi
pæna est apposita loco rei, non ino-
8 bedientiæ, & sic non videtur iniquū
(secundùm ipsum) pænam exigi, quę
ratione inobedientiæ fuit apposita,
etiā quod habeatur in fortijs Reus,
qui fuit condemnatus in causa prin-
9 cipali, & hanc opinionem fuit sequutum Sacrum Consilium, apud
Gram. d. dec. 95. dum mandauit expectandum esse exitum causæ, aliàs
sequeretur quod Iudicis authoritas
quotidie contemneretur, & carcerati, vel habilitati recederent, vt se absentarent ad sui libitum, prætextu
quod omni tempore moram purgare possent, quod quidem permitti
10 non debet, ne Iudicialis Authoritas
vilescat. Hæc *Caranis.* cuius placito
innixus Fisci defensor, asserit confirmandum esse decretum eo quod
pæna

pęna in mandato fuit appoſita ratione inobedientiæ, non ratione rei.

Atqui Ego, vt cum *Marco Tullio* loquar, in *Orat. pro Sext. Roſc. quantū*
11 *diſtet argumentatio ab re ipſa, atq; à veritate inſinuare conabor*, & luce meridiana clariùs indicare enitar,
12 exarata per *Caranit.* rei noſtræ eſſe inapplicabilia.

Quod vt aſſequar: In primis animaduertendum duxi *Gloſam* adductam per ipſum *in d. §. quia verò, Au-*
13 *then. de Iudicib.* corruptè allegari (incuria fortaſſis impreſſoris) nam *Gloſ.* agit in vèrb. *Det multam*, non autem *Per multam*, ſicuti enunciat *Caranit.* ibiq; *Gloſ.* volens explicare Conſtitutionem Imperialem, qua cautum
14 erat, quod *omninò qui Iudicem, aut Iudices eligant, cum pæna eos eligant, quatenus partes ad inuicem vocant, & neceſſitatem habeant, aut contenta eſſe in iudicio, aut ſi retractare voluerit alter, det multam* inquit eſſe notandum, quod hæc litera videtur loqui in actore, qui non vult parere ſententiæ pro Reo latæ, nam ſoluit pænam, & redit ad actionem ſuam, deindè more ſuo excitat quæſitum, ibi,
15 *Sed quid ſi Reus non vult parere? numquid actor, & pænam petet, & rem?* Et reſpondens quæſito inquit, *Videtur quod non, vt ff. de except. dol. l. apud, S. Labeo, & ff. de pact. l. reſcriptum, §. ſi pacto*, Non ſiſtit in hac opinione *Gloſator*, ſed rectiùs cogitans inquit, *Sed tamen dico contra, quia hæc pæna non loco rei ſuccedit, ſed loco inobedientia facta arbitro, prædicta autem loquuntur, quando loco rei, vt promittis Codicem, & ſi non promittis decem, quo caſu non debet vtrumq; vt dixi, niſi actum eſt, vt ff. de tranſ. l. qui fidem, hæc eadem è contra dicas in Reo: quia & pænam petere poteſt, & ſui iuris defenſionem non amittit:* Hucuſq; *Accurſius*; cuius
16 opinionem impugnat apertè *Iacob. de Beluis. in d. §. quia verò*, inquiens *Neutro caſu actorem, vel reum vtrumque conſequi debere, niſi in caſu quo in lite principali poſteà obtinebit, vt dicit notabiliter tex. in d. §. quia verò gloſ. Poteſt*, incip. *ideſt pęnam circa principium, & apertè probatur ibi in litera*, & vt *Accurſij* fidem in eiuſmodi dicto labefactatam inſinuaret *Iacob. de Beluiſ.* ibidem hęc formalia profert
17 verba, *Et nota hic, quod malè allegatur iſte §. in eo quod dicit ſimpliciter, quod conſequitur quis pænam, & rem, cum pæna apponatur loco contemptus, & inobedientia; quod non eſt verum ſemper, ſed caſuale*, idem tenuit *Bal. in l. 3. C. qui accuſ. non poſſ.* inquiens quod
18 fideiuſſor poſt moram repræſentando reum congruo loco, & tempore, liberatur à pæna, vt *C. de fideiuſſor. l. ſcimus, & l. & ſi poſt tres, ff. ſi quis cautio.* & tamen in caſu præfatorum Authorum adeſt quoq; contemptus, & & inobedientia, *Iaſ. in d. l. & ſi poſt tres, Bellug. in Specul. Princip. rubr. de Official. §. quamuis carcer in fin.* vbi
19 moram purgari poſſe tradit, etiamſi adſit iuramentum, & prædictorum haud immemor fuit *Gram. d. dec. 95. n. 4.*

Vt profectò mirandum ſit, quomodo *Caran. in d. rit. 163.* adduxerit ad opinionem ſuam, & *Gloſę* firmandam *Gram. d. dec. 95. n. 2.* quando illi
20 non ſe ſubſcripſit *Grammaticus*, ſed poſuit in argumentum opinionis cōtrariæ, quod ſuadetur manifeſtè, dū inquit, *Licèt nonnullorum opinio fuerit textum vendicare ſibi locum, vbi pęna eſſet appoſita in contemptum ſtipulatoris: ſed quando ex inobedientia lęditur alter quàm ſtipulator, puta, Iudex tunc vtrumq; peti poteſt: ſcilicet pęna ratione inobedientia, & res ratione obligationis, vt dicit Gloſ. notab. in Authen. de Iudicib.* in verſ. *Det multam in §. quia verò multę collat. 6.* Hæc *Gram.* alias cotas conglomerans, qui deinde *n. 4.* contrarium dicentes allegat, iiſq,

21 iisq; se subscribit, adeòquod, indigestè nimis *Carau.* vnā pro alia, imò contrariam propositionem adscribit *Gram. in d. dec.* 95.

Præterquamquod: quando *Grammaticus* contra *Glos. in d.* §. *quia verò*, verb. *Det multam*, non exprimeret suam opinionem, ex alio conuinci poterat *Carauit.* quod *Glosę* placitū minus arrisit *Grāmatico*, dum inquit, *Licèt nonnullorum opinio fuerit*, Scitū

22 est etenim apud Cōsultos, q̄ recitatis pluribus opinionibus, non videatur quis inhærere vltimę opinioni, quādo dicitur *Alij dicūt* sm̄ *Ias. in l. si idē cū eodē* §. *fin. ff. de iurisd. omn. Iud. Caph. cōs.* 278. *n.* 12. *to.* 2. *Alex. cōs.* 164. *n.* 2. *lib.* 2. *& cons.* 54. *n.* 12. *lib.* 4. *Rebuff. in l. triplici* 142. *vers. Diuersum ff. de verbor. signif. Gratian. dec.* 11. *n.* 18. *Reg. Valenz. cons.* 97. *n.* 197.

Rursus: de *Carauit.* iterum mirandum asserimus, dum ad suam, siue *Glos. in d.* verb. *Det multā*, comprobandam sententiam, ponderat determinationem allatam in casu d. deci-

23 sionis *Grāmat. in fin.* vbi apparet determinatum per Sacrum Consilium, quod excarcerato Laurentio fideiussore expectaretur exitus causæ, & interim esse supersedendum, vndè subdit *Gram.* ibi, *Et sic resultat quod si principalis iustā causam fouere compertus fuerit, erit ab huiusmodi pęna exemptus.*

Ex quo *Grāmatici* dicterio, tantùm abest, vt *Carauitę* suppetias ferat Sacri Consilij determinatio, vt magis, atq; magis asseuerandum sit illius

24 sententiam cominùs prosterni, Nam inobedientia statim committitur, dū Iudicis placito non paretur, ideoq; nullum actum ab extra requirit ad hoc vt pæna exigi queat, sicuti *Glosam et in d.* verb. *Det multā* haud obscurè innuere videtur, Dum igitur

25 Sacrum Consilium decreuit esse expectandum exitum causæ principalis, qui in tempore quo promisit sui copiam facere, accedente fideiussore, & non paruit, erat statim commissa stipulatio, & pæna ob contemptum Iudicis illicò exequenda, certò certiùs est, *Glosā* non approbasse, imò ab eius enunciato se elongasse, Quæ exarauimus in genere pro destructione sentētiæ *Carauit.* qui nulli alij, quam *Glos.* & *Gramm.* placito innititur.

Quatenus verò rei nostræ conducit (data pro vera, citra tamen veri præiudicium) *Glos.* & *Carau.* sententia, nempè quando pæna oritur ratione contemptus, & inobedientiæ, posse pęnam, & rem exigi, Vndè contemptus iste, & inobedientia argui possit contra Honufrium, mea crassa Minerua non capit, fundauimus etenim in *anteced. respons.* promittentem non discedere à loco, mi-

26 nùs recessisse videri, si breui reuertatur, per *tex.* synodalem, qui non recipit cauillum *in l. quicquid in calore iracundię* 49. ibi, *Nec breui reuersa uxor, diuertisse videtur, ff. de reg. iur.* & est *tex.* consimilis *in l. diuortium, ff. de diuor.* ad quod probandum in eodem *anteced. respons.* plures attulimus punctuales determinationes; Quando igitur Fiscus prætendit pęnam ratione contemptus, & inobedientię, hoc est quod in disputationem venit, & in hoc cardo quæstionis vertitur, Num fuerit ino-

27 bediens, qui iussus à domo non discedere; in eisdem repertus fuit, & hùc collimant, quę seriosè pro Cliēte adduximus *d. respons.*

Quorsum plura? ex eo etiam eliditur Fisci prætensio, nam ipsius sti-

28 pulantis propositum, & finalis intētio, seu causa, quæ omnia in contractibus attendenda sunt, iuxtà *textus* expressos *in l. si procuratorē in princip.* 1. *respons. ff. mādat. l. qui id quod, ff. de donat. l.* 1. §. *non solum in fin. ff. depos. l. Pom-*

*l.Pomponius la 2 ff.de negot.gest. l.*3.*C. ad Macedon.* quem in terminis esse, tradit *D.Reg.Rou. in prag.* 1. *n.*28. *& seqq.de Senatusconf.Macedon.*tantum-
29 modò fuit, vt Fisco cautum esset super ipsius Honufrij persona, vt ad Iudicis petitionem haberi possit,quo fit vt dum in ijsdem domibus Honufrius fuit repertus, finali intentioni stipulantis fuit satisfactum,& sic nulla inobedientia, contemptus Iudicis nullus interuenisse secernitur, sicuti benè ponderat *Gram. d. dec.*95. *n* 2. *in fin.* post editas primas allegationes, reuisus,vbi *n.* 2. *in princ.* obseruat *tex.in l. si duo*, §. *item si duo*, *ff. si quis cautio.* quod quando duo promittuntur, quorum vnum obseruatum totaliter menti stipulantis satisfacit,alterum non obseruatum non inducit stipulationis commissionem, hic protinùs casus noster est,Promisit Honufrius è destinatis domibus non discedere,sed ibi manere ad Iudicis quamlibet requisitionem, Demus,discessisse, sed tamen inuentum fuisse, quando Iudex requisiuit,Ecce promissioni fatisfactum, vt non iure quidem in carceribus Magnæ Curiæ fuerit transmissus,& ad pœnã in mandato contentam condemnatus, vltra triennale exilium recto tramite.

Vtq; postremam imponam patrocinio manum, inter scribendum tenue mihi suggerit ingenium, nequidem adaptari posse *Glos.* sententiam *in d.Authen. de Iudicib.* §. *quia verò*,
31 verb. *Dit multam*,in nostri facti serie, nam suam probare nititur sententiã *Glosa* ibi,ex eo præsertim, quia iusiurandum intercessit in electione arbitrorum,iuxtà determinationem literæ textualis,& iuramento intercedẽte sub pœna electores arbitrorum, sese obligauerunt eorum laudo parere, vndè contemptum ortum existimat ex vi, & efficacia iuramenti,

At in casu currenti simplex assertio Scribę Fiscalis intercedit,ex qua depromitur inobedientia, non subscripta cartula ab ipso Honufrio,nec in
32 formam publicam redacta, ex qua nulla potest probatio deduci,& tradunt adamussim *DD.*à *Nobis* indicati in *anteced. respons.* Profectò malus inoleuit vsus, vt Scribis, siue Actuarijs præuia Magistratuum ordinatione asserentibus de mandato facto sub pœnis ad libitum appositis, tanta adhibeatur fides, vt ex ea molestari valeant vassalli Regis nostri Serenissimi, pręsertim in casu, quo de eorum vassallorum fortuna, existimatione, & vita agitur, in quibus casibus cum maius vertitur periculum, cautius esset agendum,*c.quãuis* 3.*de elect.in* 6. *Abb.in c.series* 26.*n.*5. *de testi.l.*4.*tit.*17.*par.*3.vbi *Gregor.Lopez glos.*2.*& in l.*2.*tit.*11.*par.*6.*glos.*4. *quæst.* 2. ideòq; saltim subscribenda essent mandata à Partibus, & in publicam formam redigenda, adhoc vt iurisiurandi vinculo ad eorum obseruantiam sese obnoxios faciant, sicuti *tex. in d.* §. *quia verò*,requirit, ex qua obseruantia Domini Fisci Patroni solertissimi, disputationes effugerent.

Hæc scribo pro mei muneris necessitate, non quod alios edocere cogitem, siquidem dum manus calamum regit, ea semper scripturum profiteor, quæ aliis quandoq; ad labores subleuandos,non edocendos, congrua visa fuerint, Ex me etenim
34 ipso, alibi sum protestatus etiam ab anniculo edoceri velle,& posse quidem.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap.die 15.Decembris 1652.

DE-

DECISIO.

IMminente determinatione, Res iudicialem non habuit exitum, sed Excellentissimus Ognate Comes Regni Clauum sustinens, Natiuitatis Domini nostri diebus, in quibus ad Palatium Magnæ Curiæ Vicariæ se contulit, ad finem indulgendi Reis quamplurimis, Inter alios gratiam fecit prędicto Honufrio, tam de pæna exilij, quàm spreti mandati, Nec ægrè Fiscus tulit, Nam ipsi non satis arridebat articulum sententia mediante determinari, fortassis, ne in exemplum Iudicatura deduceretur, Eius est prudentiæ, Dom. Fisci Patronus Magnæ Curiæ, vt satis prouidè, præsentaneis rebus consulat, ac futuris prospiciat pro suo subeundo munere.

Penès *Anellum Viola* Scribam Fiscalem.

SVMMARIVM.

1 AVthor *de ordine Excellentiss. Regni Proregis accersitus ad patrocinium causæ criminalis.*

2 *Inquisitio V.I.D. Iulij Viuacqua enarratur.*

3 Author *exhorret patrocinium præstare notatis de crimine læsæ Maiestatis.*

4 *Innoxij hominis defensionem deserere, inhumanum est, & ab Aduocationis munere extraneum.*

5 *Bonorum, ac vitæ in iacturam incidere quemlibet, inuerisimile est.*

6 *Inuerisimile deponentes, redduntur suspecti de falso.*

7 *Falsitatis imago est, quod à verisimili distat.*

8 *Iudex non debet fidem suam accomodare testibus inuerisimile deponentibus.*

9 *Inuerisimile allegans, nullam fidem facit, & redditur suspectus de falso.*

10 *Testibus inuerisimilia deponentibus, non est credendum.*

11 *Iuramentum suppletorium non defertur testibus inuerisimilia deponentibus.*

12 Grammatici *verba* dec. 28. *ponderantur.*

13 *Testes ab vtili Domino producti contra aliquem, non probant ex præsumpta potentia.*

14 *Inimicitia præsumitur ex actibus antecedentibus, & subsequentibus.*

15 *Inquisitioni formata per Curiam suspe-*

spectam inquisito, fides non est adhibenda.

16 *Denunciationi facta per inimicum, nulla adhibenda est fides.*

17 *Inimicus semper mala cogitat de inimico.*

18 *Inimicus patris, etiam filiorum, & aliorum de familia inimicus reputatur.*

19 *Testis adducens alium contestem, qui examinatus nihil deponit, minimè probat.*

20 *Testis deponens de auditu ab aliquo, qui examinatus negat, redditur suspectus de falso, & contrarius.*

21 *Testes referentes se ad scripturam, de qua non constat, non faciunt fidem.*

22 *Relatum est in referente cum omnibus qualitatibus suis.*

23 *Delictum de quo remanent vestigia, si de ijs non apparet, non dicitur probatum.*

24 *Inquisitus de delicto, de cuius corpore non constat, est absoluendus.*

25 *Argumentum à verisimili, valet, vti probabile, vtile, ac multum frequēs.*

26 *Reuelare tenentur scientes conspirationes, aut crimen lesæ Maiest. aliàs habentur vti socij criminis.*

27 *Socij criminis dictum non est potens ad formandam inquisitionem validam.*

28 *Collusio reddit actum nullum.*

29 *Testes ad defensam, innocentem indicant inquisitum.*

30 *Argumentum à consuetis, & solitis potens est.*

31 *Fama bona inquisiti elidit quodlibet indicium resultans ex depositione socij criminis.*

32 *Probationes vbi sunt dubiæ contra inquisitum, venit ille absoluendus.*

33 *Rei causa, fauorabilior est causa Fisci.*

34 *Sententia certa non est ferenda in rebus dubijs, maximè in causis criminalibus.*

35 Balthaxar de Angelis *Iudex Magnæ Curiæ perpetuus in criminalibus, laudatur.*

36 *Sententia in dubio, pro benigniori parte, est proferenda.*

37 *Deus gubernat consilia eorum, qui clementem, & humaniorem dicunt sententiam.*

38 *Iudicia debent esse plena æquitate, & paterna pietate.*

ARGVMENTVM.

Inuerisimilitudo dicitur falsitatis imago, & inuerisimile deponens adeò exprobatur, vt nedum fides eius depositioni detrahatur, verùm etiã de falso suspectus reddatur, vndè Iudex nullam ei præstat fidem, & in defectũ probationum, minimè iuramentum suppletorium deferendum erit.

Testes vassalli à Domino, contra aliquem producti, minimè probant, nam præsumitur ob potentiam ad deponendum accessisse, quinimò inquisitioni formatæ p Curiam Baronis suspectam, nequidem fides eit adhibenda.

Inimicus, de inimico semper mala cogitat, idcircò nedũ eius depositio, verùm etiam denunciatio quælibet con-

tra inimicum ſuſpecta redditur, quæ ſanè inimicitia ex actibus antecedentibus, & ſequentibus rectè probatur, & ſi quis patris inimicus fuerit, adhuc filiorum, & totius familiæ inimicus dijudicandus erit.

Teſtis deponens de auditu ab aliquo, quem in conteſtem adducit, ſi examinatus ille negat nullam præſtat fidē, ſicuti ſi ſe referat ad aliquā ſcripturam, quæ non exhibetur, Relatū etenim eſt in referēte cum omnibus qualitatibus ſuis.

Iudices in ſententijs ferendis, maximè in criminalibus, benignitatem, & pro Reis fauorabiliorem ſententiam dicere tenentur, maximè ſi dubiæ Fiſci fuerint probationes, debent ſiquidem iuſdicentes æquitatem, & paternam præferre, Nam Deus eorum gubernat conſilia, qui clementem, & humaniorem ſentētiam dicunt.

PRO
V. I. D. Iulio Viuacqua.
CVM
Regio Fiſco.

RESPONSVM XI.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 IN hoc mihi demandato patrocinio, in quo non illas aſſumo conciliandas iuris antinomias, *Vtrum Trebellianica poſſit prohiberi filijs primi gradus?* vel *filij poſiti in conditione, an cenſeantur vocati?* ſiue *Legato feudo, an debeatur æſtimatio?* de quibus alibi lato exaraui calamo, ſed perſecuti hominis à potente viro ad mortem vſq; , defenſionem aggredior etiam de ordine Excellētiſſimi Regni Proregis, qui precibus Iulij Viuacqua V.I.D. meam expetentis operam, inquiſiti (*Proh dolor*) de crimine læſæ Maieſtatis, & ſeditione, annuit, quæ voce in Rota Magnæ Curiæ Vicariæ protuli, nunc ſcripto tradere Dominis meis non grauabor.

2 Inquiritur Iulius, quod de Menſe Auguſti 1648. colloquium fecerit inſimul, cum Iacinto, & Dominico in eius domo, ibidem adſtante D. Io. Iacobo, de aduētu francigenę Claſ-

ſis

sis maritimæ, de quo delectabatur,& gaudium faciebat de prospero ipsius euentu, atq; victoriam illi ominabatur, quodq; Donatus, & Iulius literas missiuas eiusdem Iulij receperint asportandas V.I.D. Francisco Vauacqua eius patri, quibuscùm de aduectu classis potentis, eiusque prosperis successibus certiorem fecit homines dictæ terræ, quarum literarum impulsu,ac hortatu,ducti nonnulli eiusdem terræ, tumultum concitarunt, ac seditionis crimen patrarunt, de quibus formata inquisitione pro Regio Fisco, receptis probationibus, instructoq; processu instat D. meus Antonius Capiblancus Fisci Patronus (nunc ex proprijs meritis inter Regios Consiliarios cooptatus) ad mortem naturalem præfatum Iuliũ condemnari.

Nos verò, in primis nostram adstringimus fidem, eiusmodi delictorum

3 crimine notatum hominem,minimè defendere(horrer quippè animus patrocinium præstare ijs, qui à Serenissimi Regis Nostri fide, vel in minimo, etiam cogitatu deuiarunt) innocentem tamen indefensum de-

4 serere pariter è nostro Aduocationis munere satis extraneum, quin potius inhumanum quisquis arbitrabitur, nam, vt dicitur *in cap. error 86. dist.error cui nõ resistitur, approbatur, & veritas cum minimè defensatur, opprimitur*, & habetur *in cap. nolite timere 86.quæst.3.*quibus alludit *Simmach. Imperat. Theodosio, & Arcadio lib.10. epistol.47. Neque enim ius fuerit, vt vna familia nouo opprimatur exemplo*, quod vt insinuemus, infrascripta cespitanter ponderabimus.

Primo: inuerisimile esse,vt in mē-

5 tem hominis sensati non mediocribus imbuti literis, & ex exercitio Procuratoris in Regijs Tribunalibus victum sibi, eiusq; familiæ quæritantis, venerit, prædicta verba proferre, ex quibus vitæ, bonorum, ac existimationis, perpetuam sustineret (nõ sine infamia) iacturam, ideoq; falsò

6 testes deposuisse cecinit ad propositum, *Bald.in l.1.& in l.quicumque, C. de seru.fugitiu.* quod id quod distat à

7 verisimili, est falsitatis imago, vndè Iudicem fidem suam accomodare

8 nō debere testibus inuerisimile deponentibus,docet *Innoc.in cap. auditis de præscr.*& post *Anchar.cons.277.* notat *Gramm. dec. 28. n. 2.* inquiens non esse audiendum inuerisimile al-

9 legantem, immò suspectum esse de falso, nullamq; fidem facere, itaque tenet *Abb. in cap. quia verisimile vltim.notab. de præsumpt. Affl. dec. 345. n.2.*alijq; permulti congesti à *Seacc.in 2.tom.de iud.causar.ciuil. & crim.cap. 11.n.66.* vers. *Ratio rationis*, benè *Ludou.Carer.in prax. crim. tit. de indic. cap.* incip. *Viso ergo n.5.* vbi pluribus adductis *consilijs Marsil.*tenet testibus

10 non deponentibus verisimilia non esse credendum, imò suspectos esse de falso,ideòq; iuramentum supple-

11 torium deferri non posse, ex doctr. *Hipol. de Marsil. in rubr. C.de probat. Gram.*plenè *vot.14.& 22.*vndè in casu decisionis,qui nostræ facti speciei

12 satis conducit, exclamat *Gram.* ibi, *Cuius enim rectè sentientis iudicium comprobaret, aut verisimile esse posse affirmaret,vt se tanto periculo*(de mãdatario quodam loquitur) *pœna corporalis committere auderet?* hor quãto magis in re quam agimus,ponderanda esse verba *Grammatici*, nemo est qui non agnoscat.

13 Secundò: deponunt testes vassalli Illustr. Marchionis vtilis Domini d. Iulij, & eius inimici, qui sanè testes minimè probant ob potentiam, quã erga ipsos habet Dominus, de quo est *tex.in l.idonei,ff.de testi.* vbi bona *glos.in verb.imperari, Aluarot. in cap. 1.§.quid enim col.fin.* vers. *Nec obstat, quod imperare in tit.quid sit inuest.Fe-*

lin. ex pluribus comprobans in *cap. in literis n.* 3. vers. *Sed contra de testi. Aufrer. de reprob. testi. n.* 36. vers. *Sed contra istam fallentiam, Farin. de testi. quaest.* 54. *n.* 204. qui *n.* 12. *in* 4. *limit.* tradit in omnem euentum, & in omnem easum subditos istos non esse testes integrae fidei, & omni exceptione maiores, nec hęsitationi aditus patet, quod adsit inimicitia tum antiqua, tum recens, sic ex scripturis forensibus de anno 1605. Sacrũ Consilium, siue Regius Consiliarius Faelix de Ianuario, iubet Marchionali Curiae praedictae, ne contra Auum Iulij procederet stãte inimicitia, cum Marchione cõtracta *fol.* 205. & 207. & de alijs actibus constat de inimicitia, *fol.* 210. 212. & 214. eamque

14 lex praesumit attentis prędictis ex antecedentibus, & subsequentibus, *Bart. in l.* 3. *ff. de testi. Bald. in l. parentes*, C. *de testi. Gram. dec.* 86. *n.* 11. *&* 12. secundùm *glos. in l. licet*, verb. *Capitales, ff. de arbitr. & glos. in cap. cum oporteat*, verb. *Inimicos*, vbi *Abb. num.* 4. *de accusat.* idem *Abb. in cap. accedens el* 2. *num.* 3. *Vt lit. non contest. Vrsill. ad Affl. dec.* 289. *n.* 20. *Gram. dec.* 85. *n.* 11. *&* 12. *Cardos. in summ. seu prax. iudic. & Aduoc.* verb. *Inimicitia* §. 1. *Farin.* lato (vti assolet calamo) in *prax. crim. par.* 1. *quaest.* 49. *n.* 24 *cum seqq. Cald. Pereir. quaest.* 7. *n.* 22. *Episcop. Barbos. in* 2. *tom. Collectan. in* 4. C. *de testi. Auth. si testis n.* 8. *&* 9.

Indè adstruebam, nullam ex hoc etiam capite, habendam esse rationem inquisitionis formatae per Curiam praedictam Marchionalem suspectam, de quo protestatus fuit in iudicio Iulius *fol.* 26. quia prouenit ex odio, & inimicitia Marchionis, si-

15 cuti exprobant iura in *cap. repellantur*, verb. *Quia infestationes*, vbi *glos.* notat *sensus est inimici, & inimicorum amici consueuerunt inimicos infamare, & in cap. repellantur*, verb. *Inimicos*, & verb. *Idoneos*, vbi repelluntur, etiã

16 à denunciatione tales inimici, nec vlla illis est adhibenda fides, quia

17 inimicus semper mala cogitat de inimico, *l.* 1. §. *praeterea ff. de quaestion. l. inimicitia, ff. de his quib. vt indign. Farin. quaest.* 49. *n.* 88. *Macerat. lib.* 3. *resol* 37. *n.* 4. *Giurb. cons. crim.* 60. *n.* 5. *Ego ipse in* 1. *discep. forẽs. cap.* 11. *n.* 31.

18 vers. *Hinc est.* Quo fit, vt inimicus patris, filiorum, & aliorum de domo inimicus censeatur, *l.* 1. C. *si Rector. Prouin. l.* 1. 2. *&* 3. *ff. de liber. caus. lex Cornelia*, & ibi *Bart. ff. de iniur.* Practicorum Princeps *Farin. quaest.* 54. *Hector Felic. alleg.* 25. *n.* 18. *par.* 1. *Gram. dec.* 23. *n.* 3. *&* 4.

Tertiò: euidenter conuincitur Iacinti, & Dominici testium falsitas, & subductio, eò quod deponunt fuisse illis attestatum à Donato Caforio, & Iulio Bongiorno, quod Iulius literas enunciatas in themate facti, scripsit illius patri, quodq; illis tradidit asportandas, & tamen examinati praedicti Caforius, & Bongiorno in actu torturae, negant; Ille die 5. Decembris 1649. *fol.* 113. *& at. lit. B.* alter verò die 10. *fol.* 122. *at. &* 123. *lit. B. & C. & fol.* 124. *lit. C.* qui, & pariter attestatur de bonorum ereptione facta per Marchionem, vndè non faciunt fidem ex adductis

19 per *Io. Mar. Vermigl. cons. crim.* & ante ipsum *Carrab. de prahem. Magn. Cur. cap.* 1. *n.* 21. redduntur varij, &

20 contrarij, imò falsi testes, qui deposuerunt audiuisse ab ipsis, ad *tex. in l. qui falso, vel variè, ff. de testib. Grãm.* plenè *decis.* 43. *n.* 4.

Quartò: cui non sit obuium Fiscũ minimè in probatis esse, cum totum eius fundamentum cõsistat in asser-

21 tis literis Iulij, & tamen de literis nullibi constat, vndè cum testes se

22 referant ad literas, relatum est in referente, cum omnibus qualitatibus

bus suis, *l. asse toto, ff. de hered. instit. l. si ita scripsero* 38. *l. in testamento, ff. de condit. & demon. l. certum, cum ibi notatis, ff. si cert. pet. l. vbi autem non apparet, §. illud cum seq. ff. de verb. oblig. Cacher. dec.* 128. *n.* 2. *Reg. Valenz. cons.* 51. *n.* 17. *lib.* 1. *D. Larr. allegat. fiscal.* 93 *n.* 5. *lib.* 2. alios Ego congessi *in* 2. *discept. forens. cap.* 21. *n.* 50. & cum delictum eius sit generis, quod remanēt
23 vestigia literarum, & sic facti permanentis, si ipsę non exhibeantur, nec producantur, certò certiùs est,
42 non constare de corpore delicti, vndè liberandus venit, & absoluendus Iulius ex traditis per *DD. in l.* 1. *§. Item illud, ff. ad Syllan.*

Quodq; magis, atq; magis pensitādum est, Fiscus habet inquisitum, cum Iulio d. Io. Iacobum de literis transmissis ob eamdem causam, quę sanè literæ fuerunt productæ, & exhibitæ, *fol.* 41. *&* 42. *&* 44. licèt nihil in illis contineatur, ex quo crimen sibi adscribi queat, vndè verè fatendum est, quod literas Iulij, etiam habuisset Fiscus, si illas for-
25 masset Iulius, argumento ducto à verisimili, quod probabile, vtile, ac multum frequēs extollit *Nicol. Euer. in Topic. legali loco A verisimili, n.* 1. *&* 3.

Quinto: silentio non obruam te-
26 stes ipsos fuisse socios criminis, nam cum certum sit audiētes in eiusmodi exhorrito crimine teneri reuelare, alioquin reos eiusdem criminis fieri, ad *tex.* & ibi notata *in l. quisquis § fanè si quis, & §. id quod, C. ad l. Iul. Maiest. Feller. in prax. crim.* verb. *Ite, quod commisit crimen lesæ Maiestatis n.* 82. *&* 93. vndè nullam faciunt fidem si Consultis credimus, *in repetitio. l. fin. C. de accusat. Gram. dec.* 28. *n.* 18. *& decis.* 56. *& vot.* 34. *n.* 8. *cum seq. & cons.* 4. *n.* 6. *cons.* 21. *& cons.* 36. *& seqq. & cons.* 37. *n.* 14. *& cons.* 38. *n.* 19.
27 *in fin.* vbi quod dictum socij criminis, non est potens ad formandam inquisitionem validam *Affl. in Constit. Regn. rubr.* 27. *par.* 1. *Clar. in pract. crim. quæst.* 21. *n.* 4. benè, & luculenter *Farin quæst.* 43. *ex n.* 56.

Sexto: non modicæ ponderationis existimo, quod delictum præsumitur patratum de mense Augusti 1648 & tamen formatur inquisitio de mense Martij, quando volens Iulius, apud Superiores suorum bonorum restitutionem expetere, ac pro ea Marchionem ad iudicium prouocare præuio ordine Regiæ Audientiæ Cusentię, in carcerem conijcitur, & sic actus fit collusiuus in perniciē
28 tertij, qui nullus reputatur à iure, ad *tex. in l.* 1. *ff. de colluſ. deteg. cum cōcordantibus adductis per Consil. Ann. cons.* 104. *per tot.*

Ex quibus summatim excerptis ex ipsomet inquisitionis papyro, exploratum esse arbitror, quod nitidè liqueat de falsitate testium, eorumque subductione, quodq; ab inimicis, & maleuolis formata fuerit inquisitio, quodq; nonnisi inuerisimile deposuerint, ac ab omni prorsus veritate alienum. E contra verò; Iulius nullius criminis macula notatus reperitur, vir probus, & fidelium genere ortus, quiq; fidelem, erga Serenissimum Regem nostrum, plebicularium commotionum tempore se se præbuit, id quod ex testibus omni fide dignis ad ipsius defensam receptis, *fol.* 181. *& seqq.* manifestè cō-
29 uincitur, & faciunt indicium innocentiæ secundùm *Bal. cons.* 410. *n.* 5. *& seq.* 2. *vol. Marsil. in pract. crim. §. diligenter n.* 169. *& cons.* 109. *n.* 27. *&* 120. *n.* 37. *Clar. in pract. crim. quæst.* 60. *Horat. Lut. in cons.* 161. *n.* 51. *vol.* 1. *Bertaz. cons. crim.* 187. *n.* 13. *&* 14.
30 vndè facit approbatum theorema desumptum ex *tex. in l. non omne, §. à Barbaris, ff. de milit. testam.* quod semper præsumitur fidelis, erga Regem,

& pon-

& ponderat ad propositum *Foller.in* in d.verb. *Item quod commisit crimen læsæ Maiest. n.*28. *&* 29. & satis pulchrè *Gram.dec.*18.*n.*1. *& seqq.*

Vtq; intactum nihil ad tam iustā defensionem derelinquamus, nequidem tantillum suffragari arbitror in beneficium Regij Fisci depositiones factas per Carolum, & Angelum cōdemnatos ad mortem, in tortura illis tanquam cadaueribus illata, nam ex ipsarum depositionum lectura satis constat, quod se referunt, ad literas pretensas conscriptas, per Iulium de quibus satis verba fecimus *hoc eod. respons.* vers. *Quartò cui non sit obuium.* & sic reincidunt in eadem obiecta. Vltra quod attenta bona fama Iulij, iam notoria, ac abundè
31 probata, quodlibet indicium resultans etiam ex socijs criminum, eliditur ex celebri consilio *Alex.* 89. 3. *vol.* quod loquitur in casibus exceptuatis, itaq; aduertit *Gram. dec.*28. *n.* 18. vbi cotas allegat, & alia nonnulla adducere, & probare intendit Iulius in termino illi dato ad se defendendum aduersus depositiones prædictas, quæ cùm in facto consistant, nec adhuc liquet, non est cur membranas occupemus.

Coronidis loco, vt sistamus calamum: dùm apud Religiosissimos Iudices in vitæ discrimine constitutus Cliens reperitur quiq; omnibus trutinatis, eum innoxiū declarari diiudicatnros in spem venio) illud dixerim ex vacillantibus, & dubijs Fisci probationibus, adductis, seu excogitatis ab inimico, adeò dubiam emergere eius intentionem, vt ab-
32 soluendus potiùs, quàm condemnādur veniat, ad *tex. in l. sciant cuncti,* quę est *finalis*, *C.de probat.* & his collineat eloquentię *Pater Cicer. in oration.pro Scylla* dicens *ex leuitate testium, aut simultate non esse prouidendam causam contrariorum hominum, nec dari locum, quod genus principale sit oppressum*, & indubium est causam
33 rei esse fauorabiliorem causa Fisci, ad *tex.in l.fauorabiliores,ff.de reg.iur. Marsil.sing.* 90. cum alijs adductis per *Guazin. in tract. defension. Reor. defens.*39.*cap.*1.*n.*1. *&* 2. inquiens id maximè procedere quando ex deductis offuscatur intentio Fisci, cum
34 sit indecens, in re dubia ferre sententiam certam, & post *Decian. respons.*52. *n.*21. *vol.* 2. *& respons.* 15. *n.*36.*vol.*3.*Menoch.de arbitrar.quæst.* 85.aduertit *Dom. Iudex Magn. Curiæ* Collega modo noster perdoctus *Bal-*
35 *dax. de Angelis*, sicuti eius ingenij monumenta typis expressa satis inindicant, in *additionibus ad prax. Foller. tit. recipiantur defensiones Reorum,n.*59. memoria recolens sē-
36 tentiam in dubijs benigniorem esse proferendam, ad *tex. in l. proximè, ff. de his, quæ in testam. delen. l.si fuerint, §.fin.l.quoties,ff.de reb.dub. Signor.cōs.* 173. *n.* 3. *Redoan. de reb.Eccles. part. vltim.quæst.*24. *sect. quid in colono, n.* 13. ibi, *haud dubiè enim Deus guber-*
37 *nat consilia eorum, qui clementem, & humaniorem dicunt sententiam.*

Eò fortiùs, quia Rot. Magn. Cur. tot cōspicuis doctrina, & integritate exornata Magistratibus, debet ex facti veritate iudicare, ad tradita *p Bart.in l. Emilius,ff.de minor.Crauett.cōs.*198. *col.fin.Siluan. cons.*47. *n.*31. *cap.*1. *vt Ecclesiast. benefic.* nā cum esse debeat ęqtatis amās, vt inquit *Nicetas in Annalib.lib.*1.*Isaac Angeli*, ita eius iudi-
38 cia sint plena æquitate, & paterna pietate, *cap. Diaconi dist.*93. *cap.serpens de pœniten. dist.* 1. quam omnes imitari debent, *cap.*14.*quæst.*4.*l.quod si Ephesi,§.in summa,ff.de eo quod cert. loc. Alciat. cons.* 137. *n.*7. *lib.* 9. benè *Reg.Valenz.cons.*92.*n.*232. *lib.*1.

Hæc sunt, quæ vnico congessi vespere, vt pro nostræ professionis homine, omnem mouerem lapidem, ac

vt

vt è penu mea frugem totam impēderem, ex qua innocentia caput extolleret.

Cætera ſupple Deus, qui mentem meam, & cor in hoc præſtando patrocinio perſcrutatus es, quod nulla allectus vanæ laudis gloria, nec aliqua ſpe premij, aut lucri ſollicitatus, hanc aciem ſuſtinuerim, ſed, vt innoxijs hominis vitam, & famam, è multis agitatam inſinuarem, ac protenſo (vti aiunt) indicarem digito.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 9. Maij 1650.

D E C I S I O.

D*IE 18. Augusti 1650. Magna Curia Vicariæ Delegata ſuum præbuit calculum referente Magnif. Anello Portio Iudice ipſius, modo Conſiliario Dom. & Collega meo, votantibus Regio Conſiliario D. Ioanne Burgos Proregente ipſius Magnę Curiæ, nunc Regiam Cancellariam Regente, D. Carolo Lopez, Baldaxare de Angelis, Ioſepho Filiù, D. Blaſio Boliaga, D. Duarte Vaaz, Iacobo Zurulò, & Franciſco de Alegria, quod* Luat in carceribus per decennium, *licèt D. Fiſci Patronus inſtetit pro morte, & confiſcatione bonorum, At poſtmodum ſuperueniente benignitate Excellentiſſimi Comitis de Ognate Regni Proregis accedentis ad Magnam Curiam pro gratijs elargiendis Inquiſitis carceratis fuit abſolutus, & liberatus. Ingenuè profiteor, impensè, totiſq; viribus elaboraſſe pro Inquiſito Doctoratus infulis inſignito, omnemq; mouiſſe lapidem, vt meum ſibi patrocinium eſſet proficuum; Ille verò haud turium ignarus ad ſuimet defenſionem nonnulla alia allegauit, quæ* in ſequen. reſponſ. *typis edere curaui, prout iacent.*

Penès Carolum Mancinum Scribam Fiſcalem.

Responsum V. I. D. Iulij Viuacquæ; de quo mentionem egimus in calce *anteced. Respons.*

Responsum XII.

De vultu tuo Domine prodeat iudicium meum.

NON quod plenitudo egeat adiectione, vel Sol facibus illustrari desideret, sed vt quandoque assolet inter vina, lautasque epulas non sperni aquæ potum, & docentis quęstionibus audientium erudimenta subnectere, non incongruum quis duxerit? Sic ipse post concinnas, ac eruditissimas more solito editas per me venerandum semper Dominum Franciscum Mariam Pratum causæ Patronum allegationes, hęc anserinè obstrepere inter carceris squallores, animiq; sollicitudines, cùm ad peculiarem attineant tutelam, non superuacaneo labori mihi vitio dabitur.

Duo sunt de quibus falsò (sit omnium mihi pace dictum) inquiritur Iulius Viuacqua V.I.D. alterum scil. literas mense Augusti anno 1648. ab hac Ciuitate vbi degit, scripsisse eius genitori Francisco Viuacquæ, continentes nuncia classis Gallorum tempore quo appulerat ad oras Salerni, easq; ferendas dedisse Donato Caforlo, & Iulio Bongiorno.

Alterum nempè eodem mense sermonem fecisse in eius domo cùm D. Io. Iacobo de Andreasso, ac cum præfatis Caforio, & Bongiorno de successibus dictę classis, prægestiendo ob eius apparitionem, ex spe qua tenebatur de victoria inimicorum.

Tota mali labes profluit ex veteri odio Ill. Marchionis vtilis Domini ipsius Iulij erga ipsum, tum ex vetustis causis, cum recentibus, ex patrocinio per eundem Doctorem præstitum contra illum pro Vniuersitate, de quo plusquam liquidò constat in processu, & ob id exardescens Marchio ira, irrupit contra Doctorem Franciscum Viuacqua, implicando eum quæstionibus Sancti Officij, à quo coiectus intùs teterrimum carcerem, post diutinum tempus, non sine fortunarum iactura, fuit absolutus cum deletione tituli, cum clausula quod inquiratur contra testes notoriè suspectos de falso.

Sentiens ex hoc Marchio, non se voti compotem similia similibus sem-

per

per contexendo, porrexit libellum supplicem S.E. de mense Iunij 1648. somniando in eo Doctorem Franciscum seditiosum, & caput populi tumultuum tempore, & post pacatas res consuluisse Ciuibus, vt interficerent illum, & remissa causa per Excellentissimum Proregem cognoscenda Ill. Marchioni S. Sebastiani, fuit per Doctorem Iulium demonstrata ad saturitatem genitoris innocentiæ corruscās inter publicas scriptutas ad id pręsētatas Ex quo Spectab. ille Regens instātię d. Marchionis noluit deferre: At iste cernens eius cōsilia detecta sūmoperè exarsit, & recondit in corde cum maxima indignatione cōtra Iulium, dùm retotquebat suas prętensiones, tandem euōmit ea, quæ in processu vagantur.

Ex hac facti specie, nunc ad ea, quæ in iure consistunt, descendam.

Primo in processu non constat de corpore prætensi delicti, quod non figuratur momentaneum, sed in epistolam deductum, & proindè non sufficit probari sola ceruice contestium examinatorum, sed omninò subijciendum erat oculis M. C. & conficienda comparatio literarum, *l. 1. §. item illud, ff. ad Sillan.* concorditer nullo reluctante sentiunt *Bart. Bald. & omnes Scribentes in l. fin. C. de quæst.* adeò vt si de delicti corpore nō constet, nec rei confessio satis est ad condemnandum, secundùm communem scholam criminalistarum, vt testatur *Vulpel. cons.* 147. *Farin.* innumeros de more congerens in *eius prax. crim. par. 1. tit. de inquisit. quæst.* 2i qui loquitur etiam in terminis lęsę Maiestatis.

In hoc cardine tota vertitur forium moles, nam cum deficiat delictum in genere, quod nec cogitatu quidem pertransiuit Doctoris integrę opinionis, & famæ, cuius animus non solum abhorret tàm execranda delicta, sed leuissima etiam, quippè qui toto ætatis suæ tempore nunquā fuit reus criminis: Videns ipse Marchio ex deficientia facti non posse pedes calceamentis accomodare, nititur calceolares more calceos pedibus adaptare, & sic cum habeat testes ad manicam dum sunt illi subditi, & famuli, & coram eius Capitaneo vxorato cum eius ancilla examinati, quid mirum si misellus Doctor inquiratur scripsisse literas sine literis, & sermonem fecisse sine locutione? Etiam in manu ipsius Marchionis erat, dum subreptitiè obtinuit hanc informationem capi per eius Curiam, fingere Iulium nouum Thiresiam, qui ex masculo in fęminam, & ex fœmina iterum in masculum se conuertit, vt poetę cōcinunt, quia talium testium nec minus defecisset ei depositio.

Ex quibus sequitur, quod non idonei sunt habendi testes, quibus potest imperari, vt sunt vassalli, famuli, & huiusmodi, *Gerard. sing.* 24. præsertim inducti à Domino sæuo, *Menoch. de retin. possess. remed.* 3. *n.* 720. *& de præsumpt. lib.* 3. *cap.* 29. *Par. de syn.* in verb. *Iudices cap.* 7. *Afft. dec.* 304. *Franc. Marc. dec.* 377 *par.* 2. *Marant.* inter *cons. ciu. Gram. cons.* 90. & de sæuitia, & qualitate ipsius Marchionis apparet in processu ex machinationibus in ipso factis, & pleniùs in processu coram Spectab. Regente Caracciolo inter Marchionē, & Vniuersitatem penès Scribam à Mandatis de Amico.

Nec refragatur illud, quod posset obijci, quod in hoc scil. crimine admittantur testes, aliàs iure non admittendi, nam potiùs hoc mihi suffragatur, cum procedat quando non possent haberi testes magis idonei, sed in facti specie, dùm somniatur homines ad numerum quinquaginta

P de

de mense Augusti seditionem fecisse, sumendo arma contra Principem, & se contulisse in Castrum Regium, vbi per tres dies sonuerunt ad arma, cur in hoc tam aperto delicto non producit alios testes, quam paucos homines plebeiós nullius conditionis, & suæ Terræ ad tam iniquam, veritatiq; contrariam depositionem? Habet pertinentes Terras, à quibus non distat plusquam trium milliariũ intercapedine, vel circiter; cur non vtitur testibus locorum conuicinium saltem ad probandum famam in genere huius non excogitati criminis? non potuit vltra proprias iurisdictionis metas extendi, tàm magnum facinus? aliud est imperare subditis, aliud expetere ab eis, cum quibus non habet imperium? Quoties enim potest haberi copia testium habiliorum, inhabiles non admittuntur, & hinc oritur maxima, & vrgens suspicio falsitatis, *Surd. de. 326. n. 2. Ias. in l. fin. n. 7. C. de his quib. vt indign. Alex. cons. 64. lib. 1. Alciat. de præs. reg. 1. præs. 47.*

Hæc quæ ad caput de prætensis literis, nunc quæ ad oblocutionem pertineant, attingam.

Tritunentur quæsò personæ, quæ deponunt contra Doctorem Iulium, Dominicus, & Iacintus ambo subditi dicti Marchionis, & ambo serui à pedibus vulgò Stafferij, quorum conditioni non diffidet mentiri ex *Cicer. ad Attic. epist. 7. Mendacium, & furtum seruile probrum,* & ex *Ouid. in suis epistolis soluta oratione.*

Tùm nostra Galatea tuum de pectore nomen
Exibit fugient proprijs de sedibus astra,
Melles apes florum linquent, nidasuè Columba,
Coniugium turtur, prædam Lupus, arbuta Capra
Custodita dolas mulier, mendacia seruus.

Cui alludit illud vulgare dictum.

Pazzo ch' al suo Signor contradir vuole,
Se ben dicesse, che da mezo giorno
Vist' hàle Stelle, & à meza notte il Sole.

Liceat tam fabulosè contexta, poetarum refellere dictis, cum clauum clauo trudere consonum sit, & res eodem modo dissolui debet, quo fuit colligata *vulgatis iuribus.*

Perpendatur etiam eorum depositio, nam si adhuc lippis oculis cernatur, plusquam claro apertissimam falsitatem præsefert. Deponunt isti conuenisse domum Doctoris Iulij semel, & bis de mense Augusti, & interfuisse sermoni cum D. Io. Iacobo de Andreasso astantibus Donato Caforio, & Iulio Bongiorno, necnon vidisse literas istis traditas præferendas patri. Si Donatus, & Iulius Bongiorno torti negant tale factum, quemadmodum negauerant extra torturam, nonnè falsò redarguũtur testes isti? & testibus inuicem contrarijs, magis credendum deponentibus pro Reo, quam pro Fisco, quãdo sunt num. pares, vt in facti specie, imò plus credendum duobus laicis pro Reo, quam duobus clericis pro accusatore, voluit *glos.* ab omnibus recepta *in cap. clerici 91. dist. Menoch. cas. 98. cent. 1. Magon. dec. Luc. 64.* vbi *additio* plures congerens *lit. G. Duen. reg. 313. limit. 4.*

Nec parum obiecto officit, quod Donatus, & Bongiorno prætendũtur socij criminis cum Doctore Iulio, cũ eorum depositio semel approbata per Regium Fiscum non possit amplius reprobari, nedùm in eadem causa, sed nec in diuersa, *cap. cum venerabilis de except.* vbi *Innoc. n. 8. c. si quis testibus 4. quæst. 3. Iasan l. 1. §. editiones n. 15. C. de edend. Boer. dec. 245. n. 4. Gram. dec. 34. n. 11. Curt. cõs. 56. Vulpel. cons. 103. n. 8.*

Imò

Imò si socij criminis sunt habendi, erunt dicti testes examinati, qui deierantes audiuisse de mense Augusti 1648. deponunt de mense Martij 1649. cum apertissimi iuris sit, testes in hoc crimine teneri illicò reuelare, aliàs effici socios, prout eruditissimè *Dom. meus, & causa Patronus in suis allegationibus* demonstrauit, & istis non creditur nisi in tortura, quod secus in depositionibus Donati, & Bongiorno, qui noluerũt eorum conscientiam grauare.

Arguitur insuper falsitas dictorũ testium ex eorum inuerisimili depositione. Primò ex accessu ad domum Iulij, cum quo intercedente tanta inimicitia, vt superius enunciatum est, & Marchione, quomodo istis famulis sectantibus partes eorum Domini patebat accessus ad domum prædictam? & Doctor, qui non caret discursu, nec est ignarus suæ professionis intrà proprios lares in re tam exitiosa voluit dictos famulos suos infestissimos inimicos adhibere in testes? Probatio in criminalibus tam per testes, quàm per confessionem, & scripturas non releuat, quando nõ est verisimilis, *cap. quia verisimile de præsumpt. Grau. consf. 249.* cum natura abhorreat ab irrationabili, & inuerisimili, *Bald. cap. 1. §. si verò vassallus, quid sit inuestitura*, & verisimilitudo est cognata naturæ, & illius sermones sunt veriores, qui concordant cũ rebus sensatis, *Boss. tit. de oppos. contr. test. n. 46. Menoch. cas. 85. lib. 2.* post *DD. in l. veteribus, ff. de pact.* & præsumptio fortior attenditur in argumento à verisimili *Caualc. dec. 31. n. 322. par. 2.*

Ex qua inuerisimili, & falsa depositione, nonnullas alias, quæ indè emanant inuerisimilitudines, breuiter subnectam.

1. Primò cum clarè constet testibus apprimè fide dignis, omniq; exceptione maioribus, mirifica, ac præcipua fides Doctoris Iulij tempore reuolutionum erga Maiestatem Catholicam Nostri Regis, quid absurdiùs excogitari potest, quam existẽtibus omnibus sub deuotione, ipse declinare volebat? nec mentecaptus quidem tale facinus excogitasset: Bonus enim præsumitur perseuerare in bono, *Soccin. reg. 58. Diaz 64. Duen. 75. Menoch. cas. 620. Viu. dec. 279. n. 7.* & probatio bonæ famæ tollit præsumptionem delicti, & adminiculata alijs coniecturis purgat inditia, *Clar. quæst. 60. vers. Frequens, Personal. de indit. & tort.* qui testatur de communi, quem refert *Farin. sub hoc tit. quæst. 27. à n. 186. vsq. ad 198.*

Secundò antequam Marchio imposturam inchoaret iniecit manus auferendo omnia bona ipsorum de Viuacqua, vt ipsis facultatem adimeret se defendendi, & ex prædicta bonorũ ablatione, & commodo, quod indè sibi resultat præsumitur dolus, & machinatio, *Menoch. cas. 208. n. 35. Viu. dec. 83* post *Salic. in l. 1. C. ad l. Cornel. de sicar. Aym. cons. 6. & 75.*

Tertio, Marchio non vtitur alio testimonio tam Neapoli, quàm in eius Curia, quàm subditorum, & cũ ipse alias est machinatum contra personas de Viuacqua, testes huiusmodi recipiunt qualitatem à producente, *Gabr. tit. de testib. conclus. 4. Menoch. cas. 526.*

Hæc satis, superq; sint tam quoad verba, quàm quoad literas, superest vt prętensæ nominationi factę in tortura per duos testes respondeam.

Dicunt isti per os alterius habuisse, ipsum pertulisse literas Iulij, eius patri, & hoc factum Donatus, & Bõgiorno negant, & literæ non apparent cum non sint scriptæ, quid ex hoc arguitur contra Doctorem Iuliũ; nõ video; sed nè illotis manibus hoc pertranseam nõnulla etiam ad exu-

berantiam ad hoc afferam.

Si vtique talis depositio aliquid obesset, quod iure fundari non potest efficerentur isti socij criminis, qui cum plures patiantur defectus, & quod sunt subditi, & plebei, ex illis resistit negatio facta per quinq; alios tortos, qui num. præualent, nec in subsidium eorum dictum admittitur *Soccin. cons.* 118. *vol.* 1. *Suar. in* verb. *Testis n.* 19. *Gabr. tit. de malef. conclus.* 26. *Menoch. cas.* 99. *n.* 7. *& cons.* 35. *n.* 27. *& cons.* 98. *lib.* 1. quod procedit in crimine etiam læsæ Maiest. *Plot.* plures citans *in l. si quādo n.* 144. *C. vndè vi*, & socij criminis quando alios patiuntur defectus vltrà illum, quod sint socij nullum faciunt inditium ad torturam, *Soccin. cons.* 118. *vol.* 1. *Cephal. cons.* 169. *n.* 16. *&* 250. *n.* 33. *Dec. cons.* 133. *col.* 3. *Crau. cons.* 199. *n.* 11. *Menoch. cons.* 45. *n.* 27. *& cons.* 98. *n.* 25. *& cas.* 99. *n.* 7. *Affl.* super 1. *par. const. Regn. rubr.* 37. *n.* 34. qui ità inquit fuisse conclusum inter multos sapientes, *Gigas de crim. les. Maiest. lib.* 1. *tit. quomod. & per quos crimen læsæ Maiest. prob. quæst.* 7. *n.* 5. *Bertaz. cons.* 322. *n.* 2. *&* 4. *Mascard. de probat. lib.* 1. *conclus.* 462. *n.* 26. *cum seq. Farin. de indit. & tort. quæst.* 43. *n.* 149. *& cons.* 60. *n.* 38. q tāto magis procedit, & sine vllo scrupulo in homine bonæ famæ, prout est Doctor Iulius.

Silentio non obruam coronidis loco Iaeintum vnum ex testib. Neapoli examinatum, esse publicum excommunicatum tanquam concubinarium per cedulones Reuerendiss. Archiepiscopalis Curiæ, & in excōmunicatione perstitisse decem annis, prout ad præsens persistit; Quomodo Deum testis potest habere præoculis, qui à Deo deuiat, & præceptis S. Ecclesiæ non obtemperat, ac sic nequiter viuit? & ei vltra enunciatos tot defectus, resistit interdictum de testibus.

Videant ex his quæsò Regij Ministri hiatum aduersarij, qui vt ablatu bona occupauit, insidiatur etiam vitę, ac existimationi familię non vulgaris apud homines, occurrant tam exitiali morbo, antidotho iustitiæ, vt sub inuictissimi Nostri Catholici Regis auspicijs (quem semper Deus incolumem seruet) ius tribuāt cuiq; quod suum est. Testor quod si de tam graui negotio non ageretur maluissem subijcere, quam descendere ad ea, quę non vltrò profero, sed impulsus naturę lege, quę suadet non me indefensum deserere, & intrà hos terminos hęc attigi, & aliorū prudentissimorum virorum oculis castigāda exhibeo semper salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Amor propinquus quid operetur.*

2 *Proditor is dicitur, qui amicum, nulla causa præcedente occidit.*

3 Bartolus in l. 1. §. delinquunt, ff. de pęn. *enucleatur.*

4 Tex. in l. 1. ff. de pręuaricator. *expenditur.*

5 *Proditores in Regno pluribus panis, eisq; grauibus feriuntur.*

6 *Proditorium homicidium quale dicitur, in Regno extat declaratum mediante*

diante decreto iunctis Tribunalibus lato.

7 D. de Franch. dec. 713. & Gizzar. dec. 16. *adducuntur ad proditorium homicidium dignoscendum.*

8 *Sententia à Principe, seu à Senatu ipsum repræsentāte lata, facit ius quoad omnes.*

9 D. Frācifcus Bermudez de Castro, *olim Fisci Patronus Magna Curia adducitur.*

10 *Proditor non dicitur ad mentem Gregoriana ad finem vt priuetur immunitate Ecclesiastica, qui de retro vulnus intulit.*

11 *Inimicus de retro inimicum insiliens non dicitur proditor, quia debebat ab eo præcauere.*

12 Bartoli *Authoritas extollitur.*

13 *Dubijs in quæstionibus*, Bartolo *est inhærendum.*

14 *Hispani ex lege peculiari proditorium censent homicidam de retro vulnerantem.*

15 *Amicitia est potissima causa proditionis.*

16 *Proditionis crimen euanescit nō præexistente inimicitia.*

17 D. Alexander Sperellus Episcopus Eugubinus *laudatur.*

18 *Amicus reconciliatus, inimico æquipollet.*

19 *Inimicitia reliquię semper perdurant in amicis reconciliatis, ideò non datur proditorium.*

20 *Amicus reconciliatus vti inimicus potest repelli, & vti suspectus.*

21 *Amici reconciliati præsumpti dicuntur inimici, etiamsi de recenti pax fuisset inita.*

22 Decisio Curię Archiepiscopalis Neap. *apud* Episcop. Ricc. decis. 168. par. 1. *adducitur ad secernendam proditionem.*

23 Giurb. cons. crim. 60. *impugnās* Episcopum Riccium *exploditur.*

24 *Reconciliatio omne odium extinguere, an sit verum contra* Giurb. cōs. 60.

25 *Amicus reconciliatus, si sibi non cauerit, sua culpa est, nec proditorium dicitur homicidium ad hoc vt priuetur Ecclesiæ immunitate.*

26 Farinacius in tit. de delict. & pæn. quęst. 18. n. 76. *quicquid asseruerit de proditorio homicidio in amico reconciliato, mutauit postmodum sententiam alijs in locis eius operum.*

27 Giurba *irruens in* Farinacium *in materia homicidij proditorij, decepit se.*

28 *Sacra Consulta quid decreuerit circa homicidium proditorium, recensetur.*

29 *Facti series etiam leuis, Ius variat.*

30 Farinacius cons. 168. *quam sententiā habuerit de homicidio proditorio aduersus* Giurbam cons. 60.

31 Farinacius *mutato consilio*, Bartoli *placito applaudet in* l. respiciendū, §. delinquunt, ff. de pęn.

32 Farinacius *referens casum determinatum à* Clem. VIII. *de anno* 1597. *qui in Ciuitate Panhormi accidit circa proditorium, mentem Sanctissimi manifestam facit.*

33 Io. Bapt. de Leonardis *Pauperum Aduocatus, posteà Regius Consiliarius adducitur in materia proditionis.*

34 Clem. VIII. *in casu Panhormitano, ex causis peculiaribus fuit motus ad rescribendum homicidas non gaudere Ecclesia immunitate, non autem Gregorianam restrinxit.*

35 Marius Italia de immun. Eccles. ad Bull. Gregor. XIV. lib. 1. cap. 5. §. 4. *reijcitur* à Farin. *& alijs.*

36 Io. Maria Vermigliolus *Aduocatus Romanus laudatur.*

37 P. Antoninus Diana *laudatur.*

38 P. Antoninus Diana *improbat* Marium Italia *in materia proditorij.*

39 *Fideiussio de non offendendo, & pax data, si sequatur homicidium inter offendentes, non efficit proditorium.*

40 *Proditorium homicidium propriè quod sit in terminis Gregorianę.*

41. Texx.

41 Texx. *adducti à* D. Episcop. Sperell. *ad secernendum proditorium, referuntur.*
42 *Proditionis signa quę sint.*
43 *Inquisitio de proditorio, quibus concipitur verbis, quibusuè, quando excluditur proditio?*
44 *Odium ex inimicitia praecedenti, durare pręsumitur.*
45 *Fideiussio de non offendendo, si spreta fuerit, non operatur proditorium, sed tãtùm facit, vt incidatur in pęnam.*
46 *Opinio Reis proficiens in dubio sectãda est, pręsertim quoad immunitatem Ecclesię potiendam.*
47 *Ecclesia immunitati fauendum est in dubio.*

ARGVMENTVM.

Prophanus amor, quæ mala producat, quouè impulsu amantes ad iram excitet, etiam ad necem proximi patrandam.

Proditorium homicidium illud propriè dicitur, quod ab amico sub colore amicitiæ patratur; quod si causa præextiterit ex qua poterat interfectus sibi præcauere, & de eo nõ confidere, etiãsi per insidias, & de retro vulnus fuerit illatum, minimè proditorium censebitur ad finem, vt quis Ecclesiæ immunitate priuetur, id quod theorema, nedùm ex *Bartoli* placito *in l. respiciendũ, §. delinquunt, ff. de pæn.* manasse dignoscitur, verùm etiam peculiari determinatione Supremorum Regni Tribunalium, Tribunalibus ipsis ad hoc coadunatis de anno 1600. apud *Dom. de Franch. dec. 713. & Gizzar. dec. 16.* conuallatum ostenditur, pluribusq; adductis *Bartoli* sententiam veriorem habitam fuisse digito insinuatur, quicquid in contrarium alienigenas adstruxisse contendatur, Ipsi etenim circumscripta peculiari apud ipsos lege, *Bartolo* inhæsisse, inficias iri non potest.

Amicus reconciliatus inimicus præsumitur, & vti talis ab eo præcauendum est, Semper etenim reliquiæ odij, & rancoris permanere, cogitandum erit adeò quod ne quidem proditoriè se gessisse censent *DD.*, imò sibi non præcauenti imputandum, suæq; culpæ tribuendum, Data siquidem hęsitatione præcedentis inimicitiæ, nunquam proditorium diiudicandum erit homicidium, nisi amicitia superfit, quę

quæ potiſſima cauſa ſecernendi proditorium, exiſtimatur, eaq; ceſſante proditionis nomen euaneſcere innumeri conſentiunt, iiſq; Curię Archiepiſcopalis Neapolitanæ ſcita apud *Epiſcop. Ricc dec*. 163. *par*. 1. adducuntur.

Giurb.conſ.60. numeris indicatis, contrarium ſentiens, ac *Epiſcopum Riccium* obiurgans in præindicata *deciſ*. 168. vbi ab eo cauendum duxit adducto *Farinacio*, ab *Authore* impugnatur, quinimò ab ipſo cauendum veriùs poſteritati tradit, ad quod ſuadendum *Farinacius* ipſe vti locuplex teſtis, pluribus in locis adducitur, & ponderatur, nec perpauci aggregãtur Commilitones, qui contra *Giurbam* aciem ſuſtinent adamuſſim, quo loci *Clem.VIII*. Summi Sacrorũ Antiſtitis determinationes editę tam in caſu Cremonę, quàm Panhormi, dilucidè admodum indicatur, aliaq; non illepidè ad materiam collimantia, traduntur, enucleanturque.

PRO

Nicolao Cardillo.

CVM

Regio Fiſco.

RESPONSVM XIII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

Conſentiens fama, digitotenus indicat ab vtroq; foro, Eccleſiaſtico nempè, & ſæculari, decernendũ fore nullibi proditionem apparere in homicidio patrato per Nicolaum Cardillum in perſonam Ioſephi de Ianuario, ac nequidem per ſomnium excogitari poſſe, idcircoq; immunitate Eccleſiaſtica gaudere, nec ab Eccleſia fore extrahendum; Siquidem in facto inficias nemo iuerit, maximam inter eos ottam fuiſſe inimicitiam
1 ob amorem cuiuſdam pellicis, quo nimis accenſus præfatus Cardillus, iuxtà illud *Maronis Eclog.2.*

Me tamen vrit amor, quis enim modus adſit amori?

Et *AEneid.*

At Regina graui iamdudum ſaucia cura
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.

& *Propert.* 2. 14.

Scilicet inſano nemo in amore videt.

Dùm amicitię colore introductus ad eam

eam fuisset Ianuarius ab eodem homicida, certior factus quod spreta amicitiæ fide, ac in eius iniuriam (Ità sanè mundana librantes eam existimant) eiusdem pellicis amori sese dederit, inimicitiam non leuem cum eo contraxit, qua de re vt exortæ inter ipsos animi perturbationes componerētur, mediatores fuerunt reiteratis vicibus adhibiti, ac in Iudicium re deducta, à Magistratu fuit vtrisq; inhibitum, ne ad eum accederent, spretoq; mandato subdolè Ianuarius ad illam accedebat, nec semel ad proprios lares detinebat, & si vulgari famę proloquio assentiendum erit, circumfertur eademet hora, qua mortuus Ianuarius ad domū trahebatur, è domo ipsa pellicem aufugisse (adeò vt miserendum sit, & magnoperè de ipsius animæ salute verendum) Quò factum est, vt ira exarserit, animoq; excanduerit Cardillus, furoreq; tanquam igne accēsus ad illius necem properauerit.

Hæc (inquam) facti series manifestum facit, proditorem non fuisse
2 Cardillum homicidam, Is etenim proditor dicitur, qui amicum nulla præcedente causa occidit, sed sub colore amicitiæ dum aliud habens in corde, aliud gerit in opere, ità *cōmunis Pręceptor Bartol. in l. 1. §. delin-*
3 *quunt n. 3. ff. de pæn.* vbi quamplura exempla congerit, cuius doctrinam sectati sunt innumeri propè Authores ante Bullam *Gregorij XIV.* alloquuti, quos congerit *Dom. Pręs. de Franch. dec. 713. n. 14.* & post ipsum *Catalan. de indult. cap. 31. n. 6. Mastrill. eod. tract. cap. 29. n. 2. Genuen. in prax. Archiep. cap. 94 n. 1. & 2. Consiliar. Gizzar. dec. 16. n. 12.* vers. *Et proindè*, fidem adstringens suam, quod *Bartol.* opinionē sectatus est senior, & crebrior ordo Doctorum, adducēs *Clar. in §. Homicidium*, vers. *Proditoriè*, & ibi *Baiard. in addit. n. 23. Episcop. Ricc. dec. 80. n. 2. & dec. 168. n. 1. par. 1.* alijque quamplures congesti à *Giurb. consf. crim. 20. n. 13.* inquiens exarata per Authores ab ipso adductos etiā propriè ad mentem Bullæ Summi Sacrorum Antistitis *Gregorij XIV.* vbi
4 ait esse ad hoc *textum* peculiarem *in l. 1. ff. de pręuaricator.* quod verè proditor dicitur is, qui amicum occidit, vel cui occidens se amicum fingebat, vndè factum est, vt grauibus pænis in Regno feriendis pro-
5 ditores statutum fuerit in *cap. Regn. Nuper apud Tranum rubr. de pęn. & vindict. proditor.* vbi *Niger ad eius Scholia*, materiam proditionis concinnè pertractat, *Luc. à Penn. in l. fin. C. de delator. lib. 10. Couarr. lib. 2. variar. resol. cap. fin. n. 7.* vers. *Tandem his pręnotatis, Gomez. de delict. lib. 3. tit. de homicid. n. 5. Menoch. de arbitrar. Iud. cas. 267 n. 24. centur. 4. lib. 2.* benè *Caball. de omni gener. homicid.* quem tractatum inseruit post *3. centur. resol. criminal. n. 411.* tradens non esse proditionem, vbi cessat amicitia, *Farin. de delict. & pęn. quęst. 18. n. 76. & seqq. de immunit. n. 135. in Appendic. & cōs. 76. n. 7. lib. 1. Peguer. dec. 54. n. 12. dec. 58. & 62.*

Et ne rerum iudicatarum authoritate destitutum videatur eiusmodi receptum à *DD.* theorema, adducimus ita determinatum fuisse per Su-
6 prema Regni Tribunalia ad hoc coadunata de anno 1650. die 23. Mens. Octobris, ad intellectum indulgentiæ generalis concessę per *Serenissimum Regem Philippum III.* propter adeptam possessionem Regnorum, cuius decisionis verba per extensum
7 imprimi curauit in calce *d. dec. 713.* idem *D. de Franch. Gizz. dec 16. n. 4.* vers. *Fuit etiam*, vbi propria verba d. sententiæ in vim legis generalis emanatæ exemplauit, subdens fuisse canonizatam ab omnibus, vno tantùm, vel duobus, ex tot Iudicantibus

ex-

exceptis, adeò quod amplius de hoc disputare in Regno esset superuacuum, & potius pertinacia, seu maius impertinentia, cum communiter dici soleat sententiam à Principe, aut à Senatu ipsum Principem repræsentantre latam, facere ius quoad omnes, *l. fin.* vbi *Bald. C. de legi. Affl. dec.* 96. *Gamm. dec.* 33. *n.* 2. *dec.* 174. *n.* 10. *& dec.* 228. *per tot. D. de Franch. dec.* 238. *sub n.* 3. *Ceph. consf.* 120. *n.* 12. *lib.* 1. *& cons.* 176. *n.* 31. *& duob. seqq. lib.* 2. *Plot. cons.* 3. *n.* 3. *Ruginell. practicar. quæstion. cap.* 29. *n.* 3. 4. *&* 12. *Menoch. cons.* 190. *n.* 39. *lib.* 4. *& cons.* 910. *n.* 32. *Reg. Rou. cons.* 1. *n.* 32. *lib.* 1. *Bardellon. cons.* 2. *n.* 78. vers. *Respondetur lib.* 1. *Borrell. in summ. deciss. par. tit.* 3. *sub n.* 429. *Rub. cons.* 50. *n.* 14. *lib.* 1. *cons.* 18. *n.* 61. *&* 62. *& cons.* 98. *n.* 59. *lib.* 2. *Ego ipse in* 1. *forens. cap.* 2. *n.* 8. *Redenasch. cons.* 86. *n.* 16. eamque determinationem collaudat *Reg. Rou. in prag.* 2. *de abol tion. n.* 55. *& seq.* vbi adducit *Catalan. d. cap.* 31. reprobans opinionem *Gambacurt. de immunit. Eccles. lib.* 3. *par.* 4. *cap.* 28. quæ decisio manauit audito Fisci Patrono, qui
9 tunc erat *D. Franciscus Bermudez de Castro,* cuius responsum è typis prodijt solertia *Catalan. in d. tract. de Indult. cap.* 31. *pag. mihi* 245.

Deficiente igitur amicitia in casu currenti, Nemo non dixerit gaudere Cardillū Ecclesiastica immunitate.

Rursus: nec ex eo quod de retro vulnus fuerit illatum attentari potest Ecclesiastica immunitate fore priuādum quempiam, nam punctuatim (quos supra congessimus Authores) in his terminis loquuntur, quod
10 gaudeat Ecclesiæ immunitate inimicus, qui de retrò vulnus intulit, eanempè ratione, quia debebat præcauere *D. de Franch. d. dec.* 713. *n.* 7. vers. *Et quia Gizzar. d. dec.* 16. *n.* 2. ibi, *Et proindè tenebatur Lelius præcauere se*
11 *ab inimico, quia inimicus, & si delis, & paratis insidijs, & à tergo, seu parte posteriori inimicum offenderit, non dicitur preditor, aut proditoriè offendere, sed insidiosè, quæ insidiæ non faciunt, quem proditorem, vbi certum est esse inimicum*, qui *DD. de Franchis*, & *Gizzarellus* improbāt in hoc articulo Hispanos, præsertim *Couarr. in cap. fin. lib.* 2, *variar. resol. n.* 7. quia loquitur per modum aduertentię, & vnico se expedit verbo, & quando loqueretur decisiuè, eius authoritas cedere debet authoritati *Bartoli*, cu-
12 ius Authoritas suprema est, & Pater, atq; Speculum veritatis, & Lucerna iuris vocatus, secundum *Rol. à Vall. de confect. inuentar.* vers. *Quia in precedenti n.* 36. 37. *par.* 5. *Raynal. indagat. iur. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 2. & *Bartolus* fuit tam magnus Doctor veritatis, quod similem non habuit, ideòque tradit *Affl. dec.* 319. *n.* 13. *& dec.* 383.
13 *n* 5. maximè illi esse in iudicijs deferendum, vt meritò *Thes. dec.* 96. *n.* 14. in dubijs quęstionibus *Bartolo* inhęrendum, eiusq; sectandum placitum insinuauerit; & aliorum, quos *D. de Franch* numerauit *n.* 14. *d. dec.* 713. pręsertim *Foller. in Constit. Regn. Item statu. mus sub tit. de ijs qui ad Ecclesconfug. & Arnol. in Addit. ad Clar. d.* §. *homicidium*, vers. *Proditoriè*, ac
14 etiam quia Hispani loquuntur etiā attento iure partitarum, & peculiari Regni Castellę, quo circumscripto *Bartolo*, proculdubio *Couarr.* adstipulari, tenet *Gizz. d. n.* 7. adducēs ad hoc *Gomez. de delict. & homic. cap.* 3. *n.* 5. *Bursat. cons.* 196. *vol.* 2. inquiens causam pręcipuam amittendi immu-
15 nitatem consistere in auaritia, adeò quod sine ea proditionis crimen
16 euanescit, *Plaça in Epitom. delictor. cap.* 22. *in princ. Farin. in prax. tit. de delict. & pæn. quæst.* 18. *n.* 76. *& seq. Gerar. post Bart sing.* 14. *Ang. de malef.* verb. *Insultum col. fin. Gomez. d. cap.* 3. *de homicid. n.* 5. *Suarez receptar. sen-*

tent. verb. *Homicidium n.6.* & esse veram, communiq; sensu receptam sententiam apud omnes indubiam, testatur *Baiard. ad Clar. in d. §. Homicidium n.22. & seq. Episcop. Ricc.* prædictorum haud immemor *dec. Archiep. 186. n.1. Io. Bapt. Thor. in compen. deciss.* verb. *Proditor*, *Reg. Rou. d. prag. 2. de abolit. n.58. Io. Bapt. de Leonar.* Pauperum in Regno Aduocatus in *Allegation.* insertis per *Catalan. d. cap. 31. n.10. & 11. Episcop. Eugubin.* vir apprimè doctus *Dom. Alexander Sperel-*
17 *lus*, dùm hæc typis paro in Nuntiū Sedis Apostolicæ à Summo Pontifice Innocentio X. electus *in 1. par. decissor. Ecclesiast. dec. 23. n.6.* vers. *Proditor*, vbi id probari dicit ex *Bartol. in Extrauag. Ad reprimendum*, verb. *Rebellis*.

Præterea: minùs Ecclesiæ immunitate priuandus venit eo quod pacem aliquando inierunt Homicida, & interfectus, quasi quod reconciliatione sequuta, amicitia noua intercesserit, & sic videri possit sequutū homicidium sub colore amicitiæ, Nā (si veritatem amamus) adhùc ami-
18 cus reconciliatus, inimico æquipollet *Bartoli* placito ita suadente *in l.1. ff. ad Syllan.* inquiētis inimicum recōciliatum, vti pestem esse euitandū, Semper enim perdurant reliquiæ
19 inimicitiæ in amicis reconciliatis, & rācor remanet, vnde sequuto homicidio inter eos, minimè illud proditorium dici poterit, *Bal. cons. 91. vol.1.* quibus collimant exarata per *Bartol. in l.1. ff. de his quib. vt indign.*
20 quod amicus reconciliatus tanquā suspectus potest repelli, etiāsi ignoret causam inimicitiæ esse commissam, & non esse integrum testem observat *Iason in l. apertissimi n.7. C. de iud.* ac censeri præsumptos inimicos,
21 amicos reconciliatos, etiamsi de recenti fuisset inita pax, adeò quod vti suspecti repelli possint, tenet *Inno. in cap. cum oportet de accusat.* relatus à *Ias. in d. §. delinquunt, Tiraq. in tract. Cessante causa limit. 16. n.7. Menoch. de arbitr. quæst. 28. n.8. Morl. in Empor. iur. tit. 2. de iurisd. in præmiss. sub n.290. Gram. cons. 57. crim. & vot. 30. Guazz. de tregū. & pac. quæst. 9. n.6. par. 1. Surd. cons. 371. n. 17. Farin. quæst. 53. n.59. Director. Inquis. par. 3. quæst. 67. commen. 116. n.13. Giurb. cons. crim. 60. n.9.* vbi de more alios aggregat, secundùm quæ determinatum communi omnium voto in
22 Curia Archiep. re plenè discussa, affirmat *Episcop. Ricc. dec. 168. n.2. par. 1. vers. Quibus supra.*

Vt profectò mirandum sit quomodo *Giurb. d. cons. 60. ex n.11. ad fin. vsq;* contrarium attentans probare, nempè amicum reconciliatum sub pace data de non offendendo, si homicidium committat, censeri proditorem, nec Ecclesiæ immunitate potiri *n.32.* qui est finalis non erubuerit dicere cauendum esse à *Ricc. in citata dec. 168.* nedùm tanti viri dogmata iuri consona impugnando, verùm etiam Archiepiscopalis Rotæ determinationem floccipendendo, & *Giurb.* In hoc assētitur *Marcus Italia* eum collaudans *de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 5. §. 4. n.6.* adducens *Ambros. de immun. Eccles. cap. 6. in fin.* referentem *Farin. cons. 76. n.7.*

Nam quisquis luces à legendo *Giurbæ* propositiones, non retraxerit, benè agnoscet etiam per ipsum adducta, nec Nobis, nec Episcopo Riccio tantillum refragari; Etenim *ex n.15. cum seqq.* eo sub cardine cōclusionem statuit, quod per reconciliationem, & pace data, ac osculo se-
24 quuto, omne odium extinctum, omnis rancor obliteratus fuerit, quodq; de hoc satis superq; ex testium depositionibus in casu suo liquebat, & *n. 17.* tradit pro indubitabili præuia pace de non offendendo, reconciliatum

tum

tum amicum, alterum occidiſſe, nihil tale metuentem, quo in caſu, data vera facti ſerie, quod nihil odij remanſit, quodq; omnis extincta eſſet inimicitia, rancor, & odium, ſed ſimulatè illum interfecit, non per hoc ceſſat aſſumptum alterum communiter à Scribentibus à Nobis adductis, alijſq; conſultim omiſſis (ne de membrana in papyrum tranſcriberemus) quod adhuc debebat præca-
25 uere, vti in pulchro caſu ſcribit *Io. Maria Vermigliol. conſ.94. n. 9.* verſ. *Cæterum*, inquiens, *Cùm non præcauerit ſibi aliquid mali euenire, ſua eſt culpa, & occidens non dicitur proditor ad effectum vt priuetur Eccleſiæ immunitate, quandoquidem non callidè proximum non habentem præcauendi occaſionem circumuenit, & ſeduxit, vt in periculum traheret, vnum oſtendendo in animo, & aliud in corpore, ſicuti requiritur ad eſſentiam proditionis*, & in noſtra facti ſpecie, & in ea ſuper qua *Epiſcop. Ricc.* formauit deciſionem, non aliud conſtare poteſt, niſi quod inimicitia ex graui cauſa inter homines orta, fuit redacta ad reconciliationem, qua ſequuta, non ex hoc oritur quod vti proditor homicida ſit condemnandus, quando omninò debebat præcauere in terminis, in quibus Doctores ſunt alloquuti, *Farin. d. quæſt. 18. de delict. & pæn. n. 76.* ibi, *Iſtud tamen non procedit, niſi in occidente eum, qui non erat inimicus, vel cui occidens ſe amicum fingebat, vt modo dixi, ſecus in occidente ſuum inimicum, qui non propterea dicitur proditor, quod eum occiderit per inſidias, vel retrò, quia debebat præcauere à ſuo inimico*, ad quod expendit *Bartol. in ſæpius citato, §. delinquunt, l. reſpiciendum, ff. de pœn. Gerar. ſing. 14. n. 5. 6. Bal. in cap. 1. col. 4. quib. mod. feu. amitt. Ancharan. in cap. 1. de homicid. Aretin. in §. interdum n. 4. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. & de maleſic.* verb. *Fecit inſultum*, verſ. *Et benè nota*, & de communi *Emanuel Soarez in addit. ad Gomez. d. tit. de homicid. lit. B. Caph. conſ. 57. n. 13. lib. 1.* cũ alij per eundemet *Farin.* congeſtis *d. quæſt. 18. n. 73.* inter quos *Menoch. d. caſ. 361. n. 25. lib. 2. Gigan. de crim. læſæ Maieſt. lib. 1. rub. 1. de origin. legis læſæ Maieſt. quæſt. 19. n. 19. & lib. 3. rubr. de proditorib. quæſt. 1. n. 1.*

26 Et licèt idem *Farin. d. n. 76.* dixerit eiuſmodi doctrinam eſſe reſpuendam, attamen in alij locis mox allegandis pænituit ſe, & *Bartoli* doctrinæ ſeſe addictum profitetur, vti cominùs inſinuabimus etiam ex obſeruatione facta per *d. Epiſcop. Eugubin. d. dec. 23. n. 12.* quod *Farinacius* adhuc iunior aliud ſentijt *in d. quæſt. 18. tit. de delict. & pœn.* ſed poſtea re maturiùs perpenſa contrariam ſuſtinuit ſententiam, eam quippè quam *Nos* ſuſtinemus in hoc patrocinio.

Et quando *Giurb. n. 26.* totam vim facit, vt ab *Epiſcop. Ricc.* recedatur in determinatione Sacræ Conſultæ, cuius eſt Pontificis mentem interpretari, fidem de hoc atteſtante *Farin. conſ. 168. in Schol. lit. D.* tradente homicidium ab amico recõciliato patratum, excludere Eccleſiæ immunitatem, quodq; penitùs à *Ricc.* aliter ſentiente ſit cauendum *d. n. 32.*

27 Noſtræ partes erunt inſinuare longè falli *Giurbam*, alioſq; (quicũq; illi fuerint) qui *conſilium illud 168. Farinacio* tribuunt, ſicuti *Giurb.* videtur innuere *d. conſ. 60. n. 15. in fin.* Nã conſilium illud videtur ſubſcriptum à *Benedicto Beoleo, Auguſto Pauinello, et Stephano Banaſſaio* in caſu qui accidit in Ciuitate Cremonæ, quod ſanè conſilium habuit *Farinacius* ab Eminentiſſimo Cardinale Sanctæ Ceciliæ Cremonæ Epiſcopo, ſicuti ipſemet fatetur in *d. conſil. 168. in Scholijs allegatis per Giurb. lit. D.* verb. *Deponit*,
28 vbi tradit, quod propoſitis per ipſum du-

dubitationibus in Sacra Consulta
excitatis à præfatis tribus Consulē-
tibus de ordine Sanctissimi, *Quia in
processu, & facti serie descripta, appa-
rebat de pace facta inter occisorem, &
occisum, & de fide data de non offen-
dendo cuidam militi, non solum ex de-
positione d. militis, qui pacem tractauit,
& fidem recepit, & sic de facto proprio
deponebat, sed etiam ex alijs quibusdam
adminiculis, de quibus in eodem proces-
su, hoc ideò fuit resolutum, homicidam
hunc non debere gaudere immunitate
Ecclesiastica, & ità ordine eiusdem Sa-
cræ Consultæ rescripsi d. Illustriss. &
Reuerendiss.* Cardinali *Episcopo.* verba
hæc sunt *Farinacij* appositè transcri-
pta ad veritatem detegendam.

Quid ergo ad rumbum casus de-
cisionis R ccy, & nostri, in quibus ni-
hil de contingentibus in illo casu
apparet constitisse, imò quod alia
fuerunt adminicula, ex quibus Sa-
cra Consulta fuit mota ad ità deter-
minandum, Cum igitur sit indubiū
29 ex facto ius oriri ad *vulgaria*, & ex
qualibet leui facti specie, ius variari,
teste *Thesaur. dec.* 87. vers. *Nimirum*,
casus ille peculiaris non benè duci-
tur ad generales, ex *tex. in l. nam ad
ea, ff. de legib.* & *l. ius singulare* 15. *ff.
de legi.*

30 Vtq; è *Farinaciomet* veritatem
eliciamus, in eodemet *consilio* 168.
addvcto per *Giurb. in Addit. lit.* C.
vers. *Contrarium*, expedit eius verba
audire, ibi, *Et hanc Bartoli sententiā,
sæpius in Sacra Consulta, Me etiam as-
sistente, dùm fui Cameræ Apostolicæ
Procurator Fiscalis canonizatam fuis-
se, facilè affirmare possum, Et licèt in
mea practica criminali in tit. de delict.
& pœn. quæst.* 18. *n.* 76. *ad fin. contrariū
verius mihi fuisse visum asseruerim,*
31 *posteà tamen mutato consilio, magis ve-
ram hanc Bartoli sententiam arbitra-
tus sum, prout latiùs explicaui in meis
additionibus in d. n.* 76. *non adhuc im-
pressis, & etiam consului in meo cōsilio*
76. *n.* 7. *&* 8. *& n.* 15. *& seqq.* quā sen-
tētiam defendit pariter *Villag. de ex-
tension. leg. in Constit. Gregoriana de
immunit. Eccles. n.* 53. vers. *Quartus
modus, Genuen. in Prax. Archiep. d. cap.*
94. *n.* 1. *&* 3. vbi ità in Regno seruari
testatur, *Ambrosin. de immun. Eccles.
cap.* 6. *n.* 3. *& seqq.* plenè *Leo in The-
saur. for. Eccles. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 26. *Reg.
Rou. in d. Prag.* 2. *de Abolition. n.* 54.
quos recenset *D. Episcop. Sperell. in d.*
1. *par. dec.* 23. *n.* 12.

Nobisq; oppidò suppetias fert
Farin. in alio casu, qui euenit in Ci-
uitate Panhormi de anno 1597. die
6. Februarij relato à *Mar. Ital. loc. cit.
n.* 5. inquiente *Clem. VIII.* tunc *Sum-
mum Pontificem* determinasse fuisse
proditorium homicidium commissū
per D Carolum de Gregorio, aliosq;
complices in terminis Bullæ, qui ca-
sus recensetur passim ab alijs.

32 Etenim ipsemet *Farin.* qui consu-
luit pro D. Gregorio homicida, & sic
pro immunitate Ecclesiæ, vti videre
est *d. cons.* 76. post quod subsequitur
aliud responsum *Gabrielis Falconij* in
eademet causa postmodum in *tract.
de immun. Ecclesiast. in Appēdic n.* 143.
in 1. *limit.* compendij vice reassumēs
quæ alibi scripserat in *quæst.* 18. *de
delict. & pœn. n.* 76. & in præallegato
consil. 76. *n.* 7. *& n.* 15. *Bartoli* placito
in *d. l. respiciendum*, *§. delinquunt, ff. de
pœn.* à non paucis laudato, se subscri-
bit, quod occidens quoquomodo
suum inimicum etiam per insidias,
& proditoriè Ecclesiæ immunitate
non priuatur, quia occisus præcauē-
di causam habebat à suo inimico, &
ideò si sibi non præcauit, sua est cul-
pa, & occidens non dicitur proditor
vt Ecclesiæ priuetur immunitate, si-
cuti innuimus *hoc eod. respons. sup.*
vers. *Vtq; è Farinaciomet*, adducens
præter alios *Farinacius Catalan. de*
33 *indult. cap.* 31. *limit.* 4. *in allegationibus
in-*

inſertis præcitati Pauperum Aduocati, poſtmodum Regij Conſiliarij *Io.Bapt.de Leonardis n.1.& ſeqq. Villagut de extenſ.legum cap. fin. n. 53.* verſ. *Quartus modus D. de Franch. d. dec.* 713. & pro coronidè noſtrorum Tribunalium determinationem in vim legis Edictalis editam de anno 1600.quam ſuprà retulimus verſ. *Et nè rerum iudicaturum A.ex.Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap.6. n 3. & ſeq.* & *Marcus Anton. Genuenſ. in Prax. Archiepiſc.cap.94.n.1.& ſeqq.*apertis (vti
34 aiunt tybijs) tradit *Bartoli* doctrinā fuiſſe admiſſam in illomet caſu, qui contigit Panhormi, & de voto tunc Cardinalis Borgheſij poſtmodum ad Summi Pontificatus faſtigium euecti, & Cardinalis Plattæ fuiſſe habitum pro vero, quod deberent illi Siculi gaudere immunitate Eccleſię, licèt ex particularibus cauſis, & circumſtantijs contrarium ſtatuerit, vti benè aduertit idem *Genuen. loc. cit.*ex verbis d Breuis, verſ. *Et notaſupradictam declarationem.*
35 Vtq; magis, atq; magis eiuſmodi veritas eluceſceret,& vt languidæ fidei Authorem in hoc indicaret *Marium Italia* hæc protulit verba *Farinacius d.lim.1.n.143. circa fin. Quicquid ſecus de mente illius Sanctiſſimi Pontificis ſcripſerit Marius Italia de immun.Eccleſ.lib.1.cap.5. §.4.n.1. & ſeqq.in diſcurſu. Eiuſdem enim Pontificis mentem,qualis fuerit, Ego qui præſens oretenus illum informaui, & ore proprio reſpōdentem audiui melius percepi, quàm qui abſens erat, & diuinatur.*
36 Proin celeberrimus Aduocatus Romanus *Io. Mar. Vermigliolus conſ. crim.99. n.2.* memorans caſum prædictum,& declarationem*Clem.VIII.* manifeſtè tradit caſum illum fuiſſe ſingularem, & ex peculiaribus cauſis manaſſe Pontificiam determinationem; ex qua magis,atq;magis incrementum, & robur accepit Bulla *Gregorij XIV.* ſubdens *n. 3.* poſt inſerta verba *Clem. VIII. Siquidem ex hoc ſatis liquet prędictū fuiſſe ius ſingulare ex particularibus cauſis in ea cauſa, ſupponens propterea ius commune in contrarium iuxtà textum in l. ius ſingulare, ff. de legib.* Ità *Vermigliol.* vbi *n. 3.* verſ. *Atq; hinc*, obſeruat *additionem ad d.conſ.*168. inter alia *Farin.* in terminis à Nobis adductam, pro immunitate facere, non contra.

Quid clarius? vt Domini mei diiudicent quanta fides in hoc haberi poſſit *Giurbæ,& Mario Italiæ*,dùm ex fonte aquam haurimus, non ex riuulo.

Nec parui ponderis apud me eſt, ſicuti certus ſum apud omnia Euro-
37 pæ Tribunalium ſubſellia, magnam vim facere Authoritatē *Reuerendiſſ. P.Antonini Diana* Clericorum Regularium Religionis ornamenti communis Præceptoris, ac mei præcipui,cui plurimum me debere, ac poſteritatem debituram nemo eſt quî inficias eat, Etenim pręter incomparabiles vitę mores.literarum ſtudijs, ingenijq; ſui monumentis tum ad praxim, cùm ad theoricam, accommodatis, Orbem edocuit, Nam *Ipſemet in 1.reſol.moral. tract.1. de immun. Eccleſ. reſol.* 5. explicans d.determinationem factam à *Clem. VIII.* in caſu Panhormitano modo indicato, inquit, *Et hoc clarè determinauit Clem. VIII. referente Cardinali Burgheſio,& Platta, nam in quodam Breui Archiepiſcopo Panhormitano directo, vt ſuprà viſum eſt, determinat quoſdā occiſores,qui ex inſidijs inimicum occiderunt, gaudere immunitate Eccleſiaſtica ſtāte Bulla Gregor.XIV.quicquid in contrarium ſentiat de mente Clem.*
38 *VIII. Marius Italia de immunit. lib. 1.cap.5.§.4.n.1. qui vt Farinacius benè obſeruat,diuinat,& minimè audiendus eſt*, & adamuſſim quadrant, quæ

tra-

tradit *D.Sperell.d.dec.23.n.14.* vers. *Et ità in facti contingentia*, subdens nefas esse ab huiusmodi opinione in iudicando recedere, quodq; verba *Breuis* adeò sibi clara videntur, vt nequeant tergiuersari.

Quòd si vis fieret in pace facta, adhuc gaudere immunitate sustine-
39 mus, etiamsi fideiussio de non offendendo data fuerit (qui casus est fortior) ex dictis per eũdem *P.Dian. tom 4.resol.tract.1. cap.34. de immun. Eccles.* adducens Collegam nostrum *Donat.Anton.de Marin.quotid.resolut. cap.174.n.3* ea expensa ratione, quia propriè homicidium proditorium
40 dicitur, cum ab amico nullo praecedente rancore patratur simul comedendo, vel in itinere associando, & sic is qui vnum in corde gerebat, aliud in ore, de quo praeter adductos
41 est *tex.in l.propter insidias, C.qui accus.non poss.& in l.4.ff.ad leg.Iul. Maiest.* quae iura adducit *D. Episcop. Sperell.d.dec.23.n.6.* nam vti docet *Luc.à Penn.in l.fin.C.de delatorib.lib.10.* mo-
42 res proditoris sunt signa fidelitatis, & amicitiae suauia, & dulcia verba proferre, exterioremq; amicitiam in omnibus actibus significare, vnumq; in mente gerere, & aliud cõtrarium verbis, actibusq; ostendere, qua amicitia cessãte (vti modo indicauimus) proditionis nomen amittitur, *Affl. dec.265.n.54.& seqq.* adducens authoritatem *Psalm.61.Ore suo benedicebant, corde verò maledicebant*, nec nõ exemplum Iudae, qui animo erat cũ Iudęis, corpore verò cum Saluatore nostro, & ibi *Vrsill.in Annot.n.70. D. Episcop. Sperell. d.dec.23.n.8. Castill. dec.154.n.9.* & fusiùs *dec.156.n.38. & seqq.Decian.in 2. tractat. crim. lib. 7.cap.30.n.10.* vbi post *Blanc.in tract.*
43 *de indit.n.190.* subdit verbum notatu dignum, secundùm *Sperell.* & in praxi quotidie vsurpatum in inquisitione, seu accusatione huius criminis ad proditionem indicandam dici, *Quod nulla praecedente inimicitia offendit*, & ad illam excludendam, *Capitali existente inimicitia*, quae vtiq; in thesi nostra non intercesserunt, imò totum contrarium quia propter
44 inimicitiam pręcedentem pręsumi debet odium adhuc durare, non obstante quod fideiussio de non offendendo data fuerit, nam fideiussio nõ
45 aliud operari poterit, nisi quod incidatur in pœnam in fideiussione cõtentam, sicuti aduertit *de Marin. loc. citat.* & pro indubitabili docet *Pater Dian.resol.35.lib.1.tract.1.de immun. Eccles.* quicquid in contrarium attẽtauerit *Gambacur. lib.1. cap. 28. n.3.* vbi satis ieiunè carpit *Ambrosin. de immun.cap.6.n.1.& Peregr.de immun. cap.7.n.2.& alios, & Gambacurt.* iustè repellit *P.Dian.d.resol.35.*

Haec sunt, quae cespitanter adnotauimus pro Ecclesiastica immunitate potienda à Cardillo, quę suadetur ex Iuribus, Rationibus, Doctorum placitis, ac Senatuum scitis, nimis clarè (ni fallimur)

Cęterũ: si hęsitationi locus daretur, adhuc inficiari nequit Dños Iudicãtes eã approbaturos fore opinionẽ, quae
46 mitior est, & Reorum fauorem respicit, ad *tex.in l.Arrianus, ff. de act. & oblig.l.si de interpretatione, & l. absentẽ, ff.de poen. l.semper in obscuris, & l.fauorabiliores, ff.de regu.iur.* praesertim ad extrahendum quem ab Ecclesia, quo casu debet liquidò constare, vti probat *Gregor. Lopez par.1. l.4.tit.11. de los priuilegios de las Iglesias glos.3.* vers. *Latrones manifiestos in fin.* ea ratione quia in criminibns probationes debent esse luce clariores.

47 Praeterquamquod: in dubio Ecclesiae immunitati fauendum est, *l. sunt personae, ff. de relig.& sumpt.funer. Turrecrem. in cap.si quis in atrio 17. quaest.4. Decian.consf.80.n.22. vol. 3.*

Ver-

Vermigliol.conſ.94. n.7. & conſ.94. n. 11. Sic etenim honori Eccleſiæ, eiuſque immunitati, Sic & legibus, & iuſtitiæ, Sic deniq; Sacri Conſilij, & Curiæ Archiepiſcopali Neapolitanæ determinationibus deferendum exiſtimamus.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 15. Menſ. Septembris 1652.

DECISIO.

Die Martis 17. Menſ. Septembris 1652. Capta informatione per Magnam Curiam Vicariæ exiſtente Commiſſario Iudice ipſius perpetuo D. Balthaxare de Angelis, facta per ipſum relatione, fuit ordinatum gaudere immunitate Eccleſiaſtica homicidam iuxta per Nos exarata, & per eandem Magnam Curiam iniunctum Satellitibus ad Cuſtodiam Refugiati in Eccleſia Venerab. Monialium Sanctæ Crucis de Lucca deſtinatis (longè tamen ab Eccleſia, in via publica aſſiſtentibus) quod recederent.

Penès Scribam Criminum *Lollum Ferrarium.*

SVMMARIVM.

1 F*acti ſeries præmittitur.*

2 Ritus Magn. Cur. 166. & Prag. Regn. Sanctio ſub tit. de inſtrum. liquid. *ſtatuunt aduerſus liquidationem inſtrumenti non eſſe audiendum debitorem, niſi facta reali ſolutione.*

3 *Iudicio criminali pendente, ſuperſedendum eſt in cauſa ciuili.*

4 Tex. in l. fin. C. de ordin. cognit. *expenditur.*

5 *Cauſa criminalis abſorbet ciuilem, ratione maioritatis, ac præiudicij.*

6 *Accuſatio criminalis facit ſuperſedere in cauſa ciuili.*

7 *Superſedetur in cauſa ciuili etiam ante accuſationem ex ſolo interrogatorio facto Actori, an velit uti teſtibus examinatis.*

8 *Cauſa criminalis, quot modis dicitur præiudicare ciuili.*

9 *Præiudicium quando dicitur fieri cau-*

ſa

sa ciuili, intentata causa criminali.
10 *Causa criminalis quod faciat supersedere in causa ciuili, est de regula.*
11 Ludouic. Peguer. dec. Cathalun. 9. n. 1. *expenditur circa praeiudicialitatem causa criminalis, iudicio ciuili.*
12 Text. *plures adducuntur, ad probandum quod actio criminalis praeiudicat ciuili.*
13 *Termino pendente, Iudicis officium conquiescit.*
14 *Probationes Reo non sunt denegandae, nec restringendae.*
15 *Index denegans, aut coangustans probationes, dicitur grauare.*
16 *Testes admittere, est de substantia iudicij.*
17 *Titulus criminis non facit reum.*
18 *Facinus, non titulus coinquinat hominem.*
19 *Poenam vt quis patiatur ex crimine, quod commisisse non constat, est absurditas intellectus.*
20 *Causa criminalis dicitur praeiudicialis Iudicio ciuili discussioni nullitatum.*
21 *Causa ciuilis determinatio si parit exceptionem rei iudicata in causa criminali, est supersedendum in ciuili.*
22 *Causarum praeiudicialitas oritur nedùm ex perplexitate, & contrarietate sententiarum, verùm etiam ex intricatione processuum.*
23 Rota Romana *decreuit esse supersedendum in iudicio ciuili, causa criminali intentata.*
24 *Causa dicitur alteri praeiudicialis, nedùm actu, & effectu, verùm etiam potentia.*
25 *Sententia prolata in causa praeiudiciali alteri iudicio, est nulla.*
26 *Supersedendum est in causa ciuili, si in causa criminali de toto iure partium venit discutiendum.*
27 *Articulus praeiudicialis si non discutitur prius, sequeretur quod innocens veniret condemnandus.*
28 *Causa ciuilis ex eodem facto, eodemq; fonte procedens cum criminali, facit vt in ea supersedeatur.*
29 *Processus informatiuus non facit probationem.*
30 *Processus informatiuus non probat absq; partis citatione.*
31 *Indicium nequidem oritur ex captis ex processu informatiuo.*
32 *Testes examinati ad vnum finem, nō probant ad alium.*
33 *Acta facta in iudicio summario, non faciunt praeiudicium in plenario.*
34 *Probationes summariae in Iudicio informatorio recepta, nihil probant etiā inter easdem partes.*

ARGVMENTVM.

Causa criminalis ratione praeiudicij, ac maioritatis facit supersedere in ciuili, Dicitur autē praeiudicialis quando absorbet ciuilē, vel quādo se non compatitur cum ciuili, vel est exclusiua iuris agentis ciuiliter, & si sententia lata in ciuili, pareret exceptionem rei iudicatae in criminalibus, nedùm effectu, & actu, verùm etiā potentia, vel si absorbet causā ciuilē, ad quod expendūtur plura iura, & punctualis affertur decisio Senatus Cathalun. apud *Ludouicum Pegueram dec. crimin. 9. per tot.* Termino impertito Reo ad se defendendū pendente, minimè potest ad articuli ciui-

lis

lis determinationē procedij nā vtiq; Reus indefensus remaneret, causæq; iacturā faceret, & sine probati ›nibus innocens condemnare*ur! quinimò esset denegare terminū probationibus, si antequā cōplerentur, causa determinaretur.

Titulus, siue inscriptio inquisitionis, quē Reum non facit; Facinus etenim non titulus coinquinat hominē, aliàs sequeretur absurditas intellectus, nam pateretur quis pęnā ex crimine quod commisisse non constat.

Processus informatiuus lāguidæ dicitur fidei, adeò quod ex eo excerpta, nequidem inditium prębent, nisi parte citata, repetita fuerint, Nā testes ad vnum finē examinati non probant ad alium, nec acta facta in iudicio sūmario, fidē in plenario faciunt, tales etenim dicūtur probationes sūmariæ in iudicio informatiuo receptæ, vt nihil omnino in alio probent, etiā inter easdē personas.

PRO

Petro Iacobo de Amore carcerato.

CVM

Frācisco Antonio Trane quærulante.

RESPONSVM XIV.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 IN carcerem detruso Petro Iacobo de Amore, Ciue Neapolitano, magni nominis negotiatore, probo sanè viro, de fuga non suspecto, nemini vnquam infenso, nec ad iudicium ex causa negotiationis vsq; modò criminaliter, aut ciuiliter (quod sciuerim) à quopiam tracto, vtili Domino Ciuitatis Vgēti, ad quærelam Francisci Antonij Trane, eò quod contra ipsum in Magna Curia Vicariæ pręsentato per d. Petrum Iacobum instrumento via Ritus ipsius Magn. Cur. pro sorte capitali duc. 11000. pro quibus præfatus quærelator vendidit ann. duc. 770. ad rationem duc. 7. pro singulo centenario exoluendos ratam ipsorum quolibet semestre, in quo eo-

demet instrumento sese obnoxium
fecit debitor, quod Aloysius Trane
eius pater infra mensem in forma
probante, ratificate habeat contra-
ctum prædictum, dictumq; ratifica-
tionis documentum infra eundem
terminum apud Notarium produce-
re, quo sanè non adimpleto, & anno,
ac diutiùs dilata solutione, ipsomet
debitore citato super tenore præfati
instrumenti in Curia designata re-
mansit condemnatus, & Fisco pæna
applicata pro medietate, cùm alterā
sibi Princeps indulserit, asserens, do-
losè, falsisq; intercedentibus asser-
tionibus, actum præsentationis in-
strumenti processisse, nam suasum
sibi habet ratificationem fuisse per-
fectam, eamq; penès Petrum Iacobū
transmissam, & respectu solutionis
annualitatum extemplò fuisse ipsi-
met creditori oblatas, vndè criminis
tanti, Reum extitisse, formataq; super
eiusmodi quærela per Excellentiss.
Dominum Proregem Iuncta, existē-
te Commissario Regio Consiliario
Paulo Sraibano datis defensionibus
Petro Iacobo, earūq; termino adhuc
pendente, in quo luce meridiana cla-
riùs, instructo processu in spem du-
citur eius innocentiam protenso di-
gito insinuare, omniaq; parata fuisse
molimina, nè ad debiti exolutionem
quærelator vrgeretur (de quo aliàs
arrepto calamo nostrum redibit pa-
trocinium Deo annuente) petijt, &
obtinuit quærelator ab Excellentis-
simo Domino, quod eadem Regia
Iuncta prouideret super nullitatibus
propositis aduersus liquidationem
ordinatam per Magn. Cur. pro Tri-
bunali sedentem, nullo sibi para-
2 to obstaculo è Ritibus, & Pragmati-
cis, quibus est cautum, quod perfe-
cta instrumenti liquidatione debitor
ad quidquam opponendum minimè
admittatur, nisi facta reali solutione
creditori vnà cum totali interesse,
nam *bono quærulantis adscribendum*
est fato, Princeps dispensauit, & in
iudicio prædicto procedi, ac si via
ordinaria actum fuisset, omnimodam
tradidit facultatem, super quarum
nullitatum discussione monito Petro
Iacobo (licèt ex eius lectura nullita-
tes ipsæ in facto claudicent, & defi-
ciant in iure) suscitamur tamen *Nos*,
qui eius aciem sustinemus, breui sa-
nè verborum eloquio indicare, per-
peràm quærelantem agere, ni (prius
criminale iudicium sententia me-
diante fuerit terminatum) in causa
ciuili nullitatum posse procedi.
3 Siquidem neminem fugit, Iudi-
cium criminale præiudicium inferre
causæ ciuiliter intentatæ; imò ipsam
adeò absorbere; vt nullo modo de
ciuili sit cognoscendum, si criminale
Iudicium suam non habuerit deter-
minationem, *tex.* est ad literam, qui
non recipit cauillum *in l. fin.*, C.
4 *de ordin. cognit.* ibi, *Quoniam ciuili*
quæstione intermissa, sæpè fit, vt prius
de crimine iudicetur, quod vtpotè ma-
ius, meritò minori præfertur, & ibi ad-
notauit *Glos.* in verb. *Sæpè*, vers. *Item*
hic erat, *Cyn. n. 1. Bart. in summar. Bal.*
itidem *in summar. Affl. in Const. Si ci-*
uiliter agēs n. 1. Plot. cons. crim. diuers.
73. n. 1. & seqq. vbi *de communi tom. 2.*
Rot. diuers. decis. 205. n. 2. lib. 3. tom. 3.
benè *Farin. in prax. quæst. 100. cap. 2.*
tit. de varijs, & diuers quæstionib. n. 59.
vers. *Regulam constituo affirmatiuam*,
inquiens id procedere tùm ratione
5 præiudicij, tùm etiam ratione maio-
ritatis, quia causa criminalis maior
est qualibet ciuili, & *cons. crim. 199.*
n. 1. & 14. vers. *Quod & idem lib. 3.* vbi
tenet esse supersedendum in causa
6 ciuili, eò ipso, quod Actor crimina-
liter accusatur, ibiq; affert *Rimin. se-*
nior cons. 299. quem omninò viden-
dum monet, nam tenet supersedeni-
7 dum in causa ciuili etiam ante accu-
sationem ex solo interrogatorio fa-

cto

cto actori, an velit vti teſtibus examinatis, attento quod illos Reus redarguere intendit de falſo, *Seſſ. dec. Aragon. 73. n. 9.* verſ. *Cauſa namque minor*, declarans cauſam dici maiorem quando habet cum minore aliquam connexionem reſpectu alicuius præiudicij.

Vndè idem *Farin. in ampl. 1. n. 60.* (more ſuo) declarans quando cauſa criminalis dicitur præiudicare ciui-
8 li, inquit, quando abſorbet ciuilem, vel quando ſe non compatitur cum ciuili, vel eſt excluſiua iuris agentis ciuiliter, ſubdens, quando duæ concurrunt quęſtiones,& cauſæ,ſiue vna ciuilis ſit, & altera criminalis, ſiue
9 ambæ ciuiles, & ſiue etiam ambæ criminales, & earum vna ſit alteri præiudicialis, eſſe procedendum in ea, quæ præiudicialis eſt,in alia autem ſuperſedendum,itaq; omnia iura, omneſque DD. communiter admittere, tradit, adductis *Cino in l. 4. n. 15. C. de his qui accuſ. non poſſ. & ex l. ſi quis liber, ff. de petit. hęred. & ex l. per minorem, ff. de ind. Cravn.* in terminis *conſ. 280. n. 2.* vbi facit plures illationes, & ponit plura exempla, *Hieron. Giaccar. in Addit. ad Clar. in pract. crim. quæſt. 1. lit. A. Lantell. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 23. n. 21. & ſeq.* facit *Paul. de Caſtr. in d. l. per minorem n. 5. ff. de ind. Syluester, & Ioannes Aldobrandini in reſponſo* edito pro D. Tarquinia de Vellis, quod imprimi curauit inter eius conſil. idemet *Farin. conſ. 21. lib. 1.* vbi *Addens ad ipſum lit. C.* inquit hoc eſſe de regula, quòd cauſa criminalis facit ſuperſedere
10 ciuilem, adductis poſt alios *Rot. Rom.* apud *Put. dec. 253. n. 3. lib. 1.* & apud *Cæſar. de Graſſ. dec. 3. rubr. de excep. aliàs 92.* incip. *Licèt ſit regula n. 1. Clar. in prax. crim. S. fin. quęſt. 62. n. 4.* verſ. *Sed quęro nunquid*, vbi quod ità eſt de mente omnium Doctorum, *Barbat. conſ. 43. n. 10.* circa *med.* verſ. *Et ex iſtis lib. 1.* ibiq; alijs adductis, teſtatur de magis communi intellectu *d. l. fin.*

Quod autem tanti ſit præiudicialitas, vt prius veniat determinandus articulus, ſiue exceptio præiudicialis, ex pluribus legibus eruditè ſatis, ac veridicè, demonſtrat *Ludou.*
11 *Peguer. dec. Cathalun. 9. n. 1.* nempè ex *tex. in l. 1. C. ſi quis aliquem teſtar.*
12 *prohibuer. in l. ſi quis libertatem, ff. de petit. hęred. in l. ſi crimen, & in l. ſi cum ſtatus, C. de ord. cognit. in l. fin. C. de fid. inſtru. in l. quoniam per Alexandrum, C. ad l. Iul. de adulter.* & *in l. Preſes, C. ad leg. Flau. de Plagiar.* ſingulos caſus dd. legum serioſè enarrans, perq; illos diſcurrens, ex quibus apparet fuiſſe paſſim habitam conſiderationem, vt articuli præiudiciales prius terminentur, id quod adeò veritati conſonum inquit *Peguer. n. 2. d. dec. 9.* vt locum ſibi vendicet, ſiue cauſa præiudicialis principaliter moueatur ſiue per modum incidẽtis, aut emergentis, quod ſi ſecus fieret, ſententia redditur nulla, adductis in hanc opinionem *Bal. conſ. 275. lib. 5. & Pau. de Caſtr. conſ. 281. col. 5.*

Adaptando modò ad rem noſtrã indubitata hęc theoremata, dicimus omnia concurrere, ex quibus ſuperſederi iubeant Domini mei in cauſa ciuili diſcuſſionis nullitatum, Etenim quærelator adſtruit in eius ſuppl ici libello conſtare de eius aſſertionis iuſtitia ex eo quod Petrus Iacobus fuit, prout eſt carceratus, & ex informatione capta conſtat de notorietate eius iurium, ac de titulo inquiſitionis: At nos è contra mordicùs negamus quicquã conſtare contra Petrum Iacobum, ex proceſſu, cùm aduerſus contenta in ipſo, nobis nõ datæ ſunt defenſiones,& pendet terminus, quo ſtante Iudicis offi-
13 cium conquieſcit, ad *tex. in l. à procedente, & l. ſiue pars, C. de dilat. cap. ſi-*

gnificante de appell. vbi Franc. n. 15. Ego in 1. discept. forens. cap. 27. n. 32. benè D. de Franch. dec. 8. n. 7.

Et si aditus fieret querelantibus, ex testibus, alijsq; probationibus ad informationem Curiæ receptis ipsos admitti pendente termino dato ad defendẽdum de causa ciuili agere, vtiq; indefensus Reus causæ iacturam faceret, imò denegarentur

14 probationes, quod non sustinent iura, tot. tit. ff. & C. de probat. quinimò probationes minimè sunt restringẽdæ, ad tex. in l. quoniam, C. de hæret. §. si quis igitur in fin. de fid. instrum. Gratian. dec. March. 116. n. 5. vndè Surd. dec. 153. n. 25. & Rota apud Farin. dec. 451. n. 4. in fin. in posth. tom. 2. fatentur nullo sanè euentu probationem esse

15 restringendam, quinimò grauare dicitur Iudex si eã denegat, aut coangustet, Escobar de purit. & nobil. proban. quæst. 13. §. 4. tit. de test. b. examinatis n. 38. & esset denegare terminum probationibus, si antequam complerentur, causa determinaretur,

16 tut, cùm de substantia iudicij sit testes admittere, Glos. in l. prolatam, C. de senten. & interl. omn. Iud. DD. in l. ad probationem, C. de probat. Reg. Valenz. cons. 84. n. 40. & seq. lib. 1.

Minus quadrat, quę de titulo inquisitionis asseritur, nam per manus est traditum, ex titulo, siue inscri-

17 ptione inquisitionis, quem Reum non effici, facinus etenim, non titu-

18 lus coinquinat hominem, sicuti tradit Esc. ob. in 1. par. tract. de purit. & nobilit. prob. quæst. 9. §. 11. n. 20. aliàs, etenim si contrarium quis diceret (secundùm ipsum) sequeretur absurdi-

19 tas intellectus, nam pateretur quis pœnam ex crimine, quod commisisse non constat contra tex. in l. ambigua 19. ff. de legib. num absurdum, ff. de bon. liberi. & plura ad rem cumulat Escob. loc. cit. quæst. 3. §. 4. n. 44. quem Ego nonnullis alijs congestis adduxi in 1. practicar. obseruat. obser. 79. n. 10. & seqq. & quadrant bellissimè exarata adamussim per D. Reg. Rou. in Comment. ad prag. 1. n. 4. & 5. tit. de custod. reor. post D. de Franch. dec. 330. n. 6.

Est quoq; præiudicialis causa cri-

20 minalis intentata per partem, Iudicio ciuili discussionis nullitatum; nã si decretum maneret Obstare nullitates, vtiq; haud hæsitanter innuit Io. Iacobum nullum ius, nullamq; actionem habuisse, quo motiuo ductus Farin. d. cons. 199. n. 1. dixit in causa ciuili esse supersedendum criminali Iudicio non determinato, & posset adstruere debitor, Io. Iacobum malè se egisse præsentando instrumentũ; imò dolosè, & omnibus cum illis circumstantijs, super quibus ipse formauit querelam, & sic pareret exceptionem rei iudicatæ, quo casu su-

21 persedendum in causa ciuili, tradit Cin in l. 1. n. 6. C. quan. ciuil. actio crim. præiud. & ibi etiam Salic. n. 9 Imol. & alij adducti per Farin. d. quæst. 199. n. 79. vers. Si etiam, Ancharan. cons. 62, num. 3. vbi pariter, quod causarum

22 præiudicialitas oritur nedùm ex perplexitate, & contrarietate sententiarum, verùm ex intricatione processuum, Boss. in prax. crim. tit. de plurib. violent. post n. 113. Put. dec. 98. n. 9. & seqq. lib. 1. Caputaq. dec. 274. n. 2. par. 2. Rot. Rom. dec. 201. n. 1. ante fin. in impressis post 2. volum. cõsil. or. Farinacij, & idemet Farin. d. cons. 199. n. 1. vers. Et in casu in fin. fidem adstringit suam, ita per Rot. Rom. fuisse determinatum Die Veneris 7. Nouẽb. 1614. vers. Suppositiones verò, in eademet causa, in qua allegauit, quæ

23 adeò veritate nititur, vt vna causa dicatur alteri præiudicialis, non solum actu, & effectu, hoc est, quòd

24 sententia in vno lata, pariat re uera exceptionem rei iudicatæ in altera, sed etiam potentia, vtputà, si parere possit præiudicium, sicuti ponderat

Fa-

Farin. d. n. 79. in fin. referens se ad dicta *n.* 139. vbi nihil de hoc reperi, benè tamen facit *Surd.conſ.* 139.*n.* 1. *vol.* 1, inquiens hoc esse appositè introductum, nè sequantur sententiæ plures ad inuicem contrariæ, subdēs
25 quod si isto casu procederetur ad sententiam, esset nulla, & post *Batar. ad Clar. quæst. 2. n. 16. in fin.* tenet *Guazzin.in tract. Ad defenſ.reor. defenſ.* 1.*cap.* 24 *n.* 3.vers. *Sed est etiam*, ibiq; *n.* 1. indubiam præconizat cōclusionem, quod sit supersedendum in causa ciuili, eriminali iam intentata, eandemq; approbauit *Rot.Rom. in vna Romana hæreditatis de Stoechÿs die Luna 9.Martÿ 1598.coram Gipsio.*

Afferret itidem præiudicium decretum discussionis nullitatum actioni criminali, siue defensionibus patrandis per Reum, quia vnicum est Iudicium, nedum connexum, & depēdens, siquidem malis artibus processisse liquidationē prætendit quærelator, ideòq; condemnandum esse Petrum Iacobum, vti delinquentem satagit: At rectè, ritèq; secundùm terminos iuris statutarij, siue municipalis ad liquidationem properasse contendit creditor, ideòq; absoluendum, & condemnandum quærulantem ad omnia damna, expensas, & interesse, & quid vlteriùs; si modo procedi possit ad discussionem nulli-
26 tatum, de toto iure partium discuteretur, & si in quærelantis beneficium determinaretur, probatum erit malè, & dolosè processisse liquidationem instrumenti, & maximum sequeretur ineonueniens, quod fortè ius non habenti actio tribueretur, sicuti in terminis post *Bal.d.conſ.* 275. *lib.* 5.*& Paul.de Castr.conſ.*281.*col.*5. *lib.*1.tenet *Pegner.dec.* Cathal.9.*n.*2. vers. *Et adeò*, inferens, quod si arti-
27 culus prçiudicialis prius non discuteretur, sequi posset quod innocentes punirētur (sicuti modò in re nostra contingeret) contra *tex. in l. absentem, ff.de pæn.& l.fin. C.de accuſat.* ibi, *Ne ſubiectam innocentiam feriamus*, itaq; decisum in Regio criminali Consilio Cathaluniæ die 7. Ianuarij 1583. in facto procuratoris Regiæ Curiæ contra Franciscum Salba de Vallesica, tradit *Pegner. d. dec.*9.*n.*4. vers. *Ex quibus*, nonnulla per *Me in d.cap.*27.*n.*35.*& ſeq.* ideòque supersedendum in causa ciuili monet *Ancaran.conſ.*62.*n.*1.*Natt.cōſ.* 138.*n.*3.*iunct.n.*27. *lib.*1. *Crau. conſ.* 74.*n.*5. *Addent.ad Farin.d.conſ.*21.*lit. D.*& est *tex.in l.Preſes,ff ad l.Flau.de plagiar.* Coccin. *dec.*123. *n.*3. *Cardin. Caualer. dec.* 98. *n.* 10. *&* 11. *& dec.* 443. *n.* 1. *& ſeqq.* pulchrè *Io. Mar. Vermigl.conſ.crim.*158.*n.*3.vers. *Tum etiam, quia ſententia.* Eò fortiùs, quia ex probationibus per Petrum Iacobum patrandis, venit quærelator ab actione qualibet arcendis, id quod post *Natt.* aliosq; allegatos, firmat *Guazz.d.defenſ.*1.*n.*5.

28 Quò fit, vt dùm causa ciuilis prçiudicialis est criminali, & ex eodem facto, eodemq; fonte procedit (sicuti thesis nostra indicat) supersedendum est in ciuili, ex doctrina *Bart.in l.nūquam plura in* 2.*oppoſ. ff.de priuat. delict.& in d.l.Prætor* §.1.*in* 1. *oppoſ. ff. de vi bonor.raptor. Specul. de actio.* §. *ſequitur*, vers. *Quod autem dixi*, & tenet *Vermigl.conſ.crim.*156. *n.*8. vers. *Tum etiam.*

Vrget quoq; pro iustitia Clientis, fortis & illa ratio, nam cum processus, cui quærelator, idemq; debitor innituntur, ad propositas nullitates liquidationis instrumenti sustinēdas,
29 sit informatiuus, non potest, nec debet suffragari, in hac nullitatum dispunctione, vtpotè qui labefactata est eius fides, sicuti ex *Alber.in l.iuriſiurandi* 7. *C. de teſti. ſub n.*3. vers. *Sed quid ſi Iudex*, appositè resoluit *Gundiſalu.à Villadiego in tractat. de maleſic.*

fic. cognosc. per inquisitor. num. 8. vers. *Sed numquid*, quibus subscripsit se Rota referente *Paulo AEmil. lib.* 2. *dec.* 207. *n.* 9. ibi, *Et minus facit proces-*
30 *sus, quia erat informatiuus absque partis citatione, qui pariter nihil probat*, *Ang. in tract. maleficior.* verb. *Quod fama publica n.* 11. *& ità fuit tentum quod non sit probatum die* 12. *Iunij* 1551. *coram D. Vestano in vna Hispalens. matrim.* Hæc illes *Maran. in Speculo*, quod (verè aureum extollit *D. de Franch. dec.* 93. *par.* 6. vers. *Inquisitio n.* 8. inquiens neq; inditiũ
31 operari, quæ sunt capta ex processu informatiuo, nisi fuerint repetita citata parte, *Paul. Merend. cons.* 86. *n.* 54. *inter consil. matrimonial. diuers. Reg. Valenz. cons.* 90. *n.* 115. vers. *Praeterea*, vbi prædictorum haud immemor, *n. seq.* vers. *Et hac*, tradit suo Iudicio esse quandam viuam, & veram rationem iustificatam ex dictis per *Io. Bapt. Ferrett. cons.* 364. *n.* 13. quod
32 testes examinati ad vnum finem, nõ probant ad alium, *Abb. in cap. veniẽs lo* 2. vers. *Quare reuoco in dubium, de testi. & in cap. cum in tua notab.* 6. *eod. tit. l. eum quaeritur, ff. de reiud. & tot. tit. C. res inter alios acta, Gabr. cõs.* 178. *n.* 33. *lib.* 1. *Gram. vot.* 30. *n.* 7. post *Bart. in l. gesta n.* 5. *C. de re iud.* & po-
33 tritum est theorema, quod acta facta in Iudicio summario, non faciunt fidem in plenario, *cap. veniens lo* 2. *de testi. Lanfran. de Orian. in cap. quoniã contra*, verb. *Interlocutoria n.* 71. *de probat. Anton. Gabr. lib.* 2. *commun. opin. tit. de exception. cõcl.* 2. *n.* 61. *Menoch. de retinen. remed.* 5. *n.* 120. *Couarr. in practic. quaest.* 24. *n.* 8. *Palaez de maiorat.* 4. *par. quaest.* 14. *n.* 118. *Christoph. de Paz de tenut.* 1. *par. cap.* 32. *n.* 2. *Escob. de purit. & nobil. proban. quaest.* 13. §. 2. *de testib. in alijs Iud. n.* 6. vbi quod probationes summariæ in iudicio
34 informatorio receptæ, nihil omninò in alio probant etiam inter easdem personas.

Hæc currenti sanè calamo, in maxima temporis angustia, vt Clienti morem gerem, Dominosq; votantes à laboribus subleuarem.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 13. Decemb. 1651.

D E C I S I O.

Difficultate extemplò suborta, prædictis à Me vnico vespere fasceatim congestis, ac traditis Dominis de Iuncta, formata de ordine Excellentiss. Regni Proregis, nempè DD. Paulo Staibano Regio Consiliario, ac Iudici Criminali, causæq; Commissario, D. Felici Vlloa Hispano Regio itidem Consiliario, D. Ioanni Micono, ac Philippo Martuscella Iudicibus Magnæ Curiæ, existente pro Fisci Patrono Balthaxare de Angelis Iudice Magnæ Curiæ in Criminalibus Perpetuo coadunatis in ædibus eiusdem D. Causæ Commissarij.

Die Veneris 15. *Mensis Decembris* 1651. *Fuit interpositum decretum, quod* Expectetur exitus Causæ Criminalis.

Penès *Leonardum de Vino* Actuarium Assumptum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Facti series præmittitur.
2 Titulus inquisitionis describitur.
3 Intentans querelam scienter, & dolosè, uti calumniator est puniendus.
4 Iudices ex officio calumnias repellere debent.
5 Futurum prævideri non potest.
6 Beneficia, non nisi ingratitudine repetuntur hisce temporibus.
7 Inquisitionis titulus solus minimè attendi debet, sed tantùm inditia extantia.
8 Veritas rei, non delicti titulus inspiciendus est in criminalibus.
9 Iudices non debent attendere cartulas inquisitionis, sed quid ex informationibus constat.
10 D.Reg.Scipio Rouit. *laudatur.*
11 Iudices redarguuntur, qui ad solam tituli ostensionem, carceri quem mãcipari iubent.
12 Conuentionis placitum, est vndequaq; seruandum.
13 Instrumenti liquidatio in Regno, oritur ex mora debitoris, periurio, & pœna.
14 Pactum quod non soluente debitore in tempore annualitates, possit emptor sortem repetere, vndequaq; est validum.
15 Mora, & culpa debitoris operantur, quod possit creditor sortem repetere.
16 Mora est delictum, maximè in eo, qui iurauit.
17 Sortis repetitio, quæ fit culpa venditoris, non est vetita.
18 Pacta rescissionis contractuum ob non solutionem annualitatum, sunt valida.
19 Camillus de Medicis *laudatur.*
20 Iure quod fit, permittente, pœnam non meretur.
21 Dolum non committit, qui vtitur iure suo.
22 Exceptio nulla admittitur per ritum aduersus liquidationem instrumenti, nisi in promptu de satisfactione edoceatur.
23 Debitores personaliter comparere debent in iudicio præsentationis instrumenti.
24 Procuratores non admittuntur aduersus liquidationem instrumenti.
25 Scripturæ non recipiuntur aduersus instrumenti liquidationem, nisi Curia pro Tribunali sedente.
26 Dies in instrumento adiecta solutioni, debitorem interpellat.
27 Scire, & scire debere, paria sunt.
28 Ignorãtia non excusat eum, qui inuestigare tenebatur.
29 Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ constituunt ius commune in Regno.
30 Causa vna deficiente, altera sustinetur.
31 Principio sublato, corruunt omn; a ab eo prouenientia.
32 Nihil ex nihilo sequitur.
33 Nihil, & nullum æquiparantur.
34 Actus nullus, nullum producit effectũ.
35 Causa delicti cessante, cessant inditia, præsumptiones, & confessio.
36 Causa delicti si non probetur, præsumptio est pro Reo.
37 Falsitatis prætextus cessat, quoties causa falsificandi non adducitur.
38 Io.Maria Vermigliolus Iureconsultus Romanus, *laudatur.*
39 Tex.in l.Paulus, §.Paulus, ff.de falsis,

sis, & in l.si quis obrepserit 29. ff. eod. & l. cum qui C. eod. *expenduntur.*

40 *Occultatio quæ fit Iudici, non comprahenditur in dispositione* tex. in l. Paulus, ff. de fals. & l.cum qui C. eod.

41 *Occultationis scriptura pœna quando veniat imponenda.*

42 *Pœna nulla infligi potest ex actu nulliter gesto.*

43 *Falsitatis crimine nemo punitur, quãdo commissa falsitas alteri nocumento non erit.*

44 *Falsitatis crimine ut quis puniatur, interuenire debent Dolus, Mutatio veritatis, & quod alteri noceat copulatiuè.*

45 Modestinus in l. si quis obrepserit 29.ff.ad leg.Cornel.de fals. *explanatur.*

46 *Impetrans quid per rescriptum subreptitium, vel obreptitium, caret impetratis, non autem pœna falsi venit puniendus.*

47 *Sententia lata ex falsis probationibus, non tenet.*

48 Tex.in l.si quis obrepserit 29. ff.ad leg.Cornel.de fals.*procedit in producente testes falsos,& instrumentũ falsum.*

49 *Impetrans quid per rescriptum falsũ ultra carentiam impetrati, tenetur ad omnia damna,& interesse.*

50 *Impetrans obripiendo,punitur pœna arbitraria, nisi à lege fuerit determinata.*

51 *Obripiens litigando in causa ciuili, nõ alia coercetur pœna, quàm refectionis expensarum.*

52 *Falsum exponens Principi, siue surripiendo, siue obripiẽdo, qua pœna puniatur.*

53 *Inuerisimile debet respui.*

54 *Inuerisimilitudo dicitur falsitatis imago.*

55 *Iudex non debet fidem adhibere testibus inuerisimile deponentibus.*

56 *Testes plures etiam contestes, si deponunt inuerisimile, non probant.*

57 *Testis ad instãtiam Fisci carceratus, diuq; detentus,si non deponat,præsumitur ignorans.*

58 *Erronea confessio, cõfitenti non nocet.*

59 *Consensui nihil magis est contrarium, quàm error.*

60 *Falsa partium asseueratione, gestorum veritas tolli, aut immutari non potest.*

61 *Confessio semper reuocari potest quãuis deliberatè facta esset, constito de errore.*

62 *Errãs non confitetur, nam erronea cõfessio non valet.*

63 *Confessio erronea cõfitenti nõ nocet.*

64 *Notarius aliàs de falso inquisitus, nõ præstat fidem etiam in mortis articulo.*

65 *Tempus quãdo est de substantia actus, debet dici in depositione, aliàs nulla est depositio.*

66 *Testis deponens ad se exonerãdum nõ facit fidem.*

67 *Testis deponẽs in negotio, ex quo sibi commodum,& interesse resultat,nullius est fidei.*

68 *Pœna indicta contra malè liquidantes instrumẽtum via ritus Magnę Curiæ, certa est ut soluãtur decem pro centenario.*

69 *Casus legis ubi est, ibi nulla est dubitatio.*

70 *Pœna ubi à Iure, vel statuto certa est indicta, non alia irrogari potest, nec datur aliud arbitrium.*

71 *Pœnæ à iure statutę in crimine falsi, quę sint.*

72 *Nouitates in pęnis sunt vitandę.*

73 *Innouãtes antiqua, non sunt admittendi.*

74 *Obseruantia plurimum prodest ad declarationem cuiuscumq; dispositionis.*

75 *Pœna proprium casum excedere non potest.*

76 *Dispositio municipalis nunquam exten-*

ten-

renditur quoad pœnam.

77 *Pœna pecuniaria coercetur creditor malè liquidans instrumentum.*

78 *Pœna obtruncationis manus in desuetudinem abijt contra eos, qui patiuntur liquidationem instrumenti.*

79 *Consuetudo generalis totius Regni, nullam aliam pœnam, quàm pecuniariam indixit contra debitores, qui patiuntur liquidationem instrumẽti via ritus.*

80 *Actor, & Reus non debent ad imparia iudicari.*

81 Author, *quid excogitauerit super ritu Magnæ Curiæ agente de liquidatione instrumentorum circa falsam assertionem creditoris in liquidando.*

82 *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ dispositio semper certa est, semperq; loquitur.*

83 *Cõsuetudo, & generalis practica circa impositionem pœnarum, est attendenda.*

84 *Leges nulla alia causa tenent, quàm si iudicio populi sint receptę.*

85 *Iudex potest se extraiudicialiter de stylo Curiæ informare etiam partibus non vocatis.*

86 *Consuetum quid fieri, excusat falsitatem.*

87 *Personarum conditio excusat à falsitate.*

88 *Falsitas semper cessat; quoties actus, qui falsus prætenditur, primordium habet veritatis.*

89 *Stellionatus pęna non procedit, quãdo interesse reparari potest per actionem ciuilem.*

90 *Actio ciuilis de dolo, & criminalis ex stellionatu, dãtur solùm quando prętendentibus damnum, alia via succurri nequit.*

91 *Criminalitati nõ fit locus, quando dolus purgari potest per actionem ciuilem.*

92 *Actore non probante, Reus absoluitur.*

93 *Inimicus non debet admitti ad accusandum.*

94 *Fisci Patronus, Authoris defendentis partes coadiuuare debet, non querelantis.*

95 *Reipublicę expedit homines ad cõtrahendum inuitari.*

96 *Titulus inquisitionis nigro processus non correspondens, paruifaciendus est.*

97 *Veritas dicitur iustitię finis.*

98 *Veritas dicitur iustitia mater.*

99 *Veritas semper debet præualere.*

100 *Veritati cedunt omnia.*

ARGVMENTVM.

Delicti titulum, siue inscriptionem non esse attendẽdum, ex ea namq; nemo Reus efficitur, ni indicia ex informatiuo resultantia inspiciantur; multa etenim imprimi in cartulis accusationis, quæ postea delentur, vbiq; ponderarũt DD. eo innixi theoremate, quod non titulus; sed facinus coinquinat hominem.

Præsentatio instrumenti via ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, quam Pragmatici liquidationem appellare consueuerunt, ortum habet ex periurio, mora, & pæna, nec ad impediendam instrumẽti liquidationẽ auditur debitor, nisi personaliter compareat super interrogatione ipsius responsurus, nec pro-

bationes cuiusuis generis recipiuntur tam à creditore præsentante, quàm à debitore se tuente ad finem iustificandi ex parte Creditoris, vel liquidationem instrumenti, siue ex parte debitoris remorandi, nisi Curia pro Tribunali sedente producantur, ità ritumet ipsius Magnæ Curię, ac Pragmatica Regni sãctione disponentibus, Supremorum Tribunaliũ determinationibus conuallatis.

Pænam indictã in Regno per *rit. Magn. Cur.* 166. topicũ in materia præsentationis instrumenti, etiamsi falsitatem cõmiserit creditor in liquidatione ipsa, ad quam perperàm accessisse constiterit, apertisq; documentis, siue Testiũ depositionibus conuictus fuerit, non aliam nisi pecuniariam, vnius tareni pro quolibet Augustali esse impositam (antiquata pæna periurij, ex qua criminaliter procedebatur, manum amputando) itaq; omnium Regni Curiarum incõcussam praxim obseruasse, vnanimi sanè consensu Nostrates insinuarunt, pręsertim *Frecc. Carau.* alijque pręsentationem instrumentorum tractantes, accedẽte quoq; *D. Præsid. de Franch.* aliorumq; Illustr. virorum attestatione, in *sedibus indicatis.*

Stellionatus crimen committentes, non aliter pęna ob ipsum delictum imposita plectendos esse, nisi eo in casu, in quo interesse per actionem ciuilem reparari non possit.

Pænę vbi à iure communi, siue municipali, certę inflixę fuerint, nullum datur Iudici arbitrium eas commutandi, siue exasperandi; Lex etenim semper loquitur, & per manus traditum est Ritus Magnæ Curię constituere ius commune in Regno, applaudente *D. Præsid. de Franch. in locis citatis.*

Texx. in l. Paulus, §. Paulus, & in l. si quis obrepserit 29. ff ad leg. Cornel. de fals. & in l. eum qui C. eod. explanantur, ijsq; verus, & genuinus adaptatur sensus, & ex pluribus thesi, (de qua agitur) minimè collimare ostenditur; Eò magis quia prętensa instrumenti ratificationis occul-

ta-

tatio per quærulantem aſſerta (licèt è veri tramite elongetur) dùm nullum quærulanti damnum intulit, nec inferre potuit, nullius criminis Reum (*iurè*) notatum creditorem ad oculum oſtenditur.

Inſtrumenti præſentatio variatus, duplici ſi fiat ex capite, tam ex defectu ſolutionis tertiarum, ſiue annualitatum, quàm ob ratificationem inſtrumenti met à debitore promiſſam, & non ſequutam, ſi vno ex capite ſuſtinetur, de alio nulla habenda eſt ratio, ac ſi in mundo non fuiſſet, adeò quod creditori nullus dolus, aut culpa adſcribi poterit, Ex nihilo etenim, nihil gignitur.

P R O

Petrò Iacobo de Amore.

C V M

Frãciſco Antonio Trane quærulante.

RESPONSVM XV.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

COmpleto iam proceſſu informatiuo, inſtructiſque defenſionibus datis per Regiam Iunctam Petro Iacobo de Amore, in cauſa de quã in *anteced. reſpõſ.* memoriam egimus, infraſcripta exarauimus ad eius innocentiam demonſtrandam, tenoris ſequentis.

1 Fxpoſita venali Terra Coriliani cum eius Territorijs adiacentibus, de ordine Sac. Reg. Conſilij, vrgentibus creditoribus vtilis Domini ipſius, efflagitans Franciſcus Antonius Trane illam emere, accenſa candela, vti vnus ex concurrentibus meliorem afferens oblationem, ad ſui deſiderij metam peruenit, non tamen promptam habens pecuniam oblatam, ad cuius exolutionem vrgeba-

S 2 tur

tur, omnes curas intendit, omnesq; suas obmolitur vires, vt Petrus Iacobus de Amore negotiator, suis annueret præcibus, & pecuniæ quantitatem non modicam præberet, vndè factum est, vt die 6. Mēsis Iulij 1650. summa 1000. ducatorum in sortem capitalem recepta, dictus Franciscus Antonius vendiderit Petro Iacobo ann. duc. 770. publico intercedente documēto rogato manu publici Notarij, pacto inito, quod solutio annualitatum fieret singulis sex mensibus pro rata duc. 385. in hac Fidelissima Ciuitate, & in casu non solutionis tertiarum per annum, & mensem, fiat locus rescisioni cōtractus, & præsentationi, seu liquidationi instrumenti via ritus, quæ sanè liquidatio locum sibi quoq; vendicet etiam in casu non factæ ratificationis contractus prædicti ab Aloysio Tranco eius patre, quam ratificationem infra mensem perficere, & penès Notarium transmittere ad finem eam notandi in margine contractus; promisit, & sese ad id noxium fecit præfatus venditor, & in casu citationis faciendæ super tenore instrumenti, designarunt contrahēres eiusdemet Notarij Curiam (sicuti moris est) & ex instrumenti verbis, haùd obscurè legitur.

Labitur annus, & mensis, vndè instrumento iurisiurādi religione vallato, consuetisq; clausulis roborato, innixus creditor, expedita citatione super tenore instrumenti die 21. Augusti 1651. & in Curia designata notificata, nedùm ob defectum solutionis tertiarum ascendentium ad duc. 866. & tt. 1. verùm etiam ob inobseruantiam pacti circa ratificationem infra mensem minimè ad Notarium transmissam, debitore non comparente, debitis accusatis contumacijs, processit Magna Curia Vicariæ ad liquidationem, ipseq; debitor remansit condemnatus ad debitum erga creditorem, & ad pænam erga Fiscum, quam pro medietate persoluit, dùm de alia fuit sibi gratiosè elargitum, & expeditis literis exequutorialibus tùm in bonis, cùm in persona, dùm satagebat creditor suum consequi, debitor in carcerem creditorem conijcere, impensiùs exquirebat: (Nec sua illum cogitatio fefellit) supplici etenim libello, Excellentissimo Domino Regni Proregi porrecto, in quo adstruens ad alterius instantiam dolosè, & fraudolēter, imò sub falsis assertionibus processisse Petrum Iacobum ad instrumenti præsentationem, nam quatenus ad tertiarum solutionem attinebat, pluries fuerunt sibi oblatę ante liquidationem, quo verò ad alterum caput, ex quo liquidatio instrumenti fuit petita circa ratificationē non sequutam, adstruebat fuisse perfectam, & ad ipsummet creditorem transmissam, qui eam occultauit, vndè contra creditorem criminali intentato Iudicio, ac quęrela exposita, petijt informationem capi, & criminaliter puniri, ac in carcerem detrudi, & contra complices alios, & fautores procedi.

Eiusmodi quęrulis expositionibus destinatur Commissarius Reg. Consiliar. D. Ioannes de Burgos, Regentis Magnæ Curiæ munus sustinens, *fol.* 3. cui demandatur informatio capienda, & prouisio facienda die 14. Octob. 1651. Et postmodum die 20. eiusdem Mensis nulla apparente prouisione ipsius Consiliarij Burgos, reperitur ordinatio facta per Regiū Consiliarium Paulum Staibanum, quod capiatur informatio, & testes recipiantur coram ipso *fol.* 3. at. & die 27. de ordine ipsius nulla præuia citatione carceri mancipatur, & examinatur per ipsummet Consiliarium Delegatum, virtute rescripti Suę Excel-

cellentiæ die 26. Octobris 1651. & formata Iuncta Dominorum Iudicantium, per quam datis defensionibus, earumq; termino iam elapso, ac processu instructo, quærelator pro expeditione instat, imò pro cōdemnatione, quam euadere non posse Petrum Iacobum, iactabundè satis auguratur, inspecto quoq; inquisitionis titulo, qui sic se habet.

2 *De falsis assertionibus in iudicio factis, dolosa mutatione veritatis in alterius praeiudicium cum falsa lite mota, liquidatione instrumenti via ritus pro maxima summa sub falsa causa facta, & damnis indè sequutis, occupatione instrumenti ratificationis, dolosis, & fraudolentibus tractatibus cum minis ad alium frandandum, etiam de ordine alterius ex causa litis respectiuè, vt ex actis.*

Sed vana spe profectò deludi quærelantem, in spem ducor, & Clientē nulla prorsus delicti macula (*iurè*) notatum indicabo, ex multis mox insinuandis, idcircoq; absoluendum fore, & quærelantem vltore iustitiæ aculeo puniendum, vtpotè qui per
3 malitiam, & scienter, vt debiti molē effugeret, crimen intendit, contra quem inuehit *Consultus in l. 1. §. calumniari, ff. ad Turpill. Gandin. de malef.* verb. *Falsario*, Rol. cōs. 38. *n.* 18 *lib.* 1. & est *tex.* secundùm *Peguer. dec. crim.* 80. *n.* 6. *in l. vbi falsi, C. ad leg. Cornel. de fals. Io. Fab. in* §. *Item lex Iulia, Instit. de publ. iudic.* Cuiac. *lib.* 9. *obseruat.* 3. *& lib.* 5. *sententiar. Pauli cap.* 16. *Osuald. Illiger. ad Donnell. lib.* 18. *commen. cap.* 8. *lit. O.* vndè Iudices eiusmo-
4 di calumnias ex officio repellere debere, pluribus exornat *Reg. Valenz. cons.* 96. *n.* 25. *&* 26. *lib.* 1. eruditè satis *Escobar de purit. & nobilit. proban. par.* 2. *quæst.* 1. *glos.* 1. *tit. de Odijs, & malitijs n.* 5. *&* 6. *D. Reg. Sanfel. dec.* 54. *par.* 1. & pleniùs *dec.* 374. *ex n.* 6. *par.* 3. vt alijs sit in exemplum, & innoxij homines, tam subdolis moliminibus, non subijciantur.

Et præludij vice, fas sit mihi (non sine lachrymis) asserere, id quod nō semel, vt meo incumberem muneri, huicque patrocinio omnes conatus ostenderem, atq; omnem animi, ingenijq; vigorem in hanc vnam pugnā intentus colligerem (curis quietem excutientibus) menti occurrebat, *Quid si Petrus Iacobus eiusmodi molestiam sibi illaturam ex tam ingenti beneficio, quasi futurum euentum*
5 *animo præsagiret? O incauta futuri mortalitas? O fœda temporum conditio? O duræ fata? O fallaces spes, & rerum*
6 *vicissitudines? Ità nè magna beneficia, non nisi magna rependuntur ingratitudine?* adeò quod posset verè cum Iuliano Imperatore dicere Petrus Iacobus, *Omnium malorum ipse mihi auctor sum, cum in animos ingratos beneficia mea cōtulerim. Mea igitur stultitia, non vestræ libertati, hoc attribuēdum est.* Accingamur modò ad patrocinium.

Et sanè nullius ferè negotij est inquisitionis titulus, tantum est, vt *Nos* deterreat, siquidem edocti sumus solam inquisitionem, aut delicti titulum, minimè attendi debere, sed tā-
7 tùm inditia extantia, innuit etenim *Consultus in l. furti, ff. de his qui sunt sui, vel alien iur.* multa improperari, quæ postea delentur, nec qui accusatur, sed qui conuincitur, Reus est, *cap. Nonnè* 8. *quæst.* 4. *Andr. de Iser. in cap.* 1. § *Sed & qu: delētur n.* 43. *quę sit prim. caus. benef. amitt.* Quidquod in criminalibus, rei veritatem, nō titulū delicti esse inspiciendum, *textus* adduco peculiares in *l. famosi*, vers. *Hoc tamen crimen, ff. ad leg. Iul. Maiest. l. quoad statum, ff. de pan* approbat *Ang. in l. Athletas*, §. *calumniator in princ. ff. de his qui notan. infam. D. de Franch. dec.* 330. *n.* 6. vbi *Addent.* quamplura consarcinarunt, *Gars. Mastrill. in Cōmen-*

mentar.ad Indul.general.cap.29.n.19.
vers. *Tertio confirmatur*, inquiens Iu-
9 dices non debere attendere cartulas
accusationis, nam in ea solent partes
arduas proponere accusationes (vti
adamussim thesis nostra indicat) sed
inspiciendum est quid ex informa-
tionibus constat, non per earum ti-
tulos, siue rubricas, inquiens *n.* 20.
hanc esse communem Doctorum re-
solutionem, quam non semel appro-
basse Regiam Curiam pluribus in
causis fatetur.

10 Quibus oppidò suppetias fert ma-
gnus ille vir nostræ ætatis ornamen-
tum *D.Reg.Rou.in Cõmentar.ad prag.*
1.n.4. & 5. de custod. reor. acriter ir-
11 ruens cõtra illos Iudices, qui ad so-
lam tituli ostensionem, ad carcera-
tionem procedunt, minimè delicti
veritate, perpensa, & arrident tradi-
ta per *Escobar de purit.& nobilit. pro-*
ban.par.1.quæst.9.§.11.n.20.

Indè emergit, vt labefactata tituli
fide, protenso quasi digito insinuem,
in nullum incidisse crimen Petrum
Iacobum, siquidem ad instrumenti
præsentationem, seu liquidationem
ritè, rectèq; properasse, hæc facti ve-
ra innuit series.

Citatur super tenore instrumenti
Franciscus Antonius Trane, iuxtà
placitum in instrumento conuentũ,
12 quod seruandum *Vlpian.* inquit *in l.*
1. §.si conuenerit, ff. depos. & *l. Lucius*
1.in fin.ff.eod.l.cõtractus, ff.de reg.iur.
cap.contractus eod.tit. in 6. l.fin. vers.
Sancimus, C. de iur. dom. impetr. cap.
Eleutherius 18.quæst.2. l.1. C.de com-
modat.Guttier.cons.43.n.1. Burgoz de
Paz cons.14.n.60. Reg. Valenz. pluri-
bus allatis, *cons. 33. n. 275. lib. 1. &*
cons.60.n.23.eod.lib. eò magis quia
contractus à consensu legem acci-
piunt *Specul.lib.4. tit.de donat. §.1.n.*
1.Boer.cons.13.n.10.Reg.Valenz. cons.
91. n. 29. vers. *Ex solo enim consensu*
cum sexcentis alijs, effectus contumax
debitor, contra ipsum liquidatur in-
strumẽtum, vigore *Ritus Magnæ Cur.*
166. secundùm computationem *Ca-*
rauitæ, ac frequentissimam, & incon-
cussam praxim in Regn. quæ sanè li-
13 quidatio instrumenti vires accipit
ex mora debitoris, periurio, & pœna,
14 vndè pactum appositum, quòd non
soluẽte in tempore debitore annua-
litates, siue tertias, possit emptor sor-
tem repetere, vndequaq; validum
enunciat *Gabr. cons.152. vol. 1.* ea
adhibita ratione, quia venit ex mora,
15 & culpa debitoris, punctuatim *D.*
Reg.Rou.ad Prag.4.de instrum.liquid.
n.18.& ad Prag.2.de censib.n.35. post
Parid. de Put.de reintegr.feud.cap. in-
cip. *Sequitur modo quotidiana quæstio,*
Gratian.discep.forens.cap.258.n.20.&
cap.301.n.6.& 4. vbi post *Ruin. cons.*
141.n.9. lib. 1. plures Rotæ decisio-
nes congerit coram *Card. Seraphin.*
plura *Egomet* allegaui in *1.discept.fo-*
rens. cap.15. ex n. 3. & mora est deli-
16 ctum, maximè in eo qui iurauit, ad
tex.in l. si quis maior, cum ibi notatis
per *Repetent.C.de transf.Ann.alleg.28.*
& ante ipsum *Frecc. de præsent.instr.*
par.6. n. 1. inquiens esse meliorem
tex. de iure, qui enumerat omnes pę-
nas, quas incurrit veniens contra
promissionem iuratam, & concordã-
tia iura subnectit in *l. si duo præsenti,*
§.si quis iurauerit lo 2.ff.de iureiur.&
in cap.quanto,& cap.querelam de iure-
iur. Mastr.dec.Sicil.95. n.3.4.5.& 6.
17 tradens non esse vetitam repetitio-
nem sortis, quæ fit culpa venditoris,
multis exornaui *Ego* in *d.cap.15.n.11.*
& seqq. Blasc. Lancea in Apostill. ad
Bullam Summi Sacrorum Antistitis Ni-
colai V. in verb. *Demortua*, eamdemq;
opinionem frequentissimè admissã
fuisse, in Regno Nauarræ, testis est
Io.de Olan.in sua concordia, & noua
reductione Antynomiarum iuris com-
munis,& regij lit.H.Guttier.lib.2.pra-
cticar.quæstio.175. P.Molin.de iust.&
iur.

iur.lib.2.diſp.391.clauſ.11.Nauarr. de vſur. n.118. & ſeq. Roder. de ann. reddit.lib.2.quaſt.1.n.4. vbi alios caſus recenſet, *Milan.dec.2.n.91.lib.2. D.meus Reg.Tap.dec.Sac.Conſ.25.* & in eius *Cod.iuris Regni prag.2.de cenſib. n.20. & ſeqq.* vbi pactorum vali-
18 ditatem pro reſciſſione contractus ſtrenuè defēdit, poſt *Gabriel.Nauarr. Gutier.P.Mol'n.Sot.Maſtrill. & alios non paucos*, & in terminis praxim Magn.Cur.magiſtraliter edocet *Ca-*
19 *mill. de Medic.* Aduocatus olim doctus, & facundus, *conſ.39. in princ.*

Igitur: dùm iure permittente, ad liquidationem iuſtrumenti acceſſit Petrus Iacobus, & Magna Curia liquiditatem ipſius perpendens, debitorem condemnauit, pœnam nō me-
20 retur, ad *tex. in l.Gracchus, C.ad leg. Iul. de adulter.* Nec in dolo dicitur,
21 qui iure ſuo vtitur vt ſibi, rebuſque ſuis conſulat, *l.1.§ ais Prętor, ff.de incend. ruin. & naufr. l. nullus videtur,* vbi *Dec.& Cagnol.ff.de regu.iur. Celſus Bargalius de dolo lib.2.cap.3.ſub n.68.*verſ.*Vndecimo ceſſat in eo, Menoch. conſ.107.n.9.lib.1.D.meus Ill.March. Torell.Reg.dec.79.n.17.lib.1.*&(vt verum verè fatear)nugæ ſunt, quæ pro parte querulantis aſſumuntur, nempè fuiſſe Petro Iacobo oblatas tertias per procuratorem, quodq; in Banco publico, ſiue Tabula nummularia procurator debitoris ſatis diligens deſcripſerit in eius faciem ad finem ſoluendi Petro Iacobo, & moram purgandi, quodq; inſtiterit, & notificari fecerit eiuſmodi promptuariā ſolutionem, quam renuit Petrus Iacobus, & ſic dolosè ſe egit, ſecundū Partem.

Etenim (quicquid ſit de eiuſmodi aſſertione ex informatiuo deducta, cui mox, luce meridiana clarius occurremus) non exindè oritur dolosè fuiſſe proceſſum ad liquidationem
22 inſtrumenti, *Ritus* namq; 166. in quo paſſim fundatur inſtrumenti liquidatio, nullam prorſus admittit exceptionem ad inſtrumenti liquidationem remorandam, *Niſi in promptu, & in ipſo inſtanti doceant de ſatisfactione ipſa*, ſunt verba ritus, & amplius diſ-
23 ponitur ibi in princip. *Debitores perſonaliter teneri comparere in Iudicio,*
24 *præſentationis inſtrumenti*, nec procuratores admittuntur, quia Iudicium ratione pœnæ, & periurij criminalitatem ſapit, ſecundùm *Bartol.* theoricam *in l.accuſatore penul. §. publicè, ff.de procur. Luc.de Penn.in l. in ſacris, la 2.col.9.*verſ. *Et breuiter, de proxim. ſacror.ſcrinior.lib.11, Afſl.dec.64.n.2.* vbi plura per *Addent.* præſertim *Io. Ang.Piſanell.*& in *Conſtit.*Regn. *Eos qui ſcienter n.13.Clar.in pract.crim. queſt. 32.n.1.* adducens *tex.in l.ſeruum quoque, §. publicè, ff. de procur.* ſubdens communi ſenſu Scribētes approbaſſe, ibiq; plures rationes adducit, & concinunt *Addent.ad ipſum, Foller. in pract.crim.*verb.*Et ſi comparent ante contumaciam, examinentur n 14.ad fin. Bertaz.conſ.crim.432.n.13.vol.2.Boſſ. in pract.crim.* verſ. *An in criminali Iudicio,n.1. Menoch.de arbitrar. queſt.8. D.de Franch.dec.470.n.8.Caball.reſol. crim.cap.13.n.13.*qui *D.de Franch. in ſede indicata* laudat, *D.Reg.Reu. in prag.1.n.43.*verſ.*Nec dicant in fin.Cenalt.comm. ōtr. comm. queſt.137. n.1. Ego ipſe in 1. practicar.obſeruat. cap. 30.n.12.*

Et rurſus:nonnè ex *rit.Magn.Cur. 167.*vbi *Caran.n.30.*& ex *prag.Regni Sāctione* edita de anno 1587. die 24. Aprelis, redacta modo in *vol. pragmaticarum, ſub tit.de inſtr.liquid.prag.* 4. expresſè ſtatuitur, ſcripturas cu-
25 iuſcumq; generis minimè admitti aduerſus inſtrumēti liquidationem, etiāſi debitor ipſe perſonaliter producere voluerit, quinimò nec recipi, niſi Curia pro Tribunali ſedente? teſtes affero non languidæ fidei *D.*

de

de Franch.dec.426.& Reg.Sanfel.dec. 313.*n.*1.*par.*2. *D.Reg. Rouit.in Commentar. ad Pragm.* inquiens in *princ.* *Non recipi ad impediendam liquidationem instrumentorum deposita, aut scripturas nequidem in Aula Sac.Cons. sed tantùm in Magn. Curia Vicaria tempore vltima contumaciæ, seu insistentię, Curia pro Tribunali sedente*; qui omnes de praxi testantur, aliis nonnullis consultim dimissis.

Quò fit, vt attentis prædictis, liquidatio legitimè processisse noscatur, sibiq; imputet debitor, si statuta die in instrumento designata annualitates non soluerit, nec de persona comparuerit ad se defendendum aduersus liquidationem, sibi etenim, suæq; culpæ imputandum, *cap.imputari de reg.iur. in 6.* Nec vlla admittenda est excusatio, ex quo absens ab hac Ciuitate prædicta adimplere nequiuerit, siquidem potritum est, 26 diem in instrumento adiectam solutioni, ipsum interpellasse, *l.magnam, ff.de contrah.& committ. stipul. l.si ex legati causa,ff.de verb.oblig.l.mora* 32. *ff.de vsufr.l.Titia* 89.§.*vsuras,ff.de legat.*2.*l.qui Roma* 122. §.*coharedes, ff. de verb. obl. l.quod te mihi* 5. *ff.si cert. pet.Cardos. in prax. Iudic. & Aduocat.* verb.*Mora n.*9. *Pichar.de mora n.* 30. *& ex n.*43.*cum seqq.Hermosill. ad l.*3. *tit.*2.*par.* 5. *glos.*7. *ex n.*6. *tom.*1.*fol.* 158.& sciebat,vel scire debebat de-27 bitor potuisse contra ipsum instrumentum præsentari via ritus, & sic nulla excusatione sit dignus, cum paria sint in iure, scire,& scire debere, & posse; *l.quod te mihi* 5.*ff.si certi pet.l.si duo* 38.*ff.de acquir.hared. l.qui fundum* 7. §. *seruus meus el* 2. *ff. pro emptor.Tiraq. de retract.lignag. ad fin. tit. n.*43. *Gratian. discept. forens. cap.* 194.*n.*1. Nec ignorantia excusat eũ qui inuestigare tenebatur, secũdùm *Bart.in l.nõ solum,* §.*morte col.*2. vers. *An autẽ nominetur,ff.de nou.oper. nũc. Quintil.Mandos. de etat.minor. quæst.* 26.*n.*6.*Gratian.forẽs.tom.*4. *cap.*637. 28 *n.*5.Nec negligentia excusat, quando diligentia requiritur, *Glos. in cap. ad falsariorum*, verb. *Examinet, de crim. fals. Menoch.de arbitr. cas.* 308. *n.*5.

Vtq; adstrictam fidem *hoc eod. respons.*vers. *Etenim*,exoluam: testes ad informationem Curię,& Partis querulantis instantiam recepti conuincunt, pecuniam nequidem integrã ad tertiarum solutionem vnquam habuisse Francisci Antonij Trane procuratorem,& amplius fidem crediti in Banco fuisse factam die 30. Augusti 1651. in faciem procuratoris ipsius, & tamen apparet producta in iudicio die 28. mensis eiusdem, antequam esset in mundo, quæ omnia redarguunt quantum sit habenda fides testibus, de quibus in nota facti seriosè agemus.

29 Ius igitur commune in Regno (quale constituunt Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, secundùm *D. de Frãch.dec.*156.*n.*15.) induxit,& approbauit liquidationem instrumenti, eiusq; iuris dispositioni cum innixus fuerit Petrus Iacobus, quis amabò eum nocentem iudicabit?

Quòd si obijciatur,etiam ex defectu ratificationis non sequutæ fuisse ad liquidationem instrumenti processum, quæ sanè ratificatio præsupponitur à quærulante, penès Petrũ Iacobum extitisse, eamque subdolis artibus occultasse, & in falsæ assertionis crimen incurrisse.

Satis esset in primis asserere,liquidationem ex defectu solutionis tertiarum,robur,& vires accepisse, non ex defectu ratificationis, nam licèt duæ fuerint causæ, ex quibus creditor citationem expedire super tenore instrumenti satagit, attamen vna 30 deficiente, altera sustinetur, ad *tex. in* §.*affinitatis, Instit.de nupt.*Quò fit,

vt

vt assertio de defectu ratificationis pro nihilo sit habenda, ac si de ea nulla mentio facta fuisset., & princi-
31 pio sublato corruunt omnia ab eo prouenientia, *l. egi 26. ff. de except. rei iud. cum similib. Ceph. cons.* 17. *n.* 12. *&* *cõs.* 228. *n.* 34. *Reg. Valenz. cons.* 29. *n.* 28. nam ex nihilo nihil sequi, tradũt
32 in simili *Bald. & Salic. in l. ea quidem notab.* 2. per illum *tex. C. si mancip. ità fuer. alienat.* iuxtà illud *Persij Satyr.* 3.

. . . . . gigni
Ex nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.

33 quia nihil, & nullum æquiparantur, secundùm *Zas. in l. cum quærebatur n.* 3. *ff. de re iud.* & ex eo *Reg. Valenz. cõs.* 32. *n.* 39. qui *numeris seqq.* pluribus comprobat exemplis, & sicuti ex
34 nihilo effectus nõ oritur, ità ex actu nullo, *l. sicut patronus* 48. *§. si autem nuptiæ, ff. de oper. libert. l. nuda* 55. *ff. de contrah. empt.*

Cumq; ex eiusmodi falsa assertione obiecta per quærelantem de ratificatione, nullum lucrum, nullumq; commodum peruentum sit Petro Iacobo, qui ex defectu solutionis tertiarum, ritu Magn. Cur. assistente, legitimè ad instrumenti liquidationẽ processit, nec causa aliqua valida adduci queat, quæ ad occultandum ratificationem mouere potuerit Pe-
35 trum Iacobum, cessant pariter inditia, præsumptiones, & confessio, *Bart. inter cõsil. crim. diuersor. cons.* 8. *n.* 8. *lib.* 1. *Foller. in pract. crim.* verb. *Item quod venenauit sororem*, post *n.* 18. *Bertaz. cons. crim.* 446. *n.* 20. *& seqq. lib.* 2. *Farin. quæst.* 50. *n.* 31. *& quæst.* 52. *n.* 150. *& cõs.* 56. *n.* 13. *cons.* 130. *n.* 15. *& cons.* 147. *n.* 4. hæc enim
36 naturalis, & fortissima est præsumptio omnes alias superans, teste *Farin. cõs.* 192. *n.* 1. *& cons.* 185. *n.* 38. *ad*
37 *fin. Caball. de homicid. n.* 294. vndè pari quoq; ratione cessat omnis falsitatis prætextus, *Menoch. cons.* 98. *n.* 28. *lib.* 1. *Crau. cons.* 75. *n.* 13. *&* 17. *Honded. cons.* 105. *n.* 84. *& cõs.* 109. *n.* 16. 23. *& seq. lib.* 1. *& cons.* 71. *n.* 8. *lib.* 2. *Rot. dec.* 111. *n.* 1. *par.* 2. *diuers. Io. Mar.*
38 *Vermigliol.* in Curia Romana celeberrimus causarum Patronus *cons. crim.* 252. *n.* 2.

Ex quibus, licèt in propatulo sit nullum falsę assertionis crimen obijci posse Clienti, attamen vt pro viribus cuicumq; postulantis assertioni occurramus, innotuit magnam vim ipsum constituere eò quod ob occultationem ratificationis, in falsi
39 crimen inciderit, adducens *tex. in l. Paulus, §.* 1. *ff. de fals* & posset allegare *tex.* consimilem in *l. eum qui, C. eod.* vbi *Glos. in figuratione casus*, ac etiam summè innititur *tex. in l. si quis obreпserit* 29. *ff. eod.*

At nodus iste Herculeus (si veritatem amamus) facili negotio dissol-
40 uitur, tùm quia d. dispositioni *l. Paulus, & l. qui eum*, non est locus in occultatione, quæ fit Iudici, vt benè resoluit *Rub. Alex. cons.* 16. *n.* 2. *in fin.* quem ad hoc adducit *Vermigl. cons. crim.* 237. *n.* 7. vers. *Minus obstat.* Ac
41 etiam, quia *DD.* occultationem intelligunt scripturæ quando occultãtur, seu lacerantur probationes Aduersarij, vel si subtrahantur testes, nè gestorum veritas appareat, & ità declarant in surripiente, & comburẽte instrumentum iam productum, *Ang. in l.* 2. vers. *Item in eo qui operatus est, C. ad leg. Cornel. de fals. Barbat. cons.* 54. *n.* 4. *& n.* 18. *lib.* 3. *Anchar. cõs.* 173. *in* 3. *dub. n.* 3. *& seq. Boer. dec.* 291. *&* 292. *n.* 9. quos laudat *Farin. de falsit. & simul. quæst.* 50. *n.* 33. Hoc autem casu instrumentum non præsupponitur laceratum, non combustum, non deperditum, sed erat scriptura publica, penès Notarium in partibus, per debitoris patrem confecta, existens. Tùm quia nullum damnum fuit Parti illatum ex pretensa occul-

T ta-

tatione, nam instrumentum remansit liquidatum ob non solutionem tertiarum, & ex defectu solutionis habuit intentionem fundatam Petrus Iacobus, vti considerat *Bart. in l. si quis legatum in princ. n. 2. ff. de fals. Gram. vot. 25. n. 2. Bertaz. cons. crim. 21. n. 3. & cons. 61. n. 30. lib. 1. Vulpell. cõs. 29. n. 2. & seq. Surd. dec. 282. n. 18. & seq.*

42 Hinc est, quod dùm nullum præbuit nocumentum quærulanti eiusmodi efficta occultatio ratificationis, nulla potest indici pœna, nec quidem extraordinaria, secundùm *Glos. in l. damus*, verb. *Priuatus*, *C. ad leg. Cornel. de fals. glos. in cap. quãto de iureiur. Bart. in l. fin. §. 1. ff. eod. tit. Andr. Gayll. lib. 1. obser. 100. n. 7.* inquiens in materia falsitatis obseruandum, &

43 neminem falsitatis crimine puniri debere, quando commissa falsitas alteri non sit nocumento, nec damno, *Hypol. de Marsil. in l. 1. §. prætereà n. 14. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Corn. cons. 182. col. pen. lib. 4. Rolan. cons. 38. n. 22. & 44. lib. 1. Ang. in tract. de malefic.* verb. *Falsario*, vers. *Quæro quot modis n. 3.* vbi perpetuò menti tenẽdum insinuat, *Ambar. cõs. 23. Affl. dec. 404. n. 8.* vbi asserunt in crimine falsi-

44 tatis tria requiri copulatiuè, videlicet, Dolum, Mutationem veritatis, & quod alteri noceat, *Peguer. dec. crim. 80. n. 15.* vers. *Quæ omnia, Surd. dec. 282. Burs.* plenè *cons. 322. vol. 3. D. Reg. Rou. in Prag. 1. de fals. n. 23.*

Quo verò ad *tex.* attinet *d. l. si quis obrepserit*, ex quo formatur conclusio pœna falsi teneri eum, qui per subreptionem, vel obreptionem aliquod à Præside, vel à Principe obtinuit, sicuti declarat *Alber.* ibi *n. 1.* vers. *Secundo modo potest intelligi, & Addẽt. ad Iacob. Butrigar. in l. 1. in fin. Addition.* vers. *Item & qui mentitur Principi, vel Prꝑsidi, Papꝑ, Episcopo, vel Iudici, C. ad leg. Iul. de fals.* quorum adductor fuit insignis *Farin. de falsit. & simul. quæst. 150. par. 6. n. 146.* quẽ ad casum nostrum adaptat quærelator, sub prætextu, quod Petrus Iacobus falsum expressit in citatione ad eius instantiam contra debitorem expedita super tenore instrumenti, præsupposito, quod ratificatio facta esset, & verum tacuit, eò quod penès ipsum extitisse figuret.

45 Nequaquam animus deficit, vt verum sensum *Iurecõsulti Modestini in lib. fin. de Enucleatis casibus* adducamus, siquidem (circumscripta facti veritate, quod nulla subreptio, siue obreptio considerari queat (vti ex facto separatim deducimus) dispositio illius *textus* non procedit, vt in-

46 tret pœna falsi in impetrante quid per rescriptum subreptitium, vel obreptitium, quia si benè *textus* ille perpendatur, & *Modestini* placitum ponderetur cum ibi adnotatis per *Glos.* tàm in *figuratione casus*, quàm in verb. *Subscriptione*, & quæ in eiusdẽ legis explanationem *Scribẽtes* exararunt, præsertim *Marsil.* magnus Criminalista *n. 12.* vers. *Interdum obripitur probãdo, textus* sermonem fa-

47 cit in sententia lata ex falsis probationibus à litigante productis, non in obreptitio rescripto, ità *Io. de Platea in d. l. col. 4.* vers. *Item qui obrepsit Iudici*, & magistraliter declarat *Io. de Anan. in cap. licet n. 2. in fin. vers. 1. in glos. falsitatis, & n. 3. 4. & 5.* vbi pluribus probat, discrimen constituens inter producentem falsam narrationem in rescripto, vt minimè pœna falsi teneatur, sed tantùm crimine stellionatus (de quo sanè stellionatus crimine in hac causa an sit considerabile mox noster redibit sermo) secus verò in producente falsam probationem testium, & instrumentorũ,

48 contra quem *tex. in l. si quis obrepserit*, procedere affirmat, *Cardin. Zabar. in cap. fin. col. fin. in princ.* vers. *Per hoc*

de

de crim. falſ. eandem tutatur ſententiam, quod impetrãs reſcriptum per veri ſuggeſtionem, vel taciturnitatẽ, non incidit in pęnam falſi, ſed caret
49 impetratis, & inſuper tenetur ad omnia damna, & intereſſe, ſubſcribit ſe prædictis *Prepoſ. Mediol. in cap. in memoriam num. 3. diſt. 19. & num. 7.* vbi quod carcerari non poteſt, nec pęna falſi tenetur, *Bart. conſ.* 199. *n.* 2. verſ. *Concluditur ergo, Ignat. Lopez in Addit. ad Diaz, in pract. crim. canon. cap.* 117. verb *Falſarij lit. A.* verſ. *Nec incurrit, Farin. d. quæſt.* 50. *n.* 149. *cum duob. ſeqq.* vbi poſt *Marſil. in d. l. ſi quis obrepſerit n.* 11. *& ſeqq.* qui adducit *Bald. in l. quicumq; §. fin. C. de ſeru. fugitiu. & in l. Et ſi legibus, C. ſi contr. Ius, vel vtilit. publ. & in l.* 1. *C. ſi nupt. ex reſcrip. petan. Petr. Gregor. in ſyntagmat. iur. lib.* 36. *cap.* 3. *n.* 7. *& Menoch.* conſulendum *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 314. *per tot.* diſtinctionis fœdere materiam explanans, inquit, quod
50 ſi obripitur impetrando, pæna eſt arbitraria, niſi à lege fuerit determinata (at cum pæna tantum pecuniaria ſit indicta contra malè liquidantes inſtrumentum, & practicata, vt inferius ex multis probabo *hoc eod. reſpõſ.* verſ. *Sed tãdem*) rei noſtræ non
51 quadrat; Si verò obripitur litigando, & tunc in cauſa ciuili non alia eſt pæna, quàm refectio expenſarũ: Alij verò caſus per *Farin.* diſtinctim traditi theſi huic non collimant, ex *Menoch.* autem *loc. cit.* deducitur, quod ſi quis à Principe aliquid non per obreptionem, & falſitatem, ſed per ſubreptionem, tacita veritate aliquid obtinuerit, tunc impetratis non gaudet, ſed alia pæna non punitur; Si verò quis aliquid obtinuerit à Principe per obreptionem, falſum narrãdo, & tunc ſi ſumus in caſu, in quo à lege eſt impoſita certa pæna, & illa pæna certa imponitur, & hãc diſtinctionem *Menoch.* vti ſatis iuri confor- mem, laudat *Farin. d. quæſt.* 50. *n.* 151. verſ. *Tertia ſumi poteſt.* & quætelantis prætenſionibus gladium ponit ad radicem, eas funditùs diuellendo.

Non tamen ſilentio prætereundũ cenſeo, hanc de occultatione ratificationis aſſertionem, falsò adſcribi Petro Iacobo, ſiquidem in inſtrumẽto peculiari pacto fuit connentum inter contrahentes ipſos, Frãciſcum Antonium Trane teneri infra menſem, nedùm ratificari facere contractum ab Aloyſio Trane eius patre, verùm etiam infra eundem terminũ penès Notarium tranſmittere, ad finem notandi in margine contractus ad cautelam creditoris. Quæ igitur res de nouo emergens efficere potuit, vt poſtmodum contra conuentionis placitum, tranſmittatur copia ratificationis ad creditorem? Herclè nulla: Inſuper quodnam commodũ parari poterat creditori occultatio ratificationis? Si aſſeritur ex ipſa occultatione ratificationis, fuiſſe proceſsum ad liquidationem; En modo fundauimus ex defectu ſolutionis tertiarum rectè proceſsiſse inſtrumenti liquidationem?

Præterea quo pacto attentari poteſt Petrum Iacobum occultaſse ratificationem, ſi de ea poſtmodum cõuictus, in pænam teneretur, quam Fiſco ſoluerat; Eò fortiùs, quia in Ciuitate Neapolis poterat de hoc conſulere Peritos Aduocatos; inue-
53 riſimile igitur eſt, quod illi apponitur, ideòq; reſpuendum, ſicuti docuit *Bal. in l.* 4. *& l. quicumque, C. de*
54 *ſeru. fugitiu.* inquiens, inuetiſimilitudinem eſse falſitatis imaginem,
55 vndè non debet Iudex fidem adhibere teſtibus inuetiſimile deponentibus, *Inno. in cap. auditis de præſcr.* & poſt *Anchar. cõſ.* 277. obſeruat *Gram. dec.* 28. *n.* 2. inquiens, non eſse aures præbendas inueriſimile allegãti, imò ſuſpectum eſse de falſo, nullamque

T 2 ſi-

fidem facere, itaq; tenet *Abb. cap. quia verisimile, ultim. notab. de præsum. Affl. dec. 345. n. 2.* alijq; permulti congesti à *Scacc. in 2. tom. de iudic. causar. ciuil. & crim. cap. 11. n. 166.* vers. *Ratio rationis, Ludou. Carrer. in prax. crim. tit. de indic. cap.* incip. *Viso ergo n. 5.* Grã. plenè *vot. 14. & 22. & cõs. crim. 62. n. 1. Caball. resol. crim. cas. 231. n. 21. &*
56 *seqq.* etiamsi testes plures, & contestes fuerint, *Rota in Perusina laudi die 23. Ianuarij 1614. coram Cardin. Verospio*, quæ tresdecim testes contestes reiecit, sicuti eam allegando tradit *Vermigl. cons. crim. 74. n. 4.*

Nec dicatur, ex litera missiua subscripta per ipsum Petrum Iacobum die 23. Decembris 1650. acceptata in depositione, apparere, quod penès ipsum fuerit ratificatio; nam (si verũ fari libet) vltra quod litera illa ex pluribus falsa conuincitur, & Scriptor ille, cuius manu litera scripta præsumitur in Fisci testimonium accitus, & pluribus diebus in carcerẽ detrusus, firmè negauit minimè sua manu scriptam, sed falsam esse, vndè falsitas detecta videtur, nam alias
57 tædio carcerationis deposuisset, ex dictis per *Farin. cons. 193. n. 3.* idemet Petrus Iacobus literarum ignarus eodemet die, quo in obscuro carcere detrusus, examinatus fuit, licèt literam sua manu subscriptam affirmauerit, & ab illo Scriptore negante scriptã asseruerit, errore ductus prædicta exarauit, & de errore constat ex eademet ipsius depositione, in qua dixit nunquam habuisse talem
58 ratificationis scripturam, erronea igitur confessio minus officit, cum nihil magis sit consensui cõtrarium,
59 quam error, *l. nihil consensui, §. fin. ff. de reg. iur. l. si per errorẽ, ff. de iurisd. omn. Iudic. l. sed hoc ita*, ibi, *Si non per errorem, aut imperitiam, deceptus fuerit, nulla enim volũtas errãtis est, ff. de aqu. plun. arcen.* pulcher *tex. in l. in cõfessionibus 14. ff. de interrogator. actio. l. cum falsa 5. C. de iur. & fact. ignor.* vbi habetur falsa Partium asseuera-
60 tione, veritatem gestorum tolli, aut immutari non posse, *Menoch. cõs. 372. ex n. 13. lib. 4. Gratian. discept. for. cap. 3. n. 10.* vers. *Constito*, tradens, quod
61 constito de errore semper reuocari potest confessio, quamuis deliberatè facta esset, *Ias. cons. 10. n. 49. lib. 2.* in-
62 quiens, quod errans non confitetur, cùm erronea confessio non valeat, *Bal. in l. 1. n. 2. C. si minor se maior di-*
63 *xerit*, nec confitenti noceat, *Bart. in l. nõ fatetur, ff. de cõfess. Crau. cõs. 102. n. 3. Burgh. de Paz cõs. 43. n. 42.* benè *Reg. Valẽz. cõs. 27. n. 8. & seq. Ego ipse in 1. practicar. obseru. cap. 68. ex n. 11.* vbi plura alia collegi, & in causa inibi à me indicata, & defensa, insinuaui mediante decreto Sac. Cons. in quo interuenit D. meus Præses Illust. Marchio Ramontis fuisse in fauorem reuocantis iudicatum.

64 Et si Notarij depositio alias de falso, cum reu. inquisiti, vti ex informatione constat, attendatur, nullam præstat fidem, etiamsi in mortis articulo deponeret, secundùm *Boss. tit. de inquis. n. 11. Farin. quæst. 53. n. 11.* stante crimine commisso, quinimò sese inuoluit in depositione (vti in facti nota exarauimus) hoc tamen adnotato, quod nulla sibi adhibenda est fides; nam dum deponit habuisse ratificationem à Petro Iacobo, tempus cer-
65 tum minimè designat, sicuti requiritur, quia est de substantia, *Farinac. quæst. 47. n. 174. Vulpell. cõs. 97. n. 3. Farin. cõs. 192. n. 20. lib. 2.* quod autem depositio tempus, & diem percutere debebat, ab ipso exquirimus; num ante liquidationis actum, vel post, ratificationis documentum habuerit? Si diceret; ante, cur igitur in in-
66 strumenti margine non notauit? esset sanè sibi imputandum, & sic dùm ad se exonerandum deponit, nõ pro-

bat

bat *Cæsar de Graff. dec. 3. n. 7. de testi. Farinac.* plurimos referens, *de testi. quæst. 60. n. 19. & seqq.* vbi quod præsertim in criminalibus minimè probat, *Io. Mar. Vermigl. cons. 286. n. 6.* & ex depositione resultat commodum, & interesse, debilitatæ est fidei, *Fe-*
63 *der. de sen. cons. 64. prope fin.* vers. *Et sunt suspecti, Rom. sing. 260. n. 5. & seq. Felin. in cap. personas 20. n. 2. de testib. Crau. cōs. 6. n. 502. Ossasc. decis. Pedem. 72. n. 6. Bertaz. cons. crim. 33. n. 16. & seq. & cons. 170. n. 10. & seq. lib. 1. & cons. 251. n. 39. & seq. lib. 2. Farin. de testib. quæst. 60. n. 77. & seqq.* Sin autē post liquidationem habuisse ratificationem, adstruxerit, ad quem finem? fortassis, vt de occultatione conuinceretur? & inuerisimilitudinis regulis subijcitur, quas modo abundè adnotauimus, vers. *Non tamen silentio.*

Sed tandem: dato quod malè Petrus Iacobus instrumentum liquidauerit (quod expressè negamus) non-
68 nè certa inflicta est pœna ab eodem *ritu 166. in fin.* contra creditores, vt non tenentur nisi ad pœnam pecuniariam, cum Fisco diuidēdam? hæc profero verba ritus, quæ nullum recipiunt cauillum, ibi, *Et si debitores in continenti, vel in vinculis existētes, probauerint solutionem, falsitatem, vel defectus prædictos, tunc, & eo casu creditores ipsi puniuntur pro qualibet vncia in vno Augustali, quæ pœna pro medietate applicetur Fisco, & reliqua medietas parti lesæ persoluatur, & eo facto debitores ipsi de facto liberentur. Bone*
69 *Deus?* Vbi est casus legis, nulla est dubitatio, cecinit *tex. in l. ancillæ, C. de furt.* & *Ritus* dum pœnam certam im-
70 ponit, non alia irrogari potest, nec datur aliud arbitrium, sicuti in terminis tradit, *Peguer. decis. crim. 80. n. 6.* vers. *Et intelligo*, vbi quoq; enarrat
71 pœnas à iure statutas in crimine falsi, ad rem satis *Reg. Valēz. cons. 52. n. 55.* tradens in pœnis nouitates esse vitandas tanquam vltra ius, per *tex. in l. 1. C. quæ sit long. consuet.* ibi, *Nam, & consuetudo præcedens, & ratio quæ consuetudinem suasit, custodienda est; & ne quid contra consuetudinem fiat, ad sollicitudinem suam reuocabit Præses Prouinciæ.*

Et cum Magna Curia iurisdictionem habeat procedendi super præsentatione, & liquidatione instrumētorum, eamq; semper practicauerit nulla alia excogitata pœna, nisi pecuniaria, nulla nouitas modò admitti debet annuente, *Tacit. lib. 15. Annal. Super omnibus negotijs meliùs, atq; rectiùs olim prouisum, & quæ conuertūtur in deteriùs mutari Anchar. cōs. 158. n. 4. cap. cū cōsuetudinis de consuet. Nauarr. cōs. 15. de reb. Eccles. non alien. n. 5. & cōs. 17. de voto n. 15. Io. à Cochier. in thesaur. Politicor. lib. 2. cap. 4. pag. 83.* vndè *Bal. in l. 2. ff. de constit. Prin-*
73 *cip.* inuehit contra innouantes antiqua, nam vti ponderat *Reg. Valēz. d. cōs. 52. n. 51. ad rectū prudentiæ actum spectat à nouitatibus abstinere, cum nihil odiosius sit, quam ea immutare, quæ antiquitas vtiliter honorifica introduxit.*

Et quando verba *Ritus* non essēt, prout sunt tam clara, & aperta, quo ad pœnam infligendam ex malè facta instrumēti liquidatione per creditorem, nonnè satis, superq; erit, ità fuisse consuetudine, & obseruantia tot annorum immemorabilis æui, metam excedentium, fuisse interpretatam, vt non nisi pecuniaria pœna erga debitores plectantur creditores? Id sanè absq; scrupulo, communi sententia acceptum est apud
74 DD. obseruantiam, maximè quæ sequitur, multum prodesse ad declarationem cuiuscumq; dispositionis, ex notatis in *cap. cum dilectus de consuet. Siluan. cons. 88. n. 28. lib. 2. Caphal. cōs. 28. n. 32. t. 1. Ias. cōs. 15. à n. 86. lib. 1. Guttier. cons. 2. n. 10.* & constat ex *l. de cōsuetudine, ff. de leg. l. 3. in fin. ff. de testit.*

ædili.l.an in totum, C.de ædific.priuat. l. 1. vbi glos. verb. Controuersiarum, C. quæ sit long. consuet.l. Imperatores,ff.de pollicit.quæ iura ad hoc expēdit Reg. Valenz.cōs.52.n.49.lib.1.D.de Frāch. dec.21.& 166.D.Reg.Sāfelic.dec.223. n.1.par.2. & fortiùs, quia pæna pro-
75 prium casum excedere non potest, de quo est tex. formalis secundùm D. Reg. Sanfelic. dec.417.n.22.par.3. & n.14.vers. Non credendam,vbi tra-
76 dit municipalem dispositionem nūquam extendi quoad pænam, quia non præsumitur talem fuisse intentionem disponendi, ex notatis per Io.Andr. & Gemin.in cap. dispendia de rescript.in 6.& cap.si fortè,de elect.eod. lib.Imol.in cap.fin.de rescr. Abb.in cap. 1. col. fin. de locat. alijq; non pauci, quos refert, & sequitur Alciat. in tract.de præsumpt. regal.4.præsum.43. n.5. appositè ritus disposuit contra creditorem falsitatem committentē in liquidatione instrumenti, & tamē pænam infligit pecuniariam,& sic actionem ciuilem dari innuit,quomodo ergo criminaliter procedi potest contra Petrum Iacobum,qui nullam commisit falsitatem, & de suo iure experiens, vt creditum consequeretur, iuris municipalis, inconcussæq; praxis liquidationis instrumenti innitens tam iustè obtinuit? Freec. de præsent.instrum.par.13. quæst.1. non
77 alia nisi pecuniaria pæna coercendum creditorem perperam liquidātem, tradit, ibi, Nam vltra prædictam obligationem per hunc Ritum, si ageret instrumentum malè esse præsentatum pæna rei conuenti retorquetur ad ipsum actorem,vt concludit in fin.&c. Si igitur pæna contra debitorem non alia hodie imponitur nisi pecuniaria (quicquid aliter peractis sęculis fuerit practicatum,quod contra debitorem liquidatum, ratione commissi periurij obtruncaretur manus,ex dispositis per Constit.Regn. Cum iuxta prouidam, vers. Aut per fraudem, & Constit. Eos, qui scienter, vbi Affl. & extant Ritus Magn.Cur.133.& 271: vbi plenè Carauit. præsertim n. 2. d. rit. 171. vers. Hodie verò, inquiens
78 ex consuetudine generali omnium Curiarum huius Regni pænam obtrūcationis manus in desuetudinem abijsse, nec aliam practicari, nisi certam pęnam pecuniariam ad rationē vnius caroleni pro ducato debiti cōtenti in instrumento, fidem præstans suā, plura alia exarasse in d.Rit.133. benè Affl.in Cōstit.Statuimus,vt magnæ 17.notab. Foller. in pract. censual. vers. Nicolaus n.83. cum seq. Ill.Reg. Capic. Galeot.Dux Regin. Controuers. Illust.lib.1.cap.54.n.22.de d.Rit.271.
79 haud immemor, Ill. D.meus March. Torell. de me optimè meritus dec. 58.n.8.vbi de generali omnium Curiarum Regni cōsuetudine testatur) qua fronte quærulator criminale prosequitur iudicium, dum actio nulla, nisi ciuilis oritur contra male liquidantes, & Reus, & Actor ad
80 imparia non debeant iudicari? ad vulgar.
81 Quorsum plura? ponderatione dignū censeo, (ni me,mei fallit amor) id quod mihi inter scribendum, tenue suggerit ingenium. A die quo Ritus prædictus de liquidatione fuit
82 editus,cuius dispositio semper certa est, semperq; loquitur, ad tex. in l. Arriani,C.de hæret. Alex.in l.cum quidam, §. suum n.5. ff. de acquir. hæred. Bart.in l.ventre n.2. ff.eod. Io.Orose.in l. omnes populi n.188.& in l.iustitia n. 14.ff.de iust.& iur.Cardin.in clem.fin. de rescr.col.3.vers.Venio ad primum, Mandos.ad regu.3.Cancellar. quæst. 7. n.22. Capol.in l.idem Offilius n.6. ff.de ædil.edict. Reg.Valenz. cons.70.n. 80. lib.1.plura fuerunt instrumenta malè liquidata per creditores, nec malum ex alio ortum habere potuit,nisi quod creditor asseruerit se esse

cre-

creditorem in millibus, dum non erat creditor, nisi in octingentum (exempli gratia hæc ordior, vt mentis conceptum insinuem) ideoq; dum postea debitor edocuit perfecto iam actu liquidationis, nō nisi pro octingentum potuisse liquidari, cui dubium, quod creditor condemnatus fuit ad pęnam pecuniariam in *d. rit.* 166. contentam? & tamen condemnatio ad pęnam, & annullatio liquidationis non processit, nisi quia falsè asseruit creditor se creditorem in millibus, pro qua quantitare citationem super tenorem instrumenti expediri fecit, dum non debebat consequi, nisi duc. octingentum.

Iterùm, promisit ratificationē contractus initi debitor, ab alio, patre, nēpè, cōtrahētis, vxore, filio, aliove intercesse forsitan in contractu habente, vel assensus Regij expeditionem super feudalibus, vigore Constitut. Regn. vel licentiam respectu obligationis mulieris, vel decretum Iudicis, si res minorem tangat, quibus actibus respectiuè non explicitis, cōueniunt partes, vt instrumētum possit liquidari, expeditur actus requisitus, innotescit creditori. Attamen creditor citationem super tenore instrumenti expedire voluit, ex capite actus non expediti iuxtà conuentionem, contumace existente debitore, liquidatur per Magn. Cur. instrumētum. Dolet de liquidatione debitor, instat nullam declarari liquidationē, eò se defendens munimine, quod actus promissus iam erat perfectus, & creditori etiam iudicialiter innotescebat, vndè falsum asseruisse constat Mag. Cur. quænam pæna fuit indicta? non alia nisi pecuniaria, & annullatus actus liquidarionis, sic etenim hæc obseruantia, & consuetudo notoria omnium Regni Tribunaliū, etiam Supremorum, quorum subsellia ab ineunte ætate sectati sumus, aciem Clientis tuetur, Quæ consue-
83 tudo, & generalis practica est attēdenda, vt contra ipsam non extendantur, neq; intelligantur aliæ leges,
84 quæ nulla alia causa tenent, quàm si iudicio populi sint receptæ, *l. de quibus, ff. de legib. cap. in his 11. dist. Navarr. cons. 1. n. 26. cons. 3. n. 1. § leges 4. dist. Capol. cons. crim. 15. n. 16.* quos laudat in nostris terminis *Reg. Valēz. cons. 25. n. 41. lib. 1.* & poterunt Do-
85 mini extraiudicialiter de eiusmodi obseruantia, & stylo se informare etiam Partibus non vocatis, ad tradita per *Bart. in l. 3. §. fin. ff. de testi. Bald. in l. 1. in fin. C. vt quæ desunt. Aduoc. Boer. cons. 8. n. 17. Rota* coram Sāctissimo *Gregor. XV. dec. 484. n. 6.* in terminis, quod ex consuetudine fal-
86 sitas excusatur, *Plot. de in lit. iur. § 6. n. 55. in fin. Decian. cons. 99. n. 8. lib. 2. Farin. quæst. 95. de pæn. temper. n. 17. Caball. resol. crim. cas. 130. n. 3.*

Quinimò generaliter bona fama Petri Iacobi, quatenus aliqua falsitatis vmbra in re de qua agimus applicari potuisset (quod expressè negamus, & præexarata ad oculum insinuant) omnem fal-
87 sitatis suspicionem excluderet, vti post alios *Farin. de falsit. & simulat. quæst. 156. num. itidem 156. Vermigl. cons. 237. n. 9.* eò fortiùs quia
88 semper falsitas cessat, quoties actus, qui falsus prætenditur, primordium habet veritatis, *l. cum filius 78. § hæres meus,* vbi *Bart. ff. de leg. 2.* vbi etiā *Alber. & Imol. Crau. cons. 46. n. 8. Foller. in prax. crim. in 2. par. princip.* verb. *Item quod commisit falsitatem n. 35. Gram. vot. 26. n. 12. Clar. in prax. crim. § falsum n. 43. Natt. cons. 132. n. 1. & seq. Honded. cōs. 99. n. 32. post princ. lib. 2. Surd. cons. 173. n. 50. Vermigl. cons. crim. 283. n. 6. & cōs. 185. n. 2.* & quod potentiùs veritatis primordiū, quod

in-

inquiratur creditor eò quod instrumentum via ritus contra debitorem præsentauerit? quodq; de occultatione instrumenti imperatur, quod nullo vnquam tēpore penès ipsum extitisse, fatis, superq; ex ipsomet informatiuo est probatum? Ac magis, instrumenti placito repugnat, dùm in eo debitor sese noxium præbuit infra mensem penès Notarium, ratificationis documentum producere.

Et si annuamus crimine stellionatus fortassis ex hoc teneri Petrum Iacobum, per *tex. in l. fin. ff. de crimin. stellion.* & erit summum quod prætendi posset contra ipsum ex asserta doli prætensione; Attamen ex alio
89 occurritur, quia stellionatus crimini nequidem locus fit, quando interesse reparari potest per actionem ciuilem, ità *Bal.* communiter receptus *cons. 14. n. 3. & cōs. 15. n. 1. lib. 1. Osasc. decis. 137. n. 17. Farin. quæst. 3. n. 37.* siquidem actio ciuilis de dolo, & cri-
90 minalis ex stellionatu dantur solum quando prætendentibus damnum alia via succurri nequit, *Castrens. cons. 411. n. 4. lib. 1. Farinac. cons. 7. n. 9. & cons. 160. n. 18. lib. 2.* vbi alios adduxisse fatetur, *Vermigl. cons. crim. 284. n. 2.* vers. *Et præsertim, & cōs. 358.*
91 *n. 9.* vbi quod criminalitati ianua occlauditur quando dolus purgari potest per actionem ciuilem ex contractu.

Quatenus autem in rubrica inquisitionis annuitur ad alterius instantiam, etiam minis intercedentibus Petrum Iacobum instrumentum præsentasse. Nos nequidem tantillum exaspetare debet, nam nulla ex actis constat legitima probatio, vndè ex
92 regula generali, *l. qui accusare, C. de eden. l. & qui, ff. de probat. cum concordan.* venit Cliēs absoluendus, solùm in libello accusatorio querelator hæc, & alia omninò ex processu delenda adstruxit, quæ nullum prorsus faciunt inditium, ne quidem ad in-
93 quirendum, *cap. forus, §. in omni de verbor. signif. cap. accusatores 3. quæst. 5. Fel. n. in cap. licet Hely n. 6. de simon.* cuiuscumq; fuerit conditionis accusator, *Farin quæst. 36. n. 95. & seqq.* imò nec ad capturam, licet examinentur vti testes, *Farin. ibid. n. 98. & 99.* imò nec ad inquirendum, *n. 86.* & *quæst. 60. n. 65.* & iam constat querulantem liquidationem ad animum vti iniuriam reuocasse, ad *tex. in §. fin. cum glos.* in verb. *Non reuocauerit, instit. de iniur.* sed curiosus Ego inuestigarem à quærulante, quando pecuniam à Petro Iacobo, plurīū amicorum suasu, atq; impulsu, suis præcedentibus precibus, ac reiteratis, pecuniam recepit, fuit nè qui minaretur, vt beneficium in eum conferret? Si igitur tunc absq; minis sui voti compos euasit. Cur modò vt suum consequeretur creditum Petrus Iacobus iure permittente, figurantur minæ, & minatores? quando tam legitimè ad instrumenti liquidationē patuit aditus.

94 Fateor ingenuè (vt hìc finiam, ac receptui canam) iustitiæ, & æquitati consonum videri, meum in hoc patrocinio Collegam Dom. Fisci Patronum adsciscere, non Contradictorem habere, siquidem Reipublicæ bono expedit, Serenissimi Regis nostri (quem Deus incolumen seruet)
95 vassallos ad contrahendum inuitari, nam in contractibus humanum cōmercium consistere tradit *Consultus in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur.* & alibi passim, ac Fisci incumbit ærario, creditores ad instrumentorum præsentationem, properante foueri, vt consuetam exigat periurij pœnam, in pecuniariam modò transfusam, alioquin quis tam hebetis ingenij creditor erit, qui pecuniam mutet, & conuentionis placitum sectari satagat, instrumentum præsentando, vigore

gore Ritus, dùm imminet sibi famæ, & bonorum iactura? sicuti casus præsens indicat. Vidimus etenim in carcerem Petrum Iacobum creditorem coniectum, in sui crediti exactione impeditum, ad quærelam debitoris adhuc detentum, inter Reos constitutum, quando non nisi ciuilis orta fuit actio, ex perperàm facta liquidatione instrumenti (si eiusmodi labe maculatam liquidationem quis dixerit) & immemorialis temporis cursu, non aliam sustinuerunt pœnã creditores, nisi pecuniariam, quocircà absoluendum Clientem ab impetitis per quærulantem, & inquisitio-
96 nis titulum, siue rubricam minimè nigro processus correspondentem, omninò delendum, ex *DD.* placito in *Rubr. ff. si cert. pet.* vbi *Repetentium* Schola comprobat, iteratò in spem ducimur, nedùm ex prædictis, verùm etiam ex alijs in facto põderatis circa personas, & dicta testium, factiq; inuerisimilitudinem, varietates, & contrarietates ipsorum, quæ omnia, veritas in rebus humanis primum gradum tenens, quę dicitur finis iu-
97 stitiæ, secundùm *Cardin. Alban. in l. 1. §. 9. ff. de negot. gest. & in l. lege Iulia n. 2. ff. de testi. & in l. is qui putat n. 1. ff. de acquir. hæred.* Imò iustitiæ mater:
98 secundùm *Bald. in l. libertini, ff. de stat. hom.* Rol. *à Vall. cons. 6. n. 9. lib. 1. Caph. cons. 454. n. 58. & cons. 569. n. 8. & cons. 678. n. 78.* & tantum fauorabilis secundùm *Arnobium lib. 8. aduersus gentes in fin.* quod nec minima illius portio sit excludenda, *Reg. Valenz. cons. 92. n. 224. & duob. seqq.* quæ
99 sanè veritas semper præualet, *l. fin. ff. de prob. Bal. in l. filium lect. 1. n. 4. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* eique
100 omnia cedunt, *Esdra lib. 1. cap. 4. cap. fraternitatis de frigid. & maleficiat.* vndè *Cicer. in Orat. in Vatinian. Tantam semper potentiam veritas habuit, vt nullis machinis, aut cuiusquam hominis ingenio, aut arte subuerti poterit, & licet in causis nullum patronum, aut defensorem obtineat, tamen per se ipsa defenditur,* & *in Orat.* pro *Marco Celio, O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiã, contraq; fictas omnium insidias facilè per se ipsa defendat, Reg. Valenz.* pluribus coaceruatis *cõs. 11. n. 52. & seqq. lib. 1.* indicauit; vindicauit. *Instat modò prælium? Premit quærulator? Vrget Fiscus? Anceps iurgij fortuna pendet? In discrimine res est? Interea quid?* adhuc in spem Cliens ducitur sub auspicijs Dominorum Iudicantium, conspicuorum, de suo iure satis edocuisse, seseq; innoxium præbuisse, ac proindè vti talem declarẽdum fore, sub eorumdem Dominorum censura, quibus alacriter, quæ exarauimus calamo, submittimus animo.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 11. Ianuarij 1651.

D E C I S I O.

DIE *Mercurij 31. Mensis Ianuarij 1652. Eadem Iuncta, de qua memoriam egimus in calce antecedentis responsi, sententiam tulit* Condemnando Clientem ad relegationem in insulam declarandam per

V Suam

Suam Excellentiam per septennium continuum: *Noua herclè determinatio in articulo nouiter excogitato à debitore, cuius determinatio, vti in alio casu fidem facit* D.Reg.de Ponte dec.30.Collateral.Consil.*Iunctis omnium Tribunalium Classibus digna erat, tum ob articuli grauitatem (deterriti etenim sunt creditores ab instrumentorum præsentatione) tum etiam ob interesse Regij Fisci circa pœnas pecuniarias passim applicandas ob moram debitorum in non soluendo, contra quos creditores instrumenta via ritus præsentare satagebant: Vt meritò dixerit idem* Reg. de Pont. in dec. 40. in fin. *& alibi passim*, sententias esse casibus fortuitis assimilandas, *Cogitandum iterum censeo, dum casus occurrerit, ac excussiori Iudicio perpendendum: Verba sanè mihi desunt, quibus exprimam, quanto mærore, triste, & inauspicatum nuncium de causæ huiusmodi iactura exceperim; licèt animus illam præsagire potuisset. Totus ergo stupui, inq; maximam incidi tristitiam, qua nego me in vita cæpisse maiorem, nullisque alijs in patrocinijs pari ictum me aculeo sentij, fataliq; cuidam rerum mearum calamitati adscripsi. Non enim ille fui causarum Patronus (*Lector*) qui ereptas victorias non doluerim, Totus fui semper Clietibus addictus, ijs præsertim in iurgijs, quę iusta (sicuti mei instituti) à prima fori salutatione tulit ratio, existimaui, vndè ijs de causis in summo mœrore vitam duxi Supremorum Tribunalium subsellia sectatus, adeò quod non semel desiderio desiderauerim, patrocinandi aleam deseruisse, quod herclè effecerim, ni muneris assumpti necessitas, & hominum expectatio, cui fidem meam programmatè iam obstrinxi, voti compotem esse denegarent, nec patiuntur Me cupienti animo morem gerere. Sed profectò humanarum rerum lusum vndique experire, cogimur, quibus pensatis animus refectus ad vires suas redit, & ingenium leniter ad morem, & captum temporum inflectitur;* Hactenus *solatij vice. Vtq; de omnibus legentes certiorem, sententia minimè exequutioni demandata fuit, nam idem D. Prorex pęnam relegationis in pecuniariam transfusit.*

Penès *Leonardum de Viuo* Scribam Fiscalem.

SVMMARIVM.

1 Vthor *patrocinium gratis præſtans, fatetur ſibi diſputandum fuiſſe an mercedem receperit.*

2 *Eloquentia magna eſſe debet, quæ inuitis placeat.*

3 *Iudices in ſententiando, Deum imitari tenentur.*

4 *Iudices dicuntur Dei Miniſtri, quibus vita, & necis Imperium in terris datum eſt.*

5 *Iudicia æqua eſſe debent, & exuberantia æquitatem.*

6 *Deus præteritorum criminum, quorum creaturas pœnituit, iterum non exquirit.*

7 *Diuina clementia non patitur crimina ſemel dimiſſa, iterum in vltionem venire.*

8 *Facinora ob cõfeſſionem à Reo factã condonata, obliuioni ſunt trãdenda.*

9 *Pactorum obſeruantiæ innitendum eſt.*

10 *Fidem fallere, graue eſt.*

11 *Princeps ſolutus eſt legibus.*

12 *Principi mucrecundum eſt, contra eũ agere, qui eius fidem eſt ſequutus.*

13 *Princeps tenetur obſeruare factum Præſidis ex ſpeciali ipſius mandato.*

14 *Deceptus ſub fide Præſidis quid mandantis ex ſpeciali iuſſu Principis, dicitur deceptus ſub fide Principis.*

15 *Gratia extinguit delictum, vndè gratiatus delinquens, non de veteri, ſed de nouo delicto venit puniendus.*

16 *Practica Sacri Conſilij de ſeruando fidem bannitis, quæ ſit.*

17 *Aggratiatus non poteſt amplius moleſtari de eo delicto, de quo fuit aggratiatus.*

18 *Securitas conceſſa à non habente poteſtatem, vel abſq; cauſa, ſiue abſque debitis ſollemnitatibus ſeruanda eſt.*

19 *Bãnitus captus ſub falſa ſecuritate, eſt reponendus in priſtinam libertatem.*

20 *Principum honori, & dignitati conducit, ne Banniti ſub fiducia eorum patentium literarum decipiantur.*

21 *Regia ſub fide, nemo eſt decipiendus.*

22 *Determinationes adducuntur, quibus etiam inquiſiti de aſſaſſinio, pro obſeruantia fidei Regiæ fuerunt è carceribus abſoluti.*

23 *Sacrum Regium Conſilium Neapolitanum, magnæ ſemper Authoritatis fuit.*

24 *Deciſiones Sacri Conſilij Neapolitani recenſentur, quibus Bannitis Regia fides fuit obſeruata.*

25 D. D. Franciſcus Merlinus *Sacri Conſilij Præſes, laudatur.*

26 *Deciſio Sacri Conſilij de Guidatico obſeruato apud Illuſt. Marchion. Ramon. Sacri Conſilij Præſidem extollitur.*

27 *Guidatus quando de Guidatico dubitatur, eſt priſtinæ libertati reſtituendus, dato ei competenti termino ad ſe ſaluandum.*

28 *Guidatus poſt Guidaticum cenſetur de iure effectus nouus homo.*

29 Author *prænoſcit de vita Inquiſiti ſub guidatico exiſtentis agi per Fiſcum adhoc vt eius inſtantia deferatur.*

30 *Angelus Spinellus aliàs* L'Arraggiato *inſignis Latro.*

31 *Facti ſeries de Nuntiante Petrone exaratur.*

32 *Fæmina in criminalibus deponens, nõ facit fidem.* V 2 De-

33 *Depositioni primę iuratę standum est, non secundę.*
34 *Depositionem primam iuratam reuocans periurus est, falsiq; pęna puniendus.*
35 *Testis iuratus reuocans testimonium, repellendus est.*
36 *Querelans nihil noui facit.*
37 *Illatio non fit ex diuersis.*
38 *Testis quando possit corrigere dictum suum, & primam depositionem.*
39 *Testis correctio ad hoc vt valeat, debet esse incontinenti.*
40 *Testis correctio incontinenti dicitur, vbi fit priusquàm Tabellio responsionem priorem scripserit.*
41 *Incontinenti quę fiunt, censentur inesse.*
42 *Iuramentum vnicum sufficit, quando vnica est depositio.*
43 *Testis ex interuallo primam depositionem iuratam reuocans, periurus reputatur, & falsi pęna punitur.*
44 *Notario, an testi potius sit credendum.*
45 Io.Maria Vermigliolus *laudatur.*
46 *Testis infamia purgatur per torturam.*
47 *Birruarij nullius sunt fidei.*
48 *Birruarij fides, ideo prosternitur, quia Birruarius.*
49 *Birruarij, seu satellites sunt viles, & cõmuniter reputantur infames, ideòque in Iudicijs ad testificandum non admittuntur.*
50 *Birruariorum ex dictis quotidie multi indebitè vexantur.*
51 *Birruarij non faciunt fidem, pręsertim in ijs, quę sunt extra eorum officium.*
52 *Birruariorum ex depositione nemo cõdemnari debet.*
53 *Decisio Sacri Consilij apud* Dom.de Franch.dec.379. *reuocauit decretũ Magnę Curię condemnãtis ex depositione Birruariorum.*
54 *Fisci Patronus miratus fuit in Sacro Consilio de determinatione Magnę Curię condemnantis ex depositione Birruariorum.*
55 *Praxis Sacri Consilij, & Magnę Curię, circa non adhibendam fidem ad finem condemnandi, depositioni Birruariorum.*
56 *Birruariorum depositionibus creditur ad finem torquendi tantùm, ex practica Sacri Consilij.*
57 *Homini in dignitate cõstituto est credendum.*
58 *Causa in delictis ante omnia inspicienda est.*
59 *Causa cessante in delictis, cessant omnia indicia.*
60 *Pręsumptio maior in delictis, omnes alias superans, in causę inspectione consistit.*
61 *Fatuus nõ nemo sine causa delinquit.*
62 *Occidens aliquem credẽs esse foriudicatum, excusatur.*
63 *Causa quęlibet colorata, fatua, iniusta, temeraria, etiamsi bestialis excusat à dolo, vt quis ordinaria pęna non puniatur.*
64 *Dolus necessariò requiritur, ad quem ordinaria pęna puniendum.*
65 Franciscus Guitellus *Aduocatus in Vrbe, laudatur.*
66 *Occidens bannitum, quem iustè occidere posse credidit, licèt nõ iustè, excusatur à pęna ordinaria.*
67 *Occidẽs etiamsi fuisset in iuris ignorãtia excusatur à pęna ordinaria.*
68 *Banni sentẽtia, & notorium ęquiparantur.*
69 *Causa mediata, & immediata in delictis concurrente, attendenda est immediata.*
70 *Familia Curię persequens inquisitum fugientem, eumq; vulnerãs, seu occidens non tenetur.*
71 *Fugiens à Curia, eiq; resistens, si occidatur, nullus occidenti imputatur dolus.*
72 Decisio Thomæ Grammatici 41. *de familia vulnerante inquisitum, quem salua manu appręhẽdere poterat, expenditur.*
73 Decisio Regen.Sanfelicij 249. par. 2.de

2. *de extrahente foriudicatum ab Ecclesia, eumq; occidi mandante, quæ pæna fuerit mandāti illata, pro singulari affertur.*

74 *Pena extraordinaria fuit punitus extrahēs ab Ecclesia foriudicatum, eūq; occidi mandans.*

75 Prosper Farinacius *laudatur.*

76 *Iudices aduertere debent ad* Reorum *confessiones, vt causam habeāt, præexistentem, & de ea interrogentur.*

77 *Delicti causa cessante confessio inquisiti redditur inuerisimilis,* Nam *sine causa nemo præsumitur delinquere.*

78 *Confessio in criminalibus non scinditur.*

79 *Mandans quem carcerari non tenetur de occiso, si mandatarius occidat.*

80 *Causa ad delictum debet esse proportionata, & ratiocinatiua.*

81 *Fisci probatio præsumptiua, & cōcludens tollitur ex probationibus inquisiti.*

82 *Spōtanea Inquisiti comparitio, magnū præbet innocentiæ signum.*

83 *Iudex in criminalibus mitiorem pœnā sectari debet, eo quod maiorem cōsequitur laudem in absoluendo, quàm condemnando.*

ARGVMENTVM.

Guidatus, pendente Indultus determinatione, siue (vti Pragmatici aiunt) ad ipsius discussionem concessus, de delictis anteà commissis inquietari nequit (quicquid de Guidatico, seu Saluaconducto hæsitari contingat) Eius etenim nullitate, vel inualiditate pendente, saltim Reū in pristinam libertatem esse reponendū competenti dato termino, pluribus exornatur, adductis Supremorū Regni Tribunalium Iudicaturis apud *D.D. Præsides Sacri Consilij Vincentium de Franchis, & Illustr. Marchionem Ramontis D. Franciscum Merlinum in sedibus indicatis,* ac etiam exterorum.

Causa delicti non apparente, eaq; ad casum proportionata, seu ratiocinatiua, Indicia quælibet contra Reum vrgentia prosternuntur, ac etiam confessio ipsius nihili fit, De causa etenim delinquendi in primis quærendū est, Nam nisi fatuus, nemo qui absq; causa delinquat, præsumendus est.

Birruarijs, & Satellitibus vtpotè vilissimis hominibus, nullam esse adhibendam fidem saltim ad condemnandum, varijs determinatis casuum figuris exornatur, præsertim apud *D. de Franch. dec. 379.* vbi suam adstringit fidem, miratos fuisse Dominos de Sacro Consilio, & cū ipsis D. Fisci Patronum de-

de-

decreto Magnæ Curiæ Vicariæ ordinariam pænam condemnante, ex Birruariorum depositionibus, ex quibus ad torturam dumtaxat deueniri fuit permissum, & in thesi per ipsum proposita, torto, & non confesso condemnato fuisse in forma liberatum tradit.

Familiā Curiæ resistentē, siquis vulneret, vel occidat, non esse pæna aliqua ordinaria coercendum, imò excusari, quidue apud *Gram dec.41.* determinatum fuerit, insinuatur.

Dolū omninò requiri, adhoc vt ordinaria pæna quis veniat plectēdus, idcircoq; qui aliqua de causa colorata, inuerisimili, fatua, ac etiā bestiali ad delinquēdū impulsus fuerit, omninò excusationē habet, eòq; magis si delinquens in dignitate cōstituto homini credidit, quē impunè occidi posse, asserēti, idq; *Francisci arti nig & Asseclarum* calculo cōprobatur.

Testis primo dicto iurato esse standū, non secundo reuocatorio etiam iurato, ex interuallo, vbi quādo incōtinenti, vel ex interuallo dicatur, quibusq; pænis periurus ipse sit afficiēdus, notabili insignis Episcopi *Didaci Couarruuiæ* placito ad Reorū defensam comprobatur, aliaque nonnulla ad Reū absoluendm, Fisciq; instantiā pro vltimo supplicio euadendā, diluendamq; adducuntur.

P R O

Nuntiante Petrone.

C V M

Regio Fisco.

RESPONSVM XVI.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

PLurium licèt facinorum Reus insinuetur à D. Fisci Patrono, siue eius vicem ob aduersam illius valetudinem sustinente Balthaxare de Angelis Iudice perpetuo, nunc Collega meo, *Nuntiante Petrone* Prouinciæ Salerni,

ni, quæ proprio ore faſſus, ſub ſpe tamen Indultus in Regia Audientia de anno 1650. die 23. Menſis Decembris, *fol.* 35. fuerunt in cauſa, vt præuio Excellentiſſimi Domini Proregis diplomate, quo elargitus fuit D. Didaco Chiroga Præſidi, vt ad facinoroſorũ hominum, & delinquentium, publicam turbantium quietẽ, commerciumq; per Campaneam incedentium peſſimum genus deſtruẽdum, quos ſibi viderit, indultaret, omnimodam illi ſuper hoc demandato negotio facultatem concedẽs, liberamq; poteſtatem tribuens, ſicuti videre eſt *fol.* 100. idemet D. Didacus ſaluum conductum, & guidaticum præfato *Nuntiante* conceſſerit, qui poſt plurima peracta ſeruitia decretũ obtinuit die 21. Ianuarij 1652. quo prouiſum extitit *Fiat relatio S.E. in Collaterali Conſilio, & interim manuteneatur in Guidaticò liberè, & abſq; clauſulis, & expediatur Guidaticum pẽdente diſcuſſione, fol.* 101. occaſione modo arrepta prætenſi mandati ad occidendum in perſonam *Angeli Spinelli*, aliàs *l'Arraggiato*, & extractione ipſius ab Eccleſia, de quo impetitur, inſtante Fiſco pro vltimo ſupplicio.

Nos: qui derelicti hominis partes ſuſtinemus, & iuriſiurandi vinculo adſtricti, ad pauperum innocentiam detegẽdam gratis operam noſtram, & libenter impertimur, de
1 quo adhuc diſputare contigit, dùm nonnulli clarè contendebant Me non niſi honorario recepto patrocinium ſuſcepiſſe, ægrè fortaſſe ferẽtes, quod abſq; prętio talentum gratis à Domino receptum, in pauperũ defenſam expẽdamus, vel id adſtruxiſſe enunciatum, nè pietatis munere erga miſerum Iudicantes fungerentur, fas eſſe ducimus hoc breui papyro, quæ longiori verborum eloquio, neceſſitate ſuadente, (Eſt etenim quoties occaſio ſe præbet, aut neceſſariò pugnandum, aut turpiter fugiendum) in Magna Curia Vicariç Delegata exiſtente Commiſſario Regio Conſiliario Anello Portio, viro ſanè perdocto, nunc in Magna Curia Collega meo chariſsimo propoſuimus, commẽdare, vt quatenus tenues ingenij noſtri vires ſuppetũt, perſequuti hominis iuſtitiam dete-
2 gamus, non ignari quod magna debet eſſe eloquentia, quæ inuitis placeat, cùm ingenia fauor hominum oſtendat, fauor alat, magnaq; vis eſſe oporteat, quæ inter obſtãtia erumpit.

Cordi igitur eſt, initium inde fa-
3 cere, quo traditum eſt, Iudices in ſententiando, omnium Opificem rerum, eſſe imitaturos, ſunt namque
4 ipſius Miniſtri, quibus vitæ, & necis Imperium in terris tribuit, de quo eſt *tex. Imperialis in* §. *Arripiat. Auth. Vt omnes obed. Iudicib. Prouinciar. collat* 5. *cap. Deus omnipotens* 2. *quęſt.* 2. *cap Vt noſtrum de Eccleſiaſt. benef.* quibus iuribus innixus *Reg. Valenz. conſ.* 90.
5 *n.* 198. *& ſeq.* tradit, ęqua debere eſſe iudicia, & æquitatem exuberantia, *Ludou. Pegner. dec. crim.* 39. *n.* 3. aliijque perplures, quos conſultim prætérimus.
6 Quo fit: vt ſicuti Deus præteritorum criminum, quorum creaturas pænituit, rationem iterum non ex-
7 petit, nec perquirit, Non etenim patitur Diuina Clementia crimina ſemel dimiſſa iterum in vltionem venire, *cap. de bis*, vbi *Gloſ. de accuſ. & cap. diuina clementia de pœniten. diſt.* 4. *& cap. ſi illic* 23. *quæſt.* 4. *Abb. in cap.* 2. *n.* 2. *de empt. & vendit. Cardoſ. in Summ. ſeu prax. Iudic. & Aduocator.* verb. *Delinquens* §. 14. ità Princeps ipſi terreni, ab ciuſq; præpoſiti Magiſtratus,
8 condonata ob confeſſionem facinora, obliuioni tradere tenentur, omneſq; curas intendere, ne quauis ex
9 cauſa moleſtiam patiantur, ſed pacto-

ctorum obseruantiæ inniti, de quo
celeber est *tex.in l.1. §. hoc edicto, ff.*
de constit.pecun. ibi, *Hoc edicto Prætor*
fauet naturali æquitati, qui constituta
10 *ex consensu facta custodit, quoniam*
graue est fidem fallere. Vndè licèt
Princeps solutus sit legibus, *l. Prin-*
ceps, ff.de legi.l digna vox, C.*eod.*tamē
11 inuerecundum est Principi contra
eum agere, qui eius fidem est sequu-
tus, sicuti pluribus post cęteros fir-
mat *D. Franc. Amaya in l.1.n.11. C.*
Ne Fiscus rem quam vendid.euinc.lib.
10.& in lib.1.practic.obseru.cap.1.n.7.
& 97.Reg.Valenz.cōs.2. n.51. & seq.
lib.1. Gaill.lib.2. practicar. obser..cap.
54. n.7.Pręs.Camill.de Curt. in 1.par.
diuersor.feud. pag.mihi 28.n.14. Petr.
Gregor.in Sintagmat. iur. lib.7. cuius
memor fuit *Christin.dec.9.n.8. in fin.*
lib.1.Mastr.de Magistrat. lib.3. cap.4.
*n.333.*vers.*Et licèt*, *Reg.Constan.*omni
memorādus æuo, *in l.1.n.93. C.pan.*
fiscal. creditor. præferr. lib. 10. Petr.
Diez Noguerol. Allegation. iuris tomo
*1.alleg.5.n.25.*vers.*Debita*, Reg.*Tap.*
dec.Senatus Italię 5.Præs.Merlin.in 1.
*forens.cap.2.n.30.*pleraq; alia congesf-
si *Ego in 2.forens.cap.vltim. ex n.61.*
post *Vasq.controuers. Illustr. cap.3. &*
26.n.16.& cap.45.n.13.D.Gregor.Lo-
pez Mader. lib. singular. animaduer-
sion.iur.ciuil.cap.35.& ex *Cauotio*, *Ca-*
stalio, *Zasio*, *Gregorio*, *Petro Gregorio*, &
alijs obseruat *Osuald.Illiger.in notatis*
ad Donnell.lib.12. Commētar. cap.22.
lit. Q. quorum memor fuit insignis
Larr.allegat.fiscal.lib.1. alleg.3. ex n.
1.& plurib.seqq. qui pulchra ad id, &
quamplura congerit.
13 Et nedum factum proprium tene-
tur Princeps obseruare, verùm etiā
factum Pręsidis ipsius, ex speciali
mandato Principis, ad *tex.in l.1.§.qui*
14 *mandata, & l.3.ff.de offic.eius*, alio-
quin deceptus sub fide Præsidis, di-
ceretur etiā deceptus sub fide Prin-
15 cipis, *l.1.C.de his qui ven. ætat.* Gra-
tia etenim in terminis casus nostri
extinguit delictum, vndè gratiatus
postmodum si delinquat, illud pri-
mum delictum non reuiuiscit, sed
Iudex ipsum puniet de delicto de
nouo commisso, sicuti perbellè tradit
Præs.de Franch.dec.483.n.2. inquiēs,
16 *Nos vt fides seruetur bānitis, quando*
infra tempus securitatis capiuntur, vt
fides eis seruetur reponimus in pristinā
libertatem ex dictis per Cin. in l. pre-
senti in 3.quęst. C.de his qui ad Eccles.
confug.Bart.in l.1.§.1.ff.de acquir.rer.
dom. vbi sic fuisse dilutum obiectum
Regij Fisci insinuat.
17 Nam aggratiatus non poterit am-
plius molestari de eo de quo fuit
aggratiatus, *l.1.& per tot.C.de senten.*
pass. l. fin. C. de general. abol. D. de
Frāch.dec.258 n.2. post *Bellug. in loc.*
ab ipso allegato, qui subdit, *Quod fit,*
ne ij, quibus securitas datur, decipian-
tur, *Guazzin.ad defens.reor.tom.2.de-*
fen.2. cap. 9. n.1. qui alios congerit,
præsertim magnum *Farin.quæst.6.* &
post *Ioann.de Platea in l.1. C. de Na-*
uicular.lib.11. D.Præs.Merlin.forens.
lib. 1.cap.53.n.4. & 5. vbi memor fuit
alterius *Præs.de Frāch.dec.433.n.1.et*
dec.673.n.3.
18 Etiam si ab eo esset data securitas,
qui nullam habebat potestatem, vel
nulla concedendi causa adfuisset, vel
absq; debitis solemnitatibus, *Bart.in*
l.is qui reus n.12.ad fin. ff.de publ.iud.
Menoch.de arbitr.iudic.cętur.4. cas. 336. n.
32. & cas. 337. n.5. D. de Frāch.dec.
258.n.2.& dec.415.Reg.Tap.lib.4.iu-
ris Regn.sub tit.de morator.et saluocō-
duct. ad enucleationem *Rit. Magn.*
Cur.287.& *dec.Sac.Cōs.21.et 53.*vbi
pulchros casus enarrat *Reg.Rou.prag.*
1.de Guidat.n.3.Cōsil. Paschal.de patr.
potest.cap.3.par.4. n.37. Giurb.cōs.22.
n. 3.et cōs 80.n.12. P.Molfes.ad Con-
*suet.Neap.par.4.quęst.57.in addit.*vbi
19 tradit vidisse seruatum in bannito
capto sub falsa securitate, qui fuit re-

po-

positus in pristinam libertatem, pulchrè *Caball.resol. crim. centur. 2. cas.* 119.per hæc verba, *Multum conducere*
20 *re existimo dignitati, & honori Principum, ne banniti sub fiducia eorum patentium litterarum decipiantur, quandoquidem securitas concessa seruanda est*, & plures disertè congerit *Ill. D. meus Marcb.Torell.dec.*105.*n.*27.vers.
21 *Tertiò dicebant,& n.seq.*inquiens neminem ex fide regia esse decipiendum.

22 *Quorsum plura* ? Veritatem hanc ex veris iuris principijs, maximorūq; Consultorum placitis elicitam, Supremorum Tribunalium scita, siue (vti aiunt) Decisiones comprobarūt, Ità Senatus Cathaluniç de ann.1570 captum Michaelem Casadaual inquisitum de assassinio, de quo remitti non poterat, parte etiam instante, pro obseruantia fidei regiæ absoluerunt à carceribus, teste *Ludou.Peguer. dec.* 39. *n.* 10. vbi quamplures alios casus decisos vniformiter enarrat, nec suis temporibus, aut maiorum suorum, contrarium fuisse determinatum, recenset.

23 Et nostrum Sacrum Consilium magnæ, & venerandæ semper Authoritatis ità passim iudicauit, *D. de Franch.* fidem suam adstringente *dec.*258.*n.*2.483.*n. itidem* 2. *dec.*415. *dec.*483.*n.*1.*& dec.*677.*n.*3. vbi *Ad-*
24 *dens.* quamplures alios consarcinarunt, *Ascani Tholom.in addit.ad Nunt. Tartagl.cap.*1.*par.*2. inquiens ità determinatum per Magn.Cur. & Sacr. Consil. in quodam Andrea de la Rocca, referente Consiliario de Haro, per *tex. in l.* 1. *C. de his qui ven. atat.impetr.* & iterum in quodā Marco Antonio de Falconibus, quem Authorem, fuisse maximum criminalistam tradit *D. meus Pres. Merlin. d. cap.*53. *n.*13. vbi determinationes per ipsum allatas, collaudat, & *cap.* 54.*n.*15.vers.*Imò, & plus.*

Sed quid in veteribus perquirendis documentis immoramur? dùm nouos habemus ritus, & obseruan-
25 tiam, Ecce probat *Author*, exquisitissimæ scientiæ vir, *D. Pres. Merlin.* qui fidē adstringit suam de veritate prædictorum *in* 1.*forens. cap.*53. in quodam Pompeo Bottiglierio capto Salerni sub amplo saluoconductò, siue guidatico, pendente indultus expeditione eidem concesso per Cōmissarium Campaneæ, aduersus quē strenuè Fiscus oppugnabat de eius
26 nullitate, seu inualiditate, & *cap.*54. re iterum ad trutinam deducta *n.*25. qui est *finalis*, vers. *His respondere* pro inquisito determinatum tradit, ibi, *Vel ex eo maximè, quod iuxtà hæc pro Regia fidei incolumitate, non solum securitatis obseruantiam Petrus Antonius obtinuit, sed & criminum abolitionem, siue indultum*, eiusq; *D.Presid.* verba *n.*15. memorari libet, *Tanta est*
27 *publicç fidei vis, ut etiam si quid opponatur pro parte Fisci, ex quo declaretur non debere gaudere, est tamen pristinç libertati restituendus, dato ei competēti termino ad se saluandum.*

Ex quibus in propatulo est, non posse de nouo quicquam attentari contra *Nunciantem* pro delictis, pro quibus aggratiatus, siue indultatus
28 extitit ex prædictis, Nam nouus fuit effectus homo iuris censura, ex *Nell.* 3.*par.*2.*tempor quçst.*52.*n.*60.*& quçst. praced.* adducto à *Prosper.Carau. in prag.*1.*de exul.n.*129.vers.*Quare*, vel saltim si in aliquo suboritur dubitatio circa validitatem guidatici esse in pristinam libertatem reponendū,
29 ne fides publica violetur. Hæc sanè scripto commendamus, non quia de ijs modo agitur, sed mussitantem vidi Fiscum, & quasi futurum euentum prçsagior, sermonem de vita inquisiti (cuius *Me* sanè in hoc quoq; miseret) esse habiturum, dùm solus pugnat in iuribus Fisci insinuandis,

ad Dominorum Iudicantium animũ vellicandum, vt eius instantiæ deferatur.

Secundum quod aggredimur defensionis caput, circa prætensam inquisitionem contra *Nuntiantem* de
30 mandato ad occidendum *Angelum Spinellum* insignem latronem, Campaneæ vastatorem, furem, ac viarum grassatorem, publicum Tabellionem Tursi furatum, ac cum familia Cutię non semel digladiantem, per Regiam Audientiam inquisitum de furto, & armatione in Campaneam, eiusque Tribunalis contumacem, socium diffamati foriudicati omnium scelerum Rei *Io. Bapt.* aliàs *Tittarelli* de Santo Arsiero ob eius facinora satis diffamati, plures continet articulos; facti tamen historia præmissa, quam in Aula ponderauimus, & modò patentem facimus.

Hæsitationi nõ patet aditus, quod sequuto homicidio die 4. Septemb. 1652. in personam præfati *Spinelli* in Terra Roceæ Aspidis duobus mediantibus tormentorum ictibus, per *Iulium Ardumum, & Felicem Ciaciullum* explosis, de familia ipsius Nuntiantis, fuerunt examinati tres testes de terra prædicta, per ipsius Capitaneum, eodem die, qui contestes deponunt, quod exeunte ab atrio Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Gratia *Nũtiante Patrone*, cum illo exiuit *Spinellus*, ad finem se licentiandi à præfato *Nuntiante*, eiusq; sociis, quo tempore duobus prædictis ictibus decubuit, eiq; caput amputatum fuit ab eiusdem familiæ Satellite.

Recepto postmodum à Regia Audientia capite, præuia instantia ipsius Nuntiante, qui ex illo præmium consequi in spem ducebatur (*O incauta futuri mortalitas?*) manauit decretum, &c. *Retroscripta seruitia facta per retroscriptum supplicantem, conferuentur in actis ad finem prouidendi fol.* 1.

Deindè die 18. eiusdem mensis Septembris Regia Audientia recipit in testes sex alios Birruarios, & Satellites eiusdem Caporalis *Nuntiãte*, quorum tres socij criminis, imò delinquentes ipsi (qui & ambo percussores) & tertius testis, qui præsupponitur à Fisco fuisse cum prædictis ad extrahendum ab Ecclesia *fol.* 13.

Cæteri verò tres Birruarj deposuerunt.

Vtq; testium numero persequutores *Nuntiantis* ipsum onerarent, satagerunt per Actuarium Regiæ Audientiæ, nedùm recipi alios testes de mẽse Octobris, verùm etiam iterum interrogari testes in die delicti receptos, qui primum dictum falsè reuocarunt, nam alius tertius testis, inter testes examinandos ab eodem Actuario descriptus *fol.* 16. *lit. H.* non fuit interrogatus, fortassis quia noluit peierare duobus alijs se conformando; sed primæ depositioni persistere.

Animaduertens Fisci Patronus tres illos testes primos, vti socios criminis ab ipso habitos, à Nobis verò principales delinquentes reputatos, pluribus laborare defectibus, ideòq; fluxę, ac prosternendæ esse fidei, palàm in Aula asseuerauit, siue de eius consensu D. causæ Commissarius, nolle illis vti, sed quantum nostram sustineant aciem, mox insinuabimus.

Quodq; languidæ, ac nullius sint fidei *Maria de Ienno*, & *Vitus Scorsiellus*, in Aula ex depositionum lectura fuit cognitum. Nam respectu *Marię*
32 vltra quod sit fœmina, quæ in criminalibus vti testis non admittitur, nisi in certis casibus, ex adductis per *Giurb. cons.* 43. *n.* 27. vers. *Non obstat quartum*, nec repetita fuit, nec *Nuntiantem* cognouit, Respectu verò *Viti Scorsielli*, nec minus *Nuntiantem* recognouit, & de auditu deponit.

Re-

Remanet igitur probatio Fiſci ſecundùm atteſtata per ipſum, in teſtibus receptis in die delicti per Capitaneum terrę Roccę, poſtmodum reuocantibus primam depoſitionem, & in aliis illis tribus Birruariis in crimine non participibus.

Bone Deus? quo pacto iuuare ſe poteſt Fiſcus teſtibus prædictis, cùm
35 notum ſit primæ depoſitioni iuratæ eſſe ſtandum, non ſecundæ, per *tex.* quem celebrem in ſui ratione, eique difficillimè reſponderi poſſe, tradit inſignis, ac perdoctus *Couarr. tom. 2. variar. lib. 2. cap. 13. n. 8.* verſ. *Tertium eſt*, vbi allegat *Panormi. & Felin. in cap. cum in tua de teſti. Innoc. in cap. preterea de teſt. cogen.* quinimò periuros eſſe, & falſi reos, falſiq; pœna puniẽdos fore, eſt *tex. in l. eos*, vbi *Bart. & DD. ff. de falſ.* in quo omnes conuenire tradit *Couarr. d. n. 8.* verſ. *Tertium eſt in princ.* inquiens de hoc eſſe *tex.* concordantem in *cap. preterea de teſt.*
36 *cogen.* & quod eius teſtimonium vti penitus fide deſtitutum ſit repellendum paſſim omnes fateri, tradit verſ. *Ceterum ſi teſtis*, quod probari affirmat ex *tex. in l. qui falsè, vel variè, ff. de teſtib. in cap. licet cauſam de probat. & in l. eum precum, ff. de liber. cauſ.*

Nec vllius ferè negotij eſt, ſi dicatur, teſtes prædictos nihil noui addnxiſſe, ſed tantùm declaraſſe eorũ dicta, ſicuti in Aula Fiſci inſtantiæ adhęrentes eñixi ſunt aſſerere, nam luce meridiana clariùs eniteſcit ſecundis eorum dictis deſtruxiſſe penitus prima, prout ex lectura apparet. Stemus igitur priori dicto iurato, iam quod Fiſcus pugnat nihil noui eſſe adductum. Certum etenim habemus theorema elicitum ex *tex. in l. heredes palam, §. ſi quid poſt, n. 4.*
37 *ff. de teſtam. quod qui declarat, nihil noui adducit*, nihilq; immutat, *§. ſed ſi notum, ff. eodem*, vbi *Bart. l. adeò, §. videtur, ff. de acquir. rer. dom. Gonzal. ad regul. Cancellar. gloſ. 12. §. 1. n. 9. Menoch. conſ. 160. n. 48. Giurb. conſ. crim. 65. n. 34.* ſed veritas eſt, quod teſtes ipſi aſſerunt, non recordari dixiſſe, quod *Spinellus* occiſus exiuit atrium Eccleſiæ, ſed quod fuit extractus, Hoc igitur eſt nihil noui addere? Dominis benè innoteſcit, quæ ſit de
37 vno ad alium caſum diuerſitas, ex qua non bona ſit illatio, *l. Papinianus exuli, ff. de minor.*

38 Er licèt inficias non eamus poſſe teſtem corrigere dictum ſuum, & propriam teſtimonij depoſitionem, ad hoc vt vltima valeat, ex *d. cap. preterea de teſt. cogen.* & eſt *lex Regia 30. tit. 16. par. 3. gloſ. in Authen. de teſt. §. quia vero*, Attamen (vti benè docet *Couarr. loc. cit.* verſ. *Secundo ſi teſtis*)
39 correctio debet eſſe in continenti, & in continenti dicitur vbi ea fit
40 prius quam Tabellio reſponſionem priorem ſcripſerit, ad quod affert *gloſam*, quam inſignem præconizat in *cap. apud miſericordem 32. queſt. 1.* quam valdè notabilem dixit *Alex. in l. qui bona, §. ſi quis ſtipulatus, ff. de dam. infect.* & ſingularem *Lanfranc. in cap. quoniam contra de probat.* in verb. *Teſtes n. 136. & Iaſ. in l. error col. 2. de iur. & fact. ignor. Gloſ. in cap. fin.* verb. *Iuſta cauſa ad fin. de iuretur. in 6. Anton. de Butr. in cap. fin. n. 23. ad fin. de confeſſ. Tiraq. de retract conuen: §. 1. Gloſ. 1. n. 18. Rom. ſing. 801.* & vti *Burſ.* obſeruat *conſ. 35. n. 29. vol. 1.* antequam diſcedat à præſentia Iudicis, *Bonacoſſ. inter commun. opinion. lib. 4. tit. de teſti. concl. 387. Reg. Valenz. conſ. 102. n. 11. & ſeq.* vbi inquit in teſte non poſſe fieri variationem ex interuallo, adducens *Bal. Abb. Felin. Alex. Gram. Anton. Gabr. Meren. Couar. & Gregor. Lopez.* Cuius rei rationem nos aſſerimus, à *D. Couarr.* non ad-
41 ductam, quia quę in continenti fiũt, cenſentur ineſſe ad *tex.* famigeratos *in l. petens*, vbi Scribentes com-

muniter, C.de pact. & in l. lecta, ff. si
cert.pet.Surd.dec.157. neq; tunc spe-
ctatur, q.d priùs, quiduè posteriùs sit
scriptum, quia actus censetur vnicus
vti post Affl. dec. 306. ibiq; Vrsill.
tradit D. de Franch.dec.369. quos ad
id expendit Bellon. in tract.de eor.quæ
fiunt incontinen. lib.1. cap. 54.n.6. &
plurib.seqq.& cap.69.n.13.vers.Et ra-
tio horum eod.lib.1.quo casu vnicum
42 sufficeret iuramentum, quia vnica
est depositio.

Secus tamen erit si ex interuallo
43 denuò iuratus primam depositionē
reuocauerit, nam tunc periurus re-
putabitur, & falsi pęna venit punien-
dus, cap. sicut, & cap. testimonium de
testi.cap.paruuli 22.quęst.5. Natt. cons.
298.n.8. vol.2. Alex.Strat. cons. 117.
n. 44. tom. 1. inter cōsil. crim. diuers.
Burs.cōs.34.n.2.Morot.respon.61. n.3.
& 6.Surd.dec.135.n.10.Couarr.d.cap.
13.n.8. Guid.Pap.dec.546.& dec.593
Clar.in pract.crim.quæst.531.n.13. &
17. vers. Quintus casus, Seraph. dec.
1250.n.13. Cappell. Tholos. dec. 281.
n.1.qui eam adducunt rationē, ne in
potestate testis sit, secundo suo testi-
monio, quod subornatione videtur
extortum, ius alteri quæsitum aufer-
re, ad quod egregiè satis D. Valenz.
cons.102. n.28. adducens inter cæte-
ros Clar.d.quæst.53.n.13.omninò vi-
dendum, quam sententiam vti com-
munem argumentis vtrinq; relatis
laudat Vasq.controuers.vsufreq.lib.2.
cap.33. Minsing. centur. 2. obser. 86.
Hotom.cons.102. n. 10. Reg. Valenz.
cons.90.n.131. qui Couarr.loc.cit. ex-
pendit, & latiori calamo idem et Reg.
Valēz.cons.102.n.14.vers.Et præsumi-
tur, subdens n.15. non solum ei non
credi ratione periurij, cap.si quis con-
uictus, cap.paruuli 22. quæst. 5. & cap.
ex parte 7. vbi Glos.& Abb.n.3.Felin.
n.5.cap.testimoniū 54.de testi.vbi Glos.
verb.Absolutus, l.qui cum vno, §.igno-
minia, ff.de re milit. Rebuff.de reprobat.
testium, n.396.Alex.cons.20. n.4. vol.
4.& cons.44.n.7.vol.2. Rol. cōs.16. n.
11.vol.1.Clar.lib.5. sententiar. §.Per-
iurium n.7. Franc.Maria de Plotis cōs.
65. n. 15. inter cōsilia crimin. diuers.
tom. 1. Petr. Foller. cōs. 138. n.1. eod.
tom. 1.Verum nec facit inditium cō-
tra inquisitum, Ruin. cōs.146. & seq.
vtrobiq; n.4.vol. 5.Gram.cōs.44.n.10.
& cōs.35.ad fin.Bertaz. cons.crim. 70.
n.27.Meren.cōs.68.n.23.tom.2.consil.
crim.Burs.cōs.79.n.11.& 12.vol.1.

Sed propriùs limites casus nostri
attingendo, dicunt testes non recor-
dari dixisse, quod in prima depositione
44 est scriptum, ergo illis nè credendū,
vel Notario, seu Actorum Magistro?
Clamant vbiq; DD. Notario, non illis
credi, ità post innumeros magnus
Farin.in prax.& theor.crim.quæst.45.
præsertim n.39.cum seq. Clar.d.quæst.
53.n.17. vers. Quintus casus, & in §.
falsum, vers.Pone testis n.10.quos lau-
dant Addent.ad Couar. d. cap. 13. va-
riar.resol.n.10.& nuperrimè magnus
45 Criminalista Io. Mar. Vermigl. cons.
233.n.17.& 19.& cons.250.n.4.

Cur igitur perditi hi homines, fa-
cinorosi, homicidij patratores, Satel-
lites periuri, & infames ad se exone-
randos in testes adducti, nulla illata
46 tortura, ex qua purgari consueuit
infamia ad tex.in l.ob carmen, §. pen.
& l.pen.ff.de testi. Authen.de testib.§.si
vero, Couarr.d.cap.13.n.8.vers.Tertiū
est circa fin.qui calumnias hasce con-
tra derelictum hominem struere non
sunt veriti, debitas non luunt pęnas?
quas practicatas diebus non longè
decursis vidimus in testibus produ-
ctis à quodam V.I.D. ad furcarum
suspendia condemnatis.

Deletis ergo è testium numero
prædictis, figit pedes Fiscus, eiusq;
instantiæ annuendum in spem trahi-
tur, ex depositione trium aliorum
testium Birruariorum: Horum Satel-
litum testium erit, vt de iure fidem

fa-

faciant ad condemnandum innoxiū
hominem? *Abſit.* Audiamus maiores
noſtros quid de ijs ſenſerint? Et ſa-
nè *Bal.in l.fin.8.quæſt.n.*47. *C.de edi-
ct.Diu.Adria.tollen.* nullius fidei Bir-
47 ruarios exiſtimat, *Ber. cōſ.* 84. *n.* 1.
*Ang.in l.ſciendum, C.de vſur. Gram.
vot.* 21. *n.* 1. *Iul. Clar. in prax. crim.
quæſt.* 7. verſ. *Habet igitur in fin.* ex
multis, inſignis *Farin.conſ.*116. *n.*1.
*lib.*2.& in abſoluto *tract. de teſti.quæſt.*
56.*art.*9.*n.*330 *& ſeq.tit.de oppoſitio.*
48 *contra teſt.*inquiens ideò fidem pro-
ſterni, quia Birruarius, punctuatim
Ill.D.Præſ.March.Ramon. in 1.*forenſ.
cap.*66. *n.*12. inquiens poſt *Bal.* *Bir-*
49 *ruarios, ſeu Satellites eſſe perſonas vi-
les, & communiter infames reputari,
omniq; vitiorum macula adſperſos, ideo-
que in iudicijs non admitti ad teſtificā-
dum,* benè *Vermigl.cōſ.crim.*114.*n.*1.
poſt *Boſſ. tit. de denūtiat. n.* 12. vbi
quod hęc concluſio apud ipſum nul-
lam habet dubitationem, licèt quo-
50 tidiè multi ex dictis Satellitum in-
debitè vexētur, *Alciat.reg.*3.*præſ.*14.
*n.*47.iterum *Farin.de carcer. & car-
cerat.quæſt.*32.*n.*80.*cum ſeq.Reg. San-
fel.dec.* 98.*par.*1.

51 Præſertim: in his quæ ad eorum
officium non ſpectant, ſed ſunt extra
pertinentia ad illud, vti poſt alios
tradit *Menoch.de arbitrar.Iudic.lib.*4.
*cētur.*2.*caſ.*112.*n.*12.verſ. *Secūdus ca-
ſus principalis eſt, Petr.Roy z.dec.Luſi-
tan.*2.*n.*72.verſ. *Merito itaq;*, *Ioſeph.
Ludou. dec. Lucen.* 1. *n.*3. *Vulpell. cōſ.
crim.*38.*ſub n.*1.*ad fin. Bertaz.in Ad-
dit.ad cōſ.crim.Patris* 219.& perbel-
lè explicat *Caball. reſol.crim.* 127. *n.*
21. *& per tot.*

Ijſq; arrident quæ alias diſcuſſo
imminentis pugnæ diſcrimine, cer-
taminiſq; periculo, ad præfati theo-
rematis comprobationem determi-
nauit Sacrum Conſilium de anno
52 1588.die 7. Maij reuocando decre-
tum Magnæ Curiæ, de quo miratos
fuiſſe Dominos de Sacro Conſilio,
& cum ipſis D. Fiſci Patronum (*O
exoptanda tempora!*)tradit *D.de Frāch.*
53 *dec.* 379. dum Rota Magnæ Curiæ,
ex depoſitione Miniſtrorum iuſtitiæ
54 condemnauit Octauium Baronum
de Ciuitate Tropeæ, ad pænam vlti-
mi ſupplitij, vel ad duc. duos mille,
ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ,
ſub prætexto quod fuiſſet repertus
cum tormento paruo, quę ſanè de-
terminatio manauit contra doctrinā
*Andreæ de Iſer.in Conſtit.Regn.Huma-
nitate nobis ſuggerēte col.* 2. verſ. *Sed
qualis proceſſus, & col.fin.* verſ. *Nō au-
tem ſufficit,* vbi plenè materiam exa-
minat, vndè vt veritatem poſteris in-
55 ſinuaret, inquit *D.de Frāch.* ibi, *Hinc
factum eſt, quod in Magna Curia, et in
Sacro Cōſilio ſemper ſeruatum fuit iſtis
depoſitionibus Alguzeriorum, et aliorū
iuſtitiæ ſeruiētium non credere ad finē
56 condemnādi, ſed iſtis credere ad finem
torquendi tantùm,* qua de re, torto
prædicto Octauio, & non confeſſo,
fuit liberatus in forma, quam deter-
minationē collaudat *Mart. voto* 80.
*n.*6. *Gram.d.vot.*21. *n.*1. *Vlu.dec.*19.
n. 6. omniumque latiſſimè *Farin. d.
quæſt.*57.*art.*11.*n.*370.*cum ſeq. tit.de
oppoſ.contr. teſt. Baiard. ad Clar. in
prax.crim.quæſt.*8.*n.*2.*et* 3. *in fi. Ma-
ſcard.de probat.concl.* 189.*in princ.vol.*
1. *Caball. reſol. crim.* 126. *n.*1. *et ſeq.
alijq; paſſim.*

Vltra quod: laborant teſtes prę-
dicti ſingularitatis, & contrarietatis
vitio, ſicuti in facto eſt adnotatum, &
tempore lecturę proceſſus fundaui-
mus.

Sunt pretereà, & alia plura conſi-
danda ad Fiſci inſtantiam euadendā,
nempè quod nulla probatur cauſa,
qua impelli potuit *Nūtiante* ad præ-
fatum homicidium patrandum, niſi
ea quę ex teſtium Fiſci depoſitioni-
bus apertè nimis elicitur, nēpè quia
facinoroſus erat homo *Spinellus* oc-
ci-

cisus, qui de nocte per vias publicas viatorum commercia impediendo, furta committens grassabatur, & in Ecclesia postmodum confugiebat, Quodq; ante rei euentum alloquutus fuit cum Capitaneo Terrę Roccæ Aspidis, qui prædicta insinuauit, quodq; licito iure interfici potuerat, ità percussores, & *Marius Sarcena fol. 13. at. lit. A.*

Credidit ergo *Nuntiante* licitè potuisse occidere *Spinellum*, ex dicto
57 Gubernatoris Terræ, cui credendū inquit *Glos. in l. Titio 77.* verb. *Condi-*
58 *tiones, ff. de condit. & dem.* quæ in primis attendenda est in delictis, *l. 3. C.*
59 *ad Macedon. l. tutor, ff. de fideiussor.* vndè causa cessante, cessant omnia inditia, *Bart. inter consil. crim. diuersor. cōs. 8. n. 8. lib. 1. Foller. in pract. crim.* verb. *Item quod sororem venenauit,* post *n. 19. Bertaz. cōs. crim. 446. n. 20. cum seqq. lib. 2. Farin. quæst. 50. n. 31. et quæst. 52. n. 150. cōs. 50. n. 34. ante med.* verf. *Sicut enim cōs. 56. n. 13. cons. 130. n. 15. & cōs. 147. n. 15.* hæc enim na-
60 turalis, & fortissima est pręsumptio omnes alias superans, teste eodemmet *Farin. cōs. 192. n. 1. & cōs. 185. n. 38. ad fin. Caball. de homic. n. 294. Vermigl. cōs. crim. 15. n. 5.* verf. *Etenim,* ibi,
61 *Ratiocinatio petenda erat à causa occidendi, cum conclusiones sint certa, quod sine causa, nemò non fatuus delinquit.* Qua credulitate stante nullus ei dolus imputari potest, sed tantùm esset puniendus pro modo culpæ, si aliqua potest considerari, quæ nequidem per somniū hac in facti specie adaptari potest, de quo est notabile di-
62 ctum *Francisci de Aret. in l. cum seruo, ff. de iniur.* in pulchro casu, quo excusatus fuit ille cui fuit relatum, esse in nemore foriudicatum, qui non erat, & credens occidit aliū, nō enim (inquit *Aret.*) cogitauit delinquere, sed putauit licitè agere, Itidem ex iusta causa, quia ei fuit relatum, quod sa-

nè dictum extollit *Foller. in Commētar. ad Prag. 1. de exulib. n. 20.* cuius meminit *Farin. in pract. crim. quæst. 103. n. 138.* adducens *Carer. & Baiar. ad Clar. §. homicidium, n. 281. per tex. in d. l. si cum seruo.*

63 Cuius rei ea solida affertur ratio, quia causa quælibet colorata, fatua, iniusta, temeraria, etiam si bestialis, excusat à dolo, vt quis ordinaria pęna non puniatur, *l. plagij la 2. C. de plagiar. Hipol. de Marsil. in l. 1.* verf. *Et aduertas, & in l. 2.* verf. *Et facit, C. de sicar. in pract. §. Aggredior, Gram. vot. 39. vot. 10. n. 21. & vot. 20. & dec. 5. n. 26. dec. 23. n. 8. & dec. 29. n. 16. l. igitur, §. potest, ff. deliber. caus. l. si seruum quis §. Prætor ait,* verf. *Amouere, ff. de acquir. hered. l. 1.* vbi *Glos. ff. de abig. Alex. cōs. 92. vol. 1. Rom. cōs. 150. n. 3. Reg. Valenz. cōs. 162. n. 34. vol. 2. Carer. in pract. crim. pag. mihi 92. in par. n.*
64 *n. 91. l. in lege Cornelia, ff. de sicar.* vbi probatur de necessitate dolū requiri ad puniendum, quem pæna ordinaria, scilicet Capitali, *l. 1. §. non autem,* & ibi *DD. ff. si quis testam. liber esse iuss. fuer. Glos. in l. 1. in fin. ff. si quis iusdicen. non obtemper. & in l. 1. in fin. ff. de abig.*

Quibus sanè iuribus motus *Franciscus Cultellus,* criminalium rerum sciens, magnus in Vrbe Aduocatus, teste *Farin. in pract. crim. quæst. 103.* qui eius respōsum imprimi curauit, strenuè defendit quendam Anibalē Galeottum de Vrbe, qui occiderat ibi Vincentium Ligorium bannitum in Ciuitate Neapolis, *n. 257.* verf. *Sed*
66 *dato,* eo quod, etiamsi de iure occidi non potuisset, tum quia poterat probabiliter credere eum occidere potuisse in Vrbe, excusari debebat à pęna ordinaria homicidij, iustis, siue iniustis rationibus motus fuerit, adducens *Ang. in l. 1. in fin. princip. ff. de eo per quem fact. erit Ias. cons. 46. col. 4. vol. 3. Curt. sen. cōs. 20. circa princ. in fin.*

67 *fin. Alex.cõſ.* 11.*n.*8.*vol.* 4.Eaq; locum ſibi facere tradit *n.*158.*& ſeq.Cultell.* etiamſi occidẽs fuiſſet in iuris ignorantia.

Eòq;fortiùs in caſu currenti,quia inter delinquentes Regię Audientię, peculiari nota fuit traditus *Nuntiãte* ab Actuario ipſius præfatus *Spinellus fol.* 108. qui illius contumax erat, & alias diffamati illius ſcelesti banniti *Io.Bapt.* aliàs *Titaricíli de Santo Arſiero* ſocij, *fol.* 32.*at. in fin.& fol.* 33.

68 adeò publicus delinquens,vt etiam bannitus dici potuerit, quia ſententia banni, & notorium ęquiparantur, per *tex. in l. emptorem*, aliàs *extempto*, §.*idem libro*, *ff.de actio. empt.* ex quibus *Carau. in prag.*1. *de exulib. n.*9. hanc firmat opinionem.

Ex dictis quoq; prædictorum teſtium ad Fiſci inſtantiam productorum, maniſeſtè deducitur innocẽtia inquiſiti,ſiquidem deponunt Monachos prædicti Monaſterij irruiſſe ad euadendum è manibus Curiæ occiſum, quodq; auditis ſcoplorum ictibus receſſerunt, ità, vel inuiti deponunt *Arduinus*, qui ſubdit in terram cecidiſſe ob reſiſtentiam *Spinelli*,vndè ille quia offenſus, occidiſſe præſumitur, quæ eſt cauſa immediata, non autem quia *Nuntiante* mandauit, quæ eſſet cauſa remota, aiente *Afflict. dec.* 127. quod concurrente

69 cauſa mediata,& immediata,eſt immediata attendenda, nam potentiùs ius eſt in cauſa immediata, vtpotè quæ magis influit, quàm remota, *l.ſi mulier*,vbi *Gloſ.ff.rer.amotar.Rol.conſ.* 82.*n.*14.*vol.*3. *& cõſ.*48. *n.*31. *vol.*2. *Cardin.Pariſ. cõſ.*127. *n.* 4. *vol.*1. *& cõſ.*47.*n.*7.*vol.*4.*Menoch.de arbitrar. Iudic.lib.*2.*caſ.*287.*n.*18.quodq; cauſa immediata, mediatę pręualet, eſt *tex.in l.ſocium qui* §.1.*ff.pro ſoc.l.conſilij*, § *ſociĵ mei*, *ff.de regu.iur*. *Socc. in l.*1.*in princ.n.* 10.*ff.de verb.oblig. Caph.cõſ.*46.*n.*22.*tom.*1. poſt *Bal.in l.ex placito*,*C.de rer.permut.Gregor.Lopez in l.*32.*tit.*9.*part.*6. *Gloſ.* 3. *col.*4. *Reg. Valēz.* prædictorum haud immemor *cõſ.*119.*n.*119.*& ſeq.lib.*2.& *Cũciullus* percuſſores, ille *fol.* 10.*at.lit.O.* iſte *fol.*12.*lit.S.*& *Sarcena* ſocius *fol.* 14. *at.lit.C.*

Quid modò ius diſponat perſcrutemur, Ecce *DD.* omnes, *in l.ſi ſeruus*, *C. de his, qui ad Eccleſ.confug.*& in *l.quemadmodũ*,§.*fin.ff.ad leg. Aquil. & in l.fin.C.quan.lic.ſin.Iudic.ſe vindic.*vbi *Bart.Bald.in l.*1.*C.vnde vi*, *& in l.nec timorem*, *ff.quod met. cau.* approbant opinionem, quod ſi familia

70 Curię perſequitur inquiſitum fugiẽtem, eumq; vulnerauerit, ſeù occiderit non tenetur, eoq; fortiùs, in-

71 quit *Gram.dec.*41.*n.*1.ſi reſiſtentiam inſequutus faciebat, nam modum ſi exceſſiſſet nequidem punitur, quia nullus eſt dolus, & in caſu fortiori, cum tres Birruarij Capitanei Fonſechę inſequuti fuerunt quendam inquiſitum pro criminibus aufugientem coram eis,non valẽtes illum capere,eundem vulnerauerũt, & dùm cecidiſſet in terram, alter ex eis eundem in terra proſtratum vulnerauit, dùm ſalua manu apprehendere poterat, & ſic in hoc dolus ab-

72 eſſe non videbatur, Magna Curia decreuit,*Vulnerantem eſſe condemnãdum ad remigandum in Regijs triremibus per quinquennium continuum, cæteri verò duo fuerũt abſoluti*, Quare ergo ad mortem damnari inſtat Fiſcus *Nuntiãtem*,qui non percuſſit, & reſiſtentibus obſtare curauit? Peculiaris herclè eiuſmodi deciſio ad ipſum abſoluendum, quàm comprobat *Farin.*poſt plurimos, *in pract.cri. quæſt.*32.*n.*39.*ampl.*5.*& n.* 43.*tit. de carcer.& carcerat.*

Quod ſi Fiſci Patronus figat pedes pro victoria aucupanda in extractione ab Eccleſia de ordine *Nũtiãtis*, vti pręſupponit, dato quod ità

fue-

fuerit? Citrà tamen prętudicium veritatis? Nonnè obiecti fiscalis diluitio emergit ex resistentia Religiosorum, cui vt obuiaret, occidit ex pręcitatis *anteced.* vers. *Ex dictis quoque.*

73 Sed ponamus securim ad radicē, Casum enarro, eiusq; determinationem ad totalem Fisci intentionem eruendam, quem refert *Reg. Sanfel. dec.* 249. *par.* 2. Procurator Fiscalis Prouincię Bari ab Ecclesia extraxit foriudicatum, mandauitq; illum occidi, & caput amputari per familiā, quę paruit, de mandato, & ordine dato familię, seù militibus ad occidendum erat conuictus, aderant tamen indicia vrgentia, quod pecunia interueniente ad instantiam vxoris occidi mandasset, fuit tortus, ad hāc veritatem eruendam de mandato, & tractatu cum vxore, & non confes-

74 sus, inquit *D. Reg. Fuit deportatus in insulam declarandam per S.E. & sic extraordinariè punitus.* Hic ab Ecclesia extraxit foriudicatum, occidi mandauit, & de hoc conuincitur, & tamē pęna ordinaria per Dom. Reg. Iunctę Delegatos non plectitur? *Nuntiante*, ex imperfectis testium depositionibus non nisi de mandato leuiter inditiatur; Testes omninò à iure reprobantur; Credit homini in Magistratus dignitate constituto, quod licito iure occidere potuisset Spinellum? Resistentia paratur in captura à Religiosis? Ipse non est percussor, & prætenditur ad mortem damnari? O *rem miseram, atq; acerbam?*

Et ne longiùs abeam, facit Fiscus magnum festum de confessione ipsiusmet *Nuntiante* in Regia Audientia die 30. Octobris 1652. *fol.* 23. *ad* 25. in qua fatetur dedisse mandatum ad carcerandum ergo, inquit Fiscus de mandato constat.

Sed obicem non præstat eiusmodi pondęratio, quę ex eo tantùm tollitur, quia (vti præfati sumus *hoc eod. respons.* vers. *Sunt prætereà*) dum nulla occidendi causa ex parte *Nuntiantis* probatur per Fiscum, etiamsi confessus fuerit mandatum ad occidendū confessio ipsa attendi non debet, ità

75 adamussim mihi probat currentis æui Criminalistarum facilè Princeps *Farin. cōs.* 185. *n.* 28. *ad fin.* vbi adducto *Blanc. de indic. n.* 35. *& Parid. de Put. de Syndicat.* verb. *Tortus cap.* 7. *n.* 12. *ante fin.* vers. *Sic ergo Iudex*, admonet Iudices, vt benè aduertant ad

76 reorum confessiones, vt in eis subsit delicti confessati verisimilis causa, & interrogare reum, qui delictum con-

77 fessus est cur illud fecerit, cum sine causa nemo delinquere pręsumatur, *Menoch. cōs.* 230. *n.* 25. *& seqq.* vnde inquit *Farinac. d. n.* 28. cessante causa delicti confessio redditur inuerisimilis.

Stemus confessioni in totum: nam

78 Fiscus eam scindere non valet, ad *tex.* vulgatum, sed insignem *in l. Aurelius, § idem quæsij, ff. de liber. legat.* vbi *Bart.* plenè *Farin. quęst.* 81. *n.* 115. & ex hoc secernitur quod mandatū non fuit ad occidendum, sed ad carcerandum; ergo punitio non esset de mandato, sed de excessu (quate-

79 nus excessum fuisset) argui ergo ex eo occidendi animus non potest. Sed carcerandi *Dec. cons.* 622. *& cōs.* 234. *Bertaz. cōs. crim.* 356. *n.* 27. *Randen. de Analog. cap.* 31. *n.* 42. *Menoch. de arbitrar. cap.* 471. *Clar. in pract. crim. quęst.* 89. qui dicit non puniri licet sequatur mors, *Bertaz. d. n.* 27. *Giurb. cons. crim.* 46. *n.* 31. vers. *Non obstat quartū, Vermigl. cōs. crim.* 16. *n.* 20. vers. *Ac proindè, Gram. dec.* 5. *n.* 27. quæ causa

80 proportionata, & ratiocinatiua ad delictum esse debet. Excessus autem videtur à iure incolpatus, quia resistentiæ fuit occursum, ex *præallegatis*, & omni studio petitur quod qui ante actæ vitę pænitentiam egit, & Regis seruitio sese totum addixit, furcarum

fu-

subijciatur suspendio? Cur non potius miser Inquisitus, absoluendus, & præmijs cohonestandus?

Plura alia ex defensiuo suppetūt, quæ verbo tenus insinuabimus, ne Dom. Iudicantibus in re tam clara, nauseam ingeramus, Nam vtique inficiari non potest ex prædictis, quin probatio Fisci destruatur, vel
81 saltim dubia nimis existat, quo casu tollitur probatio Fisci præsumptiua, & concludens *Farin.cōs.78.n.28.in fin.Vermigl.d.cōs.16.n.22.* Pro paupere etenim, derelictoq; homine, vt meo muneri (quod gratis impertior, nam gratis à Domino talentum accepi) facerem satis, pauca hæc inter Leonem, & caniculam, cum de vita hominis, & de summa rerum ipsius agatur, duorum dierum intercapedine congessi Dominorum Iusdicentiū censuræ subijcienda, quibus memoria recolo pro absolutione *Nūtiantis* vrgere satis, quod amputato *Spinelli* capite, eoq; in Ciuitate Salerni traducto in Regia Audictia comparuit premium expectans, & dùm in libertate positus esset spōtè sua in carceres se constituit, poterat etenim aufugere, si in aliquo deliquisse fuisset sibi persuasus, quod hercle maximū
82 est innocētiæ signum *Marsil.in prax. §.diligenter n.104. Foller.in pract.cri.* verb. *Et si comparēt à n.1. Gram. cōs. crim.29.n.31.cōs.61.n.34. Rolan.cons. 63.n.9.vol.3.Farin.cōs.10.n.3.Giurb. cōs.46.n.30.Bertaz.cōs.crim.85.n.13. & cons.208.n.21.* & dicta per *Gram.*
83 *dec.28.n.25.& seq.Iudicem in criminalibus mitiorem partem esse sectaturum, nam maiorem consequitur honorem ex absolutione inquisiti, quam ex condemnatione*, de quo pulchrè agit *Petr. de Anchar.cons.219.in fin.* quem reuideri rogamus.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 20. Augusti 1653.

DECISIO.

DIE Iouis 28. Mens. Augusti 1653. Relata denuò causa in Magna Curia Vicariæ Delegata post compilatum processum per Supremum Collaterale Consilium, nemine pro delegatione instante, sed tantummodò per causæ Commissariū proposito negotio in Collaterali Consilio (inaudito prorsus Nuntiante) coram Excellentissimo Regni Prorege Comite de Ognate (nam prima vice fuit de ea actum in die 18. eiusdem Mensis) per Consiliarium Anellum Portium Iudicem in Criminalibus, interuenientibus alijs Iudicibus, nempè D. Carolo Lopez, Alexandro Confalono, Iacobo Zurolo, D. Duarte Vaaz, & D. Iosepho Filiù (absuerunt in illa die Consiliarius D. Petrus Varaiz, & D. Ferdinandus Ctaues, existente pro Dom. Fisci Patrono infirmo Iudice Balthaxare de Angelis docto viro fuit Nuntiante ad

mortem condemnatus, & iussus torqueri tanquam Cadauer ante exequutionem. *Ab eiusmodi decreto obtinui Ego fieri relationem in Supremo Collaterali Consilio eadem die* 18. *præsentiens ad motum labiorum infelicem Iurgij euentum, & licèt memoriale fuisset expeditum die* 18. *Augusti, illo sanè die, in quo dubitaui potuisse interponi decretum prædictum, Attamen postmodum in die* 28. *Illustr. & Spectab. Domini Regentes de iniustitia decreti à* Me *informati, ac hoc* responso *eisdem tradito, iusserunt recipi reclamationis diploma, cùm de vita hominis ageretur, Interim, reclamatione pendente, Fiscus satagens pro exequutione decreti ipsius Magnæ Curiæ, obtinuit rescriptum à S. E. non tamen à Collateral. Consil. quod reclamatione iam obtenta non obstante, decretum debitæ demandaretur exequutioni, & ità furcarum laqueo suspensus Cliens decubuit, exutus præsidio reclamationis, qui persequutus ab inimicis, & maleuolis, ità postremum clausit diem, de quo* Ego in Annotat. ad Consiliar. Paschal. de virib. patr. potest. pag. 568. 2. col. *vers.* Indè quæres, *verba feci, & pollicitus fui nonnulla recensere hoc* Responsor. volum. *Sed satis sit Lectori curioso* Responsum *exhibere, vt ab vngue (vti est in adagio) Leonem agnoscat.*

Penès Scribam Fiscalem *Carolum Mancinum.*

SVMMARIVM.

1 *INstantia Fisci pro triremibus recensetur.*

2 *Decretum Magnæ Curiæ pro tertura refertur.*

3 *Sacrum Regium Consilium dicitur solitus miserorum Asylus, atq; refugium.*

4 *Facti series recensetur in causa inquisitionis Anelli Tuccilli.*

5 *Viglietti tenor transmissi per Anellũ Tuccillum Io. Bapt. Ametrano inseritur.*

6 *Iudex offensus intuitu officij, potest cõtra iniuriantem procedere, secus verò si priuato nomine.*

7 *Iudex proprio nomine offensus querelam coram Superiore proponere debet, non autem ipse procedere.*

8 *Iniuria Magistratui illata intuitu dignitatis, potest ab ipsomet vindicari.*

9 *Iudex delegatus potest cognoscere de iniuria facta Officiali suo ex causa officij, secus si ex alia causa, quia tũc Iudex ordinarius cognoscit.*

10 *Iudex in causa propria nemo esse potest.*

11 *In-*

11 *Iniuria illata ex causa officij, siue ipsius intuitu, quando dicatur.*
12 *Offensa facta Officiali, in dubio præsumitur facta ex propria inimicitia, et non colore officij, ad hoc ut maius delictum excludatur.*
13 *Informationes assumere, & processum fabricare nequit Iudex offensus ex propria inimicitia.*
14 *Iudex nequit informationes assumere contra illum offendentes intuitu propriæ personæ, quia actus est præiudicialis inquisito.*
15 *Iudex ob offensionem factam filijs, non potest informationes assumere contra offendentes.*
16 *Iniuria facta filio, censetur facta patri.*
17 *Destructo fundamento, corruat ædificium, necesse est.*
18 *Testis non iuratus non probat.*
19 *Iurisdictionis defectus ab ipsa causa efficiente proueniens, fundamentum Iudicij dicitur.*
20 *Iudicatum dici non potest, ab eo, qui ius dicendi non habuit.*
21 *Initium attenditur ad fundandam iurisdictionem.*
22 *Nullum quod fiat ab initio ex defectu iurisdictionis, tractu temporis conualidari non potest.*
23 *Priuati iurisdictionem tribuere non possunt.*
24 *Iurisdictio omnis penès Regem residet, & quasi à fonte fluit, atq; refluit.*
25 *Iniuria scripto facta, dicitur verbalis, non realis.*
26 *Iniuria, quæ per manus non infertur, verbalis dicitur, siue conuitium.*
27 *Iniuria per literas missiuas facta dicitur verbalis, non realis.*
28 *Pœna non nisi arbitraria est imposita pro iniuria quando criminaliter agitur.*
29 *Iudicis arbitrio remittitur pœna arbitraria pro iniuria inflicta.*
30 *Arbitrium Iudicis an extendi queat vsq; ad mortem.*
31 *Iudicis arbitrium vt ad mortem extendi possit, quæ requirantur?*
32 Glosa in §.In summa, Institut. de iniur. *quos habeat contradictores?*
33 Ioannes Laganarius Additionator ad Reg. Rouit. *laudatur.*
34 *Iudex in crimine iniuriarum, nequit arbitrium extendere vsq; ad mortem.*
35 *Iudex non potest recedere in pœnis arbitrarijs ab ea, quæ fuit aliàs imposita de stylo, aut consuetudine.*
36 *Pœna pro iniuria verbali tàm de iure communi, quàm de iure Regni, est tantummodò actio ciuilis ad æstimationem.*
37 *Querela in Regno non possunt recipi pro iniuria verbali.*
38 *Iniuria realis, qua pœna coerceatur in Regno.*
39 *Percutiens cum baculo, & expilans barbam vsq; ad sanguinem exclusiuè, qua pœna puniatur in Regno.*
40 *Verberans cum baculo, pœna corporis afflictiua, siue triremium non est puniendus.*
41 *Nobilis mandans verberari alium Nobilem, patrato facinore, qua pœna puniatur?*
42 *Iniuriarum actione tenetur percutiens cum baculo.*
43 *Exilij pœna venit puniendus percutiens quem cum baculo.*
44 *Rusticus eleuans duos digitos Iudici, qualiter sit puniendus?*
45 *Extraordinaria pœna venit imponenda pro iniurijs.*
46 *Ciuitas Lytij,* Authoris Patria.
47 *Iniurians Præsidem verbo in platea publica, licèt electum tantum, qua pœna fuerit punitus.*
48 *Iudæum quem vocans, & ex Iudæis natum, qua pœna fuerit punitus in Hispania.*
49 *Percuti mandans Doctorem ab eius famulo ante Palatium Magnæ Curiæ Vicariæ, qua pœna fuerit coercitus. Actuarius mandans percuti ab eius*

famulo quēdam Doctorem, ante Palatium Magna Curia, dicens, Olà ammazzate questo, *qua pœna fuerit punitus.*

51 *Iniuria verbalis licèt magna, semper maior cēseatur qualibet iniuria reali.*

52 *Tortura in Regno, quibus in casibus venit irroganda?*

53 *Pœna in Regno vbi non venit imponēda vltra relegationem, Tortura non est locus.*

54 *Supremum Collaterale Consilium, quo in casu reuocauerit decretum Magnę Curiæ in casu torturę.*

55 *Birruarij in testes adducti, languidæ dicuntur fidei.*

56 *Depositio Birruarij despicienda est.*

57 *Vexari multos ex depositionibus Birruariorum quotidie accidit.*

58 *Birruarij deponentes extra rem ad eorum officium pertinentem, non probant.*

59 *Testis deponens vltra depositionem principalis, redditur suspectus de falso.*

60 *Testis de auditu non probat.*

61 *Testis de auditu à Ministro Curiæ quare non probat.*

62 *Testes intestesses votans, si hi contradicant, suspecta redditur depositio.*

63 *Testes sibi inuicem contrarij, se ad inuicem collidunt.*

64 *Comparatio litterarum, qualiter sit facienda, vt probet.*

65 *Comparatio literarum ad hoc vt probet, debet deferri iuramentum.*

66 *Comparatio literarum non benè fit cum sola nominis subscriptione.*

67 *Comparatio literarum satis fallax argumentum dicitur.*

68 *Characteres facilè imitantur.*

ARGVMENTVM.

Iudicem proprio, priuatoq; nomine, non intuitu dignitatis, nec Magistratus prætextu, offensum, siue conuiciatum, minimè contra offendentem procedere posse, nec informationem assumere, esse omni iure exprobatum, vtpotè qui in propria causa ius sibi diceret, secus verò si intuitu officij offensio fiat, pluribus exornatur; vbi qualiter, & quando intuitu officij offensio facta dicatur.

Iniuriarum pęnam à iure communi Iudicis arbitrio remissam, contra relegationem fuisse practicatam in Regno, plures afferūtur peculiares determinationes Supremorum Senatuum, reuocantes decreta Magnæ Curiæ, ac ità pariter in alijs Europæ Consistorijs adamussim pōderatur, siue verbales iniuriæ fuerint, siue reales, ex quibus illud quoque in propatulo est, vltra relegationem nūquam fuisse pęnam inflictam, Vndè nequidem iniuriantem, tor-

tu-

turæ, seu quæstioni subijciendum esse in Regno, in quo Torturæ occlauditur aditus, ni pæna vltra relegationem veniat imponenda, ex multis suadetur.

Inquisitum in thesi currenti, non conuictum, nec inditiatum, imò ex Testium depositionibus dubię, fluxęq; fidei, cum ij ex ore Birruarij deponant, esse prorsus absoluendum reuocato decreto Magnę Curię, quo Torturę subijci extitit determinatum, non illepidè ex multis comprobatur; aliaq; non pauca adducuntur ad Inquisiti innocentiam detegendam, Torturæq; decretum reuocandum.

PRO

Anello Tuccillo.

CVM

Regio Fisco.

RESPONSVM XVII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 INstante Magnifico Iudice Balthaxare de Angelis Domini Fisci Patroni infirmi vicem gerente pro triremibus contra Anellum Tuccillum inquisitum de iniurijs in litteris missiuis erga V.I.D. Iudicem cuiusdam Terræ, discusso imminentis pugnæ discrimine, certaminisq; periculo, *Me* omni studio elaborante ad obie-
2 cti criminis diluitionem, Rota Magnæ Curiæ decreuit *Esse quæstioni subijciendum*, à quo decreto grauatus inquisitus obtinuit verbum fieri in
3 S. C. (*Solito miserorum Asylo, atq; perfugio*) Nobis igitur eius vicem sustinętibus indoluit maximè de eiusmodi decreto, idcircòq; incumbit illius iniustitiam detegere, & liberandum esse, ac protinùs absoluendum è Sacri Consilij Prętorio, aucupari, Dispungamus igitur stricto ferro, euaginatoq; ense (vti est in adagio) quæ imputentur facinora, quasque

que probationes, siue inditia habeat Fiscus, vt ex ijs quæstioni subijciatur inquisitus, Et an pœna in casu quo de delicto, inditiatus fuerit, vltra relegationem imponenda veniat, adeò quod torturę inferendæ aditus aperiatur, & an informationi captæ fides vlla sit adhibenda?

4 Præsupponitur in facto præfatum Tuccillum die 2. Mensis Decembris 1652. cum duobus alijs associatum se contulisse in Terram prædictam, in cuius platea reperto præfato Iudice, ex equo descensum, colloquium cum ipso habuisse, quodq; in discessu fuerit auditus præfatus Iudex dicere, *Mò seruiro V. S.* quodq; accersito asserto Actuario Terræ prędictę, ab eo mutuo expetierit carolenos triginta pro illis mutuandis prædicto inquisito, inquiens, sibi in dedecus verti, ni illos mutuaret, excusatoq; Actuario quod illos non habebat, rogauit illum Iudex, quod excusatum illum haberet apud d. inquisitum, eò quod in regressu, spem habebat illi inseruire, quo audito inquisitus grates retulit, Hunc propè Tabernam dictæ Terræ litteras scripsisse contendit Fiscus directas præfato Iudici Terræ prædictæ, absque subscriptione, quas dùm Birruario eiusdem Terrę tradidit, illicò in manus ipsius perueniendas, non nisi die 4. eiusdem mensis ab eodem Birruario consignatę fuerunt, quibus lectis, turbatum se fuisse nimis, & cominùs protestatum contra scribentem corã ipsomet Birruario, & aliis in contestes adductis, quos dumtaxat de subscriptione conscios fecit, & significauit de omnibus se certioraturum Excell. Dom. Regni Proregem, nullaq; interiecta mora, capta informatione, receptisq; testibus per dictam Curiam, transmisit illam Gubernator Terræ prędictę Hispanus, Suæ Excellentiæ cum eius litteris, vt infesti sanè animi suspicionẽ augeret, asserens truffam voluisse facere inquisitum Iudici, cui ob denegatam pecuniam, litteras, iniurias, & contumelias continentes, ea de causa trãsmisit, qua de re Curiam offẽsam cogitans, alieni mali instrumentum sese præbens, vti exemplare facinùs, pœnis coercendum grauioribus rogat, & idemet Iudex, Gubernatori quærimoniæ deferens, suis proprijs litteris vti execrandæ iniuriæ immanissimum scelus, Regni clauum sustinenti insinuauit, subdens vti personam priuatã, nullam deferre quęrelam, sed quia in Magistratu posita. Cùm de summa rerum suæ dignitatis ageretur, ad Principis animum vellicandum, obloquutiones aduersus inquisitum deflexit, Nec sua illos fefellit cogitatio, ipsorum etenim alloquio delinitus Princeps, ijs fidendum sibi persuasit, vndè peculiari diplomate informationẽ, & litteras Regio Cons. D. Ioanni de Burgos Regentis magnæ Curię vicem tunc sustinenti modo Regiam Cancellariam Regenti transmisit, eiq; indixit quod carceri illum mancipari satageret, quod statim fuit exequutioni demandatum, multisque mensibus existente in carceribus Magnæ Curiæ Vicariæ, nullis factis per ipsum defensionibus, vtpotè ex actismet protenso quasi digito eius innocentiam detegi, haud temerè cogitabat, & dùm absoluendum fore in spem ducebatur, Torturæ subijci extitit determinatum, vti initio præfati sumus.

Quæ autem afferantur, iniuriæ, conuicia, siue contumeliæ, ex tenore præfatarum literarum elicitur, quæ vti iacent, inserendas duximus.

5 *Non staua in dubio dell'essere di V. S. ch' è vn becco futtuto, per tanto m' è parso darne parte à V. S. con l'occasione del piacere, che l'hò detto questa mattina,*

per tanto Signor mio caro non laſcio di eſagerarla, che io l' hò in culo per mille volte. li 2. Decembre 1652.

Et foris

Al Sig. Giudice mio Sig. Oſſeruandiſs.

Nos verò pro inquiſito pugnantiniuri, in primis aſſerimus, nulliter fuiſſe contra ipſum proceſſum per Curiam Terræ prædictæ, exiſtente Iudice ipſius prædicto inſtante, qui
6 priuato nomine offenſus prætenditur, non autem prætextu dignitatis, & officij, quo caſu Curia ipſa procedere non poterat, *l. qui iuriſdictione, ff. de iuriſd. omn. iudic. l. lex Cornelia, ff. de iniur. l. Senatus, ff. de offic. præſid. l. unic. C. Ne quis in ſua cauſ. Iudic.* ſed
7 quærelam coram Superiore debuit proponere, *§ ſi verò egerint, Authen. de defenſor. Ciuit. Bart. in l ſi quis forte, §. ſi quis, poſt princ.* verſ. *Quaro quid ſi aliquis ff. de pæn.* Sed quando
8 Magiſtratus iuriſdictionem exercés offenditur, poteſt vendicare iniuriã, quaſi dignitati illatam *ad tex. in l. 1. in princ. ff. de poſtul. l. ſi familia in prin. ff. de iuriſd. omn. Iud. cap. ſi quis ab Epiſcopo 2 quæſt. 7. cap. Romana de pæn. in 6.* in terminis *Paris de Puteo de Syndicat. cap. 3.* incip. *An officialis proceſſit ſuper iniuria pag. mihi* 198. *at. in partus, n.* 1. *& 2.* vbi *n.* 3. adducit *Innoc. dicentem, quod cùm delictum non ceſſerit in iniuriam offuij, ſed in eum, vt in priua um, non poterit cognoſcere,* plenè *Andr. de Iſer. in tit. quæ ſint regal.* verb. *Committentium crimen, & in cap. 1. de eo qui interf. fratr. dom. ſui,* & poſt *Alber. in l. Senatuſconſulto poſt n. 3. ff. de offi. Præſid. & Oldr. cõſ.* 7. hanc approbat diſtinctionem *Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 35. n. 26.* verſ. *Soles etiã quandoq; Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 42. rubr. Index in cauſa propria in princ. n. 1. Crau. cõſ. 232. ſub n. 7.* verſ. *Tertio reſpondeo,* plenè *Rolan. à Valle cõſ. 16. & cõſ. 48. lib. 2.* qui iuribus, rationibus, & authoritatibus exornat *Farin. in pract. crim. quæſt. 17. n. 46. Menoch. de arbitrar. Iudic. cap. 263. n. 7. lib. 2. Boer. dec. 9. n. 4. & ſeqq.* quem allegat *Baiard. ad Clar. d. quæſt. 35. n. 29.* inquiens idem etiam dicendũ
9 in Iudice delegato, vt cognoſcat de iniuria facta officiali ſuo ex cauſa officij, ſecus ſi ex alia cauſa, quia tunc Iudex ordinarius cognoſcet, *Guazzin. ad defenſ. reor. par. 1. defenſ. 1. rub. Superior. an poſſit cognoſcere de iniur. ſibi, vel eius officiali, aut familiar. illat. cap. 18. per tot.* vbi pluribus adductis, magiſtraliter, rem enucleat, & ante ipſum *Petr. Cavall. reſol. crim. 128. n. 1. & 2.* qui benè declarat, exactè, & copiosè *Grau. lib. 1. practicar. cõcluſ. 39. n. 3.* vbi pro regula generali ſtatuit
10 neminem in propria cauſa Iudicem eſſe poſſe, *Surd. cõſ. 50. n. 9.* per *tex. in l. Iulianus la 2. ff. de iud. Viu. dec. 223. n. 23. & Veſembec. conſ. 33. n. 39. & conſ. 42. n.* 100. & ex *Carrer.* tradit *Farin. quæſt. crim. 21. n. 47. Chriſtin. dec. Belgic. 223. n. 32. tom. 4. D. Larr. alleg. fiſcal. 117. n. 34.* & ne *Noſtrates* negligamus *D. Reg. Sifel. de. 63. in princ.* qui ex alijs indubiam quæſtionem tradit.

Quod autem in theſi noſtra, allerta iniuria minimè officium reſpexe-
11 rit, ſed tantùm perſonam, indè depromitur, quia non ipſi Iudici pro Tribunali ſedenti illata fuit, vel ob cauſam officij, ſiue in actu aliquo iuriſdictionis, quibus in caſibus præſumitur offenſus Officialis intuitu officij, *Capy. dec. 130. n. 12. Baiard. ad Clar. d. quæſt. 35. n. 34. Rolan. cõſ. 1. n. 35. vol. 3. Farin.* ex multis *d. quæſt. 17. n. 41. Caball. d. caſ. 128. in fin. Guazz. d. cap. 18.* verb. *Et an iniuria,* inquiens adhuc coniecturis ceſſantibus in dubio fore iudicandum offenſionem fuiſſe factam propria inimicitia, & non calore officij, vt maius delictum excludatur, quod affirmauit ante ipſum *Farin. d. n. 43.* poſt *Rolan. d. cõſ. 1. n. 36.*

n.36.& seq.vol.3. sed tantùm prætenditur ob promissam mutuò pecuniã, & illicò denegatam, litteras missiuas continentes iniuriã fuisse per Clientem transmissas.

Vndè *Guazzin.* punctuatim *d.cap. 18.in fin.* quatenus ad nullitatem in-
13 formationis attinet, ità fatur, *Immò non poterit pro iniuria priuata sibi, vel suis facta, processum fabricare, testes examinare, & assumere informationes,*
14 *cùm iste sit actus nimis præiudicialis, in quo Iudex possit valdè lædere inquisitos, & imputatos de delicto*, ad quod adducit *Alber. de Rosat. Bal. Salic. & Caball. in sedibus per ipsum indicatis.*

Nec piget *Caballi* verba *in d. cap. 28. n. 5.* referre, vti ad rem nostram collimantia, *Et ex eadem distinctione*
15 (inquit) *similiter videbatur eundem Vicarium malè fecisse, dùm ob percussiones vt ferebatur illatas eius filijs per executores fori mercatorum, incarcerari fecit dictos executores, & examini subiecit, & processum informatiuum cõtra eos fecit, quem tamen postea ad Superiorem transmisit*, nam cum iniuria
15 *facta filijs, ipsimet patris facta videretur, vt per Clar. & Menoch. dicebatur, quod non poterat in ea se intromittere, & vt Iudex ex priuata causa offensus procedere, vt punctualiter in istis terminis probat tex. in d.l.qui iurisdictioni, & in d.l.Lex Cornelia, & specialiùs sentit d.l. Senatusconsulto, ff. de offic. Præsid.* Hæc *Caball.* tàm clarè, vt nihil apertiùs?

Id quod adeò veritate nititur, quod Curia prædicta effictam iniuriam, priuato nomine suo Iudici illatam, animosè satis vlcisci voluit, vt etiam ex litteris missis per Gubernatorem Suæ Excellentiæ luce meridiana clariùs elucescat, dùm petit rigorosè contra inquisitum procedi, ex quo Curiam læsit, ad animum iniuriam reuocando, quæ nullatenus ipsum, & Iudicem, vti Officiales tetigit.

Quò fit vt detecta nullitatis labe respectu informationis, quicquid super ea ędificatum fuerit per Fiscum, siue iudicatum reperitur per Magnã Curiam, eodem nullitatis vitio laborare, vel inuiti fateantur necesse est,
17 & destructo fundamento ædificium corruere oportet, ad *tex. in cap. cum Paulus 1. quæst. 1. & l. eum qui ędes, ff. de vsucap.*

Non me fugit: fuisse motiuatum ad euadẽdam nullitatis informationis maculam, testes receptos per Curiam Terræ prędictę fuisse postmodum habitos pro repetitis, & ritè citatis per inquisitum, ex quo actu nullitatis labem euasam fuisse, adstruitur.

Nam promptanea sese offert resolutio, validitatem respexisse ad repetitionem, & iuramentum, Cùm
18 sciant omnes, quod dictum testis sine iuramento non probet, *l. iurisiurandi cum sua materia, C.de testi. Caball.resol.crim.cas.69.n.1. Io.Mar.Vermigl.cõs.crim. 90.n 5.cõns.114.n.4.& cõs.143.n.* 18.non autem ad receptionem, quæ à principio in ipsius ortu, tot repugnantibus Iuribus nulliter processisse, & Curia ipsa in causa propria testes recepit absq; iurisdictione, qua deficiente, corruit Iudi-
19 cium, cùm defectus iurisdictionis ab ipsa causa efficiente proueniens potissima pars, ac fundamentum Iudicii dicatur, *Bal. in rub. C. si à non*
20 *competen. iudic.* vndè iudicatum dici non potest ab eo, qui ius dicendi non habuit, *l. 1.§ fin.ff.ad Tertull.l.1. §. hęc autem verba, ff. quodquisq; iur. Vãt.de nullitatib.tit.de nullit.ex defect. iurisd.n. 1.2.& 3.* & tritum est ad fun-
21 dandam iurisdictionem, initium attendi, ad *Glos.* celebrem, *in l. nemo potest, ff.de legat. 1.* quam extollit, & singularem prædicit, *Gram. dec. 10. n.3. D.Præs.noster dec.417. n.3.* & est *tex.in l.1.in princ. ff.de pęn.* quodque ab

22 ab initio nullum fuit ex defectu iu-
riſdictionis conualidari non potuit
tractu temporis, ſiue per actum quē-
23 libet ab inquiſito factū, eius etenim
non erat iuriſdictiouem non haben-
ti tribuere, l. in priuatorum, C. de iuriſd.
omn. Iudic. Affl. in Conſtit. ſi ciuiliter
agens col. pen. verſ. Octauo, nota, D. Præſ.
de Franch. dec. 551. n. 12. vbi pulchrè
loqui, Affl. tradit, & eſt tex. in l. &
quia 6. ff. de iuriſd. omn. Iudic. Anſal. de
iuriſd. par. 3. tit. vnic. n. 12. ſed ſolius
24 Regis, apud quē omnis iuriſdictio
reſidet, & quaſi à fonte fluit, atq; re-
fluit, l. 1. ff. de Conſtitutio. Princip. Cā-
cer. variar. reſol. lib. 2. cap. 2. tit. de iu-
riſd. omn. Iudic. n. 114. & n. 326. poſt
Bald. in cap. vnic. §. ad hęc col. 2. verſ.
Nota hic, quod omnis, verb. Ex præmiſ-
ſis ergo, tit. de pac. iuram. firmam. in
vſib. feud. & in cap. 1. in princ. quis
dicat. Dux.

Rurſus: quo iure Torturę ſubij-
ciendum inquiſitum fuerit iudicatū
poſito quod inditia legitima extite-
rint (quod negamus mordicùs, & ex
infra dicendis probabimus) de prę-
tenſa iniuria, ſanè intelligere non
poſſum, vndè aut quomodo decretū
torturæ manare potuerit, ſiquidem
inquiſitio eſt de iniuria verbali, non
25 facto illata, ſic etenim indicatur in-
iuria ſcripta ſecundùm Felin. cōſ. 46.
inter conſilia criminal. diuerſor. tom. 2.
quem adducunt, & approbant Addē-
tes ad Clar. in §. iniuria n. 36. Burſ. cōſ.
94. n. 5. & per litteras miſſiuas, ver-
balem iudicari iniuriam, ex quo ma-
nus non infertur, ſed fit conuitium,
tex. eſt ad literam, in l. 1. §. iniuriam
autem, ff. de iniur. Hoſt. in cap. cum te
n. 4. verb. Iniuriarum actione de reiud.
& ibi etiam Io. Andr. n. 2. Anton. de
Butr. n. 3. Anchæran. n. 1. in 1. notab. Co-
uarr. variar. reſol. lib. 1. cap. 11. n. 1.
Petr. à Plaça in Epitom. delictor. cap. 1.
n. 1. & 2. Farin. quæſt. 105. tom. 4. in-
ſpect. 1. n. 3. verſ. Sed etiam ſcripto, lo-
27 quens in ſpecie de iniurijs per lite-
ras miſſiuas, allegat tex. in l. lex Cor-
nelia, §. Si quis librum, & §. fin. ff. de
iniur. & in l. item apud Labeonem, §.
hæc autem ferè, ff. de iniur. alioſq; plu-
res de more.
28 Pro iniuria autem nullam eſſe
impoſitam pęnam, ſed tantùm arbi-
trariam quando criminalitèr agitur,
eſt tex. quem optimum dicit inſignis
Farin. d. inſpect. 1. n. 56. verſ. Et hęc quo
ad tertium, in l. fin. ibi, de iniuria nunc
extra ordinem ex cauſa, & ex perſona
ſtatui ſolet, & ſerui quidem flagellis cæ-
ſi dominis reſtituuntur, liberi verò hu-
milioris quidem loci fuſtibus ſubijciun-
tur: cæteri autem vel exilio temporali,
vel interdictione rei certæ coercentur,
Et alter tex. in §. In Summa, Inſtit. de
iniur. ibi, Sin autem criminaliter, of-
ficio Iudicis extraordinaria pœna reo ir-
rogatur, ibiq; Ang. Aretin. tradit hāc
29 pęnam extraordinariam, Iudicis ar-
bitrio eſſe remiſſam, Gram. dec. 37. n.
10. in fin. Theſ. dec. 18. ſub n. 1. & dec.
229. n. 7. Clar. in d. §. Iniuria n. 8. verſ.
Sed quæro, & ibi Additionator Baiard.
Caran. rit. 311. qui eſt finalis n. 19.
Peguer. dec. crim. 13. n. 18. & 19. in fin.
alijq; relati per Farin. d. n. 56.
30 Quę arbitraria pena, contendi-
tur, an poſſit extendi etiam vſque ad
mortem incluſiuè, ex Gloſę affirmā-
tis placito in d. §. In ſumma, Inſtit. de
iniur. quam eſſe approbatam inquit
D. de Frāch. dec. 504. n. 11. & 530. n. 11.
31 quando tamen delictum eſt graue,
& loquitur in libello famoſo, Gomez
lib. 3. de delict. cap. 6. n. 8. duobus tamē
concurrentibus. Primò ſi concurrat
qualitas alicuius grauiſſimi facti, Se-
cundò quando in illo loco conſue-
uit dari pęna mortis pro ſimili deli-
cto, licèt contra Gloſ. teneant per-
32 multi, Affl. dec. 276. n. 6. Oſaſ. dec. 104.
Theſ. dec. 161. n. 5. Peguer. dec. 7. n. 12.
& dec. 24. n. 17. Gram. conſ. crim. 36.
n. 21. conſ. 39. n. 6. 7. & 8. & conſ. 48.

fuerit? Citrà tamen præiudicium veritatis? Nonnè obiecti fiscalis diluitio emergit ex resistentia Religiosorum, cui vt obuiaret, occidit ex præcitatis *anteced.* vers. *Ex dictis quoque.*

73 Sed ponamus securim ad radicē, Casum enarro, eiusq; determinationem ad totalem Fisci intentionem eruendam, quem refert *Reg. Sanfel. dec.* 249. *par.* 2. Procurator Fiscalis Prouinciæ Bari ab Ecclesia extraxit foriudicatum, mandauitq; illum occidi, & caput amputari per familiā, quæ paruit, de mandato, & ordine dato familiæ, seù militibus ad occidendum erat conuictus, aderant tamen indicia vrgentia, quod pecunia interueniente ad instantiam vxoris occidi mandasset, fuit tortus, ad hāc veritatem eruendam de mandato, & tractatu cum vxore, & non confes-

74 sus, inquit *D. Reg. Fuit deportatus in insulam declarandam per S.E. & sic extraordinariè punitus.* Hic ab Ecclesia extraxit foriudicatum, occidi mandauit, & de hoc conuincitur, & tamē pœna ordinaria per Dom. Reg. Iunctæ Delegatos non plectitur? *Nuntiante*, ex imperfectis testium depositionibus non nisi de mandato leuiter inditiatur; Testes omninò à iure reprobantur; Credit homini in Magistratus dignitate constituto, quod licito iure occidere potuisset Spinellum? Resistentia paratur in captura à Religiosis? Ipse non est percussor, & prætenditur ad mortem damnari? *O rem miseram, atq; acerbam?*

Et ne longiùs abeam, facit Fiscus magnum festum de confessione ipsiusmet *Nuntiante* in Regia Audientia die 30. Octobris 1652. *fol.* 23. *ad* 25. in qua fatetur dedisse mandatum ad carcerandum ergo, inquit Fiscus de mandato constat.

Sed obicem non præstat eiusmodi ponderatio, quæ ex eo tantùm tollitur, quia (vti præfati sumus *hoc eod. respons.* vers. *Sunt prætereà*) dum nulla occidendi causa ex parte *Nuntiantis* probatur per Fiscum, etiamsi confessus fuerit mandatum ad occidendū confessio ipsa attendi non debet, ità

75 adamussim mihi probat currentis æui Criminalistarum facilè Princeps *Farin. cōs.* 185. *n.* 28. *ad fin.* vbi adducto *Blanc. de indic. n.* 35. *& Parid. de Put. de Syndicat.* verb. *Tortus cap.* 7. *n.* 12. *ante fin.* vers. *Sic ergo Iudex*, admonet Iudices, vt benè aduertant ad

76 reorum confessiones, vt in eis subsit delicti confessati verisimilis causa, & interrogare reum, qui delictum con-

77 fessus est cur illud fecerit, cum sine causa nemo delinquere præsumatur, *Menoch. cōs.* 230. *n.* 25. *& seqq.* vnde inquit *Farinac. d. n.* 28. cessante causa delicti confessio redditur inuerisimilis.

Stemus confessioni in totum: nam

78 Fiscus eam scindere non valet, ad tex. vulgatum, sed insignem *in l. Aurelius, § idem quæsij, ff. de liber. legat.* vbi *Bart.* plenè *Farin. quæst.* 81. *n.* 115. & ex hoc secernitur quod mandatū non fuit ad occidendum, sed ad carcerandum; ergo punitio non esset de mandato, sed de excessu (quate-

79 nus excessum fuisset) argui ergo ex eo occidendi animus non potest. Sed carcerandi *Dec. cons.* 622. *& cōs.* 234. *Bertaz. cōs. crim.* 356. *n.* 27. *Randen. de Analog. cap.* 31. *n.* 42. *Menoch. de arbitrar. cap.* 471. *Clar. in pract. crim. quæst.* 89. qui dicit non puniri licet sequatur mors, *Bertaz. d. n.* 27. *Giurb. cons. crim.* 46. *n.* 31. vers. *Non obstat quartū*, *Vermigl. cōs. crim.* 16. *n.* 20. vers. *Ac proindè*, *Gram. dec.* 5. *n.* 27. quæ causa

80 proportionata, & ratiocinatiua ad delictum esse debet. Excessus autem videtur à iure incolpatus, quia resistentiæ fuit occursum, ex *præallegatis*, & omni studio petitur quod qui ante actæ vitæ pænitentiam egit, & Regis seruitio sese totum addixit, furcarum

su-

subiiciatur suspendio? Cur non potius miser Inquisitus, absoluendus, & præmijs cohonestandus?

Plura alia ex defensiuo suppetūt, quæ verbo tenus insinuabimus, ne Dom. Iudicantibus in re tam clara, nauseam ingeramus, Nam vtique inficiari non potest ex prædictis, quin probatio Fisci destruatur, vel
81 saltim dubia nimis existat, quo casu tollitur probatio Fisci præsumptiua, & concludens *Farin. cōs. 78. n. 28. in fin. Vermigl. d. cōs. 16. n. 22.* Pro paupere etenim, derelictoq; homine, vt meo muneri (quod gratis impertior, nam gratis à Domino talentum accepi) facerem satis, pauca hæc inter Leonem, & caniculam, cum de vita hominis, & de summa rerum ipsius agatur, duorum dierum intercapedine concessi Dominorum Iusdicentiū censuræ subijcienda, quibus memoria recolo pro absolutione *Nūtiantis* vrgere satis, quod amputato *Spinelli* capite, eoq; in Ciuitate Salerni traducto in Regia Audictia comparuit pręmium expectans, & dùm in libertate positus esset spōtè sua in carceres se constituit, poterat etenim aufugere, si in aliquo deliquisse fuisset sibi persuasus, quod herclè maximū
82 est innocētiæ signum *Marsil. in prax. §. diligenter n. 104. Foller. in pract. cri.* verb. *Et si comparēt à n. 1. Gram. cōs. crim. 29. n. 31. cōs. 61. n. 34. Rolan. cons. 63. n. 9. vol. 3. Farin. cōs. 10. n. 3. Giurb. cōs. 46. n. 30. Bertaz. cōs. crim. 85. n. 13. & cons. 208. n. 21.* & dicta per *Gram.*
83 *dec. 28. n. 25. & seq. Iudicem in criminalibus mitiorem partem esse sectaturum, nam maiorem consequitur honorem ex absolutione inquisiti, quam ex condemnatione*, de quo pulchrè agit *Petr. de Anchar. cons. 219. in fin.* quem reuideri rogamus.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 20. Augusti 1653.

DECISIO.

DIE Iouis 28. Mens. Augusti 1653. Relata denuò causa in Magna Curia Vicariæ Delegata post compilatum processum per Supremum Collaterale Consilium, nemine pro delegatione instante, sed tantummodò per causæ Commissariū proposito negotio in Collaterali Consilio (inaudito prorsus Nuntiante) coram Excellentissimo Regni Prorege Comite de Ognate (nam prima vice fuit de ea actum in die 18. eiusdem Mensis) per Consiliarium Anellum Portium Iudicem in Criminalibus, interuenientibus alijs Iudicibus, nempè D. Carolo Lopez, Alexandro Confalono, Iacobo Zurolo, D. Duarte Vaaz, & D. Iosepho Filiū (absfuerunt in illa die Consiliarius D. Petrus Varaiz, & D. Ferdinandus Ciaues, existente pro Dom. Fisci Patrono infirmo Iudice Balthaxare de Angelis docto viro fuit Nuntiante ad

Y mor-

mortem condemnatus, & iussus torqueri tanquam Cadauer ante exequutionem. *Ab einsmodi decreto obtinui Ego fieri relationem in Supremo Collaterali Consilio eadem die* 18. *præsentiens ad motum labiorum infelicem Iurgij euentum, & licèt memoriale fuisset expeditum die* 18. *Augusti, illo sanè die, in quo dubitaui potuisse interponi decretum prædictum, Attamen postmodum in die* 28. *Illustrß. & Spectab. Domini Regentes de iniustitia decreti à Me informati, ac hoc responso eisdem tradito, iusserunt recipi reclamationis diploma, cùm de vita hominis ageretur*, Interim, *reclamatione pendente, Fiscus satagens pro exequutione decreti ipsius Magnæ Curiæ, obtinuit rescriptum à S. E. non tamen à Collateral. Consil. quod reclamatione iam obtenta non obstante, decretum debitæ demandaretur exequutioni, & ità furcarum laqueo suspensus Cliens decubuit, exutus præsidio reclamationis, qui persequutus ab inimicis, & maleuolis, ità postremum clausit diem, de quo* Ego in Annotat. ad Consiliar. Paschal. de virib. patr. potest. pag. 568. 2. col *vers.* Indè quæres, *verba feci, & pollicitus fui nonnulla recensere hoc* Responsor. volum. *Sed satis sit Lectori curioso* Responsum *exhibere, vt ab vngue (vti est in adagio) Leonem agnoscat.*

Penès Scribam Fiscalem *Carolum Mancinum.*

SVMMARIVM.

1 *INstantia Fisci pro triremibus recensetur.*

2 *Decretum Magnæ Curiæ pro tortura refertur.*

3 *Sacrum Regium Consilium dicitur solitus miserorum Asylus, atq; refugium.*

4 *Facti series recensetur in causa inquisitionis Anelli Taccilli.*

5 *Viglietti tenor transmissi per Anellū Taccillum Io. Bapt. Ametrano inseritur.*

6 *Iudex offensus intuitu officij, potest cōtra iniuriantem procedere, secus verò si priuato nomine.*

7 *Iudex proprio nomine offensus querelam coram Superiore proponere debet, non autem ipse procedere.*

8 *Iniuria Magistratui illata intuitu dignitatis, potest ab ipsomet vindicari.*

9 *Iudex delegatus potest cognoscere de iniuria facta Officiali suo ex causa officij, secus si ex alia causa, quia tūc Iudex ordinarius cognoscit.*

10 *Iudex in causa propria nemo esse potest.*

11 *In-*

11 *Iniuria illata ex cauſa officij, ſiue ipſius intuitu, quando dicatur.*
12 *Offenſa facta Officiali, in dubio præſumitur facta ex propria inimicitia, et non colore officij, ad hoc, vt maius delictum excludatur.*
13 *Informationes aſſumere, & proceſſum fabricare nequit Iudex offenſus ex propria inimicitia.*
14 *Iudex nequit informationes aſſumere contra illum offendẽtes intuitu propriæ perſonæ, quia actus eſt præiudicialis inquiſitio.*
15 *Iudex ob offenſionem factam filijs, non poteſt informationes aſſumere contra offendentes.*
16 *Iniuria facta filio, cenſetur facta patri.*
17 *Destructo fundamento, corruat ædificium, neceſſè eſt.*
18 *Teſtis non iuratus non probat.*
19 *Iuriſdictionis defectus ab ipſa cauſa efficiente proueniens, fundamentum Iudicij dicitur.*
20 *Iudicatum dici non poteſt, ab eo, qui ius dicendi non habuit.*
21 *Initium attenditur ad fundandam iuriſdictionem.*
22 *Nullum quod fiàt ab initio ex defectu iuriſdictionis, tractu temporis conualidari non poteſt.*
23 *Priuati iuriſdictionem tribuere non poſſunt.*
24 *Iuriſdictio omnis penès Regem reſidet, & quaſi à fonte fluit, atq; refluit.*
25 *Iniuria ſcripto facta, dicitur verbalis, non realis.*
26 *Iniuria, quæ per manus non infertur, verbalis dicitur, ſiue conuitium.*
27 *Iniuria per literas miſſiuas facta dicitur verbalis, non realis.*
28 *Pæna non niſi arbitraria eſt impoſita pro iniuria quando criminaliter agitur.*
29 *Iudicis arbitrio remittitur pæna arbitraria pro iniuria inflicta.*
30 *Arbitrium Iudicis an extendi queat vſq; ad mortem.*
31 *Iudicis arbitrium vt ad mortem extẽdi poſſit, quæ requirantur?*
32 Gloſa in §.In ſumma, Inſtitut. de iniur. *quos habeat contradictores?*
33 Ioannes Laganarius Additionator ad Reg. Rouit. *laudatur.*
34 *Iudex in crimine iniuriarum, nequit arbitrium extendere vſq; ad mortem.*
35 *Iudex non poteſt recedere in pænis arbitrarijs ab ea, quæ fuit aliàs impoſita de ſtylo, aut conſuetudine.*
36 *Pæna pro iniuria verbali tàm de iure communi, quàm de iure Regni, eſt tantummodò actio ciuilis ad æſtimationem.*
37 *Querelæ in Regno non poſſunt recipi pro iniuria verbali.*
38 *Iniuria realis, qua pæna coerceatur in Regno.*
39 *Percutiens cum baculo, & expilans barbam vſq; ad ſanguinem excluſiuè, qua pæna puniatur in Regno.*
40 *Verberans cum baculo, pæna corporis afflictiua, ſiue triremium non eſt puniendus.*
41 *Nobilis mandans verberari alium Nobilem, patrato facinore, qua pæna puniatur?*
42 *Iniuriarum actione tenetur percutiẽs cum baculo.*
43 *Exilij pæna venit puniendus percutiẽs quem cum baculo.*
44 *Ruſticus eleuans duos digitos Iudici, qualiter ſit puniendus?*
45 *Extraordinaria pæna venit imponenda pro iniurijs.*
46 Ciuitas Lytij, Authoris Patria.
47 *Iniurians Præſidem verbo in platea publica, licèt electum tantum, qua pæna fuerit punitus.*
48 *Iudæum quem vocans, & ex Iudæis natum, qua pæna fuerit punitus in Hiſpania.*
49 *Percuti mandans Doctorem ab eius famulo ante Palatium Magnæ Curiæ Vicariæ, qua pæna fuerit coercitus. Actuarius mandans percuti ab eius fa-*

famulo quẽdam Doctorem, ante Palatium Magnæ Curiæ, dicens, Olà ammazzate questo, *qua pæna fuerit punitus.*
51 *Iniuria verbalis licèt magna, semper maior cẽsetur qualibet iniuria reali.*
52 *Tortura in Regno, quibus in casibus venit irroganda?*
53 *Pæna in Regno vbi non venit imponẽda vltra relegationem, Tortura non est locus.*
54 *Supremum Collaterale Consilium, quo in casu reuocauerit decretum Magnę Curiæ in casu torturę.*
55 *Birruarij in testes adducti, languidæ dicuntur fidei.*
56 *Depositio Birruarij despicienda est.*
57 *Vexari multos ex depositionibus Birruariorum quotidie accidit.*
58 *Birruarij deponentes extra rem ad eorum officium pertinentem, non probant.*
59 *Testis deponens vltra depositionem principalis, redditur suspectus de falso.*
60 *Testis de auditu non probat.*
61 *Testis de auditu à Ministro Curiæ quare non probat.*
62 *Testes inc̃otestes vocans, si hi contradicant, suspecta redditur depositio.*
63 *Testes sibi inuicem contrarij, se ad inuicem collidunt.*
64 *Comparatio litterarum, qualiter sit facienda, vt probet.*
65 *Comparatio literarum ad hoc vt probet, debet deferri iuramentum.*
66 *Comparatio literarum non benè fit cum sola nominis subscriptione.*
67 *Comparatio literarum satis fallax argumentum dicitur.*
68 *Characteres facilè imitantur.*

ARGVMENTVM.

Iudicem proprio, priuatoq; nomine, non intuitu dignitatis, nec Magistratus prætextu, offensum, siue conuiciatum, minimè contra offendentem procedere posse, nec informationem assumere, esse omni iure exprobatum, vtpotè qui in propria causa ius sibi diceret, secus verò si intuitu officij offensio fiat, pluribus exornatur; vbi qualiter, & quando intuitu officij offensio facta dicatur.

Iniuriarum pęnam à iure communi Iudicis arbitrio remissam, contra relegationem fuisse practicatam in Regno, plures afferũtur peculiares determinationes Supremorum Senatuum, reuocantes decreta Magnæ Curiæ, ac ità pariter in alijs Europæ Consistorijs adamussim põderatur, siue verbales iniuriæ fuerint, siue reales, ex quibus illud quoque in propatulo est, vltra relegationem nũquam fuisse pęnam inflictam, Vndè nequidem iniuriantem, tor-

tu-

turæ, ſeu quæſtioni ſubijciendum eſſe in Regno, in quo Torturæ occlauditur aditus, ni pæna vltra relegationem veniat imponenda, ex multis ſuadetur.

Inquiſitum in theſi currenti, non conuictum, nec inditiatum, imò ex Teſtium depoſitionibus dubię, fluxęq; fidei, cum ij ex ore Birruarij deponant, eſſe prorſus abſoluendum reuocato decreto Magnę Curię, quo Torturę ſubijci extitit determinatum, non illepidè ex multis comprobatur; aliaq; non pauca adducuntur ad Inquiſiti innocentiam detegendam, Torturæq; decretum reuocandum.

P R O

Anello Tuccillo.

C V M

Regio Fiſco.

RESPONSVM XVII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 INſtante Magnifico Iudice Balthaxare de Angelis Domini Fiſci Patroni infirmi vicem gerente pro triremibus contra Anellum Tuccillum inquiſitum de iniurijs in litteris miſſiuis erga V.I.D. Iudicem cuiuſdam Terræ, diſcuſſo imminentis pugnæ diſcrimine, certaminiſq; periculo, *Me* omni ſtudio elaborante ad obie-
2 cti criminis diluitionem, Rota Magnæ Curiæ decreuit *Eſſe quæſtioni ſubijciendum*, à quo decreto grauatus inquiſitus obtinuit verbum fieri in
3 S. C. (*Solito miſerorum Aſylo, atq; perfugio*) Nobis igitur eius vicem ſuſtinctibus indoluit maximè de eiuſmodi decreto, idcircòq; incumbit illius iniuſtitiam detegere, & liberandum eſse, ac protinùs abſoluendum è Sacri Conſilij Prętorio, aucupari, Diſpungamus igitur ſtricto ferro, euaginatoq; enſe (vti eſt in adagio) quæ imputentur facinora, quaſ-

que

que probationes,siue inditia habeat Fiscus, vt ex ijs quæstioni subijciatur inquisitus, Et an pæna in casu quo de delicto, inditiatus fuerit, vltra relegationem imponenda veniat, adeò quod torturę inferendæ aditus aperiatur, & an informationi captæ fides vlla sit adhibenda?

4 Præsupponitur in facto præfatum Tuccillum die 2. Mensis Decembris 1652. cum duobus alijs associatum se contulisse in Terram prædictam, in cuius platea reperto præfato Iudice, ex equo descensum, colloquium cum ipso habuisse, quodq; in discessu fuerit auditus præfatus Iudex dicere, *Mò serviro V. S.* quodq; accersito assetto Actuario Terræ prędictę, ab eo mutuo expetierit carolenos triginta pro illis mutuandis prædicto inquisito, inquiens, sibi in dedecus verti, ni illos mutuaret, excusatoq; Actuario quod illos non habebat, rogauit illum Iudex, quod excusatum illum haberet apud d. inquisitum, eò quod in regressu, spem habebat illi inseruire, quo audito inquisitus grates retulit, Hunc propè Tabernam dictæ Terræ litteras scripsisse contendit Fiscus directas præfato Iudici Terræ prædictæ, absque subscriptione, quas dùm Birruario eiusdem Terrę tradidit, illicò in manus ipsius peruenienda, non nisi die 4. eiusdem mensis ab eodem Birruario consignatę fuerunt, quibus lectis, turbatum se fuisse nimis, & cominùs protestatum contra scribentem corā ipsomet Birruario, & aliis in contestes adductis, quos dumtaxat de subscriptione conscios fecit, & significauit de omnibus se certioraturum Excell. Dom. Regni Proregem, nullaq; interiecta mora, capta informatione, receptisq; testibus per dictam Curiam, transmisit illam Gubernator Terræ prędictę Hispanus, Suæ Excellentiæ cum eius litteris, vt infesti sanè animi suspicionē augeret, asserens truffam voluisse facere inquisitum Iudici, cui ob denegatam pecuniam, litteras, iniurias, & contumelias continentes, ea de causa trāsmisit, qua de re Curiam offēsam cogitans, alieni mali instrumentum sese præbens, vti exemplaie facinùs, pænis coercendum grauioribus rogat, & idemet Iudex, Gubernatori quærimoniæ deferens, suis proprijs litteris vti execrandæ iniuriæ immanissimum scelus, Regni clauum sustinenti insinuauit, subdens vti personam priuatā, nullam deferre quęrelam, sed quia in Magistratu posita. Cùm de summa rerum suæ dignitatis ageretur, ad Principis animum vellicandum, obloquutiones aduersus inquisitum deflexit, Nec sua illos sefellit cogitatio, ipsorum etenim alloquio delinitus Princeps, ijs fidendum sibi persuasit, vnde peculiari diplomate informationē, & litteras Regio Cons. D. Ioanni de Burgos Regentis magnæ Curię vicem tunc sustinenti modo Regiam Cancellariam Regenti transmisit, eiq; indixit quod carceri illum mancipari satageret, quod statim fuit exequutioni demandatum, multisque mensibus existente in carceribus Magnæ Curiæ Vicariæ, nullis factis per ipsum defensionibus, vtpotè ex actismet protenso quasi digito eius innocentiam detegi, haud temerè cogitabat, & dùm absoluendum fore in spem ducebatur, Torturæ subijci extitit determinatum, vti initio præfati sumus.

Quæ autem asserantur, iniuriæ, conuicia, siue contumeliæ, ex tenore præfatarum literarum elicitur, quæ vti iacent, inserendas duximus.

5 *Non staua in dubio dell'essere di V. S. ch'è vn becco futtuto, per tanto m'è parso darne parte à V. S. con l'occasione del piacere, che l'hò detto questa mattina,*

per tanto Signor mio caro non lascio di esagerarla, che io l' hò in culo per mille volte. li 2. Decembre 1652.
Et foris
Al Sig. Giudice mio Sig. Osseruandiss.
Nos verò pro inquisito pugnam initurі, in primis asserimus, nulliter fuisse contra ipsum processum per Curiam Terræ prædictæ, existente Iudice ipsius prædicto instante, qui
6 priuato nomine offensus prætenditur, non autem prætextu dignitatis, & officij, quo casu Curia ipsa procedere non poterat, *l. qui iurisdictione, ff. de iurisd. omn. iudic. l. lex Cornelia, ff. de iniur. l. Senatus, ff. de offic. presid. l. vnic. C. Ne quis in sua caus. Iudic.* sed
7 quærelam coram Superiore debuit proponere, *§ si verò egerint, Authen. de defensor. Ciuit. Bart. in l. si quis fortè, §. si quis, post princ.* vers. *Quaero quid si aliquis ff. de pen.* Sed quando
8 Magistratus iurisdictionem exercēs offenditur, potest vendicare iniuriā, quasi dignitati illatam *ad tex. in l. 1. in princ. ff. de postul. l. si familia in prin. ff. de iurisd. omn. Iud. cap. si quis ab Episcopo 2. quæst. 7. cap. Romana de pen. in 6.* in terminis *Paris de Puteo de Syndicat. cap.* 3. incip. *An officialis processit super iniuria pag. mihi* 198. *at. in paruis, n. 1. & 2.* vbi *n.* 3. adducit *Innoc. dicentem, quod cùm delictum non cessesrit in iniuriam officij, sed in eum, vt in priuatum, non poterit cognoscere,* plenè *Andr. de Iser. in tit. quæ sint regal.* verb. *Committentium crimen, & in cap. 1. de eo qui interf. fratr. dom. sui,* & post *Alber. in l. Senatusconsulto post n. 3. ff. de offic. Presid. & Oldr. cōs.* 7. hanc approbat distinctionem *Iul. Clar. in §. fin. quæst. 35. n. 26.* vers. *Soles etiā quandoq; Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 42. rubr. Iudex in causa propria in princ. n. 1. Grau. cōs.* 232. *sub n. 7.* vers. *Tertio respondeo,* plenè *Rolan. à Valle cōs. 16. & cōs.* 48. *lib.* 2. qui iuribus, rationibus, & authoritatibus exornat *Farin. in pract. crim. quæst. 17. n. 46. Menoch. de arbitrar. Iudic. cap. 263. n. 7. lib. 2. Boer. dec. 9. n. 4. & seqq.* quem allegat *Baiard. ad Clar. d. quæst. 35. n. 29.* inquiens idem etiam dicendū
9 in Iudice delegato, vt cognoscat de iniuria facta officiali suo ex causa officij, secus si ex alia causa, quia tunc Iudex ordinarius cognoscet, *Guazzin. ad defens. reor. par. 1. defens. 1. rub. Superior. an possit cognoscere de iniur. sibi, vel eius officiali, aut familiar. illat. cap. 18. per tot.* vbi pluribus adductis, magistraliter, rem enucleat, & ante ipsum *Petr. Caball. resol. crim. 128. n. 1. & 2.* qui benè declarat, exactè, & copiosè *Grau. lib. 1. practicar. cōclus. 39. n. 3.* vbi pro regula generali statuit
10 neminem in propria causa Iudicem esse posse, *Surd. cōs. 50. n. 9.* per *tex. in l. Iulianus la 2. ff. de iud. Viu. dec. 223. n. 23. Vesembec. cons. 33. n. 39. & cons. 42. n. 100.* & ex *Carrer.* tradit *Farin. quæst. crim. 21. n. 47. Christin. dec. Belgic. 223. n. 32. tom. 4. D. Larr. alleg. fiscal. 117. n. 34.* & ne *Nostrates* negligamus *D. Reg. Sasel. de. 63. in princ.* qui ex alijs indubiam quæstionem tradit.
Quod autem in thesi nostra, asserta iniuria minimè officium respexe-
11 rit, sed tantùm personam, indè depromitur, quia non ipsi Iudici pro Tribunali sedenti illata fuit, vel ob causam officij, siue in actu aliquo iurisdictionis, quibus in casibus præsumitur offensus Officialis intuitu officij, *Capy. dec. 130. n. 12. Baiard. ad Clar. d. quæst. 35. n. 34. Rolan. cōs. 1. n. 35. vol. 3. Farin.* ex multis *d. quæst. 17. n. 41. Caball. d. cas. 128. in fin. Guazz. d. cap. 18.* verb. *Et an iniuria,* inquiens adhuc coniecturis cessantibus in dubio fore iudicandum offensionem fuisse factam propria inimicitia, & non calore officij, vt maius delictum excludatur, quod affirmauit ante ipsum *Farin. d. n. 43.* post *Rolan. d. cōs. 1. n. 36.*

22 ab initio nullum fuit ex defectu iuriſdictionis conualidari non potuit tractu temporis, ſiue per actum quē-
23 libet ab inquiſito factū, eius etenim non erat iuriſdictiouem non habenti tribuere, *l. in priuatorum, C. de iuriſd. omn. Iudic. Affl. in Conſtit. ſi ciuiliter agens col. pen.* verſ. *Octauo, nota, D. Praeſ. de Franch. dec.* 551. *n.* 12. vbi pulchrè loqui. *Affl.* tradit, & eſt *tex. in l. & quia 6. ff. de iuriſd. omn. Iudic. Auſal. de iuriſd. par. 3. tit. vnic. n.* 12. ſed ſolius
24 Regis, apud quē omnis iuriſdictio reſidet, & quaſi à fonte fluit, atq; refluit, *l. 1. ff. de Conſtitutio. Princip. Cāeer. variar. reſol. lib. 2. cap. 2. tit. de iuriſd. omn. Iudic. n.* 114. *& n.* 326. poſt *Bald. in cap. vnic. §. ad hęc col.* 2. verſ. *Nota hic, quod omnis*, verb. *Ex praemiſſis ergo, tit. de pac. iuram. firmam. in vſib. feud. & in cap. 1. in princ. quis dicat. Dux.*

Rurſus: quo iure Torturę ſubijciendum inquiſitum fuerit iudicatū poſito quod inditia legitima extiterint (quod negamus mordicùs, & ex infra dicendis probabimus) de pretenſa iniuria, ſanè intelligere non poſſum, vndè aut quomodo decretū torturæ manare potuerit, ſiquidem inquiſitio eſt de iniuria verbali, non
25 facto illata, ſic etenim indicatur iniuria ſcripta ſecundùm *Felin. cōſ.* 46. *inter conſilia criminal. diuerſor. tom.* 2. quem adducunt, & approbant *Addētes ad Clar. in §. iniuria n.* 36. *Burſ. cōſ.* 94. *n.* 5. & per litteras miſſiuas, verbalem iudicari iniuriam, ex quo manus non infertur, ſed fit conuitium, *tex.* eſt ad literam, *in l. 1. §. iniuriam autem, ff. de iniur. Hoſt. in cap. cum te n.* 4. verb. *Iniuriarum actione de reiud.* & ibi etiam *Io. Andr. n.* 2. *Anton. de Butr. n.* 3. *Anch≀aran. n.* 1. *in* 1. *notab. Couarr. variar. reſol. lib. 1. cap.* 11. *n.* 1. *Petr. à Placa in Epitom. delictor. cap.* 1. *n.* 1. *&* 2. *Farin. quaeſt.* 105. *tom.* 4. *inſpect.* 1. *n.* 3. verſ. *Sed etiam ſcripto*, lo-
27 quens in ſpecie de iniurijs per literas miſſiuas, allegat *tex. in l. lex Cornelia, §. Si quis librum, & §. fin. ff. de iniur. & in l. item apud Labeonem, §. hac autem ferè, ff. de iniur.* alioſq; plures de more.
28 Pro iniuria autem nullam eſse impoſitam pęnam, ſed tantùm arbitrariam quando criminalitèr agitur, eſt *tex.* quem optimum dicit inſignis *Farin. d. inſpect.* 1. *n.* 56. verſ. *Et hęc quo ad tertium, in l. fin.* ibi, *de iniuria nunc extra ordinem ex cauſa, & ex perſona ſtatui ſolet, & ſerui quidem flagellis caeſi dominis reſtituuntur, liberi verò humilioris quidem loci fuſtibus ſubijciuntur. caeteri autem vel exilio temporali, vel interdictione rei certa coercentur.* Et alter *tex. in §. In Summa, Inſtit. de iniur.* ibi, *Sin autem criminaliter, officio Iudicis extraordinaria pana reo irrogatur*, ibiq; *Ang. Aretin.* tradit hāc
29 pęnam extraordinariam, Iudicis arbitrio eſſe remiſſam, *Gram. dec.* 37. *n.* 10. *in fin. Theſ. dec.* 18. *ſub n.* 1. *& dec.* 229. *n.* 7. *Clar. in d. §. Iniuria n.* 8. verſ. *Sed quaero*, & ibi *Additionator Baiard. Caran. rit.* 311. qui eſt *finalis n.* 19. *Peguer. dec. crim.* 13. *n.* 18. *&* 19. *in fin.* alijq; relati per *Farin. d. n.* 56.
30 Quę arbitraria pena, contenditur, an poſſit extendi etiam vſque ad mortem incluſiuè, ex *Gloſ.* affirmātis placito *in d. §. In ſumma, Inſtit. de iniur.* quam eſſe approbatam inquit *D. de Frāch. dec.* 504. *n.* 11. *&* 530. *n.* 11.
31 quando tamen delictum eſt graue, & loquitur in libello famoſo, *Gomez lib. 3. de delict. cap. 6. n.* 8. duobus tamē concurrentibus. Primò ſi concurrat qualitas alicuius grauiſſimi facti, Secundò quando in illo loco conſueuit dari pęna mortis pro ſimili delicto, licèt contra *Gloſ.* teneant per-
32 multi, *Affl. dec.* 276. *n.* 6. *Oſaſ. dec.* 104. *Theſ. dec.* 161. *n.* 5. *Peguer. dec.* 7. *n.* 12. *& dec.* 24. *n.* 17. *Gram. cenſ. crim.* 36. *n.* 21. *conſ.* 39. *n.* 6. 7. *&* 8. *& conſ.* 48.

Z ſub

sub n.2. Petr. in addit. ad Gram. dec. 46.
33 *n.2.* aliq; permulti seriosè adducti ab erudito, *Additionator. Laganar. ad D. Reg. Rou. in prag. 1. de custod. reor. pag. 198. at. lit. A.* vbi pulchra in pulchro casu tradit, de qua quęstione Cùm ad Nos non pertineat, missa plura facimus, veriorem tamen existimãtes negatiuam opinionẽ, quod
34 Iudex in crimine iniuriatũ nequeat arbitrium extendere vsq; ad mortẽ, sicuti ex multis probat eadem additio, licèt corporalis pęna infligi possit etiam si iniuria sit verbalis, ad tradita per *Boss. in pract. crim. tit. de iniur. n. 30.* & per *tex. in l. fin. ff. de iniur.* tradidere *Bald. in cap. cum te in princ. de senten. & re iud. Abb. ibid. n. 24. Felin. n. 9. ad fin. Farin. d. inspect. 1. n. 58. & 59.*

Verùm Domini Fiscales nobiscũ
35 consentient, quod si de consuetudine, aut stylo Ciuitatis, & Regionis esset introducta aliqua peculiaris pęna, & tunc illam Iudex sequi debet, nec aliam arbitrari potest, secũdum *Ang. in l. fin. n. 2. ff. de iniur. Pract. Cõrad. tit. de iniur n. 17. in fin.* quos allegans *Farin. d. inspect. 1. n. 60.* vers. *Quid sit de stylo,* tradit hanc esse primam iniuriarum pęnam.

Videndum igitur erit, quę pęna in Regno fuerit illata pro iniuria verbali, & sanè *Dom. Reg. Rou. in Prag. 2. de abolitton n. 48.* inquit, quod
36 pro iniuria verbali competit tantũmodò actio ciuilis ad ęstimationem, tam ex dispositione iuris cõmunis, vt in *§. pęna autem, Instit. de iniur.* quã de iure Regni, vt in *Rit. 311.* vers. *Statuentes etiam,* vbi *Caran. n. 7.* & 8. Quinimmò tradit per *Prag. 36. n. 43. de offic. Magist. Iustitiar.* expressè
37 prohiberi, vt pro iniurijs verbalibus non possint recipi quærelę, secus ve-
38 rò quando iniuria est realis, & facto irrogatur, quia tũc competere actionem criminalem, nempè *legis Cornelia,* tàm de iure communi, vt in *l. lex Cornelia in princ. ff. de iniur. & in §. lex Cornelia, Instit. ead.* quàm etiam de iure Regni, vt per *Caran. d. rit. 311. n. 8.* quo stante cui non sit obuium, grauatum fuisse inquisitum ex carceratione tot mensium, & quotidie grauati, quando non erat ad quicquam contra ipsum procedendum, attenta doctrina tanti viri Iuris Regni peritissimi.

39 Pro reali verò iniuria inuenio *Gram. dec. 17. n. 1. & in fine* tradidisse, quod percutiens cum baculo, & expilans barbam vsq; ad sanguinem exclusiuè, reuocata sententia Magnę Curię, quę ad triremes condemnauerat per triennium, fuit condemna-
40 tus ad exilium, inquiens *Gram. in prin.* nullibi in iure cautum, quod pro verberatione cum baculo possit imponi pæna remigandi in triremibus, aut aliqua alia corporis afflictiua, &
41 idem *Gram. vot. 15.* in quodam Nobili Capuano, de cuius mandato, & ordinatione prętendebatur per Fiscum fuisse illata verbera alteri Nobili eiusdem Ciuitatis Capuę, licèt fuisset decisum per Magnam Curiã fore torquendum, attamen relata causa in Supremo Collater Consilio fuit dumtaxat condemnatus ad exilium biennale extra Ciuitatem Capuę, *Thes. dec. 224. n. 1.* affirmans, per-
42 cutientem aliquem cum baculo, teneri actione iniuriarum, adducto *Gram. d. dec. 17. & in consilijs,* ac *Aff. in Constit. si quis aliquem n. 25.* dicen-
43 te, pęnam esse arbitrariã, tradit Senatum condemnare percutientem cum baculo pęna exilij per trienniũ,
44 & idem *Thes. dec. 229.* in rustico eleuãte duos digitos Iudici, ex qua eleuatione magna oritur iniuria *n. 7.* vers. *Nihilominus,* inquit, *Nihilomi-*
45 *nus Senatus mitiùs agendo cum pena iniuriarum sit extraordinaria, & Iudici arbitraria, vt dicit Glos. in §. infamia,*

mia, *Instit. de iniur.* verb. Extraordi- *ria, & d.l.fin. ff.eod. existimauit hunc non esse puniendum pœna sanguinis,per glos.in l.1.ff.de furib.balneor. quam ad hoc singularem dicit Cardinal.in cap.ex literis,de constitut.itaq; cōdemnauit rusticum in aureis vigintiquinque erga Fiscum,& ad petendam veniam Iudici iniuriato,Reg.Sanfel.dec.63.n.19.* tra-
46 dit fuisse quemdam Nobilem de Lytio, Patria mea dilectissima, relegatum in Castro per quinquénium,
47 eo quod verba iniuriosa in platea protulit in personam Prçsidis absentis electi,nondùm admissi ad exercitium officij, *Pegner. dec.crim.* 13. in casu satis graui maximè in Hispaniç
48 partibus, dum quidam in faciem alij dixerit se esse Iudæum,& ex Iudæorum,origine natum,tradit Senatum arbitrando pœnam iniuriæ,condemnauit iniuriantem ad exilium à Ciuitate Barcinonæ, alijsq; Oppidis conuicinis, *ipsomet attestante n.* 19. vers. *Et fuit arbitrium*, & notabilem casum recenset eruditus *Additionator ad Reg.Reu.tit.de custod. reor. pag.*
49 *mihi 199.col.2.*vers.*Nec etiam fumus*, in personam euiusdam Magnæ Curiæ Actorum Magistri, qui ab eius famulo multis verberibus percuti mandauit quendam Doctorem ante Palatium Magnæ Curiæ, inquiens,
50 *Olà ammazzate questo?* ex eo, quod volebat ab illo vltra pandectam, districtus extorquere, & tamen eum iniuria fuisset atrox reputata, tum ratione personæ, tum ratione loci, ac causæ, non nisi ad relegationem per quinquénium extitit condemnatus.

Ex quibus iudicaturis secernitur iniurias, nedùm verbales atroces, ac
51 etiam reales (quæ quidem iniuria verbalis etsi grauissima sit, tamen sēper est minor iniuria ipsa reali, quæ manu fit, secundùm *Dom. Reg. Rouit. d.pragm.2.de abolit.n.47.*)à nullo Senatu fuisse iudicatas, vt pœnam mereantur vltra relegationem etiam in Regno, sicut ex exemplis modo adductis conuincitur.

52 Proinde cum tortura in Regno nequeat inferri, nisi in ijs delictis, in quibus venit imponenda pœna vltra relegationem,nempè mortis naturalis, vel ciuilis, quæ adimit libertatē, vel abscissionis membri,iuxtà *cap.Ab illo inchoandum,& cap.Tormenta*,vbi plura per *Nigr. in princip. Addition. n.12.& in cap.si iustè,n.*40. benè *Dom. Reg.Reu.super prag.2.de iurisd. inuit. non turband. n.65.& 66.* qua ratione nō dicitur grauatus inquisitus à decreto torturæ? & idipsum ad torturā euitandam, ponderauit *Gram. d.vot.* 15.*n.*11. quod vbi non venit impo-
53 nenda pœna vltra relegationem in Regno, non habet locum tortura, per *d.cap Tormenta*, quod esse in viridi obseruantia tradit, & obtinuisse
54 insinuat in supremo Collater. Consil. reuocante decretum Magnç Curię,sicuti indicauimus *hoc eod. respon.* vers.*Pro reali vero.*

Hęc autem, quę exarauimus prę- struent herclè viam ad defensam inquisiti ex nullitate, & defectu informationis,ac etiam ostendunt grauamen illatum ex decreto torturę.Sed vlteriùs dispicere hic cordi est, quę sint probationes(mauis dixerim)argumenta,siue inditia,ex quibus iniurię tam atrocis (secundùm Fiscum) inditiatus fuerit inquisitus?Et in primis sese offert depositio Birrnarij seruientis Curię prędictę, cui præter
55 alias contrarietates cum alijs nominatis in contestibus, de quibus in actu defensionis sermonem faciemus, nulla adhibenda est fides, vti dubię, fluxeq; fidei, secundùm *Bal. in l. fin.* 8.*quæst.n.*47.*C.de edict. Diu.Adrian. tollen.Bero.cons.*84.*n.*1. *Clar. in prax. crim.quęst.*7.vers. *Habes igitur in fin. Ang.in l.sciendum, C. de vsur. Gram. vot.21.n.1*, ex multis omniscius, *Fa-*

dit *Vermigl.conſ.crim.* 131. *n.*13. vbi
67 *n.*12. ponderat quod ſcribendi forma quotidiè mutatur, vndè fit vt ſatis fallax argumentum dicatur comparatio ad *tex. in* §. *ſi verò moriantur, Authen.de inſtrum.caut.*ibi, *Neq;enim eas modis omnibus interdicimus, quandoquidem facilè eſt, ſaltim in breui ſcri-*
68 *ptura, aliorum characteres imitari*, benè *Vermigl. cõſ.crim.*240. *n.*6. vbi allegat *Maſcar.de probat. concl.*740. *n.* 13. verſ. *Attamen.*

Ruit quoq; & aliud inditium de recognitione facta per nõnullos teſtes de perſona inquiſiti, vtpotè inuerisimili, de qua in defenſione ponderabimus, ſicuti miſſas facimus alias duas inquiſitiones, quas pro criminibus obiectat Fiſcus, nimirum de ſubſcriptione apocæ bancariæ, & aſſiſtentia cum nonnullis ad inuicem digladiantibus, vtpotè qui: minimè fuit proceſſum contra inquiſitum, quia veritate agnita de apoca, partes ſe concordarunt, & reſpectu aſſiſtentię cum digladiantibus, prẹmio eſſet afficiendus, Vndè cohibeo calamum ne vltrà quam par ſit, lõgior euadam in hoc patrocinio, in quo nulla probatio, nullum inditium, nulla pœna vltra relegationem reſultat, Carceratio plurium menſium ſatis erat, vt abſoluatur, ſicuti ex prædictis, & alijs in facto ponderandis, in ſpem ducebamur, & modo ab ampliſſimis Dominis obtenturos extra hæſitationem exiſtimamus ſub eorũ tamen cenſura.

Laus Deo, Beatę; Virgini Marię. Neap.die 13.Iulij 1653.

D E C I S I O.

DIE Iouis 17. *Menſe Septembris* 1653. *facta relatione per Iudicem Magnæ Curiæ Iacobum Zurulum in Sacro Reg.Conſ.in Aula Decana Regij Conſiliarij Franciſci Antonij Muſcettula, interuenientibus Regijs Conſiliarijs D. Andrea de la Torre Equite Sancti* Iacobi, *& Paulo Staibano, fuit interpoſitum decretum, quod* Magna Curia procedat ad expeditionem citra torturam, *exiſtente pro Fiſci Patrono Iudice Balthaxare de Angelis, qui prius inſteterat pro triremibus, & fuit determinatum quod torqueatur. Et relata poſtmodum cauſa in Magna Curia die Martis* 16. *eiuſdẽ Menſis, & anni, fuit interpoſitum decretum, quod* Liberatur in forma *(Innotuit etenim Sacro Conſilio, dum* Ego *patrocinabar nullam adfuiſſe probationem contra Inquiſitum.)*

Penès Io. *Baptiſtam Grimaldum* Scribam Fiſcalem.

SVM.

SVMMARIVM.

1 INquisiti consueuerunt habere testes Fisci pro citatis, iuratis, & legitimè repetitis.

2 Author fatetur suos labores posteritati commendare.

3 Repetitio testium quid operetur.

4 Copia Capitulorum elicitur ex omnibus repertis, inditijs, & probationibus existentibus contra Inquisitum.

5 Copia Capitulorum Inquisitis non datur in Regno, Fisco reluctante.

6 Repetitio testium, qua de causa vt plurimum, nimis damnosa esse consueuit Inquisitis in Regno.

7 Reuocatio comparitionis, per quam Inquisitus habet testes Fisci pro repetitis quando admittatur.

8 Author qua de causa proclinis nō fuit ad consulendum Inquisitis, quod habeant testes pro legitimè repetitis.

9 Aduocati magna cunctatione procedere debent in causis criminalibus.

10 Copia Capitulorum in Regno non potest denegari Inquisitis facta repetitione testium parte citata, vel ijs habitis pro legitimè repetitis.

11 Testes ex processu informatiuo non recepti parte citata, nullam faciunt fidem.

12 Inditium non faciunt, quæ ex processu informatiuo deducuntur, nisi repetantur.

13 Repetitio testium vigore Prag. 89. Capitum in omnibus casibus est necessaria, exceptis duobus casibus, qui enarrantur.

14 D. Franciscus Merlinus Illust. Marchio Ramontis Sac. Consilij Præses laudatur.

15 Regula firma remanet in casibus non exceptis.

16 Confrontatio, seu recognitio cum iuramento facta, excludit testium repetitionem.

17 Confrontatio testium cum iuramento, operatur plusquam repetitio; seu citatio ad videndum iuramenta testium.

18 Confrontatio testium cum Reo, habet vim citationis, & noui examinis.

19 Testium repetitio non est necessaria, quando fit confrontatio cum Reo, etiamsi testes recipiantur ante litis contestationem.

20 Sollemnitas contestationis litis est iuris positiui.

21 Causæ criminales in Regno sunt summariæ.

22 Sebastianus Guazzin. & Honded. ac Reg. Rou. circa repetionem testiū, & confrontationem, improbantur à Dom. Præsid. Merlin.

23 Actus non debet operari vltra intentionem agentis.

24 Iudicem creare est de Regalibus, quæ ad supremam pertinent iurisdictionem.

25 Priuatus non potest tribuere iurisdictionem.

26 Princeps dicitur fons, & origo iurisdictionis, à quo pendent, & cuius nomine Magistratus exercent.

27 Ius sibi dicere in causa propria, nemo potest.

28 Duellum non admittitur, quia species iudicij est.

29 Duellum prohibetur, quia nemo in causa propria, ius sibi dicere potest, vel irrogatam iniuriam, aut querelam vindicare.

30 Informatio lege resistente capta nulla est.

31 Le.

31 *Leges quin habeant locum in actu per ipsum gesto, nemo efficere potest.*

32 *Iurisdictionis defectus, neq; à statuto, neq; partium consensu, tolli, aut sanari potest.*

33 *Actus reuocatus non meretur nomen actus, & habetur ac si nuaquam factus fuisset.*

34 *Reuocato actu, censentur reuocati effectus omnes ab eo prouenientes.*

35 *Antecedenti destructo, corruit consequens.*

36 *Actum nullum faciens ex defectu iurisdictionis, potest Ipsemet reuocare.*

37 *Lege resistēte actui, potest actus annullari ab ipsomet, qui illum fecit.*

ARGVMENTVM.

Inquisiti habentes Testes Fisci pro citatis, iuratis, & legitimè repetitis, An ex huiusmodi actu censeantur conualidare informationes nulliter assumptas, ex alio capite, quàm ex defectu nō adhibiti iuramenti per testes, & omissæ citationis ad videndum iuraméta testium? præmaximè, si nullitatis vitium opponatur, ex quo informatio fuit assumpta à Iudice offenso intuitu propriæ personæ, non officij, aut dignitatis?

Repetitio Testium quid operetur respectu Fisci, quidq; respectu Inquisiti, quaq; de causa *Author* minimè procliuis fuerit ad consulendū Clientibus, ne passim habeant Testes Fisci pro repetitis?

Copia Capitulorum, siue Repertorum danda Inquisitis, vndè ortum habuerit? Et an sint concedenda in Regno Fisco reluctante? quibusque in casibus? Et quare dicantur Capitula, & quomodo eliciantur?

Repetitio Testium in omnibus casibus esse necessariam tam de iure communi, quàm de iure Regni, exceptis duobus casibus cōtentis in *Prag. 89 Capitum,* de quibus pulchrè loquutum *Illust. Dom. Marchion. Ramon. Præsid. Merlin. in sede indicata,* insinuat *Author.*

Confrōtatio Testium cum Reo; quid operetur, Et an sit necessaria etiam Repetitio Testium? qua in thesi dissidentes opiniones inter *Guazzin. Honded. & Reg. Rou.* ex vna, & *Illust. Marchion. Ramon. D. Præsid. Merlin. & Reg. Sansel.* ex alia, adducuntur.

Duella qua ratione fuerint à iure improbata? pluraq; alia, de

que probationes, siue inditia habeat Fiscus, vt ex ijs quæstioni subijciatur inquisitus, Et an pœna in casu quo de delicto, inditiatus fuerit, vltra relegationem imponenda veniat, adeò quod torturę inferendæ aditus aperiatur, & an informationi captæ fides vlla sit adhibenda?

4 Præsupponitur in facto præfatum Tuccillum die 2. Mensis Decembris 1652. cum duobus alijs associatum se contulisse in Terram prædictam, in cuius platea reperto præfato Iudice, ex equo descensum, colloquium cum ipso habuisse, quodq; in discessu fuerit auditus præfatus Iudex dicere, *Mò seruirò V. S.* quodq; accersito asserto Actuario Terræ prędictę, ab eo mutuo expetierit carolenos triginta pro illis mutuandis prædicto inquisito, inquiens, sibi in dedecus verti, ni illos mutuaret, excusatoq; Actuario quod illos non habebat, rogauit illum Index, quod excusatum illum haberet apud d. inquisitum, eò quod in regressu, spem habebat illi inseruire, quo audito inquisitus grates retulit, Hunc propè Tabernam dictæ Terræ litteras scripsisse contendit Fiscus directas præfato Iudici Terræ prædictæ, absque subscriptione, quas dùm Birruario eiusdem Terrę tradidit, illicò in manus ipsius peruenientas, non nisi die 4. eiusdem mensis ab eodem Birruario consignatę fuerunt, quibus lectis, turbatum se fuisse nimis, & cominùs protestatum contra scribentem corā ipsomet Birruario, & aliis in contestes adductis, quos dumtaxat de subscriptione conscios fecit, & significauit de omnibus se certioraturum Excell. Dom. Regni Proregem, nullaq; interiecta mora, capta informatione, receptisq; testibus per dictam Curiam, transmisit illam Gubernator Terræ prędictę Hispanus, Suæ Excellentiæ cum eius litteris, vt infesti sanè animi suspicionē augeret, asserens truffam voluisse facere inquisitum Iudici, cui ob denegatam pecuniam, litteras, iniurias, & contumelias continentes, ea de causa trāsmisit, qua de re Curiam offēsam cogitans, alieni mali instrumentum sese præbens, vti exemplare facinùs, pœnis coercendum grauioribus rogat, & idemet Iudex, Gubernatori quærimoniæ deferens, suis proprijs litteris vti execrandæ iniuriæ immanissimum scelus, Regni clauum sustinenti insinuauit, subdens vti personam priuatā, nullam deferre quęrelam, sed quia in Magistratu posita. Cùm de summa rerum suæ dignitatis ageretur, ad Principis animum vellicandum, obloquutiones aduersus inquisitum deflexit, Nec sua illos fefellit cogitatio, ipsorum etenim alloquio delinitus Princeps, ijs fidendum sibi persuasit, vnde peculiari diplomate informationē, & litteras Regio Cons. D. Ioanni de Burgos Regentis magnæ Curię vicem tunc sustinenti modo Regiam Cancellariam Regenti transmisit, eiq; indixit quod carceri illum mancipari satageret, quod statim fuit exequutioni demandatum, multisque mensibus existente in carceribus Magnæ Curiæ Vicariæ, nullis factis per ipsum defensionibus, vtpotè ex actismet protenso quasi digito eius innocentiam detegi, haud temerè cogitabat, & dùm absoluendum fore in spem ducebatur, Torturæ subijci extitit determinatum, vti initio præfati sumus.

Quæ autem asserantur, iniuriæ, conuicia, siue contumeliæ, ex tenore præfatarum literarum elicitur, quæ vti iacent, inserendas duximus.

5 *Non staua in dubio dell'essere di V. S. ch' è vn becco futtuto, per tanto m' è parso darne parte à V. S. con l'occasione del piacere, che l'hò detto questa mattina,*

per tanto Signor mio caro non lascio di esagerarla, che io l' hò in culo per mille volte. li 2. Decembre 1652.

Et foris

Al Sig. Giudice mio Sig. Osseruandiss.

Nos verò pro inquisito pugnam initurі, in primis asserimus, nulliter fuisse contra ipsum processum per Curiam Terræ prædictæ, existente Iudice ipsius prædicto instante, qui
6 priuato nomine offensus prætenditur, non autem prætextu dignitatis, & officij, quo casu Curia ipsa procedere non poterat, *l. qui iurisdictione, ff. de iurisd. omn. iudic. l. lex Cornelia, ff. de iniur. l. Senatus, ff. de offic. præsid. l. vnic. C. Ne quis in sua caus. Iudic.* sed
7 quærelam coram Superiore debuit proponere, § *si verò egerint, Authen. de defensor. Ciuit. Bart. in l si quis fortè, §. si quis, post princ.* vers. *Quæro quid si aliquis ff. de pæn.* Sed quando
8 Magistratus iurisdictionem exercẽs offenditur, potest vendicare iniuriã, quasi dignitati illatam *ad tex. in l. 1. in princ. ff. de postul. l. si familia in prin. ff. de iurisd. omn. Iud. cap. si quis ab Episcopo 2 quæst. 7. cap. Romana de pæn. in 6.* in terminis *Paris de Puteo de Syndicat. cap. 3.* incip. *An officialis procesßit super iniuria pag. mihi* 198. *at. in partis, n. 1. & 2.* vbi *n. 3.* adducit *Innoc. dicen tem, quod cùm delictum non cesserit in iniuriam offitij, sed in eum, vt in priuatum, non poterit cognoscere,* plenè *Andr. de Iser. in tit. quæ sint regal.* verb. *Committentium crimen, & in cap. 1. de eo qui interf. fratr. dom. sui,* & post *Alber. in l. Senatusconsulto post n. 3. ff. de offi. Præsid. & Oldr. cõs. 7.* hanc approbat distinctionem *Iul. Clar. in §. fin. quæst. 35. n. 26.* vers. *Solet etiã quandoq; Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 42. rubr. Iudex in causa propria in princ. n. 1. Crau. cõs. 232. sub n. 7.* vers. *Tertio respondeo,* plenè *Rolan. à Valle cõs. 16. & cõs.* 48. *lib. 2.* qui iuribus, rationibus, & authoritatibus exornat *Farin. in pract. crim. quæst. 17. n. 46. Menoch. de arbitrar. iudic. cap. 263. n. 7. lib. 2. Boer. dec. 9. n. 4. & seqq.* quem allegat *Baiard. ad Clar. d. quæst. 35. n. 29.* inquiens idem etiam dicendũ
9 in Iudice delegato, vt cognoscat de iniuria facta officiali suo ex causa officij, secus si ex alia causa, quia tunc Iudex ordinarius cognoscet, *Guazzin. ad defens. reor. par. 1. defens. 1. rub. Superior. an possit cognoscere de iniur. sibi, vel eius officiali, aut familiar. illat. cap. 18. per tot.* vbi pluribus adductis, magistraliter, rem enuclear, & ante ipsum *Petr. Cauall. resol. crim. 128. n. 1. & 2.* qui benè declarat, exactè, & copiosè *Grau. lib. 1. practicar. cõclus. 39. n. 3.* vbi pro regula generali statuit
10 neminem in propria causa Iudicem esse posse, *Surd. cõs. 50. n. 9.* per *tex. in l. Iulianus la 2. ff. de iud. Viu. dec. 223. n. 23. & Vesembec. cons. 33. n. 39. & cons. 42. n. 100.* & ex *Carrer.* tradit *Farin. quæst. crim. 21. n. 47. Christin. dec. Belgic. 223. n. 32. tom. 4. D. Larr. alleg. fiscal. 117. n 34.* & ne *Nostrates* negligamus *D. Reg. Sãfel. de. 63. in princ.* qui ex alijs indubiam quæstionem tradit.

Quod autem in thesi nostra, asserta iniuria minimè officium respexe-
11 rit, sed tantùm personam, indè depromitur, quia non ipsi Iudici pro Tribunali sedenti illata fuit, vel ob causam officij, siue in actu aliquo iurisdictionis, quibus in casibus præsumitur offensus Officialis intuitu officij, *Capy. dec. 130. n. 12. Baiard. ad Clar. d. quæst. 35. n. 34. Rolan. cõs. 1. n. 35. vol. 3. Farin.* ex multis *d. quæst. 17. n. 41. Cabail. d. cas. 128. in fin. Guazz. d. cap. 18.* verb. *Et an iniuria,* inquiens adhuc coniecturis cessantibus in dubio fore iudicandum offensionem fuisse factam propria inimicitia, & non calore officij, vt maius delictum excludatur, quod affirmauit ante ipsum *Farin. d. n. 43.* post *Rolan. d. cõs. 1. n. 36.*

22 ab initio nullum fuit ex defectu iuriſdictionis conualidari non potuit tractu temporis, ſiue per actum quę-
23 libet ab inquiſito factũ, eius etenim non erat iuriſdictiouem non habenti tribuere, *l. in priuatorum, C. de iuriſd. omn. Iudic. Affl. in Conſtit. ſi ciuiliter agens col. pen.* verſ. *Octauo, nota, D. Pręſ. de Franch. dec.* 551. *n.* 12. vbi pulchrè loqui, *Affl.* tradit, & eſt *tex. in l. & quia* 6. *ff. de iuriſd. omn. Iudic. Auſal. de iuriſd. par.* 3. *tit. vnic. n.* 12. ſed ſolius
24 Regis, apud quē omnis iuriſdictio reſidet, & quaſi à fonte fluit, atq; refluit, *l.* 1. *ff. de Conſtitutio. Princip. Cancer. variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 2. *tit. de iuriſd. omn. Iudic. n.* 114. *& n.* 326. poſt *Bald. in cap. vnic.* §. *ad hęc col.* 2. verſ. *Nota hic, quod omnis*, verb. *Ex pręmiſſis ergo, tit. de pac. iuram. firmam. in vſib. feud. & in cap.* 1. *in princ. quis dicat. Dux.*

Rurſus: quo iure Torturę ſubijciendum inquiſitum fuerit iudicatũ poſito quod inditia legitima extiterint (quod negamus mordicùs, & ex infra dicendis probabimus) de pretenſa iniuria, ſanè intelligere non poſſum, vndè aut quomodo decretũ torturæ manare potuerit, ſiquidem inquiſitio eſt de iniuria verbali, non
25 facto illata, ſic etenim indicatur iniuria ſcripta ſecundùm *Felin. cōſ.* 46. *inter conſilia criminal. diuerſor. tom.* 2. quem adducunt, & approbant *Addētes ad Clar. in* §. *iniuria n.* 36. *Burſ. cōſ.* 94. *n.* 5. & per litteras miſſiuas, verbalem iudicari iniuriam, ex quo manus non infertur, ſed fit conuitium, *tex.* eſt ad literam, *in l.* 1. §. *iniuriam autem, ff. de iniur. Hoſt. in cap. cum te n.* 4. verb. *Iniuriarum actione de reiud.* & ibi etiam *Io. Andr. n.* 2. *Anton. de Butr. n.* 3. *Anchăran. n.* 1. *in* 1. *notab. Couarr. variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 1. *Petr. à Placa in Epitom. delictor. cap.* 1. *n.* 1. *&* 2. *Farin. quęſt.* 105. *tom.* 4. *inſpect.* 1. *n.* 3. verſ. *Sed etiam ſcripto*, lo-
27 quens in ſpecie de iniurijs per literas miſſiuas, allegat *tex. in l. lex Cornelia*, §. *Si quis librum, &* §. *fin. ff. de iniur. & in l. item apud Labeonem*, §. *hac autem firè, ff. de iniur.* alioſq; plures de more.
28 Pro iniuria autem nullam eſſe impoſitam pęnam, ſed tantùm arbitrariąm quando criminalitèr agitur, eſt *tex.* quem optimum dicit inſignis *Farin. d. inſpect.* 1. *n.* 56. verſ. *Et hęc quo ad tertium, in l. fin.* ibi, *de iniuria nunc extra ordinem ex cauſa, & ex perſona ſtatui ſolet, & ſerui quidem flagellis cęſi dominis reſtituuntur, liberi verò humilioris quidem loci fuſtibus ſubijciuntur. cęteri autem vel exilio temporali, vel interdictione rei certa coercentur*, Et alter *tex. in* §. *In Summa, Inſtit. de iniur.* ibi, *Sin autem criminaliter, officio Iudicis extraordinaria pœna reo irrogatur*, ibiq; *Ang. Aretin.* tradit hāc
29 pęnam extraordinariam, Iudicis arbitrio eſſe remiſſam, *Gram. dec.* 37. *n.* 10. *in fin. Theſ. dec.* 18. *ſub n.* 1. *& dec.* 229. *n.* 7. *Clar. in d.* §. *Iniuria n.* 8. verſ. *Sed quęro*, & ibi *Additionator Baiard. Caran. rit.* 311. qui eſt *finalis n.* 19. *Peguer. dec. crim.* 13. *n.* 18. *&* 19. *in fin.* alijq; relati per *Farin. d. n.* 56.
30 Quę arbitraria pena, contenditur, an poſſit extendi etiam vſque ad mortem incluſiuè, ex *Gloſę* affirmātis placito *in d.* §. *In ſumma, Inſtit. de iniur.* quam eſſe approbatam inquit *D. de Frāch. dec.* 504. *n.* 11. *&* 530. *n.* 11.
31 quando tamen delictum eſt graue, & loquitur in libello famoſo, *Gomez lib.* 3. *de delict. cap.* 6. *n.* 8. duobus tamē concurrentibus. Primò ſi concurrat qualitas alicuius grauiſſimi facti, Secundò quando in illo loco conſueuit dari pęna mortis pro ſimili delicto, licèt contra *Gloſ.* teneant per-
32 multi, *Affl. dec.* 276. *n.* 6. *Oſaſ. dec.* 104. *Theſ. dec.* 161. *n.* 5. *Peguer. dec.* 7. *n.* 12. *& dec.* 24. *n.* 17. *Gram. cenſ. crim.* 36. *n.* 21. *conſ.* 39. *n.* 6. 7. *&* 8. *& conſ.* 48.

Z ſub

sub n.2.Petr.in addit.ad Gram. dec.46.
33 *n.2.* aliiq; permulti seriosè adducti ab erudito, *Additionator.Laganar. ad D.Reg.Rou. in prag. 1. de custod. reor. pag.198.at. lit.A.* vbi pulchra in pulchro casu tradit, de qua quęstione Cùm ad Nos non pertineat, missa plura facimus, veriorem tamen existimãtes negatiuam opinionẽ, quod
34 Iudex in crimine iniuriarũ nequeat arbitrium extendere vsq; ad mortẽ, sicuti ex multis probat eadem additio, licèt corporalis pęna infligi possit etiam si iniuria sit verbalis,ad tradita per *Boss.in pract.crim.tit.de iniur. n.30.*& per *tex.in l.fin.ff.de iniur.*;tradidere *Bald.in cap. cum te in princ. de senten.& re iud.Abb.ibid.n.24. Felin. n. 9. ad fin. Farin. d. inspect. 1. n. 58. & 59.*

Verùm Domini Fiscales nobiscũ
35 consentient, quod si de consuetudine, aut stylo Ciuitatis, & Regionis esset introducta aliqua peculiaris pęna, & tunc illam Iudex sequi debet, nec aliam arbitrari potest, secũdùm *Ang.in l.fin.n.2.ff.de iniur.Pract. Cõrad.tit.de iniur n.17.in fin.*quos allegans *Farin d. inspect.1. n.60.* verſ. *Quid sit de stylo,*tradit hanc esse primam iniuriarum pęnam.

Videndum igitur erit, quę pęna in Regno fuerit illata pro iniuria verbali, & sanè *Dom. Reg. Rou. in Prag.2.de abolitione n.48.*inquit,quod
36 pro iniuria verbali competit tantũmodò actio ciuilis ad ęstimationem, tam ex dispositione iuris cõmunis, vt in *S.pœna autem,Instit.de iniur.*quã de iure Regni, vt in *Rit. 311.* verſ. *Statuentes etiam,* vbi *Caran.n.7.*& 8. Quinimmò tradit per *Prag.36.n.43. de offic. Magist. Iustitiar.* expresse
37 prohiberi,vt pro iniurijs verbalibus non possint recipi querelę,secus ve-
38 rò quando iniuria est realis,& facto irrogatur,quia tũc competere actionem criminalem,nempè *legis Cornelia,* tàm de iure communi, vt in *l.lex Cornelia in princ.ff.de iniur.& in S.lex Cornelia, Instit. ead.* quàm etiam de iure Regni, vt per *Caran. d. rit.311. n.8.* quo stante cui non sit obuium, grauatum fuisse inquisitum ex carceratione tot mensium , & quotidie grauari , quando non erat ad quicquam contra ipsum procedendum, attenta doctrina tanti viri Iuris Regni peritissimi.

39 Pro reali verò iniuria inuenio *Gram.dec.17.n.1. & in fine* tradidisse , quod percutiens cum baculo, & expilans barbam vsq; ad sanguinem exclusiuè,reuocata sententia Magnę Curię, quę ad triremes condemnauerat per triennium,fuit condemna-
40 tus ad exilium, inquiens *Gram. in prin.* nullibi in iure cautum, quod pro verberatione cum baculo possit imponi pœna remigandi in triremibus, aut aliqua alia corporis afflictiua, &
41 idem *Gram.vot.15.*in quodam Nobili Capuano, de cuius mandato, & ordinatione pretendebatur per Fiscum fuisse illata verbera alteri Nobili eiusdem Ciuitatis Capuę, licèt fuisset decisum per Magnam Curiã fore torquendum , attamen relata causa in Supremo Collater Consilio fuit dumtaxat condemnatus ad exilium biennale extra Ciuitatem Capuę,*Thes.dec.224.n.1.* affirmans,per-
42 cutientem aliquem cum baculo, teneri actione iniuriarum , adducto *Gram.d.dec.17.& in consilijs,* ac *Affl. in Const.si quis aliquem n.25.* dicen-
43 te, pęnam esse arbitrariã, tradit Senarum condemnare percutientem cum baculo pęna exilij per trienniũ,
44 & idem *Thes.dec.229.* in rustico eleuãte duos digitos Iudici,ex qua eleuatione magna oritur iniuria *n.7.* verſ. *Nihilominus,* inquit, *Nihilomi-*
45 *nus Senatus mitiùs agendo cum pœna iniuriarum fit extraordinaria,& Iudici arbitraria, vt dicit Glos. in S. infamia,*

mia, Inſtit. de iniur. verb. *Extraordiria, & d.l.fin. ff.eod. existimauit hunc non eſſe puniendum pœna ſanguinis,per gloſ.in l.1.ff.de furib.balneor. quam ad hoc ſingularem dicit Cardinal.in cap.ex literis,de conſtitut.itaq; cōdemnauit ruſticum in aureis vigintiquinque erga Fiſcum,& ad petendam veniam Iudici iniuriato,Reg.Sanfel.dec.63.n.19.* tra-
46 dit fuiſſe quemdam Nobilem de Lytio, Patria mea dilectiſſima, relegatum in Caſtro per quinquēnium,
47 eo quod verba iniurioſa in platea protulit in perſonam Pręſidis abſentis electi,nondùm admiſſi ad exercitium officij, *Peguer. dec.crim.* 13. in caſu ſatis graui maximè in Hiſpanię
48 partibus, dum quidam in faciem alij dixerit ſe eſſe Iudæum,& ex Iudæorum,origine natum,tradit Senatum arbitrando pænam iniuriæ,condemnauit iniuriantem ad exilium à Ciuitate Barcinonæ, alijſq; Oppidis conuicinis, *ipſomet atteſtante n. 19.* verſ. *Et fuit arbitrium*, & notabilem caſum recenſet eruditus *Additionator ad Reg.Rou.tit.de cuſtod. reor. pag.*
49 *mihi* 199.*col.*2.verſ.*Nec etiam ſumus*, in perſonam cuiuſdam Magnæ Curiæ Actorum Magiſtri, qui ab eius famulo multis verberibus percuti mandauit quendam Doctorem ante Palatium Magnæ Curiæ, inquiens,
50 *Olà ammazzate queſto?* ex eo, quod volebat ab illo vltra pandectam, districtus extorquere, & tamen cum iniuria fuiſſet atrox reputata, tum ratione perſonæ, tum ratione loci, ac cauſæ, non niſi ad relegationem per quinquēnium extitit condemnatus.

Ex quibus iudicaturis ſecernitur iniurias, nedùm verbales atroces, ac
51 etiam reales (quæ quidem iniuria verbalis etſi grauiſſima ſit, tamen ſēper eſt minor iniuria ipſa reali, quæ manu fit, ſecundùm *Dom. Reg. Rouit. d.pragm.2.de abolit.n.47.*) à nullo Senatu fuiſſe iudicatas, vt pænam mereantur vltra relegationem etiam in Regno, ſicut ex exemplis modo adductis conuincitur.

52 Proinde cum tortura in Regno nequeat inferri, niſi in ijs delictis, in quibus venit imponenda pęna vltra relegationem,nempè mortis naturalis, vel ciuilis, quæ adimit libertatē, vel abſciſſionis membri,iuxtà *cap.Ab illo inchoandum,& cap.Tormenta*,vbi plura per *Nigr. in princip. Addition. n.12.& in cap.ſi iuſtè,n.*40.benè *Dom. Reg. Rou.ſuper prag.2.de iuriſd. inuic. non turband. n.65.& 66.* qua ratione nō dicitur grauatus inquiſitus à decreto torturæ? & idipſum ad torturā euitandam, ponderauit *Gram. d.vot. 15.n.11.* quod vbi non venit impo-
53 nenda pęna vltra relegationem in Regno, non habet locum tortura, per *d.cap Tormenta*, quod eſſe in viridi obſeruantia tradit, & obtinuiſſe
54 inſinuat in ſupremo Collater. Conſil. reuocante decretum Magnę Curię,ſicuti indicauimus *hoc eod. reſpon.* verſ.*Pro reali vero.*

Hęc autem, quę exarauimus pręſtruent herclè viam ad defenſam inquiſiti ex nullitate, & defectu informationis,ac etiam oſtendunt grauamen illatum ex decreto torturę.Sed vlteriùs diſpicere hic cordi eſt, quę ſint probationes(mauis dixerim)argumenta,ſiue inditia,ex quibus iniurię tam atrocis (ſecundùm Fiſcum) inditiatus fuerit inquiſitus?Et in primis ſeſe offert depoſitio Birruarij ſeruientis Curię prędictę, cui præter
55 alias contrarietates cum alijs nominatis in conteſtibus, de quibus in actu defēſionis ſermonem faciemus, nulla adhibenda eſt fides, vti dubię, fluxęq; fidei, ſecundùm *Bal. in l. fin. 8.quæſt.n.47.C.de edict. Diu.Adrian. tollen.Bero.conſ.*84.*n.*1. *Clar. in prax. crim.quæſt.*7.verſ. *Habes igitur in fin. Ang.in l.ſciendum, C. de vſur. Gram. vot.21.n.1.* ex multis omniſcius, *Fa-*

dit *Vermigl.conſ.crim.* 132. *n.*13. vbi
67 *n.*12. ponderat quod ſcribendi forma quotidiè mutatur, vndè fit vt ſatis fallax argumentum iudicatur comparatio ad *tex. in* §. *ſi verò moriantur, Authen.de inſtrum.caut.*ibi, *Neq; enim eas modis omnibus interdicimus, quandoquidem facilè eſt, ſaltim in breui ſcri-*
68 *ptura, aliorum characteres imitari*, benè *Vermigl. cõſ.crim.*240. *n.*6. vbi allegat *Maſcar.de probat. concl.*740. *n.* 13. verſ. *Attamen.*

Ruit quoq; & aliud inditium de recognitione facta per nõnullos teſtes de perſona inquiſiti, vtpotè inuerſimili, de qua in defenſione ponderabimus, ſicuti miſſas facimus alias duas inquiſitiones, quas pro criminibus obiectat Fiſcus, nimirum de ſubſcriptione apocæ bancariæ, & aſſiſtentia cum nonnullis ad inuicem digladiantibus, vtpotè qui minimè fuit proceſſum contra inquiſitum, quia veritate agnita de apoca, partes ſe concordarunt, & reſpectu aſſiſtentię cum digladiantibus, pręmio eſſet afficiendus, Vndè cohibeo calamum ne vltrà quam par ſit, lõgior euadam in hoc patrocinio, in quo nulla probatio, nullum inditium, nulla pæna vltra relegationem reſultat, Carceratio plurium menſium ſatis erat, vt abſoluatur, ſicuti ex prædictis, & alijs in facto ponderandis, in ſpem ducebamur, & modo ab ampliſſimis Dominis obtenturos extra hæſitationem exiſtimamus ſub eorũ tamen cenſura.

Laus Deo, Beateq; Virgini Marię. Neap.die 13.Iulij 1653.

DECISIO.

Die Iouis 17. *Menſe Septembris* 1653. *facta relatione per Iudicem Magnæ Curiæ Iacobum Zurulum in Sacro Reg.Conſ.in Aula Decana Regij Conſiliarij Franciſci Antonij Muſcettula, interuenientibus Regijs Conſiliarijs D. Andrea de la Torre Equite Sancti* Iacobi, *& Paulo Staibano, fuit interpoſitum decretum, quod* Magna Curia procedat ad expeditionem citra torturam, *exiſtente pro Fiſci Patrono Iudice Balthaxare de Angelis, qui prius inſteterat pro triremibus, & fuit determinatum quod torqueatur. Et relata poſtmodum cauſa in Magna Curia die Martis* 16. *eiuſdẽ Menſis, & anni, fuit interpoſitum decretum, quod* Liberatur in forma (*Innotuit etenim Sacro Conſilio, dum* Ego *patrocinabar nullam adfuiſſe probationem contra Inquiſitum.*)

Penès Io. *Baptiſtam Grimaldum* Scribam Fiſcalem.

SVM.

31 *Leges quin habeant locum in actu per ipsum gesto, nemo efficere potest.*

32 *Iurisdictionis defectus, neq; à statuto, neq; partium consensu, tolli, aut sanari potest.*

33 *Actus reuocatus non meretur nomen actus, & habetur ac si nunquam factus fuisset.*

34 *Reuocato actu, censentur reuocati effectus omnes ab eo prouenientes.*

35 *Antecedenti destructo, corruit consequens.*

36 *Actum nullum faciens ex defectu iurisdictionis, potest Ipsemet reuocare.*

37 *Lege resistēte actui, potest actus annullari ab ipsomet, qui illum fecit.*

ARGVMENTVM.

Inquisiti habentes Testes Fisci pro citatis, iuratis, & legitimè repetitis, An ex huiusmodi actu censeantur conualidare informationes nulliter assumptas, ex alio capite, quàm ex defectu nō adhibiti iuramenti per testes, & omissæ citationis ad videndum iuraméta testium? præmaximè, si nullitatis vitium opponatur, ex quo informatio fuit assumpta à Iudice offenso intuitu propriæ personæ, non officij, aut dignitatis?

Repetitio Testium quid operetur respectu Fisci, quidq; respectu Inquisiti, quaq; de causa *Author* minimè procliuis fuerit ad consulendū Clientibus, ne passim habeant Testes Fisci pro repetitis?

Copia Capitulorum, siue Repertorum danda Inquisitis, vndè ortum habuerit? Et an sint concedenda in Regno Fisco reluctante? quibusque in casibus? Et quare dicantur Capitula, & quomodo eliciantur?

Repetitio Testium in omnibus casibus esse necessariam tam de iure communi, quàm de iure Regni, exceptis duobus casibus cōtentis in *Prag.* 89 *Capitum*, de quibus pulchrè loquutum *Illust. Dom. Marchion. Ramon. Præsid. Merlin. in sede indicata*, insinuat *Author*.

Confrōtatio Testium cum Reo; quid operetur, Et an sit necessaria etiam Repetitio Testium? qua in thesi dissidentes opiniones inter *Guazzin. Honded. & Reg. Rou.* ex vna, & *Illust. Marchion. Ramon. D. Præsid. Merlin. & Reg. Sanfel.* ex alia, adducuntur.

Duella qua ratione fuerint à iure improbata? pluraq; alia, de

de actu nullo ex defectu iurisdictionis, quod ipsemet valeat reuocare, qui in actus nullitatem incidit, pluribus exornatur.

PRO

Anello Tuccillo.

CVM

Regio Fisco.

RESPONSVM XVIII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

DVm ageretur de expeditione causæ in Sac. Regio Consilio, de qua in *præceden.* tractauimus, Assistente in Aula Dom. Fisci Patroni infirmi vicem sustinente D. Iudice Perpetuo in Criminalibus Balthaxare de Angelis, aliàs à *Me*, sed nunquam satis laudato, Collega nunc meo, figebam *Ego* pedes ad reuocationem decreti Magnæ Curiæ insinuandam, quæ decreuerat Clientem Torturæ, siuæ quæstioni esse subijciendum, vti ibi largiori facti serie obseruauimus, ex eo præsertim quia informatio assumpta per Curiã de asserta iniuria illata, seu conuitio in scriptis exarato in personam Iudicis ipsius, nulliter processerat, ex quo iniuria minimè illata fuit intuitu officij, sed ex alia causa, vndè minimè procedendum erat per ipsum, qui in causa propria ius diceret, q; est omninò vetitum, ad quod probãdum vltrà iura inibi per *Me* allegata, peculiares attuli determinationes *Parid. de Put. Isern. Iul. Clar. Farin. Menoch. Guazz. Caball.* & *Reg. Sanfel. ex n.6. ad n.15.* Et *n.18. ad n.24.* prænoscens *Egomet* scopulum, qui parari Nobis potuisset pro parte Fisci, quod
1 nullitas allegata ex defectu iurisdictionis cessabat, iam quod Inquisitus habuit Testes Fisci pro citatis, iuratis, & legitimè repertis (de quo in facto non venit dubitandum) occurrere fui enixus, pleraq; afferre animo sedit ad eiusmodi scopulũ euadendum, cui vnus ex Dominis Consiliariis vim facere pro Fisco videbatur.

At quoniam casus contingibilis est, praxiq; forensi accommodatissimus, volui post causæ victoriam obtentam, de qua in *calce præced. respõs.* per extensum verba fecimus, latiori calamo articulum dispungere, ne in
2 posterum Inquisiti in eiusmodi scopulum incidant (Nostros etenim labores posteritati commendamus) Si-
3 quidem repetitio Testium non eò tendit, vt inquisitus, informationem nulliter assumptam per Curiam, cõualidet, sed tantùm vt sibi detur copia capitulorum, siue repertorum ad hoc vt illis visis suas valeat patrare defensiones aduersus adducta per Fiscum, siue quærelantes, vti docuit *Foller. in pract. crim. 1. par. 2. par.* verb. *Detur copia capitulorum inquisitis*
4 *n. 1.* vbi inquit, ideò dici capitula, quia eliciuntur ex omnibus repertis, inditiis, & probationibus existentibus contra inquisitum, quæ sanè ca-
5 pitulorũ, siue repertorũ copia ex ge-

neralí practica in Regno non datur, maximè Fisco reluctante, ex dictis per *Afft.in Const. Si dãna clandestina,*
6 quæ sanè repetitio testium, vt plurimum nimis damnosa Inquisitis esse consueuit, nam multoties testes ad informationem Curiæ recepti, qui nullam præstant fidem, vti mox indicabimus, vel in fata concesserunt, vel in remotis partibus se cõtulerũt, adeò quod Fisci probationes diminuuntur,& aliquando in repetitione sibimetipsi contradicunt, quod herclè summè Inquisitis suffragatur, & nostrã in hoc sustinet vicem *D. Reg. Sanfel.dec.*259.*par.*2. inquiens fuisse
7 obseruatum post præsentatam comparitionem, per quã habet Reus testes pro legitimè repetitis, recipi re integra antequam sit data copia, & percunctatus processus,reuocationẽ, & repeti testes,ad quod probandam adducit *Præsid.Reg.Camer. Amesc. in tract.de potest.in seipsum lib.*1. *cap.*17. *n.*28. vers. *Concedunt tamen. Ambros. de mod.forman.process.cap.*1.*n.*39 post *Honded.cons.*101.*n.*23.*lib.* 1.*Petra in addit.ad dec.Gram.*28. *n.*14. subditq; *D.Sanfel.* ità fuisse iudicatũ per Magnam Curiam delegatam de anno 1638. de Mense Iunij,in causa Ioannis de Gio. Saluo Inquisiti de homicidio, Id quod non aliundè prouenit, nisi quia actus repetitionis à Reo pro legitimo habitus,nimis prȩiudicialis esse potest, Vndè fateor
8 Ego crassam meam Mineruam, nusquam procliuis fui ad consulendum Clientibus,quod habeant testes pro legitimè repetitis, & prosperos in multis habuere Clientes euentus,ni-
9 mia erenim consideratione in causis criminalibus Aduocati procedere debent, Nam vti ille ait, *In quibus pænitentia non habet locum, magno põdere attentandum est.* Non tamen denegari potest facta repetitione te-
10 stium parte citata, vel habitis testibus pro repetitis, secundùm *Caple. dec.*74.

Quò fit, vt praxis inoleuerit quãdo Inquisitus vult se expediri facere, Ipsemet testes habeat pro repetitis ad hoc vt valeat se defendere, quo casu denegari non potest copia Capitulorum, seu Repertorum, quia Fisco nihil deperit, nam testes illi ad informationem Curiȩ recepti,Inqui-
11 sito non citato, & absq; iuramento; qui nullam fidem facerent de iure communi, *l.si quando, & in Auth. Sed & si quis,C. de testi. Rota* apud *Paul. AEmil.lib.*2.*dec.*207.*n* 9.ibi,*Et minus facit processus, quia erat informatiuus absq; partis citatione,qui pariter nihil probat, Angel.in tract. malefìcior. in verbo quod fama publica n.* 11. *& ità fuit tentum, quod non sit probatum die* 1.*Iunij* 1551.*coram D.Vestano in vna Hispalensi matrimonij, Maran.in Spe-*
12 *cul.* verè *aureo,par.*6. vers. *Inquisitio, n.*8.dicens, *neq; inditium operari, quæ sunt capta ex processu informatiuo, nisi fuerint repetita,citata parte Paul.Meren.cons.*86.*n.*54.*Reg.Valenz.cons.*90. *n.*115.*tom.*1.*Abb.in cap.*2.*de testi.Bar. in l.maritum n.*3.*in fin. ff.de quæstion. Gomez.de delict.tom.*3.*cap.*12.*n.*20.*ad fin.Osasc.dec.Pedem.*79. *n.*18. alijque permulti more suo congesti per doctissimum *Farin.de testi.quæst.*72.*cap.* 2.*n.*89.*&* 136. *Clem. Sæpè,* vers. *Nec sic, de verb.sign. Menoch. de arbitrar. lib.*1.*quæst.* 16.*per tot. Mascar.de probatio.concl.*1368.*n.*5.*&* 6.*in fin.Escob. de nobil.& purit.proban. par.*1.*quæst.* 13.§.4.*n.*27.& minùs de iure Regni, iuxtà dispositionem *Pragm.*æditæ *de anno* 1616.per Excellẽtissimum Comitem de Lemos, vulgariter dictæ *De li* 89. *capi,* vbi *cap.* 51. *&* 83. expressè est dispositum repetitionem
13 testium in omnibus casibus esse necessariam, duobus exceptis, nempè vbi Reus legitimè confessus est de crimine, vel quando Reo in contu-

Aa ma-

14 macia persistere, testes sunt mortui, & extra hos duos casus nullatenus esse omittendam repetitionem, fuisse pro certo habitum tradit pulchrè *Ill. D. meus March. Ramon. Sac. Consil. emeritissimus Praes. in 1. forens. cap. 42. n. 11. in fin.* per regulam *tex. in l. nam*
15 *quod liquide, ff. de pen. leg. cum concordan.* qua habetur in casibus non exceptis, remanere regulam formatam in contrariũ, purgatur defectus omissæ citationis, & iuramenti.

Quibus arridet *Reg. Sanfel. dec. 97. n. 13.* vbi tradit alium casum, in quo testium repetitio non est necessaria,
16 nempè, quãdo parte non citata fuit facta recognitio, seu confrontatio cum iuramento, nam tunc absque alia repetitione plenè probant, quia
17 eiusmodi cõfrontatio operatur plusquam citatio ad videndum iuramenta testium, ex dictis per *Affl. in d. Cõstit. Si damna clandestina n. 28. in fin.* vers. *Vel Iudex faciat venire testes in praesentia ipsius criminosi, & n. 36. & 37.* vbi etiam reprehendit quosdam
18 proteruos Iudices contrarium sentientes, & eiusmodi confrontationẽ cum Reo habere vim citationis, & noui examinis, & proindè cessare omninò repetitionis necessitatem tradit *D. Praes. Merlin. d. cap. 42. n. 4.* inquiens esse de mente *Iulij Clar. in pract. crim. quaest. 45. n. 14.* vers. *Sed in proposito, Bertaz. inter consilia criminal. diuers. cons. 70. n. 38. tom. 2. Vulpell. cõs. 68. n. 7. Farin. in prax. crim. quaest. 66. n. 310. & quaest. 72. n. 139.* vbi allegat *Franc. Pegn. in Addit. ad director. Inquisit. par. 3. commen. 23. Caball. resol. crim. centur. 3. cas. 169. n. 14. cum seq. Ambros. de process. inform. cap. 9. n. 3. & seq.* & fusè rem agit *Scacc. tom. 1. de iudic. caus. ciuil. & crim. cap. 86. n. 54.* inquiens seruari de generali consue-
19 tudine, vt facta testium confrontatione cum Reo, non sit opus alia repetitione, etiamsi testes fuissent examinati ante litis cõtestationem, quia eiusmodi sollemnitas est iuris positiui, quam omitti posse in causis, in
21 quibus summariè proceditur, sicuti sunt causae criminales in Regno per *ritum Magnae Curiae 289. in ordine Ca-*
22 *rau.* tradit idem *D. Praes.* ibi *n. 5. & seq.* vbi ex multis improbat *Sebastian. Guazzin. in tract. Ad defens. Reor. def. 20. cap. 21. n. 5. Honded. cons. 101. n. 1. & seq. vsq; ad n. 40.* tenentes vltra confrontationem esse necessariã legitimam repetitionem, occurrens pariter *n. 7. Reg. Rou. ad Prag. 1. n. 11. in fin. de perseq. malefactor.* & mirandum profectò quomodò *Reg. Sanfel. d. dec. 97.* non meminerit *Praesid. Merlin. loc. cit.*

Dùm igitur Inquisitus habens testes pro legitimè repetitis, non aliud intendit agere, quàm Fiscum releuare ab onere repetitionis testium, non
23 debet, nec potest actus Inquisiti operari vltrà eius intentionem, ad *tex. in l. non omnis, ff. si cert. pet.*

Rursus: Nemo est qui non annuat quem Iudicem facere esse de regali-
24 bus, & de ijs, quae ad supremam pertinent iurisdictionem, vt in *Constit. Ea quae ad speciale decus, & in Cõstit. Duram, & diram, & in Constit. Officia,* vbi plura tradunt *Iser. & Affl. in luculentis Commẽtarijs,* melior *tex. in vsib. feudor. in cap. 1. tit. quae sint regal.* vbi *Iser. n. 64.* eam esse rationem tradit, quia lege Regia populus trãstulit hãc potestatem in Principem, ad *tex. in l. 1. §. cum vrbem, ff. de offic. Praefect. Praetor. l. 1. in princ. C. de veter. iur. enucl. l. 1. ff. de Constit. Princ. l. 1. ff. de ambit. §. Interim, Authen. de defensor. Ciuit. §. Sed & quod Principi Institut. de iur. natur. gent. & ciuil. l. 1. §. Optamus, C. de Offic. Praef. cum seq. §. Illud videlicet in Authen. Vt Iudic. sin. quoquo suffrag. cap. 1.* vers. *Iudices,* & ibi *Glos. de pac. iuram. firman. in vsib. feudor. DD. in cap. Cum accessissent de* Con-

Cōstitutio.Restaur.de Imperator.quæst.
110.cas.117. Cassan. in Cathal. Glor-
mund. par.5. consid. 24. cas. 15. Gram.
dec.46. Morl.in Empor.par.1.tit.2.n.8.
Rosent.de feud.cap.5. concl.4. n.4. vbi
hoc ait esse extra controuersiam,
Couarr.pract.quæstion.cap.1.n.9.& 10.
concl. 1. & cap. 4. n. 3. Auiles cap. 1.
Prætor.Glos.1. Didac.Perez l.1. Ordi-
nam.tit.15.lib.2.Matienz.in l.1. Glos.
21.n.4.cum seq.tit.10. lib.5. Azeu. l.3.
tit.5.n.1.& seq.Recopil.Bouadil. in Po-
lit.lib.1.cap.2.n.14.& seq.& lib.3.cap.
8.n.152. & seqq. Vndè non potest
25 priuatus iurisdictionem tribuere, per
textum expressum in d. cap. 1. verb.
Potestas, vbi Andr. & cæteri Scribētes,
tit. Quæ sint regal. DD.in l.1. ff. de iu-
risd. omn. Iudic. Canonistæ in d.cap. cū
accessissent.de Constit. Boer. de author.
26 Magn. Consil.n.156. nam Princeps
est fons, & origo iurisdictionis, à quo
pendent, & cuius nomine Magistra-
tus exercent, Glos. in l. si quis Decurio
16.verb. Iudici, C. de Decurio. lib. 10.
Authen. Cōstitutio quæ de dignitatibus,
§. præterea collat.6.cap.1.vers. Potestas,
tit. quæ sint regal. & ex Luca de Pen-
na, Cassaneo, Isernia, Baldo, Montaluo,
Matienzo, Petro Gregorio, Couarruuia,
Gironda, & Auendaño, tradit Bouadill.
in Politic.lib.1.cap.12. n.21. quorum
memor fuit D. Larr. alleg. fiscal. 70.
n.3.vers. Ex quo apparet lib.2. Capic. in
Inuestitur. feudal. verb. Feudorum ge-
nera, & in verb. Iurisdictio omnis, &
in verb. Feuda officiorum, Affl. in cap.
1. §. Ad hac de pac. iuram firman. n.3.
Maran. in Specul. aureo, par. 4. dist. 5.
n.3. Menoch. de præsump. lib.3. præs.97.
n.30. & in l. Regia 2. tit. 14. par. 3. vbi
Gregor. Lopez, Mastr. de Magistr. lib.
1. cap. 1. tit. Qui crear. poss. Magistrat.
n. 1. vsq; ad. 7.

Quo igitur fundamento Fiscus at-
tentare potest ex repetitione testiū
27 pro legitima habita ab Inquisito, dū
lex prohibet quem in causa propria
ius dicere, sicuti pleno exarauimus
calamo in anteceden. respōs. ex n.6. ad
n.15. & modò addimus D. Larr. alle-
gation. fiscal. 117. lib.2. n.34. vbi ex tit.
in C. quando liceat sine Iudice se vindi-
care, vel in sua causa sit Iudex, & ex l.
qui iurisdictioni 10. ff. de iurisd. omn.
Iudic. infert ad pulchrum casum de
28 non admittendo duellum, quia spe-
cies Iudicij est, vt quis in sua causa
ius dicat, vel irrogatam iniuriam, vel
quærelam quisquis per se intendat
29 vendicare, subdens ex hac ratione
duella prohiberi, vti communi cal-
culo sentiendo DD. in l. 1. C. de gla-
diator. oriri posse, vt tribuatur iuris-
dictio non habenti in causa propria?
30 Et cur potiùs non asserendum, nul-
lam fuisse informationem captam
legē resistente ad tex. capitalem in l.
nō dubium, C. de legi. cum concordāti-
bus à Nobis congestis hoc eodem re-
spons. verb. Antecedenti igitur, infra.

Præterea: cui non fit obuiū, quod
etiāsi Inquisitus assereret velle pro-
cedi contra ipsum ex informatione
capta per Iudicem offensum proprio
nomine, non intuitu officij, nequidē
Fisco suffragari, Cum tritum sit ne-
minem posse efficere quin leges in
actu per ipsum facto nō habeant lo-
31 cum, synodalis est tex. ad hoc com-
muniter expensus in l. nemo potest, ff.
de legat. 1. quem pluribus exornat
eruditus Io. Guttier. in peculiari inter-
pretatione ad illum.

Eò magis: quia nullitas actus in
casu præsenti oritur ex defectu iuris-
dictionis, quæ neq; à statuto, neque
32 partium cōsensu tolli, aut sanari po-
test, clem. vnic. verb. Non obstante, de
sequestrat. possess. & fruct. Bart. in l.2. §.
si quis ex his, ff. qui satisd. cogan. Butr.
in cap. item cum quis n.16. vers. Aduer-
tendum, de restit. spoliat. Bal. in l. si quis
filio, §. quod si quis n.2. ff. de iniust. rupt.
& irrit. testa. & in l. scire oportet §. vlt.
n.1. ff. de excus. tutor. Couarr. in practi-

eis cap.25.n.4.Roder.Suarez in l.2.tit. De los emplaçamientos n. 47. Gomez variar.tom.3.cap.12.n.8.Ego ipse in 1.forens.cap.18.n.27.

33 Quò fit:vt reuocato,siue annullato actu repetitionis testium habito ab Inquisito pro legitimis ex defectu iurisdictionis, non meretur amplius nomen actus,& perindè est,ac si nunquam factus fuisset, *l.1.§.fine autem,& l.penul.ff.de condict. sin.caus. l.2. §.peruenisse, ff.de hared. vel actio. vend.l.nomen in fin.& l.aliud est capere, ff de verbor.sign. Lassart. de decim. vendition.cap.14.n.29. Grau.cōs.202. n.24. & 25.par.2.* qui *n.28.* ad id allegat *tex. in l.Iulianus §.1. ff. de verb. obl.l.etiam, ff. de solut.* dicentes quod

34 reuocato actu, reuocati etiam censentur effectus omnes ab eo prouenientes,& super eo fundati *Clem. 1. de immun.Ecclesiar.l.nam origo,ff. quod vi,aut clam,l.egi,ff.de except.rei indic. l.hactenus in fin.cū l.seq.ff.de aqu.pluu. arcen.*& facit *tex.in l. si extraneus, ff. de condict.caus.dat.*

Antecedenti igitur destructo ex defectu iurisdictionis, corruit consequens,idest repetitio testium pro legitima habita ex confessione Clientis, nam sine antecedenti esse non potest, *l.1. §.huius rei, ff. de offic. eius cui mādat.est iurisd.l sed & hæ,§.Prator, ff.de procurator. l.quod per manus, ff. de iur. codicillor. l.si homo mortuus,* vbi *Ias.ff.de verb. obl.d. l. non dubium in fin.C.de legi. l.cum lex, ff. de fideiussor.Glos.in cap. Ephesijs 43.dist. Grau. cons.75.n.27.tom.1.& d.cōs.202.n.28.*

Quid quod: tanti est habita hæc nullitas, vt Ipsemet Inquisitus, qui declarationem fecit,quod testes habeantur pro legitimè repetitis,atten-

36 to actu nullo ob defectū iurisdictionis, potuisset contra proprium factū venire,ad *tex.in l. quemadmodum, C. de agricol.& censit.lib.11.l.iubemus, §. sanè,C.de sacros.Eccles. cap.siquis presbiterorum de reb. Eccles. non alien.* & notatur per *Glosam in cap.1.verb.Interdicta. Instit. quib. alienar.licet, vel non,Glos.magna,& DD.in l.1. C. de liber.caus. Alex.cons.123. n.6. vol.1. & cōs.93.n.1.lib.2.cap.Nosti,*vbi notatur *de elect.& in cap.diuersis fallacijs de cleric.coniug.& in l.post mortem, ff.de adopt. Molin.de Hispan.primog. cap.1. n.18.& 19.lib.4.*pulchrè,& punctuatim *Merot.respōs.72.n.2.*inquiēs nul-

37 litatem actus posse ab eo qui fecit, proponi quando lex resistit, & de confessione loquutus est *Grau. cons. 175.n.6.ex cap.mulieri,*vbi *DD. de iniur.* & in alienatione feudi nulla, etiam iuramento firmata,tradit *Affl. dec.335.n.11.Surd.cōs.284.n.2.Gram. dec.93 n.3.*quamplures Ego congesi in *1.forens.cap.25.n.74.*& per plures casus similes discurrens, benè probat *Reg.Valēz. cons.32.n.122. tom.1.*

Quoquò igitur se vertat Fiscus,siue quod repetitio testium pro legitima habita ab Inquisito aliò rendat, vti initio *Respōs.*probauimus, & est addendus in casu simili *Reg. Valenz.d.cons.90.n.116.vers. Et hac mea iudicio,* siue quia ex defectu potestatis, nullam præbet efficaciam, credēdum est in nihilo Nobis officere.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap,die 29.Octobris 1653.

Determinationem habes in calce *anteceden. Respons.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 INsolita arguunt suspicionem.
2 Insuetum attentantes, habent indicium contra.
3 Præsumitur semper pro eo quod fieri censuenit, & contra quem ab illo recedit.
4 Arca nummularia qualiter sit numeranda.
5 Tex. in l. fulcinius, ff. ex quib. caus. possess. cat. procedit contra latitantes.
6 Festinãtia nimia dicitur præcipitium.
7 Erronea ratio est reuidenda.
8 Calculi error ubi allegatur, non solũ semel, sed pluries calculandæ sunt rationes.
9 Error patens calculi etiam per mille annos allegari potest.
10 Error si non pateat, sed allegetur in calculo, spatio 30. annorum præscribitur.
11 Deliberatio licèt arguatur ex actibus continuatis, non tamen ex ea error aufertur.
12 Partita erroneæ allegatæ, debent reuideri, si de earum viribus non fuit cognitum, nec discussum.
13 Calculus etiamsi transactionis documento firmetur, adhuc ob errorem allegatum retractari potest.
14 Ratio licèt pluries inter Mercatores calculata fuerit, tamen allegando errorem potest peti, quod iterum calculetur.
15 Calculus semper est reuidendus, quãdo dolus, vel calliditas interuenit.
16 Rationis redditio in confuso accepta, nullius considerationis est.
17 Dolus non debet patrocinari doloso.
18 Rationis redditio dum actualis requiritur, confessio quod ratio sit reddita, non admittitur.
19 Lex ubi factum requirit, non statur cuiuspiam assertioni.
20 Facto ubi est opus, verba non sufficiũt.
21 Rationem esse redditam, & redditam confiteri, inter se differunt.
22 Assertio, & effectualis traditio, non sunt eiusdem efficaciæ.
23 Detentus potiùs censetur ratione tædij vitandi, quàm veritatis sectandæ deponere.
24 Inuerisimile deponenti, fides non est adhibenda.
25 Depositionis fides metienda est ex rebus sensatis non distantibus à verisimili.
26 Iudex instat cuncta rimare debet, & inuerisimilia deponentibus fidem denegare.
27 Confessio super re non verisimili præiudicare non potest.
28 Scriptura in qua dicitur meliori reuisione semper salua, si allegetur error, est reuidenda.
29 Calculi error assiduè in omnibus rationibus versatur.
30 Error calculi opponi potest etiam in via exequutiua.
31 Calculus ex errore procedens continet in se quamdam falsitatis speciem, quatenus à facti veritate deuiat.
32 Falsitatis exceptio impedit viam exequutiuam.
33 Error non nocet, quia facti.
34 Veritas semper insectanda est.
35 Error ita in paucis, sicuti & in multis contingere potest.
36 Consuetudo loci attendi debet in computorum visione.

37 Ad-

37 *Administratores Tabulę nummularię, non aliter debitores euadunt, nisi dispunctis rationibus ex libris eiusdem Tabulæ, singulisq; partitis introitus, & exitus discussis.*
38 *Reuisio sententiarum etiam Præfecti Prætorio admittitur.*
39 *Principum placita, si errorem continent, exequutioni non demandantur.*
40 *Res iudicata si errorem continent, reuidentur.*

ARGVMENTVM.

Reuisionem petitam aduersus calculum, allegato errore, esse omninò concedendã, nedum si semel, sed si pluries petatur, eoq; fortiùs si calculus à suspectis, & maleuolis processerit, pluribus insinuatur: eaq; expenditur non aspernenda ratio, quia calculus errorem continens, falsitatis quandam speciẽ præseferre videtur, quatenus à facti veritate deuiat, vt indè emergat, etiam in via exequutiua errorẽ opponi posse, ac contra instrumenti exequutionem.

Clausula in relatione, siue calculo contenta *Salua meliori reuisione*, viam sternit, aditumque aperit, vt errore allegato, reuideri debeat, minùs attento quod quispiã adstruxerit clausulam prædictam in quantitate certa posse verificari, siquidem tùm in magna, cùm in parua quantitate errorem contingere posse, nemo benè non affirmauerit.

Rationes informiter receptæ, & in confuso, non dispunctis partitis, neq; discussis, cominùs reuidendæ sunt ad instantiam petentis, & errorem allegantis, etiamsi instrumento se obligauerit, ac Iudicis sententia subsequuta fuerit, Error etenim vti in facto consistens, confitenti non officit, Maximèque in rationibus accipiendis locus, & consuetudo Tabulæ nummulariæ, in qua quis se exercuit attendẽdus est, vt quis verè, & effectiuè debitor dici possit.

Reuisio cuiusuis actus concedi debet, reuidentur etenim sententiæ etiam Præfecti Prætorio, Principum placita, siue rescripta si errorem continent, exequutioni minimè demandantur, quò fit vt relatoris calculus non reuisus minimè probet, nullaque ex eo oriatur actio, errore allegato.

PRO

PRO

Fuluio de Falco Cascerio Bãci A. G. P.

CVM

Gubernatoribus eiusdem Banci quærulantibus, & Regio Fisco.

RESPONSVM XIX.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

POsthabito quolibet iuris trramite, Magistratu nullo adito, quatriduo in medio Satellitum detẽto Fuluio de Falco in ætate iam deuexa existente, de ordine Magnificorum Gubernatorum, 50. annorum circiter interstitio ministerio Casceriatus Banci Sanctissimæ Annunciatæ, non sine magno ipsius Banci, ac Domus incremento, vti fidem adstringunt suam Gubernatores eiusdem Domus, & Banci prædicti, addicto, ac declarato debitore Tabulæ nummulariæ in duc. 36672. 1. 5. à die 9. Augusti 1649. vsq; ad diem 12. Februarij 1652. mediante testimoniali cuiusdam asserti reuisoris, & sustinentis onus libri maioris dicti Banci, *fol* 3. *&* 4. ac alio pariter testimoniali Rationalis Bãci, quibusq; numerata iam pecunia fuit tradita, & consignata, post tot ærumnas passas per Fuluium, eiusdemque bonis omnibus tùm stabilibus, cum mobilibus, ac nominibus debitorum sequestratis, carceribus (*Infelix?*) mancipatus, & detentus, contra ipsum formatur inquisitio ad quærelã prædictorum Gubernatorum, nondũ in limine expeditionis existẽs, nam quinq; vsq; modo termini fuerunt per Reg. Consiliarium Paulum Staibanum Causæ Commissarium impertiti, non tamen instructi, siue (vti Pragmatici aiunt) compilati, nec vllus datur delicti titulus, siue inscriptio (datis Defensionibus) aduersus quam possit se defendere.

Qua de re: vt de suis experiretur iuribus Fuluius in Regia Iuncta per Excellentissimum Regni Proregem destinata die 19. Aprelis instãtis anni, peculiari porrecto libello institit pro reuisione computorum, ex quo erroneè fuit debitor declaratus à personis sibi suspectis, ac reuisionem non suspectis committi, adhoc vt secundum iuris terminos procederetur, offerens quantitatem forsitan, in qua debitor declararetur, illicò exoluere, & interim reuisione prędicta pendẽte excarcerari, & bona sequestrata restitui offerens præstare cautionem de stando iuri, & soluendo iudicatum, *fol.* 178.

Cuius instantiæ, seu mauis præcibus, annuens, ea qua præstat benignitate Excellentissimus Dominus die 24. Aprelis 1652. peculiari diplomate iniũxit, coram ipso esse tractandum de reuisione petita, *fol.* 224. vndè fit, vt breuĩ verborum eloquio impellamur nitidam Fuluij iustitiã,

Do-

Dominis votantibus itá Nobis iubẽtibus, insinuare (rectiùs dixerimus) summo digito indicare.

Initium facimus ex insueta forma, qua Gubernatores ad accipiendam rationem à Fuluio eius villicationis, vsi sunt, inuentu sanè peculiari (de quo satis fama loquuta est) &
1 insolita suspicionem arguunt, & cõtra insuetum attentantes indicium
2 præstat, *cap. quam graui de crimin. fals. Dec. in cap. 1. de rescr. cum Panorm. Angel. Soccin. Crauett. & Caphal.* probat *Mascar. de probat. conclus.* 740. *n.* 38. &
3 semper præsumitur pro eo, quod solet fieri, & contra quem ab illo recedit, *Rom. in l. si emancipati, C. de collat. Aretin. in l. sed etsi n. 4. ff. de acquir. hered.* & ex *Glosa, Baldo, Crauetta, & Calcaneo, Mascard.* affirmat *de probat. cõcl.* 532. *n.* 75. & punctuatim tenet *D. Larr. allegatio. fiscal. cap.* 66. *n.* 15.
4 vers. *Sed nec debent*, consuetum autẽ est, vt Gubernatores Bancorum certiores faciant Bancherios quando arcam nummulariam numerare intendunt, non autem quod inopinatè peragant, & inter vexationes, Bãcherios ponant, sicuti Fuluio de Falco accidit, non etenim aliud à Bancherijs expediri debet, quàm quod pecunia penès ipsos existens promptanea sit ad vsum destinatum eroganda, ipso minimè detrectante rationem reddere, nec se latitante, vt
5 queant practicari termini, *tex. in l. fulcinius, ff. ex quib. cauſ. in possess. eat.* vbi communis Scribentium schola,
6 materiam exornat, nimia sanè festinantia, quæ à iure dicitur precipitiũ, ad *tex. in Clem. Pastoralis*, vbi *Glos.* in verb. *Præcipitium de re iud.* adducit *tex. in cap. ex parte de sepultur.* vt modò pateat omni iure esse reuidendã
7 rationem prædictam, vti erroneam, ad *tex. in l. vnic. C. de error. calcul. in princip.* vbi *Bart. Bald. Ias. Alex. Dec. & omnes, Caph. cons.* 506. *n.* 10. & *cõs.* 562 *n.* 14. *Pãcirol. cons.* 173. *n.* 11. *Menoch.* post alios *cons.* 22. *n.* 10. *lib.* 1. inquiẽs
8 veram esse iuris sententiã, quod vbi error calculi allegatur, non solùm semel, sed bis, ter, & quater calculandæ, & ineundæ sunt rationes, pulchrè *Glos. in l.* 2. *C. de iur. Fisc. lib.* 10. vbi *Bart.* & alij cõgesti à *Card. Tusc.*
9 *cõcl.* 313. aiente etiam per mille annos posse allegari errorem patentẽ,
10 quod si non fuerit patens spatio 30. annorum præscribitur, & idemet *Tusc. cõcl.* 314. *n.* 8. & 9. vbi reuisionẽ admittit errore allegato, nam licèt
11 pluries facta arguant deliberationẽ, non tamen auferunt errorem, *Rom.*
12 *cõs.* 346. *n.* 11. Eò fortiùs si non fuit cognitum, nec discussum de viribus partitarum, quæ erroneè allegantur, (sicuti thesis nostra indicat) *Ruin. cõs.* 71. *n.* 4. *n* 4. & *cõs.* 134. *n.* 12. *in* 1. *Bero. quæst.* 105. *n.* 2. ad quem semper esse recurrendum, monet *Cæsar Manent. dec.* 41. *n.* 7.

Quod adeò veritate nititur, vt sola erroris allegatio satis sit absq; eo quod error probetur, secundùm *Bart. in d. l. vnic. n.* 1. *Bald. in* 2. *notab. Odofred. n.* 2. *Castr. n.* 2. *Corn. in* 1. *notab. Alex. n.* 3. *Iacob. de Sancto Georg. n.* 1. *Ias. n.* 2. *Pedroc. cons.* 4. *n.* 5. *Schenar. cons.* 35. *n.* 2.

Etiamsi post calculum, secuta sit obligatio, vel conuẽtio, vti *textus sinet in d. l. vnic. in fin.* statuit, & ibi *DD. Cæph. cons.* 562. *n.* 15.

Quin amplius: etiam si transactio-
13 nis documento eiusmodi calculus firmetur, adhuc ob errorem allegatum retractari posse, firmat *Ruin. cõs.* 124. *n.* 12. *lib.* 1. & *cõs.* 71. *n.* 4. *lib.* 4. *Ancar. cõs.* 33. *per tot. Socc. sen. cons.* 159. *n.* 10. *cum nõnullis seqq. & cons.* 190. *n.* 3. & *seq. Viu. dec.* 400. *n.* 59. *Rol. à Vall. cõs.* 49. *n.* 49. *lib.* 1. inquiens, quòd
14 licet inter Mercatores, ratio fuerit sæpè calculata, tamen allegandò errorem potest peti, quod iterum calcu-

culetur, *Morot. respõs.* 58. *n.* 1. subdens
15 maximè procedere quando dolus,
vel calliditas interuenit, quæ quidẽ
calliditas non elongatur à præsenti
facti serie, ex ijs, quæ *in princip. hu-*
ius responsi indicauimus, & ex alijs
mox proponendis ad oculũ demon-
strabimus.

Suadetur itidem iustitia reuisionis
petitæ, ex quo ex processu liquet
fuisse commissam numerationẽ pe-
cuniarum maleuolis personis, & ini-
micis Fuluij, qui in confuso numera-
runt, vndè meritò inquit *Roian. d.*
16 *cõs.* 49. eiusmodi actum redditionis
rationis fuisse nullum, & ad eorum
libitum debitorem fecerunt (quodq;
notatu, & admiratione dignum est)
ipsimet pecuniam numeratam rece-
17 perunt, non absque fraude, & dolo,
qui doloso patrocinari non debet, *l.*
in fundo, ff. de rei uen. l. conuenire, ff. de
pact. dotal.

Vtq; luce meridiana clariùs eni-
teat, informiter rationem fuisse ac-
ceptam, & erroneè, testes Fisci in
medium proferimus, eorumq; dicta
perpendimus: Agnoscentes etenim
quærelantes eiusmodi erroneitatem
computorum, sategerunt probare,
quod Fuluius adfuerit tempore nu-
merationis, quodq; applauserit mo-
dum, & formam numerandi his ver-
bis, *Questo si ch' è modo di contare la*
cascia, non come si fece l'altra volta?

Deponunt

Hieronymus Castaldus Rationalis Do-
mus, fol. 59.

Io. Angelus Gallus, fol. 57. *at.* & propriè
fol. 58. *at.*

Franciscus Antonius Cioffus adiutor
libri maioris, fol. 61. *at.*

Thomas de Sanctis Iornalista Banci,
fol. 63.

Carolus de la Nuce adiutor Benedicti
Alferij Rationalis Banci, fol. 31. *&*
at. in medio.

Deum immortalem? cui non sit ob-
uium inuerisimilitudinis labe eius-
modi depositiones scatere? Detine-
tur Fuluius à Satellitibus, in medio
inimicorum, & persequentium; Nõ
ipse numerat, sed alii plures eius ini-
mici, adeòquod nedùm inter angu-
stias, verùm etiam extra illas imper-
turbato animo si extiterit, nec minus
vacare attentè potuerit numerationi
à pluribus eodem tempore factæ,
quomodo igitur potest in mentem
sensati hominis cadere, quod appro-
bauerit Fuluius actum numeratio-
nis tam confusè ab eius inimicis
peractum? cum à iure non admitta-
18 tur eiusmodi confessio, dùm actualis
redditio rationis requiritur, & dùm
19 lex factum requirit, non statur cu-
iuspiam assertioni, *l. si fortè, ff. de ca-*
stren. pecul. ea nempè ratione, quia
20 vbi opus est facto, verba non suffi-
ciunt, *l. ait Prætor, §. si quis, ff. de nou.*
21 *oper. nunc.* & aliud est rationem esse
redditam, & aliud redditam confite-
ri, *l. assiduis cum glos. C. qui potior in*
pignor. hab. l. à Diuo Pio, §. Sed si em-
22 *ptor, ff. de re iud.* vndè non esse eius-
dem efficaciæ assertionem, & actualẽ
traditionem, post *Ancar. cõs.* 331. *in* 4.
col. Socc. cons. 159. *col.* 3. *& cõs.* 92. *in* 2.
col. circa fin. tenet *Rol. d. cõs.* 49. *n.* 51.
cum duob. seqq.

Præterquamquod: detentio senis
23 efficit, vt eius assertio potiùs censẽ-
da sit ratione tædij, quàm veritatis,
secundùm *Farin. cõs.* 193. *n.* 3. quem
ad hoc adducit *Io. Mar. Vermigl. cõs.*
74. *n.* 3.

24 Ni potiùs dicamus, inuerisimile
deponentibus nullam adhibendam
esse fidem, imò protinùs labefactatã
censeri, vt nihil probet, *Gram. cons.*
crim. 62. *n.* 1. *& seqq.* inquiens depo-
sitionis fidem metiendam esse ex re-
bus sensatis non distantibus à verisi-
mili, *Caball. resol. crim. cas.* 232. *n.* 21.
26 *& seqq.* vbi *n.* 23. *& seqq.* quod per

iustum Iudicem cuncta sunt rimāda, & vbi detegit inuerisimilia in testibus,neq; illis quamuis pluribus, & contestibus fidem aliquam adhibere debet,qua ratione *Rota Romana* tresdecim testes contestes reiecit in Perusina laudi 23.Ianuarij 1614.coram Cardinal. Verospio, qua recenset *Vermigl.d.cōs.74.n.4.* & punctuatim aduertit *Rolan. d. cons. 49 n.34.*
27 quod dicta confessio, & asseueratio paruifacienda sit, nec præiudicium inferre,cum emanauerit super re nō verisimili,& quasi impossibili,adducēs *Ancar.cōs.231.* quem laudat *Socc. cons.159.col.3.* vers. *Confirmatur, & cōs.190.col.3.* vers. *Secundo respondetur,Ang.cons.276.*

Et si verum esset, quod numerationis actus benè processerit,cur nō adnotauit Fuluius partitas? Sed Frāciscus Antonius Cioffus, qui & ipse numerauit, quaq; ratione post visionem computorum, Fuluius se debitorem in quantitate prætensa chyrographo mediante non constituit, seu rectiùs declarauit? vt ex hoc dignoscatur quomodo fuerit hac in re processum, quæq; adhibita fuerint molimina ad Reum constituendum miserum senem, omni prorsus destitutum præsidio.

Vlterius: oculata fide perspiciendum est, etiam ex testimonialibus eorum, qui Fuluium debitorem fecerunt, esse admittendam reuisionē computorum. Ipsi etenim *fol.* 4. ad-
28 struunt eorum fidem subijcere meliori reuisioni;Igitur si ipsimet agnouerunt posse errorem contingere, quo pacto denegandum erit,vt reuideātur, imò calculi errorem assiduò
29 in omnibus ferè rationibus versari, tradit *Escobar de ratiocin. cap.38. in princ.& n.3.*vers.*Verum*,vbi obseruat
30 errorem opponi posse etiam in via exequutiua, *Padill.in l.error n.17.C. de iur.& fact.ignor* Lācell.*de attentat.* *2.par cap.4.limit.28.n.5.* & est *tex. de iure Regio in l.4 tit.26. par. 3.* ibi, *O por alcun yerro, que vuiesse hecho en mayor cantitad.* vndè *Escob.loc.cit.n.5.* dùm rationem reddere satagit eiusmodi propositionis, eam in medium
31 profert,quia calculus errore factus, continet in se quandam falsitatis speciem, quatenus à veritate facti deuiat,de quo est pariter *tex.in l.1.tit. 7.par.7.* subdens, quod exceptio
32 falsitatis cum impedit viam executiuam, vt in *l.1. tit.21. lib.4. Recopil.* per consequens, & illam impedire debebit prædictus calculi error à parte in via executiua allegatus, & verificatus ex ipsismet rationibus, etiam vbi rationes essent conformi calculatorum partium voto confectæ,& à Iudice approbatæ,cum eiusmodi error secundùm *Padill. loc. allegato*,etiam aduersus instrumentum executioni mandatum opponi pos-
33 sit,& cum error sit facti, non nocet, *Noguerol. allegation. iur. allegat. 2. n. 100.per tex.in l.error 8.in princ. ff.de iur.& fact.ignor.*

Et licèt postmodum ijdemet mediante iuramento deposuerint meliorem illam reuisionem non posse excedere duc.1000.Edoceremur libenter,à quibus Mathematicæ sciētię principijs hanc deduxerint lineā, vt quotiescumq; quis sit debitor in ducatis 36672.adiecta clausula, *Salua meliori reuisione*, quòd illa melior reuisio nequeat excedere duc.1000. Vel si ex Doctoribus quispiam, qui de clausularū efficacia tractatus ediderit, quales multi sunt hāc eius de-
34 positionem approbauerit? Veritas insectanda est; pro veritate certandum, monet *Angelic. in 4. sententiar. quæst.3.art.9.* & est *tex.in cap.1. de crim.fals.Cassan.in Catalog.Glor.Mūd. par. 10. consider. 28.* Error numerali
35 circulo non cohibetur, non restringitur, ità in paucis, sicuti & in mul-

tis

tis contingere potest,& vt *textus* ait, *Non probat hoc esse,quod ab hoc contingit abesse*, *l. neq; natales*, C.de probat. eiusmodi incertitudo nostram euincit instantiam, esse concedendam reuisionem.

His magnoperè adstipulatur altera ponderatio, quomodo reuisio pe-
36 tita poterit denegari, cum scitum sit loci consuetudinem esse attendendam in computorum visione, seu ratione administrationis reddendæ, secundùm *Escob. de ratiocin.cap.2. n.* 10. & in promptu adducimus non
37 aliter Administratores pecuniarum Banci debitores euadere, nisi discussis rationibus ex libris ipsius Bāci, singulisq; partitis introytus, & exitus discussis, quod vtiq; hic non fuit seruatum, vndè in confuso censeri rationem redditam tradit *Rolan. d. cōs.49. n.34.* & per consequens nullius fore prçiudicij, vti obseruat *Schenard. d.cōs.35. n.11. Becc.cons.5. n.5. Pedroc.cons.4.n.14.*

Quorsum plura? Clienti morem gerimus operam nostram expetenti cùm non vrserit necessitas calamum hoc in articulo arripiendi,& quando exarata prorsus delitescerent; Non-
38 nè reuidentur sententiæ Iudicum? *tot.tit ff.& C.de appellat. & in Canon.* Reuidentur sententiæ Præfecti Prætorio, *Auth.Quæ supplicatio,C.de precib.Imperator. offeren.* Principum pla-
39 cita si errorem continent executioni minimè demandantur, *l. fin. l præsumptione, & l. si non cognitio*, C. *si contra ius, vel vtilit. publ.cap. præscriptione 25.quæst.2.cap.2.de rescrip.l.48.* vbi *Gregor.Lopez glos.1. tit.18.l.6.tit. 19.par.3. cap. graue de offic. ordinar. Reg.Valenz.cons.69.n.90.lib.1.* & est *tex.in l.si vindicari,C.de pœn.* Res ipsæ
40 iudicatæ, quæ maximam præseferūt authoritatem, & efficaciam, erroris lapsu,si manarint adhuc reuidentur? *l.sub prætextu*, vbi *Communis Scribētium S bola*,C. *de transf.tot.tit.ff.de excep. rei iud.* Et immunes erunt rationes erroneè conceptæ, & perperàm expletæ per Relatores languidę,fiue nullius fidei hoc in casu, vt denegetur pauperrimo Fuluio senio confecto, in carceribus mancipato earum reuisio? Herclè sub auspicijs Excellentissimi Proregis Regni clauum sustinentis, iustitiæ propugnaculi, & oppressorum solaminis, coram quo, quæ papyro commendamus, voce sumus (Deo annuente) prolaturi, ac sub censura Dominorum Iudicantiū doctrina,& integritate conspicuorūs non erit pertimescēdum,adeò quod superuacuū fuerit plura Nos in eandem allegare reuisionis petitæ iustitiam comprobandam.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neapoli die 1.Mens.Iunij 1652.

DECISIO.

D*IE Lunæ 3. Mens. Iunij 1652. Relata causa coràm Excellentissimo Regni Prorege Domino Comite de Ognate,(ità iubente peculiari eius diplomate) per Consiliarium Paulum Staibanum ex Delegatione procedentem,*

votantibus alijs Condelegatis, nempè Spectab. Dom. Regente Garsia, Consiliario D. Gasparo Soto, nunc Regiam Cancellariam Regente, & Iudice Magnæ Curiæ Vicariæ in Criminalibus perpetuò per Sacram Catholicam Maiestatem electo D. Blasio Boliaga, Regio nunc Consiliario, ac Iudice in Ciuilibus Philippo Martuscella, Fisci partes tuente Balthaxare de Angelis Iudice in Criminalibus Perpetuo per S.E. quibus fuit Iuncta formata per Dom. Proregem assistentibus Spectab. Dom. Reg. Zufia Supremi Collateralis Decano, & Illust. *Marchione Torelli Dom. Regente Capicio Latro, qui eorum in votando calculum non præbuerunt, ex quo non erant de Iuncta, fuit interpositum decretum*, Petita reuisione non obstante, procedatur ad expeditionem causæ, *Propositisq; per* Me *aduersus eiusmodi decretum nullitatibus cum deposito, seruata forma Regiarum Pragmaticarum, & iterum re discussa coram eodem Excellentissimo* Domino *die Mercurij* 12. *eiusdem mensis, & anni, fuit dictum* Nullitates non obstare, *eisdem Dominis votantibus excepto Dom. Boliaga, qui vti infirmus non interuenit; Vtq; posteritati insinuem, quæ acciderunt hoc in patrocinio, putabant quamplurimi malè fore auditurum Principem, quod de nullitate redarguerim decretum (ipso interueniente) interpositum, Ast* Ego *agnoueram Principis integritatem, & iustitiæ summum venerabar cultorem, Ideò tantùm abfuit, vt indignaretur, quod potiùs læto excepit supercilio, &* Me *patrocinantem palàm collaudauit, doctèq;* Me *loquutum testatus fuit, benè conscius à Causarum Patronis non esse ea negligenda, quæ causæ patrocinio conferunt, Calumnias Principes detestantur, Teknas Aduocatorum abhorrent,* Mendacia *execrantur,* D*efensiones collaudant; Veritatem sectantur; Iustitiam, eiusq;* D*efensores extollunt.*

Penès *Anellum Violam* Scribam Fiscalem Act. Ass.

SVMMARIVM.

1 AVthor *post alios fuit accersitus ad defensam Fuluij de Falco.*
2 *Fuluius de Falco à quibus, & qua de causa plurium criminum Reus delatus fuit.*
3 *Charitatis ex radice, procedere debent delatores criminum.*
4 *Testimonijs nulla adhibetur fides.*
5 *Testibus, non testimonijs est indicandum.*
6 *Delictum in genere ante omnia constare debet.*
7 *Iurisdictio exerceetur vbi constare incipit de delicto.*
8 *Princeps mandans contra aliquem inquiri, intelligitur, si constat de delicto.*
9 *Cautio dicitur medicina sequestri.*
10 *Instantia pro morte Fuluij geminata recensentur.*
11 *Receptio pecunia approbat contractum.*
12 *Ratificatio qua ex facto oritur ob receptionem pretij, est potentior ea, quę fit verbis.*
13 *Actio criminalis non competit, quando est intentata actio ciuilis.*
14 *Causa criminalis non potest cumulari causa ciuili etiam Fisco instante.*
15 *Causa ciuilis prius intentata facit silere causam criminalem.*
16 *Exceptio rei iudicata, impedit processum ad vlteriora.*
17 *Exceptio rei iudicata dicitur vnum ex tribus remedijs finiendarum litium.*
18 *Exceptio rei iudicata dicitur exceptio perpetua ad exclusionem iuris agentis.*
19 *Exceptio rei iudicata efficit, vt agenti denegetur audientia.*
20 *Prasentans scripturam censetur confiteri esse vera omnia in eo contenta.*
21 *Confessio emanans ex productione scriptura, impugnari non potest.*
22 *Reclamatio à decreto, ea pendente, quid operetur.*
23 *Appellans interim esse debet status integri.*
24 *Appellatio, & reclamatio à pari procedunt circa effectus suspensiuos, & deuolutiuos.*
25 *Appellatio, & reclamatio deducunt causam ad terminos litis contestatę.*
26 *Prasumptio est pro Iudice, quod ritè, rectèq; processerit.*
27 *Abolitio generalis claudit ianuam de delicto amplius inquirendi.*
28 *Rescripta Principum non comprehendit res indicatas, de quibus expressa mentio est facienda.*
29 *Consiliarij Regij, dicũtur partes Principis.*
30 *Princeps ipse iudicare dicitur, quod ipsius Consiliarij iudicant.*
31 *Scriptura absq; die, & Consule, nihil probat.*
32 *Testis vnicus ad Fisci instãtiam productus, probat plenè contra Fiscum.*
33 *Inuerisimilitudo dicitur falsitatis imago.*
34 *Scriptura priuata continens, inuerisimilia, nihil probat.*
35 *Instrumentum continẽs inuerisimilia, non probat.*
36 *Productio tarda scriptura arguit falsitatem.*
37 *Testi sibi contrario non creditur.*
38 *Testi vario non est adhibenda fides.*

39 Te.

39 *Testis contradicens principali non probat.*
40 *Probationes liquidissima requiruntur iu criminalibus.*
41 *Testes habentes notam manum non probant.*
42 *Comparatio manus, periculosa, & fallax probationis species dicitur.*
43 *Citatio si non procedat, actus dicitur nullus.*
44 *Princeps supremam potestatem habens contra inauditum, & incitatum definire nihil potest.*
45 *Comparatio peritorum ex officio electorum, nullum infert preiudicium, parte non citata.*
46 *Erubescimus sine lege loqui.*
47 *Iuramentum est de forma comparationis manus respectu peritorum.*
48 *Scriptura priuata non recognita, nec concludenter verificata, non facit fidem.*
49 *Notorium sufficit allegare.*
50 *Testis ad exonerationem sui deponens, non facit fidem.*
51 *Error potius, quàm falsitas præsumitur.*
52 *Condemnari nemo potest, qui non accusatur.*
53 *Mendax precator carere debet impetratis.*
54 *Mentientis pæna est, vt nec vera dicenti credatur.*
55 *Mendacium satis est ad detractionem fidei.*
56 *Falsitas cessat quando actus habet primordium veritatis.*
57 *Veritate possibili data in contrarium, cessat falsitas.*
58 *Crimina tardè obiecta, non probant.*
59 *Suggestio tàm in teste, quàm in* Reo, *est prohibita.*
60 *Suggestio qua dicitur tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus.*
61 *Confessio per suggestionem extorta neque confitenti nocet, etiamsi ratificata fuerit.*
62 *Inquisitus, vel carceratus quando possit interrogari in specie super delicto.*
63 *Testificatis didicitis, non possunt iterum testes examinari, siue ex officio, siue ad instantiam Fisci.*
63 *Iudicis munus est obuiare, ne subornationis timor immineat.*
65 *Testes noui quare non sunt admittendi post didicita testificata.*

ARGVMENTVM.

Fuluij de Falco Nummulariæ Tabulæ Diuæ Annunciatę Cascerij delati de furtis, & falsitatibus, col lachrimanda recensetur historia, quique contra ipsum irruerint, quoque sensu ad arenam nonnulli contra ipsum conscęderint, breui indicatur eloquio.

Actionem nonnisi ciuilem oriri ex instrumento, in quo Administrator interuenientibus Gubernatoribus ad certam quantitatem soluēdam sese obnoxium reddidit, eò magis si super instrumento fuerit iudicatum, & Gubernatores ipsi quantitatem promissam, siue partem ipsius receperint, ex hoc etenim ratificationem esse inductam, & obstare exceptionem rei iudicatæ, ac pacti, nec posse criminaliter

ex.

experiri, pluribus comprobatur.

Scripturam priuatam abſq; die, & Conſule in ſemipagina conſiſtentem, nullam fidem facere, eò fortiùs ſi inuerisimile contineat, & tardè producta fuerit, ac ab inimicis, & odioſis peracta, multis inſinuatur.

Scriptura priuata ad hoc vt fidem faciat, qualiter ſit probanda, quamuè probationis ſpeciem præſeferat comparatio manus, quæq; requiſita ſint neceſſaria ad hoc vt peritorum iudicium probationem faciat, & an ſit Reus citandus in comparatione manus in cauſis criminalibus?

Teſtes ſi diſcordant à principale, falſa vnius, vel alterius aſſertio redditur, ideòq; nullum probationis gradum conſtituunt, imò ad cõcordiam reduci non poſſunt, neq; in ciuilibus.

Suggeſtiua interrogatio, nullis præcedentibus inditijs, & aſſertio non iurata, facta tempore quo Inquiſitus inter Reos poſitus non erat, extorta intelligitur artibus à iure improbatis, quæ nullum conſiderabile faciunt inditium, quoq; in caſu ſuggeſtio dicitur tam in Reo, quàm in teſte, exornatur.

Teſtificata quocumque modo fuerint didicita, etiam quod aſſeratur examini aliorum Teſtium locum eſſe, ſiue ex officio, ſiue ad inſtantiam Fiſci, impediũr, ne noui recipiantur teſtes, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, quæq; ratio enũciatum illud ſuadeat, peculiaria quædam adducuntur, aliaque plura ad rem collimãtia.



PRO

PRO

Fuluio de Falco Carcerio Banci Diuæ Annunciatæ.

CVM

Regio Fisco, & Quærelantibus.

RESPONSVM XX.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 ACcersitus *Ego* post alios ad defensam persequuti, ac commiserēdi hominis Fuluij de Falco, de quo in *præceden. respons.* verba fecimus, dum instructo iam processu dixi perperàm: (quinq; formatis, ac publicatis Informationibus) de quo noster inferius redibit sermo *hoc respons.* vers. *Quorsùm plura?* in limine expeditionis Iurgium existeret, Fisco peculiariter dato in hac causa per Excellentissimum Regni Proregem Comitem de Ognate, instante pro vltimo supplicio, inhærentesq; instantię prædictæ reiteratò Gubernatores Banci, siue Tabulæ nummulariæ Diuæ Annunciatæ, cùm de vita hominis, & sic de summa rerum ageretur, vt tātæ cædis innoxium ostenderem hominem, omnes obmolitus sum vires, omnesq; curas intendi, ne illi meum deficeret patrocinium, Recto igitur narrationis filo facti historiam recēsere Cordi mihi fuit, quæ est eiusmodi.

2 Vnus ex Gubernatoribus Banci prædicti, odio habens præfatū Fuluium, infesti, hostilisq; animi suspicionem patefaciēs, omnium animos in rerum nouarum expectationem erexit, initiumq; exindè desumpsit, quo supplici porrecto libello Regio Consiliario Paulo Straibano Iudici tunc in criminalibus Magnæ Curiæ Vicariæ, asserens Fuluium esse debitorem Banci ex administratione præterita, ac in noua administratione plura furta commisisse, mutuòq; dedisse plures pecuniarum quantitates Banci, ac scripturas ad ipsum Bācum pertinentes occupasse, petijt informationem de omnibus capi, carcetiq; mancipari, super quo consueta prouisio manauit, quod *Capiatur informatio, fiant diligentiæ, & constito carceretur, fol.* 1. Spreta tamen eiusmodi prouisione, de facto carceratus detinetur in Banco per nonnullos dies, & interim inter angustias positus, in medio Satellitum detentus inimicorum turba circumseptus, numeratur pecunia Banci ab eius inimicis, triduoq; elapso de ordine Gubernatoris prædicti, nulla iudiciaria via adhibita, carceribus Magnę Curię traditur, omnibusq; suis bonis,

3 sequestro generali mediante, exuitur, *Vtinam hæc ex charitatis radice procederent?* de quo Nos monitos fecit *Innocentius III.* Summus Sacrorū Antistes in *cap. cum in iuuentute, de præsump.* & exornat *Reg. Valenz. conf.* 163. *n.* 104. *lib.* 2. ipsoq; expetente ab Excellentissimo Regni Prorege, eique

eiqueinſinuante fuiſſe furatum Fuluium ſummam duc. 36667. pluraſque falſitates commiſiſſe, in carceribus Caſtri noui tranſmittitur, & pro furti probatione adducitur, producitur teſtimoniale quodam Rationalis eiuſdem Banci, qui debitorem Fuluium deſcripſit, Gubernatore applaudente, omnique ſtudio in miſerum, quaſi ſtipulam ſiccam irruente.

Cùm inter Reos deſcripto Fuluio defenſiones ei datæ fuiſſent, inſtructo iam proceſſu, & ad Gubernatoris prędicti poſtulationem fuerit formata Iuncta Magiſtratuum diuerſorum Tribunaliũ, quos in calce *præceden. Reſponſ.* inſinuauimus, imminẽte iurgij determinatione, viſo à *Me*, ac (vti hactenus conſueui in ciuilibus, magiſq; in criminalibus cauſis plecto proceſſu) animaduerti nullo iuris ordine fuiſſe contra miſerandũ hominem proceſſum, tantùmq; abeſſe, quod mortis pæna (vti Fiſcus in hac cauſa peculiariter datus, & Gubernatores ipſi partem in Iudicio aſſumentes die 22. Aprelis *fol.* 183. (*Ità res humanas ſuo more verſante fortuna*) inſtant; plectendus veniret, vt potiùs iniuſtè vexatus diceretur, & actionem non niſi ciuilem (ſi qua reſultaret) contra ipſum ſpectare, eò magis, quia de furto non conſtat, ni-
4 ſi per viam teſtimonialis prædicti, quod de iure nullam pręb et probationem, ad *tex. in l. Teſtium dignitas* 3. §. *Idem Diuus*, ibi, *Teſtibus ſe, non teſtimonijs crediturum*, *& in* §. *Sabino*, ibi, *Alia eſt authoritas præſentium teſtium, alia teſtimoniorum, quæ recitari ſoleant, ff. de teſti. cap. tua nos* & ibi, *In eo caſu ad condemnationem eorum ſola teſtimonia non ſufficiunt cùm non ſit*
5 *teſtimonijs, ſed teſtibus iudicandum, de cohabit. clericor. & mulier. & in cap. teſtes* 15. 3. *quæſt.* 9. *cap. ſi teſtes el* 3. ibi, *Alia eſt authoritas præſentium teſtium, alia teſtimoniorum, & quæ recitari ſolent* 4. *quæſt.* 3, *Chriſtoph. de Paz, de tenut. par.* 1. *cap.* 32. *n.* 82. *Eſcob. de purit. & nobil. prob. par.* 1. *quæſt.* 9. §. 2. *n.* 15. verſ. *Tertiò probatur.*

6 Et cùm de delicto in genere non conſtabat, de quo ante omnia liquere debet ſi *Conſulto* credimus *in l.* 1. §. *Item illud*, verſ. *Liquere igitur debet ſcelere interemptum, ff. ad Syllan. Boſſ. de de delict. n.* 1. *&* 35. *Burſ. conſ.* 20. *n.* 6. *& ſeqq. Gram. conſ. crim.* 35. *n.* 51. *Eu-*
7 *gen. conſ.* 76. *n.* 42. *lib.* 1. & ante exercitium iuriſdictionis conſtare debet de delicto, ex quo eius fundamentũ reſultat, *Cyn.*, *Bal. & reliqui in l. preſcriptione C. ſi contra ius, vel vtilit. publ. Imol. & Moderniores in cap. cęterum de iud. Canoniſtæ in cap. Romana,* §. *contrahentes de for. compet. lib.* 6. *Reg. Valenz. conſ.* 52. *n.* 15. verſ. *Et comprobatur, Farin. quæſt.* 2. *n.* 1. *in princ. & in fin.* vbi amplius quod ſi Princeps motu proprio mandaret aliquem inquiri, adhuc tamen intelligi debet, ſi
8 conſtat de delicto, & non aliàs, *Vermigl. conſ. crim.* 132. *n.* 16. peculiarem formaui inſtantiam pro Fuluio die 29. Aprelis pro reuiſione computorum, de qua in *præcedenti*, & cum actio non eſſet, niſi ciuilis, inſteti à carceribus liberari, offerens cautionem de ſtando iuri, & ſoluendo iudicatum, & interim bona ſequeſtrata reſtitui; hoc namq; cautionis phar-
9 maco, ſequeſtri morbum curari eſt conſuetum, *l. fin.* §. *fin. C. de ordin. cognition. cap.* 2. *de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct. Cyn. in l. vnic. C. de prohib. ſequeſtrat. pecu. Iaſ. in l. ſi fideiuſſor,* §. *ſi ſatiſdatũ, n.* 17. *ff. qui ſatiſd. cogã. Cart. de ſequeſtr. quæſt.* 14. poſt *Pract. Papienſ. in forma ſequeſtr. ſeu ſaximen. Veſtr. in prax. Roman. Cur. lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 9. verſ. *Generaliter verò*, *Caualcan. dec.* 1. *n.* 12. *dec.* 3. *n.* 22. *&* 23. *par.* 1. *Valaſ. conſult.* 66. *ſub n.* 15. *Magon. dec. Lucenſ.* 6. *n.* 15. *& in dec. Floren.* 98. *n.* 15. *Myn-*

sing.obser.11.centur.2.& obser.35.centur.5.Gram.dec.51.n.2. Vincen.Mancin.de iuram.par.4.effect.149.n.1.

Animaduertens Fiscus, & partes, quęrelantes ex processu nihil cōtra Fuluium constare, nam illis ad libitum percunctare permittebatur, ac præfatę instantię de iure omninò fore annuendum, dum suspensis hærebant animis, tandem ad alia contra ipsum molienda, animum deflexerunt, nouisq; adinuentis criminibus, nouas obiectare criminationes fategerunt, Indè procurator quærelantium die 29. Aprelis, scripturam, seu mauis cartulam semipaginæ produxit, in qua afferebatur de ordine Ill. Marchionis Torrecusij Gubernatoris de anno 1649. die 9. Augusti, & die 9. Iunij 1650. fuisse traditos prædictos duc. 36672. dependentes ex administratione Cascerarus quond. Francisci Vignone, & Francisci de Falco, præfati Fuluij germani fratris, quodq. à tergo ipsius semipaginæ, aderat receptio propria manu ipsius Fuluij, *fol.* 185. *& at.* ad quam comprobandam, vtq; fidem faceret, plura enixi sunt adducere, de quibus in eorum diluitione à Nobis facienda modò constabit.

Præsagientes insuper animo quasi futurum euentum, nec minus ex præadductis Fuluium conuinci, instaterunt quęrelantes die 11. Maij ex administratione eiusdē de ann. 1648. contra ipsum procedi criminaliter, *fol.* 206. cui sanè instantiæ die 13. eiusdem mens. Maij, inhæsit Fiscus, super qua instantia examinato Fuluio tertia formatur inquisitio.

Rursùs die 5. Iunij nouam formāt instantiam quærelantes contra Fuluium quinque continentem capita, nempè Primò esse puniendum ex causa prioris administrationis, in qua remansit debitor in duc. 115. m. ad quorum solutionem mediāte instrumento se obligauit. Secundò, ex causa secundæ administrationis pro summa duc. 39. m. Tertiò de furtis, & falsitatibus (vt eorum verbis vtar) ex quo nō notauit in suis libris duc. 36672. Quartò non notando in libro sui introitus, & postmodum fidem faciendo de introitu, Quintò ex quo subripuit smeragdos pignoratos per Bancum Illusr. Duci Castri de Sangro D. Ferdinando Caracciolo, in qua instantia, vt eorum animi sensum adaperirent, instanter petierunt morti tradi Fuluium, *fol.* 259.

His super omnibus instantijs, & inquisitionibus quinquies examinatur Fuluius, totidemq; recipiuntur depositiones, ac impertiuntur termini, terq; ijdem Testes Banci examinantur, instruunturque processus, quodq; profectò admirationem fecit, dum die 1. Iunij, Quærulantes futuris probationibus renunciant, adhoc vt informationes percunctare valeant, productis postmodum scripturis per ipsosmet contra Fuluium die 1. Iulij *fol.* 333. *& seqq.* iterum impertitur terminus super nouis de voluntate Gubernatorum die 5. Augusti *fol.* 375. quærulantium, qui ex prædictis Fuluium furcarum 10 laqueo suspendi insimul cum Fisco insteterunt, *fol.* 306. die 21. Iunij, & ne eiusmodi instātia è processu euolaret, iterum & secūdò die 24. Septemb. 1652. hanc formauit Fiscus instantiam, *fol.* 379. *Fiscus instat, prout instetit in alia instantia fol.* 306. *contra Fuluium de Falco pro pœna vltimi supplicij, & ante exequutionem quod torqueatur tanquam cadauer,* & acerbiùs Gubernatores, nedùm *pœna vltimi supplicij afficiendum insteterunt, sed eius caput in crata ferrea in loco delicti reponi expetierunt fol.* 259. & pro certo habebāt ità fore decretū manatum.

Rebus ità compositis, rei atrocitate, petitionumq; acerbitate attonitus

tus *Ego*, ſtatui mecũ omnia perſcrutari, ad hoc vt innocẽtia, & perſequutio tanquam ſub medio poſitæ reſulgeant.

Vtq; ordinata procedam methodo, inſinuare *eodem Reſponſ.* ſedet animo, ex duabus adminiſtratiónibus Reum deferri Fuluium, Vna ab anno 1624. ad annum vſq; 1648. die 25. Iunij, quo die carceratus fuit, Altera verò ab anno 1649. ad annum vſque 1652.

Et quatenus ad primam adminiſtrationem attinet, in facto conſtat, quod exiſtente Fuluio carcerato, vt libertatem conſequeretur, mediante inſtrumento de anno 1648. die 28. Iulij, ſe obligauit de ſoluendo duc. 96819. reſeruatione facta iurium ſibi competentium tam ex cauſa adminiſtrationis, quàm ex cauſa excõpotus, pro quo dum inſtetiſſet coram D. meo Regente Caracciolo Illuſt. Marchione Sancti Sebaſtiani Delegaro, receptis hinc indè probationibus, manauit tandem decretum, quo mediãte fuit in eius beneficium datus excompotus duc. 25. m. & ordinatum, quod infra annum diſcuterẽtur effectus aſſignati, mediante inſtrumento per eundemet Fuluium in ſatisfactionẽ debiti, in cuius decreti exequutionem quãplures ſoluit quãtitates per medium eiuſdem Banci Gubernatoribus ipſius, de quibus publica fuerunt producta documenta ex libris eiuſdem Banci extracta *fol. 325. & ſeq.* fuit pariter inſtrumẽtum aſſignationis effectuum exhibitum *fol. 110. ad* 114. qua de re facto computo, non niſi in duc. 9952.3.19. apparet debitũ, *fol.* 176. & hęc quantitas adhuc ſoluta appareret, ni Gubernatores ipſi impedimẽtum præſtarent in publicis documentis exhibendis, quæ penès libros Banci extant.

Hoc poſito, craſſa mea Minerua non capit quomodo ſit procedendũ criminaliter contra Fuluium ex prima adminiſtratione, quoq; iuris fundamento inſteſt Fiſcus, & quęrulantes furcarum laqueo eſſe ſuſpendẽdum, Siquidem decreto D. Regentis Delegati partes acquieuerũt, imò approbauerunt illud, dum in illius
11 exequutionem pecuniam receperũt ad *tex.* qui non recipit cauillum in *l. Paulus, ff. rem rat. haber. Ann. alleg.* 93. *n.* 5. *Reg. Rou. in prag.* 1. *n.* 14. *de titulor. abuſ. in ſcriben. ſabl.* adeò quod *DD.* formarũt concluſionem, magis ope-
12 rari ratificationem, quę ex facto oritur ob pręti receptionem, quàm ea, quæ verbis exprimitur, *cap. dilecti fily el* 2. & ibi *Gloſ. de appell. l. de quibus*, & ibi *Gloſ. ff. de legi. l. recuſari, ff. de acquir. hered.* vbi *Gloſ.* inquit, *Nihil intereſſe verbis aliquid fiat, vel rebus*, *Alex. conſ.* 55. *n.* 15. *vol.* 1. *Rebuff. in tract. de pacific. poſſeſſor. n.* 148. *Batr. in d. cap. dilecti n.* 2. *Reg. Valenz. cõſ.* 120. *n.* 21. *tom.* 2. *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *n.* 118. *& de præſum. lib.* 2. *præſ.* 39. *n.* 5. plura per *Illuſt. D. meum Præſid. Sac. Conſil. Merlin. in* 1. *controuerſ. forẽſ. cap.* 79. *n.* 1. *& ſeq. Chriſtin. dec. Belgic.* 88. *n.* 28., alios *Ego* adduxi *in* 1. *mearum forenſ. cap.* 22. *n.* 10. *& ſeq.* & nunc addo *Io. Bernard. Muſcat.* doctũ practicum in *pract. crim. tit. Si quis Imperat. maledixer. n.* 3.
13 Vt indè euidenter appareat nullam competere actionem criminalem, dum per prius actio fuit intentata ciuilis, ad *tex. in l.* 1. *C. quan. ciuil. act. crimin. praiud.* vbi *DD.* communiter, & poſt Antiquiores (vt in cotis allegandis non moremur) pulchrè tradit *Io. Mar. Vermigl. conſ. crim.* 156. *n.* 2. *&* 8. *conſ.* 158. *n.* 3. *& conſ.* 167. *n.* 3. qui punctuatim dicit ne quidem ad in-
14 ſtantiam Fiſci cumulari poſſe cauſã ciuilem, cauſæ criminali, quãdo vtraque actio prouenit ex eodem facto,
15 & ex eodem fonte, & proindè cauſa

Cc 2 ci-

ciuilis priùs intentata facit silere
causam criminalem, etiam quod hęc
sit maior ciuili, *Iacob. de Bellapert. in
l. fin.* post *med.* vers. *Sed nūquid lex ista,
C. de ord. iudic.* vbi *Salic. n. 1. in 1. & 2.
oppos.* *Crau. cons. 280. n. 1.* post *med,*
vers. *Et sim li modo*, secundùm quæ
non semel decreuit *Rota*, vt in Ro-
mana de Stocchis 9. Martij 1598. co-
ram *Gypsio dec. 124.* post *lib. 1. cōsilior.
Farin.* & *dec. 123. per tot.* apud *Coccin.*
Qua de re, vt meo Aduocationis
muncre rectè fūgerer, aduersus eius-
modi instantias opposui exceptionē
rei iudicatæ, *fol. 202. in 2. excep.* quæ
16 impedit processum ad vlteriora, ad
*tex. in cap. exceptionē, & cap. inter Mo-
nasteriū de reiud.* quæ sanè exceptio
à *Glos. in l. 2. ff. de iuretur.* dicitur vnū
17 tribus remedijs finiendarum litium,
& alio nomine vocatur *Perpetua*, ex
quo semper efficaciā præbet ad ex-
18 clusionem agentis, & nequit euitari
per *tex. in l. 3 ff. de excep. Glos. in d. cap.
exceptionem*, cum alijs dictis per *Bal.
in l. 2. C. senten rescin. non poss.* & ideò
agenti denegatur audientia, *cap. 1. de
19 lit. contest. in 6. l. fin. C. senten. rescin. nō
poss. l. causas, vel lites, C. de trans. cap.
quod inter, & cap. quod consultationem
de re iud. Alex. cons. 30. n. 6. vol. 5. Bal.
cons. 400. n. 3. Mexia ad l. Tolet. de los
terminos fundam. 2. par. 1. n. 4. Reg. Va-
lenz. cons. 123. n. 20.* vers. *Et ità, lib. 2.*
Quam veritatem agnoscens vnus
ex Gubernatoribus, qui contra Ful-
uium peculiari, exquisitaq; diligētia
incumbit, in memoriali porrecto die
7. Februarij, (de quo superiùs in fa-
cti themate memoriam egimus) ne-
quidem verbum euomuit de actione
criminali ex prima administratione,
sed tantùm asseruit esse debitorem,
quo fit vt legalis succedat proposi-
20 tio, quod pręsentans scripturam cē-
setur fateri omnia in eis contenta es-
se vera, *cap. cum venerabilis, de excep.
l. cum precum, C. de liber. caus. Boer. dec.
252. n. 3. Frece. de subfeu. lib. 2. n. 49.
pag. 86.* vbi adducit *Bartol. & Bald. in
sedibus* per ipsum *ind. catis*, est *tex. in
cap. imputari de regu. iur. in 6. Boer. dec.
252. n. 3. Martin. Vran. cons. 57. n. 8. et
9. lib. 2. Alex. cons. 24. n. 5. & 6. lib. 7.
Achill. de Grass. dec. 2. de confess. n. 7.
Cepol. cons. ciuil. 2. n. 18.* vndè non pa-
21 tet modò aditus impugnandi con-
fessionem, *l. post legatum, ff. de his quib.
vt indign. Bal. in l. aliam, C. eod. tit. Bur-
gos de Paz, cons. 4. n. 43. Reg. Valenz.
cons. 124. n. 28. lib. 2. Ego in 1. forens.
cap. 12. n. 48.*
Quinimò: ciuiliter agens, dùm
agnosceret idem Gubernator nitidā
exceptionem rei iudicatæ in benefi-
cium Fuluij, euadere non posse, alio-
rum Gubernatorum animos in sua
vota impellens, fategit quod memo-
riale porrigeretur Suæ Excellentiæ
in Supremo Collaterali Consilio, in
quo petierunt per viam restitutionis
in integrum fieri verbum de decre-
to interposito per Illust. Delegatum
in beneficium ipsius Fuluij circa ex-
compotum modò enunciatum, inter-
positum die 28. Iulij 1649. itaq; ob-
tinuerunt de mense Septembris die
22. de anno 1651. *fol. 283. at.* super
quo verbo faciendo die 3. Octobris
eiusdem anni, monitum fecerūt pro-
curatorem ipsius Fuluij *fol 204. at.*
nec aliter postmodū pro expeditio-
ne institerunt, sed omnem mouerūt
lapidem ad criminaliter illum vexā-
dum, Si igitur pendet verbum fa-
ciendum à decreto super actione ci-
uiliter intentata, ac solutio manauit
ex parte Fuluij in executionem de-
creti prædicti, quod per receptionē
fuit acceptatum à Gubernatoribus.
Quis tam hebetis erit ingenij, vt non
agnoscat qua mente, quoq; intentu
proceditur? Stat namq; decretum
in suo robore donec reuocetur, nihil
22 aliud operatura reclamatio ab eo
obtenta, nisi quod ipsa pendente iu-
dicati

dicari vim non prębet, ad *tex.in l.tale pactum*, §. *qui prouocauit*, vbi *Iaſ.col.* 4. verſ. *Veritas eſt*, *ff.de pact.Abb.*poſt *Antiquiores in rubr. extr. de appell. in* 2.*quaeſt. D.de Franch. dec.*370. *n.*14.
23 inquiens appellantem interim eſſe ſtatus integri per *tex. in l.furti*, §.2. *ff.de his qui notan.infam. Reg.Valenz. conſ.*76.*n.*29. vbi pulchrè,& per veros terminos loquitur, *lib.* 1. *Ego ipſe in* 1. *forenſ. cap.* 1. *n.* 11. verſ. *Prima eſt.*

Nec hęſitationi patet aditus,quod
24 de effectu appellationis extinctiuo quoad præſens, & ſuſpenſiuo quoad futurum, idem iudicetur reſpectu reclamationis, ac appellationis, ſecundùm *Reg.Lanar.conſ.*64. *n.*25. *&* 26.poſt *Iſer.& Affl* per ipſum adductos *n.*35.*Giurb.dec.*19.*n.*2.vbi cotas glomerat,vltra per *Me* congeſtos in *d.cap.*1.*n.*29.*& cap.* 3.*n.*7.*eod lib.* vbi
25 apparet appellationem, & reclamationem reducere cauſam ad terminos litis conteſtatæ, & ſic non reuocato decreto manente ſuper actione ciuilirçr intentata, quorſum poterit actio inſtitui criminalis?Nam adhuc remanet inſtrumentum in ſui robore, in quo deducta fuit actio ciuilis ad vrgendum debitorem pro ſolutione ſtatis temporibus, nec alia datur actio agẽdi criminaliter, niſi pro liquidatione inſtrumenti via *ritus* Magnæ Curię Vicariæ 166. ſecundũ computationem *Carau.* de quo poſt multos, multa *Ego* attuli,& tradam *hac eod.oper.in Reſponſis* editis in materia liquidationis inſtrumentorum.
26 Et interim præſumitur pro Iudice, quod ritè, rectèq; proceſſerit (ſicuti in re noſtra hæſitandum non eſt de tanto viro) *l.*2.*de offic.ciuil.Iudic. l.eos pracibus*,C.*de probat. l.fin.* vbi *Bal.* C. *de fideicom.libert.Authen. Vt nulli Iudic.* §. *Super hoc autem collat.*9.*Specul. tom.*2.*tit.de inſtrum.edit.* §. *reſtat* videre *n.*18.verſ. *Quid ſi dum atteſtationes*, *Cyn.in Auth.Generaliter*, *n.*6. C.*de Epiſc. & Cler. Maſcar.de probat. concl.* 302. *n.* 20.

Rursùs: quatenus per ſomnium excogitari potuerit actionem aliquam exoriri contra Fuluiũ ex adminiſtratione prędicta, Cui nõ fit obuium fuiſſe penitus extinctam ex generali abolitione omnium delictorum factam à Sereniſſimo D. Ioanne de Auſtria de menſe Aprelis 1648. quo caſu nemini via ſternitur
27 agendi criminaliter, cum ſublata ſit omnis actio, *l.*1. *& ſeq. & toto tit.* C. *de ſentent.paſſ.l.fin.*C.*de general.abolit.Boſſ.de remed.ex ſola clemen. Princip.n.*22.*Guazzin.Ad defenſ.reor.def.* 30.*cap.*6.*n.*6.*Giurb.conſ.*69.*n.*15.*Reg. Rou. in prag.* 1. *de abolition.* plura per *Maſtrill. in Commentar. Ad Indultum* general. *cap.*45.*n.*4.*&* 5.*Vermigl.cõſ.* 387. *n.*4.

Tandem aſſerimus Iunctam nullã habere iuriſdictionem reſpectu huius adminiſtrationis,quia ex vigliet. to delegationis, nulla datur cognitio, nec iuriſdictio reſpectu rei iudicatæ, de qua expreſsa erat mentio
28 facienda, aliàs non operatur ſecundùm *Iaſ.in l. iuſtitia col.* 2. *n.*10. verſ. *Nec obſtat*, *& n.*11 *ff.de iuſtit. & iur. Bal. in cap. ſtuduiſti n.* 3. verſ. *Quaro ſupplicatum*, *de offic.delegat.* idem *Iaſ. in l.cauſas n.*4. *&* 5. C.*de tranſ. Alex. conſ.*37.*n.*2.*vol.* 1. *Caualc. dec.Fiuiz.* 10. *n.*15.*Crau.conſ.*103.*col.*2.*n.*4 *par.* 1.*Dec.conſ.*197.*n.*4.*par.*1. *Reg. Valẽz. conſ.*169.*n.*18.*lib.*2. vbi *n.* 19. multũ
29 ponderat (quatenus rei noſtrę conducit) quando ſententia lata fuit à Conſiliarijs Regijs,qui Principis partes cenſentur eſse,*l.quiſquis*,C.*ad leg. Iul. Maieſt.cap. Si quis* 6. *quaeſt.* 1. *gloſ.* verb. *Cum familiares in cap.cum dilectus*,*de cleric.non reſident. Bal.in vſib. feudor.tit.de pace Conſtant.* verſ. *Hoc quod nos*,*n.*9. *l.*23. vbi *Gregor. Lopez. gloſ.*3.*tit.*9 *par.*1. *Simanc.lib.*7.*de Repu-*

publica cap.6.n.2.Petr.Gregor.eod.tract.cap.6.lib.24. n.6. vndè idem est
30 quod ipsi iudicant,ac si Princeps ipse iudicasset *l. 1. ff. de Offic. Praefect. Pretor.* cum multis recollectis à *Reg. Valenz.d.consf.169. n.20. & 21.*

Ecce quomodo actio illa criminalis intentata ex prima administratione fuimet macerię dilabitur, protinùsq; ruit deficiente fundamento, ad *tex. in l.eum qui ades, ff. de vsucap. cap.cum Paulus 1.quaest.1.*

Quo verò ad secundam administrationem, pro qua ad fundandum delictum in genere, exhibuerũt querelantes apocam de recepto in semipagina duc.36672. 1. 5. vti supra deduximus, plura sunt animaduertenda ad illius scripturæ (si scripturę nomen meretur) fidem eruendam, Et

31 Primò ea cartula est absq; die, & consule, quæ de per se nullam fidem facit ad notata *in l. 1. §. rationes, ff.de eden.* & fusiùs *in l.ità stipulatus la grãde in princip. ff.de verbor.oblig. Parisf. consf.112.n.19.lib.1.*

Secundò continet magnam inuerisimilitudinem, quod de tam magna quantitate fieret receptio in semipagina absq; die, mense & anno, quãdo statim ac consignatur Cascerijs pecunia, notatur in libris Banci, ex quibus postmodum semper debitor apparet, & vrgeri potest, ità attestante etiam Teste Fisci *fol.127.* cuius fi-
32 des admittenda est, etiam quod sit vnicus, quia plenè probat cõtra producentem, *Farin. consf. 120. n.10. & consf.152.n.8.lib.2.Vermigl.consf.500.* quod est vltimum *n. 3.* & ante ipsos *Cravn.consf.100.n.13. Socc.iun.consf.69. n.11.lib.1. Menoch.consf.60.n.18. tom. 1.Milan.dec.Sicil.3. n.237.lib.1. Morot.respon.29. n.19. Brun. inter consil. crim. diuers. consf.115. n.14. lib.1.* est *lex Regia 31.tit.16.par.3.Reg.Valenz. consf.73.n.8.lib.1.& consf.78.n.45. eod. lib.* & ex aliorum Bancorum fide satis conuincitur *fol. 256.* ideò nullam facit fidem, imò suspecta redditur de
33 falso, cum inuerisimilitudo sit falsitatis imago, *Bal.in l.falsus, C.de seru. fugitiu.* & in terminis tradit *Consiliarius Staibanus* (huius Causę Commissarius) *resol.3.n.29.* inquiens scripturam priuatam continentem inuerisi-
34 milia, nihil probare, post *Grat. consf. 93.n.19. lib.2. Genua de scriptur. priuat.lib.1.quaest.4. n.2.* idq; adeò verũ esse autumat, vt etiam in instrumẽto
35 publico procedat, *Mascar.de probat. concl.914.n.2. Gen.vbi sup. n.2. in fin.* & in casu suo ex inuerisimilitudine verborum Albarani inquit *D. Staib. d. resol. 3. n.28.* non esse verum, nec firmatum manu Iulij.

Quæ inuerisimilitudo etiam locũ sibi parat, quia in prima captura informationis non fuit exhibita eiusmodi efficta receptio, quæ processit de mense Februarij, & tamen producitur post monitionem ad dicendum
36 sub die 29.Aprelis 1652.*fol.185. in fin.* & sic tarda productio scripturæ arguit falsitatem, *l. si quis fortè §. 1. ff.de pęn.* ibi, *Nec enim debebat tam magnam rem tamdiù reticere, ff. de pæn.* ibiq; communiter *Scribentes, Bertaz. consf.crim.521.n.28.vol.2. Farin.consf. 11.n. 3.in 1. Menoch.de arbitrar. casf. 187. n.32. lib.2. & de præsum. lib. 2. quaest.91.n.8.lib.3.& quaest.122.n.94. lib.1.& quaest.5. n.39. Osasf.* post *alios dec.117. n. 9.* peritissimus *D. Hodier. ad Surd. dec. 281. n.15.* ac *alij* à *Me* adducti *Respon. n. 21.*

Tertiò asserit idemet Rationalis Banci in sua depositione super 4.art. *fol. 219.* actum publicum fecisse de consignatione pecuniæ, qui actus ad ipsum spectabat, & tamen non producitur nisi cartula, vndè vti sibi ipsi
37 contrario non debet adhiberi fides, imò nequidem audiri, *l.1. C.de furt. cap.sollicitudinem de appell. Alex.in l.* na-

naturaliter, §. *nihil commune n. 92. ff. de acquir. poss. Bal. in l. 1. n. 1. C. de muner. patrim. lib. 10. & in §. In his Instit. de empt. & vend. Ioseph Ludou. dec. Perus. 61. n. 11.* extat *l. 7. tit. 10. par. 3. Reg. Valenz. cons. 169. n. 87. lib. 2.*

Quartò idemet Rationalis super 7. art. deponit fuisse notatam consignationem assertæ pecuniæ Fuluio die 11. Iunij 1651. quodq; copiam ipsius tradidit Francisco Cicinello eius affini (*Mirum dictu?*) Fuluius quotidie degit in Banco, ipse recipit pecuniam, & de actu receptionis fit consignatio extraneo? Vbi igitur est originalis scriptura, quam ipsemet quoq; asserit in sua depositione penès ipsum remansisse? Nullibi, & sic vti Testi vario, deneganda quoque venit fides, *l. qui falsè, vel variè, ff. de testi. Cardin. Mantic. dec. 142. n. 13. Rota* apud *Farin. dec. 137. n. 4. dec. 172. n. 2. & dec. 194. n.* itidem 2. post 2. *vol. consilior. Io. Mar. Vermigl. cons. 117. n. 3.* vers. *Nec obstant.*

Estq; ad idem aduertenda notoria contrarietas inter Gubernatores, qui in 7. art. ponunt *fol. 216.* copiam receptionis pecuniæ fuisse traditam
39 Fuluio, & sic Testis cōtradicit principali, quo casu neutri fides est adhibenda *Gram. dec. 23. Vermigliol. cons. 408. n. 17.* inquiens, quod assertio principalis quando cum testibus nō concordat, ex quo aut assertio, aut testes sunt falsi, nullum prorsus faciunt gradum probationis cùm ad concordiam reduci non possunt, neque in ciuilibus, *DD.* communiter *in l. 2. §. creditam, ff. si cert. pet.* & in *cap. Cum tu*, vbi *Falin. n. 9. de testi. Surd. cons. 273. n. 30. lib. 2. Capuaq. dec. 283. n. 6. & 7. par. 3.* multoq; minus in cri-
40 minalibus, in quibus liquidissimæ requiruntur probationes *l. fin. C. de probat.*

Et licèt Gubernatores enixi fuerint eiusmodi scripturam verificare pluribus examinatis testibus super 5. art. *fol. 219. & seqq.* Attamen non nisi Rationalis deponit fuisse præsē-
41 tem subscriptioni Fuluij; cæteri verò deponunt habere notam manum, vndè non probant ex dictis per *Affl. dec. 181. Gram. dec. 84. & 93. n. fin.* vbi ità decisum testatur per Sac. Consil. ibiq; allegat *Alex. Menoch. & Mascar.* ijsq; se subscribit *D. Staiban. d. resol. 3. n. 21.* adducens *Cardin. Paris. cons. 19. n. 43. & seqq. lib. 3.* quem omninò videndum monet.

Minùs facit comparatio manus,
42 quia periculosa, & fallax est probationis species, cū multi alienas manus imitentur, ac propterea de facili multæ falsitates committi possunt, *Authen. de instru. fid. & cautel. in princ. Alex. cōs. 76. n. 9. lib. 3. Zas. cons. 3. n. 63. lib. 2 Menoch. de arbitrar. cas. 114. n. 14. Triuis. dec. 52. n. 23. & 25. Mascar. cōcl. 330. n. 1. Ludou. dec. Perus. 7. n. 18. Vermigliol. cons. 231. n. 12.* vers. *Nec obstat.* Sed peculiariter ex pluribus alijs modò adducendis in iure prosternitur.

Primò, quia committitur comparatio manus duobus Actorum Magistris Magnæ Curiæ, Fuluio inaudito adhoc vt potuisset se defendere,
43 & sua iura producere, vndè sine citatione actus redditur nullus, *l. de vnoquoque*, vers. *Quos causa*, vbi *Glos. ff. de reiud.* & nihil officiunt acta, & processus non citato, *l. 2. C. quib. res iudicat. non noc. l. inter C. familia ercisc. & l. fin. C. res inter alios acta, cap. pen. de senten. & reiud. Alex. cæterique Scribentes in d. l. de vnoquoq; Salic. in repet. Auth. Si omnes*, aliàs incipit *Ad hac n. 2. C. si minor hæred. se abstinuer. Socc. de citation. art. 5. n. 10. Vuesemb. cons. 49. n. 15. lib. 1. Caualc. dec. Finiz. 5. n. 15. lib. 4. dec. 3. n. 9. & dec. 22. & 23. lib. 5. Pereg. cons. 24. n. 27. lib. 1. cons. 11. n. 46. lib. 3.* & ex bonis Authoribus *Terent. in Phoracio, act. 2. Scan. 3.*

Sym-

*Symmac.Epistol.*47.*lib.*10.ibi, *Quando enim ignorantibus, & absentibus gesta nocuerunt? Quis vnquam sententiam*
44 *numinis vestri inauditus excepit?* Nec Princeps supremam potestatem habens contra inauditum, & non citatum, potest aliquod definire, *cap.1.de caus.possess.& propriet.* vbi *Io.Andr.* & alij *l.fin.* vbi *Bart.C.de legi.Reg.Valēz.cons.*155.*n.*56. vers. *Nam cōtra, lib.*2.
45 & in terminis, quod prætensum indicium per comparationem peritorū ex officio electorum, nullum inferatur præiudicium parte non citata, tradit *Vulpell. cons.crim.* 135. *per tot.* præsertim *n.*3.*& seqq.Baiard.ad Clar.* §.*falsum n.*108.quos sequitur *Vermigliol.cons.crim.* 410. *n.*6. vers. *Tum etiam, & cons.*8.*n.*7. quicquid in contrarium, Contrarij edixerint, eo sub prætextu, quod in criminalibus non auditur Reus in captura informationis, quod sanè Pragmaticorum enūciatum est, & à iure improbatum, ex supradictis, Legibus certandum est, non asseuerationibus, quia sine
46 lege loqui erubescendum Nobis est.

Secundò: scripturæ ex qua fit cōparatio non sunt in processu, licèt Actorum Magistri illas referant, cū certum sit, scripturam ex qua fit cōparatio, esse debere certam, & indubitatam penès acta, secundùm *DD. in l. comparationes*, vbi *Salic.* præsertim, *n.*12.vers. *Et ex prędictis, & n.*13. *in fin.* vers. *Comparatio requirit duo extrema, ff. de iureiur. Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *cas.*114.*n.*29. *in princ.* & vers. *Sumetur etiam*, vbi in terminis tradit, quod de certitudine scripturæ, ex qua fit comparatio debet cōstare coram Iudice causæ, & non coram petitis, *Thom. Triuisan. dec.* 52. *n.* 10. *in fin.* & pro vno de requisitis, vt comparatio sit efficax ad probandum adducit *Farin.in par.*1. *fragmētor.* verb. *Comparatio n.*455. *versus fin.* *pag.mihi* 91. *col.* 1. *Castren. cons.*312. *lib.*2. *Guazz. Ad defensam Reorum, def.*10. *cap.*23. *n.* 4. *Menoch. de arbitrar.Iudic.cas.*114.*n.*29.*Io.Mar.Vermigl.cons.*231.*n.*14.*in fin.& n.*15.vbi adducit peculiarem Rotæ determinationem in vna Bononien. bonor. 17. Decembris 1617. coram D. Buratto.

Tertio: Actorum Magistri deponunt de iudicio absq; iuramento, & sic dicuntur Testimoniales nullam fidem facientes, sicuti in terminis est *tex.in l.comparationes*, §. *omnes*, *C. de fid.instr.* & ibi *Iacob.Butrigar.in princ.* vers. *Et iuramento præstito*, ibiq; *Cyn.n.*6.*Bart.in Summar. & n.*3. *in* 4. *notab.* alijq; plures adducti à *Farin. loc. cit. n.*483. *& seq.* vbi quod eiusmodi iuramentum est de forma compara-
47 tionis, adeò quod si non pręstetur, vel sub alia forma, comparatio est nulla, ibiq; plures cougerit Authores, *Surd.cons.*187.*n.*27. *Menoch.cons.* 114.*n.*28.*Genua loc.cit. n.*60. *& seqq.* quos ad id laudat *D.Staib. d. resol.*3. *n.*23.*& n.*21. tradit scripturam pri-
48 uatam non recognitam, nec à Parte concludenter verificatā omni prorsus fide carere, *l.instrumenta* cum ibi *notatis C.de probat. l.exemplo, & l.rationes, C.de probat.* cum innumeris penè adductis per *Genuam de scriptur. priuat.lib.*1.*quæst.*4.*n.*1. *Vermigl. cons.* 231. *n.*18. iubens esse quoque eiusmodi peritos eligendos de consensu partium, ex dictis per *Farin. d. verb. Comparatio n.*485. Ex quibus tradit idemet *Consiliar.Staiban.d.resol.*3.*in fin.* ex nonnullis per ipsum adductis fuisse per Sac.Cons.die 14. Februarij 1624. referente Consiliario Io. Baptista meliore docto viro determinatum, Albaranum, de quo agebatur, ex defectu probationis, nullā fidem præstare.

At casui nostro copias pręstat auxiliares, quia idemet Rationalis de anno

anno 1649. die 4. Augusti insimul cum Fuluio, fuerunt præpositi arcæ Bācariæ per Gubernatores, qui vnicuiq; ipsorum clauem dederunt pro custodienda pecunia, nec Fuluius de pecunia absq; ipso Rationali poterat disponere, id quod vltra quod factum sit notorium à partibus non
49 inficiatum, & allegare satis sit, secundùm *Grat. respon.83. n. 8. respon. 90.n.11. & respons.122. n. 30. vol.1.* constat ex plutibus testibus productis per Fuluium in defensiu. super 3. art. *fol.279. & seqq.* Et pariter innotuit in accessu facto per Dominos de Iuncta in visione librorum Banci, in quibus apparuit multas partitas solutionis pecuniarum arcæ nummulariæ, fuisse firmatas tam à d. Rationali, quàm ab ipso Fuluio.

Quò fit, vt dū modò ipsemet Rationalis exhibet scripturā informē, & penès ipsum stetisse affirmat, & cum iura-
50 mento deponit, omnia satagit in causa propria ad se exonerandum à redditione computorum, quo casu abiectæ, defluxæq; est fidei, *l. 3. §. ideoq; ff. de testi. l. nullus, & l. omnibus, C. eod. tit. cap. de cætero de testi. Ruin. consf.96.lib.4. Ioseph Ludou. dec. Perus. 10.n.9.par.1. Cacher. dec. Pedem. 79. n.40. Rot. Gen. dec.42.n.2.& 3. Rebuff. de reprobat. testium n. 419.* perbellè *Cicer. in Orat.* pro sexto Rosc. Americ. *More maiorum comparatum est, vt in minimis rebus homines amplissimi testimonium de re sua non dicerent; Africanus, qui suo nomine declarat tertiam partem terrarum Orbis subegisse, tamen si sua res ageretur, non diceret testimonium. Nam (in talem virum nō audeo dicere) si diceret, non crederetur.* Idem pro Fonteio: *Si qui ob aliquod emolumentum suum, cupidiùs aliquid dicere viderentur, his credi non conuenit: Tiraq. in tract. De iudicio in rebus exiguis ferendo in princ. Menoch. lib.2. præsum.51.n.27. Farin. de testib. quæst.* 55. est *lex Reg. 18. tit. 16. par. 3. Socc regu.515. Reg. Valenz. cōs.121. n.122 & seqq. lib. 2.*

Cum igitur delictum de pecunia, neq; Testibus, neq; Tabulis edocetur, & argumentis admodum exilibus nititur, quomodò puniendus est Fuluius, si neq; contra ipsum actione ciuili potest experiri? Herculès, Nugæ sunt, quæ illi opponuntur.

Impetitur etiam Fuluius eò quod de anno 1652. die 16. Ianuarij recepit duc. 400. ab Andrea Amatuozzo pro faciendis quatuor fidibus crediti duc. 1000. per quamlibet, & quod in libro introitus non adscripserit nisi duc. 300. *fol. 193.*

51 Sed pro responsione aduertatur, quod si deficerent prædicti duc. 100. in introitu, potiùs error præsumeretur, qui vt plurimum contingit in Bancis, secūdùm attestationem aliorum Bancorum, quàm falsitas, & sic est de iure, *Rota dec. 135. n. 15. par. 2. diuersor. Bertaz. cons. crim. 441. n. 8. & seq. lib. 2. Io. Maria Vermigliol. cōs. 282. n.8. & cons. 401. n. 5.*

Nec aures præbendæ sunt asserenti Fuluium ex tot milliorum millibus introitatis, voluisse falsitatem committere in duc. 100. Vltra quod actio nulla competit Gubernatoribus, sed tantùm domino pecuniæ, qui non conqueritur, nec accusatio-
52 nem instituit, & dùm nemo est qui accusat, quis condemnare poterit, ad *tex. in l. rescripto, §. si quis accusatorem, ff. de muner. & honor. Glos. in l. 2. §. si publico, C. de adult.* idq; iure diuino exortum, habetur in *Euangel. Ioann. cap. 13.* vbi deprehensam in adulterio dimisit *Christus*, quia non habuit accusatorem, ibi, *Mulier nemo te condemnat, & Ego te absoluo, Gram. dec. 31. n. 1. circa fin.*

Sed veritas est in propatulo, nam omnes quatuor fides crediti totius summæ in iudicio deductæ sunt *fol.* 194.

194.*& seqq.* Vt indè sit asserendum,
53 mendacem esse debere memorem, & carere debere omnibus petitis, & impetratis, *cap. postulasti, & cap. super literis de rescr. l. & si legibus, C. si contra ius, vel vtilit. publ. l. fin. C. de ijs qui à non Dom. manumitt. Rota Rom. Sacri Palatij dec.* 541.*n.* 12.*par.* 3.*lib.* 3. *Reg. Valenz. cons.* 69.*n.* 94. *lib.* 1. idcircoq; quærelantibus in nullo credi debet, cùm & mentientis pæna sit, vt nec vera dicenti credatur, secundùm *Diuum Isidor. lib. 2. de summo bono cap.* 30. & est *lex* 3. *circa fin. tit.* 4. *par.* 2. *Reg. Valenz. cons.* 169.*n.* 78. *lib.* 2. *Rota dec.* 79.*n.* 1. post *med.* post *lib.* 2. *consilior. Farin., Vermigl. cons.* 70. *n.* 9. vers. *Quinimò*, inquiens mendacium
55 de per se satis esse ad detractionem fidei, *Rota dec.* 79.*n.* 1. *ante med.* vers. *Accedit quod conuincitur de mendacio* post *lib.* 2. *consilior. Farin., Vermigliol. cons.* 60. *n.* 14.

Modò dispungamus falsitatẽ oppositam, & prætensum furtum smaragdorum pignori datorum Banco per D. Ferdinandum Caracciolum Ducem Castrisanguinis existẽte depositario pignorum ipso Fuluio, de quo criminaliter puniri est quoq; in statum *fol.* 217.

At si veritatem amamus, quàm debili nititur fundamento eiusmodi criminis obiectatio, exindè deponitur, Nam licèt pignori dati fuerint smaragdi, postmodũ de ordine Gubernatorum restituti fuerunt eidem D. Ferdinando, cuius nomine apocã fecit in beneficium Banci duc. 800. Io. Baptista Santullus, quę quantitas longè excedit valorem smaragdorũ, quę apoca reperitur reposita eodem in loco, vbi pignus custodiebatur, & quod magis est, idem Santullus ad instantiam Gubernatorum mediante decreto huius inquisitionis Cõmissarij, fecit depositum duc. 800. itaq; examinatus Fuluius veritatem hanc
56 deponit *fol.* 250. Vbi igitur furtum, vbi falsitas? cessant etenim omninò, quando actus habet primordium veritatis, *l. cum filius* 78. §. *hæres meus*, vbi *Bart. ff. de legat.* 2. *Foller. in pract. crim.* verb. *Item quod commisit falsitatem, n.* 35. *Clar. in* § *falsum, Surd. cons.* 173.*n.* 50. *cons.* 283.*n.* 6. *&* 285. *n.* 2. *et cons.* 409.*n.* 7. 8. *Io. Maria Vermigl.* ex multis *cons.* 242. *n.* 4. *cons.* 251. *n.* 10. *cons.* 402.*n.* 3. *& cons.* 430. *n.* 5.

57 Cessatq; pariter falsitas, & excluditur, data possibili veritate in contrarium, secundùm *Boss. de fals. n.* 133. *Bertaz. cons. crim.* 140.*n.* 10. *& seq. lib.* 1. *Viu. dec.* 81.*n.* 9. *Becc. cons.* 78. *n.* 11. *lib.* 1. *Honded. cons.* 109.*n.* 14. *& seq. lib.* 1. *Surd. cons.* 132.*n.* 20. *Rota* post *lib.* 2. *consilior. Farin. dec.* 121.*n.* 2. vers. *Siquidem, & dec.* 267. *n.* 7. *ad fin.* vers. *Sufficit enim, Vermigl. cons.* 198. *n.* 5. vers. *Adhuc*, Et comprobatur quia
58 Fiscus, & adhærentes eiusmodi falsitatem, & furtum non obiecerunt, nisi in quarto termino, quando inspexerunt circa alia imputata facinora nullam extare probationem, quod omninò despiciendum est secundùm *Menoch. cons.* 422. *n.* 12. *& seqq. lib.* 5. quem sequitur *Vermigl. d. cons.* 198.*n.* 7. imò malus persequentium animus dilucidè ostenditur.

Vtq; nihil intactum ad defensam commiserãdi hominis prætereamus, arguit Fiscus Fuluium interrogatum *fol.* 6. *at.* de ordine causæ Commissarij per Actuarium causæ affirmasse mutuò dedisse pecuniarum nonnullas quantitates particularibus personis, quæ cum essent Banci, dolosè se gessit, ideòq; furti pęna esse plectendum.

Sed re vera; suggestiua hęc interrogatio, nullis pręcedentibus inditijs, & assertio non iurata, factaque tempore quo Reus non adhuc erat constitutus Fuluius quamquã postmodum in examine reuocauerit, extorta

torta videtur artibus à iure improbatis, quæ nullum considerabile facit inditium, secundùm *Gram. vot.* 34.12.*& seq.* insignis *Farin. quæst.* 43:
59 *n.* 122. *& quæst.* 44. *n.* 27. prohibita siquidem est suggestio tam in teste, quàm in Reo, *Farin. cons.* 22. *n.* 20. vers. *Est enim suggestio, Vermigl. cons.* 15. *n.* 23. *& cons.* 80. *n.* 2. Etenim dum specialis fuit facta interrogatio non cõstito de delicto, nec super eo exa-
60 minato Fuluio, suggestio dicitur, *Salic. in l. fin. in fin.* C. *de accus. Boss. de exam. Reor. n.* 12. *Cason. de tormen. cap.* 15. *n.* 1. *& seqq. inter tractatus nouissimos tom.* 11. *pag.* 314. *Cartar. de interrogan.* Reis *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 54. *& seqq. & n.* 67. *&* 68. *Foller. in prax. crim.* verb. Rei *indurati torqueãtur, n.* 1. post *med.* vers. *Quia hoc esset suggerere, Scacc. de iud. lib.* 1. *cap.* 86. *n.* 8., *Farin. quæst.* 83. *n.* 84. 88. *& seqq.* vbi *n.* 94. tradit,
61 quod confessio per hanc suggestionem extorta, neq; confitenti nocet, etiamsi ratificata fuerit, idem *Farin. cons.* 185. *n.* 13. *lib.* 2. *& cons.* 226. *n.* 10. *lib.* 3., *Guazz. Ad defens. Reor. defen.* 32. *cap.* 22. *n* 1. Vndè *Ferrett.* in pul-
62 chro *cons.* 66. *n.* 4. inquit, quod Inquisitus, vel carceratus interrogatus in specie super delicto quando non præcedebant inditia (sicuti thesis nostra indicat) debet absolui, imò relaxari absq; impensa, *Rol. cons.* 40. *n.* 12. *lib.* 2. *Guazz. defen.* 20. *cap.* 13. *n.* 1. vbi tradit *Ferrett.* ità aliàs obtinuisse à Legato Perusię, quodq; multis astantibus dixit Iudici, *Priùs ad discendum te habe, quàm ad iudicandũ, Farin. cons.* 83. *n.* 6. *in fin. & d. quæst.* 83. *n.* 84. *& seqq.*

Quorsum plura? (*Exhorresco referens*) & asserere sum suasus, quod Iniquitas huic iurgio primordia fecit, Iniquitas coaluit, educauit, Iniquitas in hanc magnitudinem, quę nunc viget, vsq; pduxit. Perlectis in formationibus animaduerti, Deferentium eò omnia tendere consilia, vt innoxium hominem morti traderent, adhuc spretis vulgaribus iurium dogmatibus, siquidem post quater publicatas attestationes, didicitaq; testificata, Iudices cum ijs ad libitum informando, ac monito Fuluio ad sententias audiendas, dum agnoscebatur non adesse probationes, iterũ nouis propositis capitibus, nonnisi ijdem Testes mercenarij Banci, ac salariati, subditiq; Gubernatoribus in Testes producti sunt, Exclament mecũ iura in *cap. fraternitatis de testi. & in Clem. Testibus, eod. tit. Auth. At qui semel, C. de probat.* quo fato sint è libris delata, vt hac in causa non obseruẽtur, Timor ille subornationis à legibus consideratus, quo in iurgio magis locum sibi vindicare poterit, quã in hoc, & si *DD.* vnanimi spiritu sentiunt, etiam quod processus non fuerit formiter publicatus, si testificata quoquomodo fuissent didicita etiã quod prætendatur examini aliorum testium locum esse, siue ex officio, siue ad Fisci instantiam, satis esse, vt
63 aditus reiterato examini occludatur? ex dictis per *Host. in d. cap. fraternitatis n.* 37. vers. *Et postea, & n. seq. Mars. in prax.* §. *sequens n.* 7. vers. *Tamen, Alex. in l.* 4. §. *hoc autẽ n.* 29. vers. *Tamẽ, ff. de damn. infect. Clar. in prax. quæst.* 61. *n.* 5. *in fin. Farin. de testib. quæst.* 75. *& n.* 330. *& n.* 417. *& seq. & n.* 424. vbi quod est verior, & cõmunior opinio, idque euenire inquit *Bart. in l. per hanc n.* 5. vers. *Nec obstat, C. de tempor. appell.* post *Cyn. in* 2. *oppos.* nedum ob timorem subornationis, verùm etiam ex identitate instantiæ, *Surd. cons.* 179. *& dec.* 126. *Thes. dec.* 28. *Cappell. Tholos. dec.* 284. *et seq. D. de Frãch. dec.* 371. *Affl. dec.* 126. *Giurb. dec.* 74. *Episc. Ricc. dec. Archiep.* 44 *par.* 2. *Reg. Rou. in Prag. Cursu dilationum n.* 1. *& seqq. de ord. iudicior. Guttier. practicar. lib.* 1. *cap.* 57. *Gregor. Lo-*

Dd 2 pez

*pez in l.34.tit.16.par.3. Glos.35. Noguerol Alleg.*10.*art.*2.*n.*282.*cum seqq. Gabr. comm. conclus. lib.*1. *tit. de testi. concl.* 21. *per tot.* vbi per 11. ampliationes, & 71. limitationes rem enucleat, *Reg.Sanfel.dec.22.& 23.* in contingentibus casibus, *Muscat.in prax. par.6.Glos.Causa n.9.Ludouis.dec.*497. *n.*1.*& seqq.* idq; procedere in ciuilibus post multos adnotaui *Ego in d. Additio.ad Muscat.loc.cit.pag.*198.*col.* 2.vers.*Ad nonũ*, eòq; magis in criminalibus procedere testantur praeci-
64 tati Authores, summa eum ratione, Nam praecipuè ad Iudicis spectat officiũ obuiare, ne subornationis immineat timor, secundùm *Menoch.cõs.* 188.*n.*14.*Giurb.cons.*49.*n.*25. Eò fortiùs, quia theorema illud nemini nõ cognitum, quod post didicita testi-
64 ficata, non sunt noui testes admittẽdi locum sibi parat, non solùm ratione praesumptae subornationis, sed etiam vt tandem instigatoris vexationi finis imponatur, hoc est aureũ dictum *Io.Andr.in d.cap fraternitatis n.*25. vers.*Primo quia, de testi.* vbi etiã *Abb.n.*6.vers.*Item, Felin.n.*11.*Cardin. Zabarell. in Clem.*2. *n.*12. *in fin.* vers. *Fuit enim, de testi. Feder. de Sen. cons.* 262. *n.*1. *Alex. cons.*84.*n.*2. vers.*Pro hoc etiam, lib.*4.*Surd.cons.*8.*n.*20. vers. *Et timor, lib.*1.

Et praesertim, quia Testes omnes inimici sunt Fuluij, quod maximè considerandum venit secũdùm *Affl. dec.* 272.*n.* 3. quem laudat ad hoc *Vermigl. cons.* 324. *n.*6. inquiens esse vetitum quaerelanti, & instigatori, examinari facere, nedùm eosdem testes aliàs examinatos, sed etiam nouos super eisdem, super quibus caeteri iam examinati fuerunt, adducens iura praedicta, & *Cardin.Seraph. dec.*511.*n.*1.*& seq.* idem *Vermigl.cõs.* 354.*n.*7. Et magis, quia ex scriptura producta *fol.* 328. & *seq.* ac testibus in defensiu. super 2. *art. fol.* 276. & *seqq.* etiam Sacerdotalibus infulis insignitis *fol.* 185. benè sunt conscij, quicumque sunt qui iudicium hoc agnouerunt, qua mente, quouè spiritu sint ducti nonnulli ad hanc vexationem vellicandam, non aliud consulentes, nisi de mortis genere inferendo; Ruant igitur in hominem stricto ferro, euaginatisq; ensibus de eius vita decernant, Pandant eorum voluntatis arcana, explicent vota, Non desinant nouas obijcere obtrectationes, Pro nobis iustitia faciet, ęquitasq; pugnabit, quam insectaturos Dominos Iusdicentes in spem ducor, quorum censurae, quae in hoc exaraui patrocinio, quaeq; pluries (curis quietem excutiẽtibus ingenti cum labore paraui, & ponderaui ad innocentiam detegendam) alacriter subijcio. Non enim possunt non faelicem ominari euentum, ij labores, qui ad innocentium defensionem exantlati videntur.

Laus Deo, Beataeq; Virgini Mariae, Neap.die 29.Iunij 1653.

Manauit è Regia Iuncta decisio, quod *Fuluius remiget vita durante*, ad quam paenam euadendam, quae exaraui, Vide in *seqq.*

S V M.

SVMMARIVM.

1 Author indubitatum censet articulum, Nobilitatem filij porrigi ad patrem ignobilē, saltim quoad pœnarum irrogationem.
2 Doctoratus est dignitas.
3 Doctoratum non esse dignitatem, qui dixerunt, ratiocinantur de quatuor gradibus contentis in l. 1. C. de dignit. lib. 12.
4 Author profitetur, Muscatellum, non suo, sed elegantiori meruisse exornari Scholio.
5 Doctor in Medicina, consequitur dignitatem.
6 Medici licèt ordinariè doctorentur in artibus liberalibus, & Medicina, nihilominus consequuntur dignitatem.
7 Medici vigore priuilegij concessi à Regina Ioanna II. habent eadem insignia, quæ dantur cæteris Doctoribus.
8 Nobilitas idem est, ac dignitas.
9 Chyrurgus quoad pœnas tractatur vti Nobilis.
10 Pœna triremium in Regno plebeis tātùm Tribunalia, infligere consueuerunt.
11 Doctor in Medicina, & Philosophia, dicitur Nobilis.
12 Filius Medici fuit decapitatus, quia tractatus vti Nobilis.
13 Balthaxar de Angelis Iudex Perpetuus in Criminalibus, laudatur.
14 Pœnæ Nobilium, & plebeiorū sunt distinctæ in Regno.
15 D. Præf. Vincentius de Franch. dec. 569. expenditur.
16 Nobilis in Regno quando decapitatur, Plebeius furca suspenditur, & vbi Nobilis relegatur, vel deportatur, plebeius condemnatur ad regias triremes, vel ad tempus, vel perpetuò.
17 Nobilis in Regno à plebeio distinguitur circa pœnarum irrogationem etiā in crimine læsæ Maiestatis humanæ, & diuinæ.
18 Nobilis in crimine falsi, & furto, distinguitur à plebeis circa pœnarum irrogationem de consuetudine.
19 Cap. Regni Ad hoc, loquens de furso, fuit interpretatum in Regno, vt Nobilis decapitetur.
20 Io. Franc. Sanfel. Reg. dec. 56. n. 1. par. 1. reijcitur quatenus contrariatur dec. D. de Franch. 569. & declaratur.
21 Rei de delicto non confessi, nec conuicti, puniuntur extra ordinem, si fuerint tantùm suspecti.
22 Reus non conuictus, nec confessus, ad interesse condemnari potest.
23 Nobiles, & plebei diuersis coercentur pœnis etiam in crimine peculatus, Sacrilegij, Incendij, Adulterij, Veneficij, Homicidij, & alijs.
24 Nobilitas filij porrigitur ad patrem ignobilem.
25 Decisio Sacri Cōsilij apud Consiliar. Gizzar. dec. 10. expenditur.
26 Fiscus causarum criminalium impedimentum præbuit ne causa decideretur in casu decis. 10. apud Gizzar.
27 Anton. Gamm. dec. Lusitan. 112. pro singulari affertur, quod Nobilitas filij, porrigitur ad patrem ignobilem.
28 Dignitas de patre in filium descendit.
29 Pater nobilior ostenditur ex filij dignitate.

30 Fi-

30 *Filius nobilitat patrem.*
31 *Dignitas filij, laus, & gloria est patris.*
32 *Patris dedecus, filij dedecus videtur.*
33 *Filij iniuria, patris iniuria est.*
34 *Gener loco filij est, & tandem quam filius, patri, socero reuerentiam debet.*
35 *Vxor dicitur vna caro cùm marito, vndè maritus dum est in potestate soceri, vxor quoq; esse videtur.*
36 *Dispositum in vno ex correlatiuis cēsetur in alio dispositum.*
37 *Parentes ex filiorum adquisita gloria honorantur.*
38 *Filij dedecus, est dedecus patris.*
39 *Senex dicitur perpetuo morbo laborare vti infirmus, & infirmorum priuilegijs gaudet.*
40 *Priuilegia omnia infirmis tributa, senibus competunt.*
41 *Senectuti, & atati est ignoscendum.*

ARGVMENTVM.

Doctoratum esse dignitatem, & Medicos doctoratus Insulis insignitos etiam Chyrurgos esse Nobiles attento priuilegio elargito à Regina Ioanna II. demonstratur, expensa decisione Sac. Regij Consilij Neapolitani apud *D. Præs. de Franch. dec.* 564.

Pænas in Regno de consuetudine diuersimodè practicatas fuisse in Nobilibus, ac in plebeis, vt vbi Nobilis decapitatur, Plebeus furca suspenditur, vbi Nobilis deportatur, vel relegatur, Plebeus ad triremes condemnatur perpetuò, vel ad tempus, tam in delictis peculatus, Sacrilegij, Furti, Veneficij, Homicidij, & alijs, quàm etiam in crimine læsæ Maiestatis Diuinæ, & Humanæ expenso pariter Sacri Regij Consilij placito, apud *D. de Franch. dec.* 569.

Nobilitatem filij superuenientem, porrigi ad patrem ignobilem, in pænis infligendis ex multis commonstratur, præsertim ex dictis per *Consiliar. Gizz. dec.* 10. & *Gamm. dec. Lusitan.* 112. ac etiam ex vi correlatiui siquidem filij gloria patris esse censetur, & è contra, ad quod theorema probādum, quamplura adducuntur.

PRO

P R O

Fuluio de Falco eiuſq; Filio Medico, & Genero V.I.D.

C V M

Regio Fiſco, & Quærelantibus.

RESPONSVM XXI.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 SVperuacaneum,ac ferè extra aleam,meum diiudicaui patrociniũ in eo diſcutiendo articulo, ***Num filij Nobilitas porrigeretur ad patrem ignobilem, ſaltim quoad pœnarum irrogationem?*** Sed vix in iudicio deducto ad inſtantiam Nicolai de Falco filij legitimi, & naturalis Fuluij (pro quo defendendo,iam innotuit, quot quantoſq; exantalauimus labores) quiq; modò per Regiam Iunctam condemnatus extitit ad remigandum eius vita durante, vti in calce *praceden. Reſponſ.* adnotauimus,breui ſanè dietum termino diem ſuũ obiturus,quippe qui, ſenio iam confectus, ſeptuagenario maior,carcerum ſqualore maceratus (*Infelix homo*) portenti inſtar quomodo in fata non conceſſerit? Artis Medicæ Doctoris, ac V.I.D. Anelli Saraceni eius Generi, qui actu Iudicatum Tribunalis Graſſię,ſiue abundantiæ huius Fideliſſimæ Ciuitatis agit, petentium pœnam remigationis commutandam cum ea,quę Nobilibus inferri conſueuit, exhibitis per ipſos Doctoratuum priuilegijs, innotuit, *Proh dolor?* Fiſci Patronum peculiari Excellẽtiſsimi Dom. Proregis diplomate hac in cauſa electũ, qui omnes ſuæ peritiæ conatus oſtẽdit, atq; omnem animi, ingeniјq; vigorem, ad cor, in hanc vnam pugnã intentus collegit, ad victoriam aucupandam,nempè quòd vltimo ſupplicio Fuluius afficeretur; reaſſumptis viribus, nedùm in controuerſiã deducat præexaratum articulum,verùm etiam pacato haùd hæreat animo,eiuſmodi priuilegium etiam Medicos attinere, Quare vt meam conſultationem iuſtam inſinuem,fas eſſe duxi,breui(ſeu mauis) ſaltillante calamo nonnulla indicare ad infraſcriptas theſes comprobandas, quarum

Prima eſt; Doctoratum eſſe dignitatem, & Medicum ex doctoratus Infulis dignitatem acquirere,& Nobilem euadere.

Secunda; in Regno diſtinctas eſſe pœnas Nobilium, ac plebeiorum, quodque condemnatio ad triremes, plebeis, non Nobilibus inferri conſueuit.

Tertia; Nobilitatem filij ad patres porrigi, præſertim in pœnarum irrogatione.

Quoad primam; obſeruandum rogo, *Nos*, non quidem ex anilibus fabulis, circumlatorijſq; nugis, vel ex Alcino (vt dici ſolet) Apologo, eiuſmodi propoſitionem deducere, ſed ex ſolida Doctorum traditione, quos recenſet *D.de Franch. dec.564. n.3.* verſ.*Dictum fuit*, vbi poſt *Bart. Bal.*

Bal. Felin. Ioan. de Plat. Rip. Dec. Abb. Marquard. & Affl. in sedibus per ipsum indicatis intrepidè sustinet Doctora-
2 tũ esse dignitatem in genere, quodque asserentes non esse doctoratum
3 dignitatem, ratiocinantur de dignitatibus consistẽtibus in illis quatuor gradibus contẽtis in *l. 1. C. de dignit. lib. 12.* & vt plura consultim (temporis angustia præpeditus) omittam, congerit multa *Muscatell. de doctorat. dignit. & author. par. 2. n. 30.* (qui licèt
4 non meo rudi, sed elegantiori meruerat exornari Scholio) illi tamen *Ego in Annotation. d. n. 30. in princ.* aggregaui *Ann. alleg. 123. n. 3. & Reg. Valenz. consf. 34. n. 60. & 61.* & modo subdimus idem asserere *Reg. Sanfel. dec. 56. n. 1. par. 1.*

Et peculiarem faciens sermonem idemet *D. de Frãch. in practt. dec. 564. n. 4.* de Doctore in Medicina, inquit
5 claram esse determinationem *Bartol. in l. omnes in fin. C. de Decurio. lib. 10.* quod consequatur dignitatem, adducens *Ioan. de Anan. Ioan. de Plat. Marquar. de Sannis Alex. & Felin.* ex
6 quorum dictis firmat conclusionem, quod licet Medici ordinariè doctorentur in artibus liberalibus, & Medicina, nihilominus is qui in artibus tantùm doctoratur, consequitur dignitatem.

Hæc planè decisio, ponit securim ad radicẽ, nam loquitur in casu fortiori, nempè in doctorato in Chyrurgia in studio Salernitano, condemnato ad triremes, Nos autem sumus in Doctore Medico Physico Doctoratus laurea insignito in Almo Colleg. Neap. & tamen *n. 11.* idemet *D. de Frãch.* tradit vnũ ex Dñis in fõte vidisse priuilegia concessa per Reginã Ioannam II. Almo Collegio Neapolitano Medicorum, ac *n. 12.* etiam priuilegia, quæ concedũtur Chyrurgis tempore Doctoratus, & reperijt,
7 quod Doctoratus appellatur celeberrima dignitas, & ei dantur eadem insignia, quæ dantur cęteris Doctoribus, vt benè dixerit *Bartol. in l. 1. n. 46. §. præterea, C. de dignit. lib. 12.* idẽ
8 esse nobilitatem, ac dignitatẽ, quod dictũ extollit *D. Garf. Mastr. in tract. de Magistrat. tom. 5. lib. 2. cap. 8. n. 4. Reg. Sanfel. dec. 56. n. 3. par. 1.* Vndè Sacrum Consilium die 4. Septemb.
9 1595. decreuit Chyrurgum esse cõdemnandum ad pęnam triẽnalis relegationis, ad quam Nobiles condẽnantur, & in principio decisionis ad-
10 notauit Tribunalia Regni plebeis tantùm triremium pænam infligere, & dictis per *D. de Franch.* collimanr, quę tradit *Io. Vinc. Ann. in repetit. Cõstit. Regn. Terminum vitæ n. 18. & tribus seqq.* vbi inquit adamussim Do-
11 ctorem Medicinæ, & Philosophię esse Nobilem, ex dictis per *DD. in rubr. de Magistr.* Itaq; in pęnis vti Nobilem esse diiudicandum asserẽs decisionem peculiarem Sacri Consilij de anno pręterito, dum ipse scri-
12 bebat in filio cuiusdam Medici, qui fuit decapitatus, eius nomine honoris gratia (vti ipse ait) obliterato, & de *Ann.* ad propositum, mentionem
13 egit *Balthazar de Angelis Iudex Perpetuus in Criminalibus*, partes Fisci in hac causa sustinens in *Scholijs ad Cõsiliar. Gizzar. dec. 10. n. 23.*

Secunda thesis vertitur, vt insinue-
14 mus in Regno distinctas esse pęnas Nobilium, ac plebeiorum, & ne lõgius abeam, copias nobis præstat au-
15 xiliares omniscius *Præs. de Franch. dec. 569.* inquiens *n. 1. 2. 3. 4. 5.* in Regno seruatum fuisse, & quotidie seruari, quod in genere pęnę infligendę, alio modo punitur Nobilis, alio
16 modo Ignobilis, Nobilis enim decapitatur, & Plebeius furca suspenditur, Nobilis relegatur, vel deportatur, Plebeius verò condemnatur ad regias triremes, vel ad tempus,
17 vel perpetuò, quę omnia seruari vidisse

diſſe teſtatur etiam in crimine læſe
Maieſtatis diuinę, & humanę. Vndè
eueniente caſu in quodam Nobili
inquiſito cum multis plebeis de fur-
to magno in ſtrata publica, & Magna
Curia condemnaſſet ad furcarũ ſu-
ſpendia, quaſi quod ex hoc perdidiſ-
ſet Nobilitatem, Sacrum Conſilium
reformauit ſententiam prędictam,
condemnando Nobilem ad pœnam
truncationis capitis, eam afferens
rationem *n.6.* quia ſic eſt ſeruata cõ-
ſuetudo in caſibus læſæ Maieſtatis
18 diuinæ, & humanæ, & in crimine
falſi, ac in furto, tum etiã quia adeſt
Capitulum Regn. Adhoc, in ſpecie lo-
quens in furto, & dans Nobili pœnã
capitalem, quæ recepit interpræta-
tionem, ideſt, per amputationem ca-
pitis, & plebeio pænam furcarum,
adducitq; *D. de Franch. n.7. Nigr. ad
Cap. prædictam, & Sebaſtianũ de Nea-
pol. in cap. placuit ſub tit. de rapin.*
quicquid in contrarium adducatur
Reg. Sanfel. dec. 56. n. 19. par. 1. vbi in-
quit non obſtare *D. de Franch. d. dec.
569.* quia loquitur in ſimplici furto,
& non extenditur ad omnia alia de-
licta, Nam præterquam quod: nihil
ſubſtantiale adducit ad fidem *D. de
Frãch.* debilitandam, Attamen (qua-
tenus rei noſtrę conducit) adhuc no-
bis ſuffragatur, dum *n. 23.* ſubdit, di-
cta per ipſum procedere, cùm con-
uicti, ſeu confeſſi fuerint Rei de
enormi delicto, ſecùs verò ſi extra
ordinem venirent puniendi ex indi-
21 cijs, per *tex. in l. Iudices*, verb. *Conui-
cti*, *C. de dignit. lib.* 12. puniũtur enim,
ſecundùm ipſum Rei extra ordinem
quando non ſunt conuicti, ſeu con-
feſſi, veluti de delicto ſuſpecti, non
autem tanquam delinquentes, prout
ponderat *Caball. reſolut. crimin. cap.* 82
22 *n.* 15. volens hoc in caſu non poſſe
condemnari ad intereſse.

Vtq; nulla præbeatur anſa dubi-
tandi, *D. de Franch. n.* 8. hæc protulit
verba, *Poſui hoc ne in futurum amplius
de hoc dubitetur*, & *Præſid.* adducto,
eoq; collaudato, approbat *Conſiliar.
Ruſoh. de virib. patr. poteſt. par. 4. cap. 2.
n. 67. verſ. Verum in hoc Regn.* vnde
Roizius in Addition. ad d. dec. 569. *in* 1.
23 *ampliat.* inquit Nobiles, & plebeios
ſimul ſumptos, diuerſis coerceri pæ-
nis, idq; procedere etiam in crimine
peculatus, Sacrilegij, Incendij, Adul-
terij, Veneficij, Homicidij, & alijs, ra-
ra peculiaria ad hoc aſſignans, ple-
na manu tradit *Conſiliar. Ann. conſ.
43. per tot. vol.* 1. plura inſignia perpẽ-
dens, quæ mihi modò indicare, otiũ
non eſt, ne tranſcriptor videar.
24 Tertia tandem propoſitio; quod
Nobilitas filij porrigatur ad patrem,
robur accipit ex traditis per *Luc. de
Penn. in l. mulieres n. 5. de dignit. lib.* 12.
*& in l. in ſacris 3. C. de prox. ſacror.
ſcriniior. lib.* 11. *Alber. in l. Imperatores,
ff. de decurion. Conſiliar. Gizzar. d. dec.
10. per tot.* qui in *princip.* caſum enar-
25 rans de Doctore legum, Sutoris fi-
lio, ſeſe opponente exequutioni ſen-
tentię contra eius patrem Litæ per
Magn. Cur. Vicariæ confirmatę per
Sac. Conſ. de remigando per quin-
quennium ex cauſa homicidij, dum
ad vtramq; partem plena manu arti-
culum diſputatum in Sac. Conſ. tra-
didiſſet, *n.* 10. verſ. *Hæc reddebant*, ad-
ductis peculiaribus iurium diſpoſi-
tionibus, nempè *tex. in l. 2. §. in filijs,
ff. de decur. & tex. in l. moris, §. paren-
tes, ff. de pæn.* quibus apertè ſuadetur
nobilitatem filio ſuperuenientem
prodeſſe patri quoad pœnarum irro-
gationem, fidem adſtringit ſuam *in*
26 *fin. d. dec.* verſ. *Hac cauſa*, quod Fiſcus
dum ad motum labiorum Domino-
rum de Conſilio, & ex motiuatis per
ipſos, perceperiſſet difficultates con-
tra ipſum, impedimentum pręſtitit il-
la die ne cauſa decideretur, dum ac-
cinctum erat Sacrum Conſilium, vnà
cum Dom. Pręſid. de Franch. ad vo-

Ee tan-

tandum, & inter moras euenientè
obitu inquisiti punctus non fuit ali-
ter decisus, subdens notabiliter, *Et*
cum acciderit, ex his facilè decidi pote-
27 *rit*, & approbat *Giurb. de successs. feu.*
prælud. 3. n. 10. vers. *Proindè*, vbi ad-
ducit *Bart. in l. si Senator. C. de dignit.*
lib. 12. ibiq; *de Gizzar. d. dec. 10. me-*
minit, & de *Gamm.* cuius *decisio feu-*
dalis est 112. in quodam lapicida pa-
tre Episcopi, quem in carcerem pu-
blicum detrudi instabat creditor, nō
autem assignari domum loco carce-
ris, ob dignitatem sui filij, sicuti do-
ctus Aduocatus asserebat, allegando
28 quod dignitas de patre in filium de-
scendit *l. 1. ff. de Senator.* quodq; *textū*
hoc dicentem non viderat, dum al-
ter Aduocatus adducebat *tex. in Au-*
then. Constitutio quæ de dignitatibus. §.
29 *generaliter*, ibi, *Et nobiliores adhuc*
patres ostendat, ibiq; *Glos.* in verb. *No-*
30 *biliores*, inquit, *Nota nobilitari patrem*
per filium, & in verb. *Occasionem*, ibi,
31 *Nota dignitas filij, laus, & gloria pa-*
tris, cum vna sit persona, vt C. de im-
puber. & alijs substit. l. fin. sic è contra,
32 *dedecus patris, dedecus filij videtur, vt*
ff. de liber. caus. l. 3. & filij iniuria, pa-
33 *tris est*, & adducebatur quoq; *tex. in*
l. moris est, §. parentes, ff. de pan. & de
honestis personis, pęnis triremium
non subijciendis, abundè *Giurb. loc.*
cit. n. 13. & 14. vndè re discussa, Se-
natus pro filio sententiam tulit, inni-
xus iuribus pręadductis etiam per
Gizzar. d. dec. 10. n. 10. & dictis per
Tiraq. de Nobilit. cap. 7.

Hęc autem, quę satis arguunt iu-
stitiam filij Doctoris Medici, non
minus aciem instruunt Generi V.I.D.
nam eadem quadrāt bellissimè, Ge-
34 ner etenim loco filij est, & eamdem
quam filius, patri reuerētiam debet,
D. de Frāch. dec. 162. & 366. per *tex.*
in l. quia parentis 16. ff. sol. matr. ibiq;
Glos. 1. inquit, *Parentis scilicet natu-*
ralis, cuius rei rationem reddere dū
35 satagit, subdit, *Quia cùm vxor vna*
caro sit cum marito, & maritus sit in
potestate soceri vxor quoq; esse vide-
tur, & paulò post, *Verè tamen vxor*
non in sui, & veri patris est potestate,
vt C. de condit. insert. l. si vxor, quibus
36 facit peroptimè regula correlatiuo-
rum, vt dispositum in vno ex eis, cen-
seatur & in alio dispositum, ad *tex. in*
l. fin. C. de indict. viduit. tollen. & per
tex. in d. l. quia parentis, tenet *Aret.*
cons. 24. n. 26. Crau. cons. 282. n. 9. lib. 2.
insignis *Padill. in l. interpositas n. 21.*
in fin. C. de trās. Salzed. in Addit. ad reg.
532. Bernar. Diaz in fin. Mogollon. de
his quæ vi metusue caus. cap. 4. in princ.
n. 15. vbi idem dicēdum esse in Auo
tradit, appositè *Castill. Sotomayor. quo-*
tidian. controuers. lib. 3. cap. 1. n. 168. &
alibi passim, & satis lepidè inquit
Luc. de Penn. in l. mulieres, n. 3. vers. *Et*
hoc progreditur, C. de dignit. lib. 11. si-
cuti filij ex dignitate, & amplitudine
parentum, magis, ac plus extollun-
37 tur, ita & parentes ex filiorum ad-
quisita gloria honorantur, *Tiraq. de*
nobilit. cap. 18. n. 5. 6. Io. Rayner. eodem
tract. quæst. 5. principal. cap. 13. per tot.
Medic. de definit. cap. 42. in fin. n. 27.
tom. 18. fol. 302. Gratian. forens. tom. 3.
cap. 590. n. 18. Episc. Ricc. in prax. for.
Ecclesiast. decis. 545. in 1. impress. & re-
sol. 457. per tot. in 2. impress. Barbos. Epi-
scop. de offic. Episc. 2. par. alleg. 1. n. 22.
38 ita è contra dedecus vnius, est de-
decus alterius, *l. 3. ff. de liber. caus. l.*
sed si vnius 17. §. ait Prætor n. 10. &
seq. de iniur. Glos. in verb. *Occasionem,*
in §. generaliter, Auth. Quæ de dignit.
Gratian. forens. tom. 1. cap. 108. n. 55.
Escob. de purit. & nobilit. proban. quæst.
1. proemial. § 3. n. 29.

Quæ omnia si prostituerentur, in-
habilem senem triremis ipsa tanquā
inutilem repelleret, dicitur namq; per-
39 petuo morbo laborare senex, ac in-
firmus, & infirmorū priuilegijs gau-
det, ad *tex. in l. Ciuitatibus, ff. de legat.*
1. § si

1. §. si verò aliqui noluerint, Authen. de Quaestor. cap. 1. §. *Sin autem Episcopus de cler. aegrotan. in 6.* Quodq; priuile-
40 gia omnia infirmis tributa, senibus competant, plura effundit *Gabr. Velasc. de priuil. miserab. personar. par.* 3.
41 *quaest.* 18. *n.* 53. Ignoscendum siquidem aetati, & senectuti insinuat *Consult. in l. si quis in princ.* §. *ignoscitur, ff. ad Syllan.*

Laus Deo, Beataeq; Virgini Mariae. Neap. die 15. Nouembris 1652.

DECISIO.

D*IE Sabati 16. Mensis Nouembris 1652. Relato articulo in Regia Iuncta in aedibus Spectab. Dom. Regentis D. Hieronymi Garsia ipsius Praesidis, interuenientibus* Dominis *Consiliarijs D. Gasparo de Soto, & Paulo Staibano (qui & causae Commissarius) nec non Iudice Magnae Curiae perpetuo* D. *Blasio Boliaga, (absuit Iudex Philippus Martuscella) existente Fisci Patrono Iudice perpetuo Balthaxare de Angelis, dum vtrinque fuisset causa defensa, Fiscus impedimentum praebuit , ne decideretur, ideoq; in aliam diem dilata expeditione, nempè die* 21. *eiusdem mensis , & anni, in quo die interuenit* Iudex *Martuscella, nullum manauit decretum , Sed extemplò die Sabati 7. mens. Decembris eiusdem anni, manato rescripto S. E. quod exequatur decretum* in praeceden. *enunciatum , de remigando, fuit illud exequutum, Quae autem vltra praedicta, exaraui hoc in Nobilitatis articulo pro Cliente tuendo. Vide* in seq.

Penès *Anellum Violam* Act. Assump.

SVMMARIVM.

1 Decisio Dom. de Frãch. 564. *pro singulari adducitur ad insinuandum, Doctoratum esse dignitatem, & Medicum esse Nobilem.*

2 Decisio Dom. de Franch. 569. *in qua habetur pœnas plebeorum, & Nobilium in Regno esse distinctas, enucleatur.*

3 *Filiorum nobilitatem ad patrem porrigi circà pœnarum irrogationem, vndè probetur.*

4 *Senatuum Supremorum determinationes, vim legis obtineut.*

5 *Sententia Sacri Regij Consilij proferūtur sub nomine Regiæ Maiestatis.*

6 *Legis instar habere determinationes Senatuum, quæ singillatim referuntur.*

7 *Determinationes Senatuum debēt insectari in similibus casibus.*

8 *Regum iudicia debent niti constantiā.*

9 *Innocentiæ fraus parari non debet.*

10 *Senatus voluntas debet esse constans, & firma.*

11 *Curiarum praxis, & obseruantia magnam vim obtinere debet in litium diremptione.*

12 *Iudicandi consuetudo, vim legis obtinet.*

13 *Controuersiarum aliàs iudicatarum, in similibus consuetudo seruanda est.*

14 *Authoritas probati viri, satis confert ad determinationem causarum.*

15 D. Vincent. de Franchis *Sacri Regij Consilij Præses, extollitur.*

16 *Decisionibus* D. de Franchis, *plures docti euaserunt, & in dies euadere possunt.*

17 *Authoritas* Consiliarij Gizzarelli, *extollitur.*

18 Paulus Christinæus. dec. Belgic. 109. n. 37. & seq. *expenditur pro patribus potientibus nobilitate filiorum.*

19 Ioachymus Mynsingerius ad Schol. In Institutiones sede indicata *asseritur pro patribus potientibus nobilitate filiorum.*

20 P. Baptista Fregos. de regim. Christian. Reipub. in sede indicat. *asseritur pro nobilitate filiorum suffragāda parentibus.*

21 *Medici sunt Nobiles.*

22 *Chyrurgi sunt Nobiles.*

23 *Filius Episcopus nobilitat patrem pedestrem.*

24 Anton. Gamm. dec. Lusitan. 112. *expenditur pro parentibus potiendis nobilitate filiorum.*

25 *Motiua excitata à Fisco, & querulātibus recensentur.*

26 *Resolutio* Authoris *ad motiua Fisci, & quærelantium in causa Fuluij de Falco.*

27 Tiraquellus *pro mille adducitur ad probandum Medicos esse Nobiles.*

28 *Medicinæ, & Medicorum vtilitas, & origo, ac Nobilitas indicantur.*

29 *Articulo à Maioribus nostris discusso, est acquiescendum.*

30 Gizzarell. dec. 10. in fin. *adducitur ad probandum, filiorum priuilegijs, & nobilitate potiri debere parentes.*

31 *Penè commutatio inter Nobiles, et plebeos in Regno fit etiam in crimine læsæ Maiestatis Diuinæ, et Humanæ.*

32 Cap. Regn. Ad hoc, *in crimine furti distinxit pœnas* Nobilis *à plebeo.*

33 Pe-

33 *Pęna à iure, vel ſtatuto impoſita, non poteſt à Iudice alterari.*

34 *Pęna minor in dubio eſt inſligenda, nõ maior.*

35 Marcus Antonius Philoſophus, *omnia crimina minori puniẽda ſupplicio, exiſtimabat.*

36 *Seueritas, niſi ſe intra congruentes nocentium pænas coerceret, ſit ſæua crudelitas.*

37 *Pæna perſonalis grauior eſt qualibet pæna pecuniaria.*

38 *Præiudicium perſonæ, maius eſt, quàm bonorum.*

ARGVMENTVM.

Exarata in *præced. cap.* de Medicorum Nobilitate, ac de diuerſitate pænarum inter Nobiles, & plebeos in Regno, & de filiorum nobilitate ad patres porrigenda, ſaltim in impoſitione pænarũ, nouis aſſumptis, alijſq; accedẽtibus Doctorum placitis, Senatuumq; ſcitis, comprobantur, & conuallantur; Adducuntur inſuper, & reſoluuntur ab *Authore* motiua ex aduerſo excitata.

Coronidis loco, eſſe ſemper innitendum rerum iudicatarum Authoritati, & in ſimilibus Senatuum determinationes aliàs factas, inſectandas fore, nec ab ijs diuertendum, haud illepidè monet *Author*, peculiaria quædam de Europæ Senatibus ediſſerens, quodque etiam probati viri Authoritas in cauſarum determinationibus amplianda ſit; vndè *D. Vincentij de Franchis* Sacri Regij Conſilij Neapolitani Præſidis nomine ad memoriam redacto, alias laudes *Author* ex *Authoribus* congerit.

Pænæ vbi à iure, vel ſtatuto indictæ fuerint, augeri, vel immutari non poſſe, & in dubijs, pænas mitiores inſligendas eſſe non maiores, pluribus exornatur.

SVM.

PRO

Nicolao de Falco Art. Medic. Doctore.

CVM

Fisco, & Quærelantibus.

RESPONSVM XXII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

Summum, propositi patrocinij in *anteceden. Respon.* Me assequuturum, Nemo non dixerit, ad euadendum Fuluium de Falco à triremium pæna, ad quam extitit per Dominos de Iuncta in calce *præteden. Respon.* memoratos, condemnatus, ex ijs quæ cespitanter, ac faltillante (vti aiunt) calamo insinuauimus de filiorũ nobilitate ad patres porrigenda saltim in pænarũ irrogatione, & quamuis infælicẽ sortitum fuit euentum meũ patrocinium, Attamen quæ in comprobationem adductorum in *præced. Responsf.* elaborãdo adnotaueram, auctuarij instar referre non pigebit, vt saltim posteritas, si non vndiq; fortunatũ Me Patronũ in hac causa inspexerit,

Desidem non obiurget, quippequi, circa theses assumptas de Medicorũ
1 nobilitate in hoc Regno etiam Chyrurgorum, Sacri Regij Consilij determinationem attulimus apud doctissimum *D. Præsidem de Franch. dec.* 564. quodq; distinctæ sint pænæ in Regno inter Nobiles, & Plebeios eiusdem Sacri Consilij apud eundẽ *Præsid.* receptum vndiq; placitum
2 ponderauimus *dec.* 569. vbi clarè nimis, per plures numeros; filiorum autem nobilitatem ad patres esse porrigendam, præter iura adducta in *præced.* rerum iudicatarum authoritate minimè destitutum patroci-
3 nium indicauimus, eiusdem etenim Senatus nostri scitum apud *Cõsiliar. Gizzar. dec.* 10. & Senatus Lusitan. apud *Gam. dec.* 112. insinuauimus; Memores ad victoriam aucupandam, Supremorum Senatuum deter-
4 minationes, non languidæ esse fidei, sed maximæ authoritatis, & vim legis habere, attestante *Consulto in l. filius emancipatus* 14. *in fin. princ.* ibi, *Sic enim inueni Senatum censuisse, ff. ad l. Cornel. de fals.* & constat ex *Fab. Quintil. lib.* 5. *Instit. Orator. cap.* 2. *D. de Franch. dec.* 181. *n.* 8. idq; præser-
5 tim de Sacro Regio Consilio est affirmandum, quia sub nomine Regiæ Maiestatis sententiæ proferuntur, manantq; decreta, ideoq; in *prag.* 6. *de offic. Sac. Reg. Consil.* statuitur habere vim legis *Affl. dec.* 96. *dec.* 166. *n.* 9. *dec.* 383. *n.* 8. & *dec.* 120. *n.* 6. quia Senatus personã Regis gerit, *Maran. cons.* 25. *n.* 2. *Burs. cõs.* 327. *n.* 13. *vol.* 3. *Osas. dec. Pedem.* 1. *n.* 44. de Senatu Mediolani *Clar. in prax.* §. *fin. quæst.* 38. *n.* 8. *ad med.* de Senatu Mantuano *Burs. cons.* 32. *n.* 28. *lib.* 1. *Surd. dec.* 91. *n.* 4. quia repræsentat personã Principis, de sententijs, seu Arrestis parlamentorum Galliæ *Guid. Pap. quæst.* 50. *ad fin. Boer. in Annotat. ad Benedictum à Plumbin. in l. an apud ff. de manum.*

num. vindic. De decisionibus Rotæ Romanæ, *Gemin. cons. 34. col. 2. Menoch. cons. 53. n. final. tom. 1.* De sententijs alterius cuiusq; Senatus, *Plat. de in litem iurando §. 4. n. 41. Menoch. cons. 264. n. 46. & seq. lib. 3. & de presump. lib. 1. quæst. 1. n. 27. Natt. cons. 631. n. 17.* De Senatu Lusitaniæ, *Gamm. dec. 33. n. 2.* De Supremo Consilio Castellæ, *Reg. Valenz. cons. 73. n. 52. vers. Vltimò facit,* post *Bal. in l. fin. C. de legib.* De Supremo Consilio Indiarum, idem et *Reg. Valenz. cons. 183. n. 114.* vers. *Et non solum.*

7 In spem igitur bonam duci cogitabam, alias determinationes in similibus casibus ortas, non esse modò in hac causa labefactandas, de quo testis est *Isocrates in Orat. de Regn.* ibi, *Eadem semper de eisdem statue, magnificum est enim, & conducit, Regũ sententiam iustis de causis constantem*

8 *esse, perindè ac leges commodum latas.* Hinc *Theodoricus* apud *Cassiador. lib. 1. variar. cap. 33.* fatur, *Nescit serenitatis nostræ semel prolatum titubare iudicium, nec quod prouida dispositione cõstituit, cuiusquam occasionis subreptione mutari:* & *Symmac. lib. 10. Epist. 47. Quæsò igitur, ne in contumeliam iudi-*

9 *cij vestri, & iuri, & innocentiæ fraus paretur.* benè *Rol. à Vall. cõs. 14. n. 16. cons. 70. n. 18. & cons. 76. n. 36. vol. 1.*

10 Debet etenim Senatus voluntas esse constans, & firma, non varia, & retractabilis, *l. non ambigitur, ff. de legi. §. Senatusconsultum, Instit. de iur. natur. gent. et ciu. Ceph. cons. 60. n. 2. tom. 1.*

Quin amplius: haud è memoria mihi ceciderat, in casu quo præfatæ Senatuum determinationes ad punctum adductæ, non valerent in vim legis generalis ad decisionem istius articuli, & similium, neminem inficias ire posse, saltim in vim styli, intelligentiæ, & practicatæ consuetudinis, vim facere debere, Potritum est enim, praxim, & obseruantiã Curiæ magnam vim obtinere in litium

11 diremptione, *l. minimè, l. si de interpretatione, et l. Nam Imperator, ff. de legi.* ibi, *In ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiscuntur, consuetudinem, aut*

12 *rerum perpetuò similiter iudicatarum authoritatem, vim legis obtinere debere, l. labeo 21. ff. de stat. liber. l. 1. C. de ædif. priu.* ibi, *Probatis ijs, quæ in oppido frequenter, in eodem genere controuer-*

13 *siarum seruata sunt. Guttier. lib. 3. practicar quæst. 16. n. 71. Caual. in tract. Commun. contr. comm. in præfat. n. 72. et seq.* abundè *Ego* de efficacia styli in *1. Practicar. obseruat. cap. 44.*

Et rursùs, non solum Sac. Regij Consilij determinationem, sed etiam vnius probati viri, & boni Authoris

14 fidem satis esse, & maximè considerandam ad similia iudicandum, edocet *Felin. in cap. Rodulphus n. 3. de rescr. Magon. dec. Floren. 66. n. 21. Caualc. dec. Finiz. 15. n. 4. dec. 43. n. 10. et dec. 44. n. 18. par. 1. Reg. Valenz. d. cons. 83. n. 119.* Atqui, cui non sit obuium quanti facienda sit Authoritas D. Præsidis Sacri Consilij *Vincentij de Franchis*, luces haud retrahat à doctissimis eius lucubrationibus posteritati traditis, de quibus tradit *Consil.*

26 *Ann. cons.* plures doctos euasisse, & in dies euadere posse, & memoria recolat, quæ scripto commendarunt de tanto viro, probati itidem viri,

27 nempè *Gizzar. dec. 2. in fin.* inquiens testimonium, & authoritatem ipsius esse maximi momenti, *Reg. Rou. in quæst. Illustr. de iur. congrui impress.* post *Scholia ad Pragmaticas n. 37. Reg. Galeot. in Respõs. de Princip. potest. pag. 97. n. 347.* & alibi alij, nec floccipendenda adeò est Authoritas *Cõsiliarij Gizzarelli* à Nostratibus passim, & exteris in æstimatione habiti.

Hinc est: quod meo defendendi muneri deesse me viderer, prodito *præcedenti Responso*, elaboraui quoq; in

in alijs referendis pro illius compro-
batione, præsertim filiorum nobili-
tatem ad patres esse porrigendam,
18 inter quos optimus est

*Paulus Christinæus tit. 3. De Consu-
lib. et non spargen. ab his pecunijs dec.
109. n. 37. et seq. lib. 5.* inquiens, *Nec
parentes ullum grauamen indè accipiũt,
cùm in hoc releuentur, quod fruuntur
gloria, quam ex honore filij concipiunt,
§ generaliter in fin. Authen. Constitutio,
quæ de dignit. vbi glos. dicit, quod digni-
tas filij sit gloria, et laus patris, Tiraq.
de nobil. cap. 16. cùm vna, et eadem per-
sona reputentur, l. fin. C. de impuber. et
alijs subst. Et scientia filij, sit lætitia
patris, ut inquit Glos. in l. Sed Iulianus,
§ ipersonæ super verb. Solebat ff. ad Ma-
cedon. Sic econtra, ignominia filij, patris
esse intelligitur, l. etsi vnius, §. ait Præ-
tor, et § filiosfam. ff. de iniur.* Ità *Chri-
stin.*

*Mynsing. ad Scholia in Institutiones
lib. 1. tit. quib. mod. ius patr. potest. soluit.
§ filiusfamilias n. 4.* ibi, *Neq; est quod
parentes indè vllum possint grauamen
accipere. Quamquam enim pater in eo
grauetur, quod filium è sua manu ratio-
ne dignitatis, qua fulget, emittat: in alio
tamen releuatur, quod interim fruitur
gloria, quam ex honore filij concipit. Di-
gnitatem namq; et splendorem filij in
patris quoq; laudem vergere, nemo du-
bitet secundùm Glos. paruam in §. 1.
verb. Nobiliores in Authen. Constitutio
quæ de dignit.* Hæc *Mynsing.*

*Baptist. Fregos. in tractat. de Re-
gimine Christianæ Reipublicæ par. 3. lib.
1. tit. De oblig. parẽt. disput. 2. de Spu-
rijs instituen. §. 6. n. 174.* verf. *Constat
etiam*, vbi singulas propositiones à
Nobis in *præceden.* exaratas compro-
21 bat, ibi, *Constat etiam Medicos esse
Nobiles, de quorum laudibus Cenedus
ad decretales collect. 163. n. 8. Chassan.
in Catalog. par. 11. consideran. 48. Ti-
raq. de nobilit. cap. 31. n. 70. et ità fuisse
indicatum refert Cabed. 2. par. Arrest.
36. vbi probat esse Nobiles, subscribit
Barbos. in Annotation. ad ll. Regias lib. 4.
Ordin. tit. 92. in princ. n. 10. idẽ Tiraq.
de nobilit. cap. 31. ex n. 406. vbi de Me-
dicinæ laudibus, Similiter Chirurgi sũt
22 Nobiles Barbos. in remissio. supra n. 10.
et ità fuisse indicatum docet Cabed. 2.
par. Arrest. 36.* Et paulò post quòd
nobilitatem filij ad patrem porrigẽ-
23 dum sic ait, *Nihilominus homo pede-
stris, si habeat filium Episcopum gaude-
bis priuilegio dignitatis Episcopalis, ra-
tione cuius nõ detrudetur in carcerem
publicum, sed erit in captura libera in
domo propria per tex. in Authen. Consti-
tutio quæ de dignitatib. § generaliter cũ
glos. in verb. Ostendat, Vbi pater per no-
bilitatem filij reputatur Nobilis, ità fuit
24 indicatum, et refert Gamm. dec. 212. et
ibi Flores illius Additionator.* Hæc *P.
Fregos.*

25 Cumq; Fiscus, & quærelantes
animaduerterent, ex *præallegatis* nul-
lam posse dubitationem suboriri,
quoad pœnæ commutationem, audi
Lector, in quibus vim eorum patro-
cinij constituerint, Primum mussi-
tabant, Medicos non esse Nobiles,
Secundò aiebant non fuisse casum
determinatum in *dec. 10. Consiliar.
Gizzar.* Tertiò adstruebant delicti
qualitatem, operari, vt Nobilitas fi-
lij ad Fuluium patrem non porrige-
retur.

26 Herculeus iste oppositionum No-
dus, quàm facili negotio profligitur?
Nam quòd Medici nobilitate gau-
deant, præter excerpta à *D. de Frãch.
d. dec. 564.* vbi *proximè*, & in *anteced.
cap. relata*, mille adducebam, vnum
27 scilicet pro mille. Is est *Tiraq. in
tract. de nobilit. cap. 31.* vbi ex *n. 1. ad
fin. vsq; capitis*, de more innumeris
allatis, ac è vetustatis eius memoria
28 repetita, origine Medicinæ, ac Me-
dicorum vtilitate, ac necessitate ip-
sius, & ipsorum horrea mentium
implet de eorum nobilitate.

Quò

Quò autem ad ſecundum, quod non fuerit determinatum in fauorē filii in caſu *Gizzar. d.dec.10.* Nonnè patet articulum fuiſſe diſcuſſum, & per Dominos diſpunctum, non obiter etenim de eo fuit actum, & per tranſennam, ſed appoſitè quo caſu inhærendum illi erat, tantorumque
29 Patrum iudicio acquieſcendum.

Haudquaquam dicatur fuiſſe ſubdubium Sacrum Conſilium in determinatione articuli ad beneficium patris. Nam tradit *Gizzar.* ibi *in fin. verſ. Hac cauſa,* quod Fiſcus dum ad motum labiorum Dominorum de Conſilio, & ex motiuatis per ipſos, percepiſſet difficultates contra ipſum, impedimentum præſtitit illa die, ne cauſa decideretur, dùm accinctum erat Sacrum Conſilium vnà cum *D. Preſid. de Franch.* ad votandum, & inter has moras, eueniente obitu Inquiſiti, punctus non fuit aliàs inquiſitus, ſubdens mirabiliter, *Et cùm caſus acciderit, ex his facilè decidi poterit,* ſicuti inſinuaui in *cap. præced. n. 26.* Caſus igitur abfuit decidendus, non tamen defecit deciſio, quā ſub inuolucro, euadere cogitant Aduerſarij.

Altera itidem aſſertio de qualitate, ſiue titulo delicti, quod Fuluio opponitur, Nonnè ſuimet maceriè deſtruitur manifeſtè? Sis mecum Lector, & mecum pondera ſi hinc ad annos mille poterunt Aduerſarij meo ſatisfacere motiuo? Delicta de quibus inquiritur pauper hic homo, ſuntnè comparanda delicto Criminis læſæ Maieſtatis Diuinæ, & humanæ? Quem (Hercules) affirmantem audire poſſumus ſi manibus palpamus, oculiſq; contrarium inſpicimus? Et tamen in eiuſmodi delicto adhuc pænas diſtinctas eſſe inter
31 Nobiles, & plebeos edocet *D. de Franch. dec. 569. n. 1. & pluribus ſeqq.* inquiens ità in Regno ſeruatū fuiſſe, & quotidie ſeruari, & *n. 6.* innuit ſic ſeruatam eſſe conſuetudinem in caſibus læſæ Maieſtatis Diuinæ, & Humanæ, & in *cap. anteced.* obſeruaui *n. 18.* Obijcitur fortaſſe Fuluio crimen furti, & falſi? Ecce idem *D. de Franch. d. dec. 596. n. 7.* qui peculiari
32 lege Regni, nempè *Cap. Ad hoc* tradit in crimine furti Nobiles alio modo, quàm ignobiles puniri, adducens *Nigr. in Commentar. ad Cap. prædictū, & Sebaſtian. de Neapol. in cap. placuit ſub tit. de rapin.* de quo memor Ego fui in *anteced. n. 18.*

33 Hinc eſt quod dum à ſtatuto in Regno diuerſificata eſt pæna Nobilis, & plebei, non debet alia imponi, quàm practicata, *Gloſ.* eſt ſingularis in *cap. penult. de iur. patron.* quam *Abb. & Canoniſtæ* paſſim ibi ſequuntur, *Caballin. millelóq. 184. par. 1. Guid. Pap. ſing. 345. §. in odioſis, Soccin. in l. cum Senatus n. 5. ff. de reb. dub. Menoch. lib. 6. præſ. 4. n. 33.*

Et in caſu quo hæſitandum foret de prædictis, in dubio quis inficias ire tentabit minorem pęnam eſſe in-
34 fligendam, non maiorem? Iura ſunt aperta in *l. ſi de interpretatione, ff. de pæn. l. ſi verò, ff. ſol. matr. l. 1. C. de mod. mulct. l. ſi certa ratione, C. quan. prouoc. non eſt neceſſ. §. item cum circa 2. quæſt. 6. Oldrad.* iura prædicta expendens *conſ. 15.* quo nomine laudibus extol-
35 litur *M. Antonius Philoſophus,* cui mos erat minori ſupplicio punire omnia crimina, quàm legibus plecti ſolerent; vti tradit *Iulius Capitolinus in eodem,* hinc *Lactan. Firmian. lib. 6. di-*
36 *uin. inſtitut. cap. 14.* tradidit, *Seueritas, niſi ſe intra congruentes nocentium pęnas coerceat, fit ſęua crudelitas, Simāc. lib. 5. de Republ. cap. 17. n. 26. & Caſſio-*
37 *dor. lib. 1. Epiſt. 12.* ex pluribus *Reg. Valenz. conſ. 91. n. 78.* Eoq; fortiùs in pæna corporali, quę grauior eſt, quā quęlibet pecuniaria, ſecundùm *Bart. in l. in ſeruorum, §. in pęnis n. 1. ff. de*

Ff pęn.

pœn. Io. Andr. in cap. frustra n. 15. de regu. iur. in 6. Grat. respons. 138. n. 11. 38 vol. 1. Prçiudicium etenim personę, maius est quàm bonorum, *Rimin. in L. iuris ignorantia*, n. 59. C. *qui admitt.* plura per *Tiraq. de pœn. temperan. in* præfat. n. 15. & in *retract. conuent. ad finem tituli n. 61. Rol. à Vall. cons.* 25. n. 45. *vol.* 3.

Laus Deo, Beatęq; Virgini Marię, Neapoli die 18. Mensis Nouembris 1652.

MOnitum te habui Lector, inominati, & parùm fælicis rei euentus in *præceden.* Et licèt meis exantalatis in hoc patrocinio laboribus, communi sensu fuerit adscriptum, vltimo supplicio condemnatū Clientem non extitisse, pro quo reiteratò Fiscus institit, Fateor ingenuè, nequidem triremium pænam potuisse inferri, ex prçadductis animo sedebat meo, At (mea me fefellit cogitatio) Quoties causā peroraui? Quot vicibus reiteratis, in medio æstatis ardore ad pugnam consċedi? vt misero Clienti senio confecto, meam præstarem operam? ea spe ductus, quod in causa non nisi ciuiliter esset agendum. Quid tum? Ars cessit malo. Nam vti ille ait, *Magna debet esse eloquentia, quæ inuitis placeat, cùm ingenia fauor hominum ostendat, fauor alat, quantam vim esse oportet, quæ inter obstantia erumpit?* Cumq; differri videbam decreti publicationem, quasi futurum malum euentum, animo præsagirem (Me consulente) Cur non debui consulere? de nullitate dixit Cliens facto deposito in exequutionem Regiarum Pragmaticarum, nullitatumq; capita *Egomet* vti causæ Patronus subscripsi, fuerunt præsentatæ per procuratorem, sed minimè receptæ, imò reiectæ, *Vndè hoc Dij immortales?* Mihi herclè conscius non sum, Scio etenim, & assiduo vsu, quasi lydio lapide sum expertus, in omnibus Tribunalium subsellijs nullitates passim recipi, & discuti, sicuti in hacmet causā contigit, in articulo petitæ reuisionis, in quo de nullitate fuit dictum à decreto coram Excellentissimo Dom. Regni Prorege interposito, ipsam denegante reuisionē, & receptæ nullitates, ac discussæ fuerunt eodem Excellentiss. Domino interueniente, M*e ipso* perorante. Posteritati nota sint omnia. Anceps etenim adhuc fama personat, Non omnia votantiū suffragia contra Clientem versa fuisse, de quo veritati submittimur; curiositati non studemus. Et dum hæc reuidemus, è triremibus ad carceres Cliens fuit transmissus de ordine S. E.

SVM-

SUMMARIUM.

1 Authoritor *inuitat Iudicantes ad dignoscendam Reorum morti traditorum confessionem, dolore tormentorum promanasse.*
2 *Facti commiserandi series proponitur.*
3 *Depositiones Reorum morti traditorũ ante sententiae exequutionem recensentur.*
4 *Testes se socios criminis facientes in delictis, etiamsi sint exceptuata, nulliũ faciunt inditium, nequidem ad inquirendum.*
5 Prosper Farinacius *laudatur.*
6 *Socij criminis probationem non faciũt etiam in crimine lesa Maiestatis.*
7 *Socij criminis in tortura extraordinaria deponentes, nullum faciunt inditium.*
8 Thomas Grammaticus *laudatur.*
9 *Depositio condemnatorum morti traditorum in tortura ante exequutionẽ sententiae, non faciunt indicium ad inquirendum.*
10 *Testis asserentis se falsum deposuisse ad subornationem alterius, tortura non purgat periurium, nec infamiam.*
11 *Testes asserẽtes falsum deposuisse etiãsi in articulo mortis deponant, non faciunt inditium.*
12 *Testes etiam plures numero se falsum deposuisse asserentes, non faciunt inditium ad torturam.*
13 Bossius in pract. crim. tit. de indit. ante tortur. n. 156. *improbatur à* Bertazol. cons. crim. 156. n. 2.
14 Boer. dec. 310. n. 5. in fin. *inquiens de consuetudine seruari Testes subornatos ad falsum deponendum facere inditiũ ad torturam, improbatur.*
15 Bertazol. cons. crim. 156. n. 5. & n. 8. *improbat* Boss. & Boer. *asserentes Testes subornatos ad falsum deponẽdum facere inditium ad torturam de consuetudine.*
16 *Testes asserentes se subornatos ad falsum deponendum, quod non faciunt inditium ad torturam, communiorẽ, & veriorem esse opinionem, ex multis comprobatur.*
17 *Consuetudo, qua se habet quod Testes asserentes se subornatos ad falsum deponendum, faciunt inditium ad torturam improbatur ex communi Doctorum placito.*
18 *Decisio affertur, qua Testes subornatos non facere inditium nequidem ad inquirendum fuit determinatum.*
19 *Testis corruptus ad falsum deponendum, nullum facit inditium, nequidẽ ad inquirendum, etiam cum tortura.*
20 *Testes corruptos etiam Nobiles ad falsum deponendum, nullam fidem facere, censuit* Rota Romana *apud* Farin. cons. 82. n. 7.
21 *Subornatio in materia criminis dicitur odiosa, ideò probanda est per probationes concludentes.*
22 *Testis eò ipso quod corruptum se asserit, insinuat esse falsarium, & periurum.*
23 *Mutanda non sunt, quae certam habuere determinationem.*
24 *Socij criminis depositio in tortura cõualidari assueuit.*
25 *Testes deponentes sub spe promissionis, nullam faciunt fidem.*
25 *Testis inquisitus de vitio nefando, dicitur infamis.*

26 *Tortura purgat infamiam socij criminis, ad hoc vt faciat fidem contra nominatos.*

27 *Tortura non purgat defectum periurij in teste, sed tantùm infamiam.*

28 *Tortura in testibus illata, quot defectus sanat?*

29 *Testes si duos patitur defectus, nullũ facit inditium contra nominatum.*

30 *Testis plures habens defectus, habens torturam, nullum facit inditium etiã in crimine lesæ Maiestatis.*

31 *Testes falsum deponentes dicuntur calumniatores.*

32 *Socius confessus morti traditus, nullũ facit inditium contra socium.*

33 Cap.Regn.*incip.* Frequens, & inesfrenata, *admittens depositionem triũ latronum in tormentis contra sociũ exorbitat à iure communi.*

34 *Socij criminis de iure communi non recipiuntur in testes contra socium, & recepti non probant.*

36 *Socij criminis etiam attẽta dispositione* Capituli Regni Frequẽs, & inesfrenata, *non probant contra nominatum quando patiuntur alios defectus, nempè si adesset minor ætas, corruptela, & similes.*

37 Decisio *apud* Reg. Sanfel.283. *pro singulari affertur circa probationem sociorum criminum contra nominatum.*

38 *Socius criminis confessus tanquam cadauer, non est integra fides, itaq; in Collater. Consil. iudicatum retenfetur.*

39 *Testis afferens se subornatum, ad deponendum ampliùs admitti non debet.*

40 *Socius de quibus possit interrogari.*

41 *Delicta excepnata quæ sint, de quibus potest interrogari de socijs.*

42 *Interrogari de socijs non permittitur in crimine falsitatis, & subornationis.*

43 *Subornationis, & falsitatis crimen, non dicitur de exceptis, adeoquod licita sit interrogatio de consocijs.*

44 *Testes vt admittantur inhabiles, ex quo alij non interuenerant, debet intelligi actu, & habitu, non actu tantùm.*

45 D. Scipio Rouitus Regens *laudatur.*

46 *Testes falsi in tortura non possunt interrogari de mandatoribus, & instructoribus.*

47 Vulpell.consf.crim.52.n.2. *inquitens interrogationem in delictis fieri hodie in quocumq; casu ex generali consuetudine totius Italiæ, improbatur.*

48 *Patir rupta crimen adeò graue est, quod sapit assassinium.*

49 *Rhedarij depositio vti temerarij, abiecti, fidei prostituenda est.*

50 *Testis de indicio deponens, nihil probat.*

51 *Testes contrarij ad inuicem se elliduni.*

52 *Clericus in criminalibus non recipitur in teste, quia refragatur* rit. Magn. Cur.144. *tam cum licentia Superioris, quàm sine ea.*

53 *Clericus examinatus in causis criminalibus, non facit inditium.*

54 *Carceratus diù detentus deponens ad instantiam Fisci, metu carceris deposuisse præsumitur.*

55 *Delinquere quem velle sine causa, nõ præsumitur.*

56 *Inuerisimili non est fides adhibenda.*

57 *Verisimile quod non est, pro falso habetur.*

58 *Honorem suum quem negligere, nemo est præsumendus.*

59 D. Scipio Theodorus Reg. Consiliarius, *adhuc mortuus, ab* Authore *summè veneratur.*

60 *Nobilitatis affectus præcipuus quis sit.*

61 *Causa in primis inspici debet in delictis.*

62 *Deliquisse se afferenti ex alia causa, quàm ea, quæ sibi imputatur, credẽdum est.*

63 *Exculpatio rei in mortis articulo ante*

te exequutionem ſententiæ, prodeſt ſummè ad inculpandum inquiſitum, de quo adducitur deciſio Collateralis Conſilij D. Fiſci Patrono annuente.

64 Fiſci Patronus fuit laudatus in Collaterali Conſilio, eò quod annuit pro liberatione inquiſiti exculpati in articulo mortis, antè ſententiæ exequutionem.

65 Confeſſio in tortura emanata, vt plurimùm procedit ex metu, & impatiẽtia tormentorum.

66 Inimicitia non dicitur orta capitalis, niſi cauſa aſſignetur.

67 Inimicitia leuis non arguit animum ad magnam ſumendam vindictam.

68 Inimicitia, vt grauis cenſeatur, cauſa potiùs ſpectanda venit, quàm delictum.

69 Cauſa inimicitiæ correſpondere debet offenſæ.

70 Inultam exiſtimationem relinquere, inuerecundum eſt.

71 Homicidium patrare pro tuitione famæ, in foro externo etiam permittitur, ac interno.

72 Vindicta debet habere proportionem.

73 Cauſa delinquendi ceſſante, inditia omnia euaneſcunt.

74 Delinquendi cauſa ceſſante, confeſſio Rei non attenditur.

75 Teſtis vocatus in conteſtem, ſi neget, depoſitio ſuſpecta redditur, & inualida.

76 Teſtis vocans in conteſtem eum, qui negat, dicitur conuictus de falſo.

77 Teſtis in vno falſus, in totum dicitur falſus.

78 Animus ex ſequenti actu dignoſcitur.

79 Conſcientia, mille Teſtes.

80 Reorum eſt propriè Iudicum faciem exhorrere.

81 Innocens diiudicandus eſt, qui ſe non latitat ſciens carceri poſſe mancipari.

82 Conſcientia nihil aliud eſt, quàm ſenſus animæ cognoſcentis bonum, & malum.

83 Conſcientia dicitur regula humanorũ actuum.

84 Prag. 4. incip. Quoniam falſariorum, ſub tit. de falſ. qualiter ſit accipienda.

85 Prag. 4. incip. Quoniam falſariorum, ſub tit. de falſ. non procedit in mãdante.

86 Mandans delictum, non dicitur verè fatere, ſed ficte, & interpretatiuè.

87 Statutum puniens facientem, non comprahendit mandantem.

88 Statuta ſunt accipienda in caſu vero, non in caſu ficto.

89 Perſonæ qualitas, maximè attenditur ad excludendam falſitatem.

90 Teſtes ruſtici deponentes contra viuẽ bonæ famæ, non faciunt fidem.

91 Teſtes etiamſi centum eſſent ſocij criminis, non probant aduerſus hominem bonæ conditionis, & famæ.

92 Deciſio Supremi Collateralis Cõſilij apud Reg. Reuerter. in manuſcript. recenſetur, qua fuit abſolutus vir bonæ opinionis, & famæ inquiſitus de ſeductione Teſtium ad falſum deponendum.

93 Viri probo eſt credendum.

ARGVMENTVM.

Teſtes ad mortem condemnati, ac Torturæ ſuppoſiti ante ſententiæ exequutionẽ, ſi confiteantur in eiuſmodi Tortura extraordinaria, alioſq; in ſocios nominent, debilis adeò eſſe fidei, vt nequidem ad inquirẽdum, inditium faciant, eò magis, ſi alios patiantur defectus, & per prius peierando nega-

gauerint; Vt plurimũ enim confessio in tormentis extorta, ipsorum metu manasse præsumitur.

Falsi in crimine, non esse de socijs interrogationem faciendam, aut Instructoribus, quia non est crimen exceptum, in quo licita est interrogatio ad *Glos. in l. quoniam liberi*, quæ est *finalis*, *C. de accus.* quæq; excepta sint crimina, seriosè enarrantur, Quòd si interrogatio fiat, & nominatio, ex hac nullum oriri contra nominatum inditium pluribus comprobatur.

Inuerisimilitudo, falsitatis speciem habet, idcircòq; inuerisimilia deponentibus nullam esse adhibẽdam fidem, demõstratur. Nec sine causa ad delictum proportionata, quem delinquere præsumẽdum est, Ea etenim in delictis præcipuè est inspicienda, priusquam de delicto cognoscatur.

Nobiles, facinus ex quo dedecus, & infamia oriri possint, patrare, non esse præsumendum, Quisquis etenim benè natus, verecundum putat, inultum honorem, siue propriam existimationem relinquere, Tantùm abest, vt maculam sibi inferre sit existimandus, Eò fortiùs si causa ad delictum proportionata, siue ratiocinatiua non fuerit, ac alia permulta ad Testium fidem repellẽdam, abundantiori calamo indicantur.

PRO

N.

CVM

Regio Fisco.

RESPONSVM XXIII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

CAlamum mihi arrepturo, ad defensam N. ad Fisci instantiam in iudicio postulati *De subductione testium ad falsum deponendum* (Exhorresco referens) sedet animo, priusquam ad arenam con-
1 scendam, Dominos meos Iudicantes in hac causa Delegatos ab Excellẽtissimo Regni Prorege, ad ea respectanda tempora inuitare, quibus per-

perditi tres homines mortui traditi, torturæquè, vti cadauera ante exequutionem suppositi, tormentorum dolore, siue ipsorum metu in angustiam positi, eiusmodi frigidæ calũniæ nebulam contra N. vel inuiti pararunt. Vel inuiti (inquam) nam postmodum æterni cruciatus memores, palàm, publico extante Confortatorum documento (de quo inferiùs noster redibit sermo) adeò eorum animos subijt cogitatio æternitatis, vt tormentorum vi, tantum cõfessos fuisse facinùs in N. declarauerint) tam misera, atque fœda animaduertent, vt facile paretur opus, euanescentem falsitatem, clara legũ dispositione, solidisque Doctorum placitis, ac rerum iudicatarum authoritate (sub eorum auspicijs) grauiori quasi vento, è veritatis cuniculis extorto, cominùs disperdere, atque depellere, facti tamen historia recensita, quæ sic se habet.

2 De anno 1652. die 6. Septembris V.I.D. Ioseph de Philippis de Casali Marcianisi pertinentiarum Ciuitatis Capuæ, supplici porrecto libello Dom. D. Blasio Boliaga Magnæ Curiæ Vicariæ in criminalibus Iudici perpetuo, modò dignissimo Consiliario quærelam exposuit contra Io. Iacobum Ciontum, & Iulium Grimaldum, eo quod de anno 1651. illi in campanea vim intulerint, siue (vt vulgari vtar vocabulo) recaptauerint, qua de re coactus extitit duc. 50. persoluere, quo super formata quærela, deponit ipse, & cum eo *Sanctus de Lanna, & Ascanius de Luca*, viri sanè illiterati, ne quidem scribere scientes vti ex eorum attestationibus *fol.3. & 5.* pleraq; alia contra ipsos formauit, firmauitq; facinorum capita *Ioseph de Philippis*, in processu producta *fol.11.* ex quibus puniri illos satagebat. Detectam falsitatem, ac imposturam dum prætenderet Fiscus, institit vltimo illos affici supplicio, & ante exequutionem tanquam cadauera torqueri *fol.72.* itaque diffinitiuè pronunciatum extitit de mense Nouembris 1652.

3 Ducti igitur (*heu miseri*) ad torturam, die 7. Nouembris eiusdem anni, alligatoq; prius Iosepho de Philippis, eoq; ad dicendum veritatem monito tanquam cadauere, ac interrogato *Con chi esso Gioseppe hà fatto lo conserto, e chi sono stati con esso cõplici alla impostura con testimonij falsi, fatta à Gio. Iacono de Cionto, e Giulio Grimaldo?* dum sibi de hoc nihil cõscium esse affirmasset *fol.77. lit.A.* & iterum *fol.77.at.* dumq; tertiò, funiculo stringeretur hæc protulit verba *fol.77.at.lit.B. Io stò à Napoli, come haggio da dire con chi hò fatto lo conserto? N. hà mandato li testimonij instrutti, e buoni, Io andai con Tonno Villano, e Luca de Viuo dal Signor Boliaga,* Iterumq; adstrictus subdit *Tullio, Paolo, e Domenico, che hanno firmati li capi, pure sono stati allo conserto d.fol.77.at. lit.C. N. l'haue instrutti à Marcianisi li testimonij, perche sono gente di casa sua, & esso li fece venire in casa del Signor Boliaga, fol. 77. at. lit.D. & E.* tormentis angustiatus dixit, *N. pure staua alla machina, & esso, e lo Tenente Letitia ci agintauano con lo fauore.* Deindè solutus, dum facti narrationem ordiri præparauerat, causam inimicitiæ inter ipsum, & dictum Grimaldum asseruit *fol. 78. lit. A. Io era inimico di Giulio Grimaldo, perche l'anno passato come Scriuano di Capua me haueua processato di vitio nefando,* & sic asseruit etiam se inimicum esse Io. Iacobi Cionto, vti cooperantis in prefata inquisitione.

Et quatenus ad N. spectat *fol.80. lit.B. & seq.* subiunxit.

E perche trà questo era stato carcerato da d. Giulio, e Gio. Iacono, Pietro Pellegrino homo di d. N. Io andai confor-

forme al mio solito in casa di d. N. per tenerli obligatione, lo trouai, che staua colerico, & adirato contro detti Gio. Iacouo, e Giulio, e mi disse, questi forfanti mi hanno perso il rispetto, Tu tante volte mi hai detto, che voleui trouare capi, e protestarli, e mai ti moui, con tutti li diauoli tuoi, risoluiti de inuentare qualche capo contro di questi, perche io te agiuto, e li farò anco carcerare, & appiccare, che sarà meglio de impignarmi à farli occidere, Io con questa occasione li dissi quello, che Io steua trattando, cossi con d. N. come con d. Dottore, che era di fare vna impostura à d. Giulio, e Gio. Iacouo, come mi haueuano ricattato in campagna di 50. docati, e che ci voleuamo fare esaminare falsamente due testimonij huomini nostri, che li teneuamo lesti, quodq; annuit, prædictis N. illumq; quod citiùs faceret iniunxit *fol. 80. at. lit. C.* Et ex ore Antonij Villani, quod animum adauxit testibus, ipsosq; audaciores ad deponẽdum effecit, *fol. 83. lit. A.* quodq; gratias illi egerit de prædictis *fol. 83. lit. B* vbi quod rogauit N. pro se ingerendo in carceratione prædictorum Cionti, & Grimaldi, vigore ordinis Magnæ Curiæ, & sese obtulit, nec non sollicitauit pro alijs facinorum capitibus contra prædictos *fol. 83. at. lit. A.* Cumq; interrogaretur de auxilio *Tenentis Letitia* dixit *fol. 86. lit. B. Con me non ci è stato trattato nissuno, N. era quello, che ci trattaua, e li disse, che l'agiutaua di denari, dandoli quello l'hauesse detto suo padre, perche ne li daua tanti grani.*

Sanctus de Lanna secundus testis tanquam cadauer *fol. 88. lit. A.* monitus dicere veritatẽ *fol. eod. in fin.* vers. *Et cum fuisset*, facta depositione *d. fol. 88. at. in sign.* asseruit ad preces Lilli de Caprio, ac vigore promissionis duorum bobum, & liberationis nõnullarum inquisitionum, annuisse ad se falsò examinandum, hoc tantùm de dicto N. subiungens *fol. 90. lit. A. Tra questo venne venendo N. e lo Tenente Letitia, e lo d. N. s'allargò vn poco da d. Tenente, e chiamò Noi, dicendo, Belli giouani state allegramente (perche come poi ci disse lo d. D. Francesco) esso l'haueua fatto auisare, che noi steuamo llà* (loquitur de domo D. Cõsiliar. Boliaga) *& Io, & il mio compagno le dissemo, Signor N. hauemo paura, che de questo non ne sapemo niente, e lo d. N. ce disse, Caminate, stò qua Io, non dubitate di niente.*

Ascanius de Luca tertius testis itidem tanquam cadauer *fol. 92. in sign.* asserens intuitu Lilli de Caprio, & Iosephi de Philippis falsum tulisse testimonium, *fol. 93. at. lit. A.* subdit, *E da llà vn poco, lo viddi, che llà venne N. con lo Tenente Letitia, e tirandosi in disparte da Letitia, disse N. Belli giouani, state allegramente, e replicando non saperne niente, & hauer paura, rispose N. Caminate, stò lo quà, non dubitate di niente.*

Accedit depositio duorum aliorũ testium pro Fisco, nempè *Scipionis Scotij Rhedarij*, & *Octauij Scalfati*, quorum primus *fol. 108. & 109. in sign.* deponit. *E perche prima che scẽdesse d. mio Padrone* (de Doctore Antonio Villano loquitur) *lo D. Francesco haueua chiamato, & auisato N. che per hauerlo visto à d. D. Francesco trasire dentro la casa di d. N. e poi venire lo N. giudicai, e me l'imaginai, che l'hauesse chiamato lui*, inquiens, *Che d. N. parlò parlò con li foretani in disparte, e poi si licentiò cossi da d. Dottor Villano, come da d. Mutio, e se n' andò.* Et *fol. 110. at. in sign. Che N. cõ il Dottor Villano hauendosi fermato al largo del Sig. Regente Zufia, andorno in casa del Sig. Consigliero Proregente Burgos, per sollecitare l'accesso in Marcianisi del Giodee Allegria, e che poi N. fù in casa del d. Dottor Villano per causa di effettuare d. accesso.*

Sc-

Secundus verò, & alter testis à
Fisco productus *Octauius Scalfatus*
de Ciuitate Nuceriæ *fol.* 112. depo-
nit *fol.* 113. *lit. A. Che N. vna, ò due*
volte parlò à piazza di Toleto con d.
Dottor Villano sollecitandoli l'andata
del Giodice in Marcianisi. Et *fol.* 115.
at. lit. A. ait. *Viddi, che llà venne N.*
& entrò in d.Cortiglio, e parlò con detti
due foresi, che non sò come si chiamano,
e non intesi quello che dissero, e poi d.N.
se n' andò verso S. Maria degli Angeli,
& fol. 116. at. lit. E. dopò hò visto più
volte parlare detti Dottor Gioseppe de
Filippo, e d. Dottor Villano, sollecitando-
le à fare andare d. Sig. Giodice all' ac-
cesso.

Hæc sanè inquisitio formata est
contra N. virum nedùm natalium
splendore conspicuum, verum etiã
sui probitate insignem, quæ à Nobis
nullius in verba confisis, sed proprijs
introspecta luminibus, proprijsque
elaborata manibus consultim ex ip-
sius inquisitionis visceribus recto
narrationis filo deducta est, vt sanè
testium qualitate, ac conditione per-
pensa, eorumq; attestationibus tru-
tinatis, alijsq; congestis, & pondera-
tis, pateat aditus veritatem insectari,
ac viri sanè innoxij, vndequaq; inno-
centiam detegere.

Dispungamus singula.

Sed in primis fari libet, testes il-
4 los. qui socios criminis se faciunt in
eiusmodi delicto subornationis, &
falsitatis nullum facere indicium in
criminibus etiã exceptis tm̃ abest, vt
ad torturam, secundùm *Rol. cons.* 6.
n.9.& seq. Bertaz. cons. 39. *n.* 14. *cons.*
40. *n.* 12. *& cons.* 61. *n.* 10. *Menoch. de*
præsum. lib. 1. quæst. 89. *n.* 74. Sed nec
etiam ad inquirendum, idem *Rol. loc.*
cit. n. 9. *& cons.* 73. *n.* 6. *& seqq. & n.* 18.
& seqq. vbi hanc esse communem
conclusionem profitetur, & *cons.* 57.
n. 15. *lib.* 4. *cons.* 94. *n.* 20. *& seqq. &*
cons. 98. *n.* 21. *eod. lib.* 4. *Ceph. cons.* 204.
n. 32. *& cons.* 233. *n.* 6. *& 7. lib. 2. Lau-*
ren. Kircho in suis cõmunibus opinion.
centur. 4. *cons.* 39. vbi pariter de com-
muni, & indubitata conclusione te-
statur, quos laudat Criminalistarum
5 facilè Princeps *Prosper Farin. cons.*
79. *n.* 3. inquiens procedere etiam
6 in crimine læsę Maiestatis, ratione
periurij post *Cran. cõs.* 6. *n.* 58. *& Ma-*
scar. de probat. concl. 462. *n.* 39. *& seqq.*
lib. 1.

Eòq; magis locum sibi vindicare
asserimus, quia Testes illi primo lo-
co cum iuramento examinati nega-
runt eiusmodi delictum, postmodũ
7 verò in tortura extraordinaria con-
demnati tanquam cadauera affirma-
runt, quo casu talem nominationem,
nullum prorsus facere indicium, te-
nuere *Carer. in pract. crim. in 2. tract.*
de indic. ad tortur. §. octauum indiciũ
8 *n. 8.* insignis *Thomas Grammaticus*
criminalium rerum peroptimus enu-
cleator *voto* 34. *n.* 10. *& seqq. Dec.*
cons. 189. *n.* 8. *Natt. cons.* 298. *n.* 7. *in fin.*
& seqq. Ceph. cons. 233. *n.* 14. *& seqq. &*
cons. 234. *n.* 9. *& seqq. lib. 2. Bertaz. cõs.*
28. *n.* 4. *& cons.* 341. *n.* 27. vbi quod
9 isto casu talis depositio, nec facit in-
ditium ad inquirendum, *Farin.* ne-
dùm *d. cons.* 79. *n.* 4. vers. *Et magis in*
specie, verùm etiam *cons.* 82. *n.* 6. vers.
Imò, inquiens, in testibus, qui dicunt
10 se corruptos falsum dixisse in tor-
tura, nec etiam purgat periurium, &
infamiam.

Id quod in terminis oculata fide
tradiderunt *Ancaran. cons.* 24. *col.* 1.
Fulgos. cons. 173. *n.* 2. *Dec. d. cons.* 189.
ferè *per tot. Alciat. de præsum. 2. regu.*
præs. 10. *n.* 2. & plenè, ac perbellè in
sua declamat. impressa post lib. paradox.
pag. 6. & seq. ac ferè *per tot. Mars. cons.*
78. *n.* 10. *& seq.* vbi ampliat etiam si
11 tales testes essent in articulo mortis
constituti, *Gram. cons. crim.* 46. *n.* 10.
& seq. Ludou. Catus cons. 99. *n.* 24. *&*
26. 1. *tom. cõsilior. criminal. Bero. quæst.*

58. *per tot.* idq; procedere, etiam si
12 testes sint plures numero, vt non fa-
ciant inditium ad torturam, tuetur
appositè *Bertaz. cons. crim. 156. n. 3. &
cons. 157. n. 2.* adducens præter alios
*Curt. iun. cons. 170. n. 4. Card. Paris. cōs.
169. n. 50. 4. vol. Mars. cons. 102. n. 8.
Gram. cons. 35. n. 39. & in fin. & cons.
44. n. 10.* vndè concludit *Bertaz. d.
n. 2.* vers. *Quod modo,* testes eiusmodi,
ne quidem facere inditium ad in-
13 quirendum (quicquid in contrariū
adstruxerit *Boss. in pract. crim. tit. de
indic. & consider. ante tortur. n. 156.*
nempè de cōsuetudine seruari, quod
faciant hi testes inditium ad tortu-
ram, quam sententiam sustinet *Boer.
14 dec. 319.* vbi *n. 5. in fin.* ità in casu suo
seruatum tradit) Nam contra illos
15 arguit *Bertaz. d. cons. 156. n. 5.* vers.
Nec me fugit, & n. 8. vers. *Sed quidquid
sit*, inquiens de opinione contraria
non esse curandum, cùm in contra-
16 rium sit communis sententia funda-
ta in claris iurium dispositionibus,
ideoq; fatuum sit ab ea recedere, nec
inhærendum determinationi allatę
17 per *Boer. d. dec. 319.* quia non fuerunt
consulti tot excellentes Doctores
contrariam tenentes opinionem., &
ex pluribus more suo occurrit *Giurb.
cons. 64. n. 20.* vbi obseruat eiusdem
opinionis, extitisse quoq; *Iul. Clar. in
prax. crim. §. falsum n. 5. & §. fin. quæst.
54.* contra quem & *Boss.* ac *Boer.* iudi-
catum insinuat, ex dictis per *Bertaz.
cons. crim. 39. n. 13. cons. 40. n. 11. cons.
61. n. 12. cons. 225. n. 19. & cons. 951.
in 3.* & satis detestatur *Giurb. n. 21. &
seqq.* enunciatum illud de consuetu-
dine.

Vt nimirum: si opinio illa quam
Nos tutamur, non facere testes sub-
ornatos, ne quidem ad inquirendum
indicium, à supremis Tribunalibus
fuit recepta, & secundùm illam iudi-
catum, teste eodemet *Bertaz. d. cons.
crim. 156. in fin.* inquiens, *Post diutur-*
18 *nam disceptationem Clarissimus Iure-
consultus inquisitionis Sacri Officij Cō-
sultor, hos vti corruptores absoluit pe-
nitus, testes deindè falsitatis pœnas pro-
meritas luxerunt.* Sic *Rolan. d. cons. 16.
in fin.* fidem astringit suam pro hac
sententia iudicatum reprobata opi-
19 nione *Bossij*, & *Assectarum* plurimisq;
alijs iuribus, & authoritatibus com-
probat *Farin. quæst. 45. à n. 12. ad 23.*
vbi etiam *n. 22.* quod talis testis cor-
ruptus nec etiam aliquid facit de-
ponens cum tortura, *Vermigl. cons.
370. n. 5.* vers. *Vbi verò.* Vtq; vnde-
quaq; firma sisteret nostra opinio, ita
iudicatum in *Rota Romana* tempore
quo Summus erat sacrorum Antistes
Gregor. XIII. in causa Alexandri Ra-
stelli Abbatis Sancti Sebastiani, in
qua aderant tres testes, omnes nobi-
li genere nati, & eorum duo Docto-
res, qui confessi fuerunt falsum de-
posuisse contra Io. Mariam Vbaldi-
num de mandato dicti Abbatis, scri-
20 pto nobis tradidit *Farin. d. cons. 82.
n. 7.* vers. *Quibus non obstant.*, inquiens
dictum Abbatem fuisse relaxatum è
carceribus quamuis acerrimum ha-
beret instigatorem, & *in fin. d. consi-
lij*, imprimi curauit decisionem Ro-
tæ coram D. Seraphino de ann. 1597.
in vna Parmēs. Status editam, in qua
21 habuit Rota pro absoluto suborna-
tionē in materia criminis esse odio-
sam, ideòq; probandam esse per pro-
bationes concludentes, sicuti fuit iu-
dicatum in causa Vlisbonen. coram
D. Cotta 10. Februarij 1573. & per
alios testes, quàm eos, qui dicunt se
fuisse corruptos, ad *tex. in cap. sicut
nobis*, vbi *Scribentes de test. Felin. in
cap. cum in tua n. 7. de testi. Ruin. cons.
146. n. 34. lib. 5. Ceph. cons. 233. lib. 2.
Farin. cons. 171. n. 4. Seraph. dec. 851.
n. 4. dec. 1230. n. 3. & dec. 1250. n.* iti-
dem 3. *Gram. vot. 11. n. 10. & seq. Ver-
migl. cons. 370. n. 7.* vers. *Atq; hinc est.*
Nam inquit Rota *in d. decis. n. 11.* ex
eo

22 eo quod testes dicunt se corruptos, dixisse, falsum ostendunt, seq; esse periuros, & falsarios, ideoq; eis non creditur, *cap. testimonium de test. Ruin. 4. cons.* 147. *n.* 5. *lib.* 5. *Verall. dec.* 73. *lib.* 1.

Certam igitur quę habuerunt determinationem, minimè mutandam
23 esse, cecinit *tex. in l. minimè, & l. de quibus, ff. de legi. Affl. dec.* 190. *D. de Franch. dec.* 238. *n.* 3. *D. Reg. Rou. in prag.* 2. *de admin. vniuers. n.* 21. Quò fit vt dum Fiscus suas desumit probationes ex dictis istorum testium, illę non sunt attendendę, sed respuẽdę quasi sui macerie destruantur.

Rursus: nullam gestare fidem testes predictos ex eo conuincitur ad tradita per *Gram. dec.* 28. quia nedum
24 socij criminis (qui sanè defectus per torturam purgari solet vti *n.* 27. probabimus, verum etiam periuri sunt, criminosi, & viles, & sub spe
25 promissionum illis factarum deposuisse fatentur, quo casu etiam torti omninò repelluntur, & nequidem inditium faciunt secundùm *Boss. tit. de oppos. contr. testes n.* 21. *D. de Franch. dec.* 459. *n.* 1. *& seq.* vbi de obseruantia, *Farin. cons.* 161. *n.* 9. vers. *Et venit ad deponendum*, & *cons.* 182. *n.* 25. *& quaest.* 43. *n.* 192. *Scacc. de iud. lib.* 1. *cap.* 86. *n.* 35. *ad med.* vers. *Inhonestu, Vermigl. cons.* 42. *n.* 12.

Sic *Doctor Ioseph de Philippis* vltra periurium in quod incidit, nam in prima depositione negata inrauit, & in secunda affirmauit, de semetipso testimonium perhibet, quod fuerit de vitio nefando imputatus, *fol.* 78. *lit. A.*

Sāctus de Lanna affirmat se promptum exhibuisse ad deponendum ex promissione duorum bobum *fol.* 88. *at. in sign.* & clariùs *fol.* 90. *at. lit. B. & lit. A.*

Ascanius de Luca eodem morbo laborat, dum se plurium facinorum reum facit, & proindè profugū iuisse *fol.* 92. *in sign.* & de promissione, *fol.* 94. *lit. B. & in sign.* vbi de armatione in campanea.

Vndè tradunt DD. quòd licèt per
26 torturam purgetur infamia socij criminis ad hoc vt faciat fidem contra
27 nominatos ab illo, *Mars. cons.* 22. *n.* 21. *Vulpell. cons.* 3. *n.* 7. *Bertaz. cons.* 234. *n.* 4. *lib.* 1. *Vermigl. cons.* 290. *n.* 3. vers. *Nec obstat, Plot. in l. si quādo* §. 4. *n.* 28. *C. vnde vi, Mars. in pract.* §. *Diligenter, n.* 62. vers. *Sed infamis, n.* 83. vers. *Et teneas in fin. Glos. Bal.* & DD. *in l.* 3. §. *lege Iulia*, vers. *Palam, ff. de testi. DD. in cap. per tuas de symon. Gram. cons. crim.* 45. *n.* 22. *Mars. cons.* 109. *n.* 15. *Alex. cons.* 21. *n.* 6. *vol.* 1. *Ludou. Beguer. dec.* 37. *n.* 3. *circa fin. Boer. dec.* 319. *n.* 3. *Iul. Clar. in pract. crim. quaest.* 21. vers. *Seias etiā*, & in *quaest.* 25. *in princ. Boss. in tit. de tortur. testium n.* 3. vbi etiam subdit, quod testis crimine notatus, etiamsi non sit vilis persona non admittitur sine tortura, *Peguer. dec. crimin.* 5. *n.* 36. vers. *Requiritur prętereà, Reg. Reuerter. in decisi. manuscript. dec.* 42. *vol.* 1. vbi quatuor requisita enarrat, quę interuenire debent, ad hoc vt dictum socij criminis fidem faciat; Attamen non purgantur alij defectus, nempè periurij, *Osas. cons.* 65. *n.* 32. *& seq Mascar. de probat. concl.* 1568. *n.* 7. *Farin pract. crim. quaest.* 56. *n.* 193. nec sanat tot defectus in te-
28 stibus *Burs. cons.* 192. *n.* 21. *& seq. Osas. cons.* 64. *n.* 30. *Farin. quaest.* 43. *n.* 178. *Honded. cons.* 100. *n.* 37. *lib.* 1. *Crau. cōs.* 6. *n.* 54. vers. *Sexto respondeo, Gabr. cōm. conclus. lib.* 7. *concl.* 26. *n.* 7. *Boss. in tit. de opposit. contra testes n.* 1. *ad fin.* vers. *Debet etiam considerare Caph. cons.* 234. *n.* 12. *lib.* 2. punctuatim *Reg. Reuerter. in decisionib. manuscrip. dec.* 42. & duos
29 tantùm sufficere defectus in teste ad hoc vt nullum ex eo oriatur contra nominatum indicium, tenet *Io. Turrius cons. crim. diu ers.* 81. *n.* 65

lib.4.Burs.cons.239.n.42. Card.Tusc. practicar.conclus.lit.T.concl.218.n.10. Farin.cons.216.n.8. vers. *Stantibus itaq; tom.3.Mars.cons.74.n.23.Gram. cons.crim.35.n.27.cons.38.n.8.cõs.61. n.3.& cõs.70.n.7.ac in vot.34.n.8.9.* quod
30 in crimine lęsę Maiestatis procedere affirmat *Hieron. Gigas in absoluto tractatu de crim.les.Maiest.lib.2.rubr. quomod. & per quos crim. les. Maiest. probat.quæst.7.n.7. Bertaz. cons.crim. 234.n.5.*vers. *Et quia ambo erant infames ex alijs delictis*, & vti satis benè ad rem animaduertit *Bertaz. d. cons. 156.n.10.* vers. *Quod proculdubio*, dũ pręcitati testes reuocauerint falsas imputationes datas prędictis Cion-
31 to, & Grimaldo, sicuti in illis falsi fuerunt calumniatores, ità pręsumẽdum est in hac nominatione N. secũdùm *Rolan.d.cons.16.n.18.& seqq. & cons.73.n.32.& seq.*

Vtq; de theoremate tam explorato, nulla possit dubitatio suboriri, prodeant in medium duo Supremi Collateralis Consilij Regentes, qui pro absoluto constituant eiusmodi nostram (seu mauis) Doctorum insignium propositionem, quorum primus sese offert *D.Rouit. in prag.6. de*
32 *receptator.delinquen.n.5.* ibi, *Item intellige dummodò hic socius confessus nõ sit morti traditus, nam tunc nullum faceret indicium eius confessio contra socium, ità Bertaz. cons.234.* Alter quẽ adducimus, est *D.Sanfel.dec.283.n.6. tom.3.* vbi loquens in terminis *cap.*
33 *Regn.7.* incip. *Frequens, & inesfrenata*, quo cautum est ob frequentiam disrobatorum stãdum esse dicto triũ latronum deponentium sigillatim, &
34 occultè in tormentis, limitando dispositionem iuris communis, quod expresè disponit socios criminis nõ
35 esse recipiendos in testes, imò receptos aduersus socium non probare, ad *tex.in l.quoniã liberi*, vbi *Salic.n.3. C.de testi. cap.personas, & cap. veniens de testi.cap.1.de cõfess.cap. nemini 15.*
36 *quæst.2.* aliosq; congerit *D. Sanfel. d. dec.283.n.1.& 2.* vbi *n.6.* inquit. *Et ex vi dicti capituli vbicumq; socij criminis patiuntur alios defectus non procedit plena probatio per capitulum statuti, vtpotè si adesset minor ætas, corruptela, & similes.* Vndè in casu nostro, in quo non procedit dispositio *cap prædicti*, & supponitur ius commune incorrectum, patens fit, quod nullum faciunt eiusmodi testes indicium ad inquirendum, subdit postmodum *D.*
37 *Sanfel.d.dec.283.n.7.* ità per Collaterale Consilium fuisse iudicatum, vt ne quidem fidem faciant testes con-
38 fessi tanquam cadauera, ibi, *Tamen per Collaterale Consilium fuit habitum pro vero, vnum ex socijs confessum tanquam cadauer non esse integræ fidei*, adducens *Bertaz. d. cons. 234. & D. Reg.Rou. d.pragm.6. de receptator. delinquen.* licèt ex Typograghi incuria allegetur *prag.5.*

Vt indè explosa, imò protinus reiecta testium fide, in nihilo eorum dicta officere posse Clienti haud hęsitanter insinuemus, cum nullo pacto
39 ad testimonium amplius in aliqua causa possunt admitti, *cap.sicut nobis in fin.cap.testimonium*, vbi *Felin.n.19. de testi.cap.quicumq; 6.quæst.1. cap. si quis conuictus, & cap parum 22.quæst. 5.* ibique *Glos. & Canonistæ* passim exornãt *Alciat.de præsump.2.regu.præs. 10. in princ.* & in *declam. 8.* post *lib. Parerg.pag.6.* quin, ex quibus libraca nostra sistat defensio, protenso quasi digito demonstremus.

Suffragatur etiam nobis, & alterũ illud axioma receptum, ac elicitum,
40 ex *glos.*& Doctoribus *in l. fin. C. de accus.* non posse de consocijs, mandatoribus, vel participibus interrogari nisi in criminibus exceptis, quæ crimina (vt cæteros posthabeam) reas-
41 sumit insignis *Farin. in pract. crim. quæst.43.ex n 56.* nempè *læsæ Maiestatis*

tis

tis Diuina, & humana conspirationis, & coniurationis, falsa moneta, latronũ, & grassatorum viarum, Assassinij, Sacrilegij, Maleficiorum, & Mathematicorum, Adulterij, Sodomia, Lenocinij,
42 suppositi partus; nullum tamen verbum euomit de falsarijs, seu subornatis, & corruptis ad falsum deponendum, quod sanè argumentum satis esset ad probandum non potuisse præfatos testes de conscijs, interrogari, & data interrogatione, ex qua sequuta fuit confessio, nulliter esse actum, idcircoq; indicium nullum oriri contra Clientem.

Sed strictiùs, & peculiariùs deueniendo, comprobat hanc sententiã,
43 benè doctus *Bertaz. d. cons. 156. n. 1.* ibi, *Et cum ipsi confessi fuerint, se falsum dixisse, non poterant de consocijs, vel mandatoribus, seu participibus interrogari cum in criminibus exceptis non versemur*; idq; ex pluribus suadet, & *cons. 159. n. 7.* vers. *Respõdetur*, iterum tradit, auctoritate *Alciat. in d. declam. 8. pag. 8. Rol. d. cons. 56. n. 7. & seq. & cons. 73. n.* itidem *7. & seq.* ibiq; *Bertaz. n. 8.* occurrit obiecto an sufficiant testes prædicti, dum alij non interuenerint, inquiens opus esse
44 nedum actu, sed etiam habitu, quod non interueniant secundùm *Plot. in l. si quando n. 147. C. vnde vi, Rol. d. cons. 73. n. 26. Marsil. cons. 102. n. 16.*

Eoq; fortiùs: si plures concurrãt defectus (sicuti in re nostra) ex traditis per *Ladon. Catum, cons. 99. n. 62. in 1. vol. cõsilior. crim. diuers. Azeu. cõs. 27. n. 33. Bardell. cõs. 28. n. 10.* quos sectatur, iisq; subscribit *Gsurb. cõs. 64. n. 17.* vers. *Et si veritas aliter haberi non*
45 *possit*, & pro coronidè applaudet doctissimus *Reg. Ron. in luculentis cõ-*
46 *mentarijs ad Pragm. Regn. super prag. 4. de falsi. n. 14.* per hæc verba. *Nõ autem hi testes falsi, in tortura possunt interrogari de mandatoribus, & instructoribus, & interrogatorijs, & confessi nõ faciunt indicium cõtra illos*, addu-
47 citque *Bertaz. cõs. 156. & duob. seqq.* nullaq; fides adhibenda est, *Vulpell. cons. crim. 52. n. 2.* aienti hodie ex generali consuetudine totius Italiæ interrogationem fieri in quocumque casu, adducens *Gandin. in tract. de quæstionib. col. 3.* Nam nimis ieiunè, & per transennam rem olfacit, idcircò languidæ euasit Authoritatis, sicuti tradit *Iulius Cæsar Calum. in tract. de equitat. c. 3. n. 19.* & obseruaui *Ego in 1. practicar. obseruat. cap. 29. n. 19.* Nec tam supinè credendum est processisse in re tam practicata *Bertazol. Farin. Reg. Ron. Reg. Sanf.* aliosque præcitatos, vt si generalis hæc fuerit consuetudo, contrarium apertè insinuauerint, & Ipsemet *Vulpell.* videtur de re subdubiùs, dum inquit *d. n. 2.* delictum in quo ipse
48 consuluit, pacis ruptæ, esse adeò graue, quod sapiebat assassinium, adducens *tex. in cap. 1. §. si quis alium de pac. tenen.* quodq; veritas in eiusmodi facinore aliundè haberi non poterat ad *tex. in l. diuus, ff. de quæstionib.*

Quibus delineatis, ad elidendam prædictorum testium morti traditorum fidem, illamq; omninò denigratam indicandam, concurrentibus tot alijs defectibus, criminibus, ac praua eorum qualitate, tota remanet probatio in depositione duorum testium in facti themate à Nobis adductorũ, nempè *Scipionis Scotij* Rhedarij (qui licèt ex eo tantùm, quòd Rhedarius
49 repulsam habeat, quod sit temerarius, abiectæq; fidei, ideoq; nullam faciat probationem, nec indicium secundùm *Ruin. cons. 147. n. 3.* vers. *Attento, Rolan. cons. 16. n. 22. & cons. 73. propè fin. Bertaz. crim. cons. 157. n. 17.* & est *tex. in Authen. de testib. §. si verò ignoti, l. diuus, l. ex libero, l. edictũ, ff. de quæstio. l. ob carmen § fin. ff. de testib. Inno. & alij in cap. cum P. Mancosella de accus. Decian. respons. 4. n. 36.*

lib.

lib. 3. Reg. Valenz. cõs. 92. n. 83. lib. 1. & n. 84. & seq. tradens maximè repellẽdos in causa, in qua de statu hominis agitur, & nobili viro, ex abundãti repellimus, siquidem non de alio deponit, nisi quod fuerit N. alloquutus cũ villicis semotim; nec quid dixerint, testificatur, subdens de iudicio, quod fuerit N. certificatus de aduentu dictorum Villicorum *fol. 109. in sign.*
50 vndè testis de iudicio deponens nihil probat, vt post alios de communi fatetur *Farin. de testi. quaest. 68. n. 32. & seq. Vermigl. cons. 3. n. 18.*

Sed obliuioni minimè tradendũ, quod hic testis, nullam mentionem facit de *Tenente Letitia* vocato à primis testibus tortis tanquam cadaueribus, & tamen alloquutionis actus vnicus insinuatur à Fisco, vndè vti illis contrarius, paruifaciendus est, *Farin.* ex multis *de testib. quaest. 66.*
51 *n. 19. & quaest. 265. n. 8. cõs. 386. n. 14. & cõs. 408. n. 6.* vbi inquit prædictos testes inter se contrarios ad inuicem se collidere. Nec potest inficiari quin ipse Tenẽtem Letitiam cognouerit, nam de hoc conuincitur ex suimet attestatione *fol. 209. at. lit. A.*

Insuper aliud factum enarrat *fol. 110. in sign* nempè *Che il Dottor Gioseppe de Filippis le disse, che per l'accesso del Giodice Allegria haueua il tiro à sei di N.* & tamen in depositione Iosephi nihil de hoc, vndè iterum repellendus.

Octauius Scalfatus alter testis *fol. 115. [at. lit. A.* nihil ad rumbum contra N. siquidem non de alio deponit nisi de ipsius allocutione cum villicis intus Cortile domus Dom. Iudicis Boliaga, nec quid dixerint, aperit, ipsorumq; nomina, & cognomina ignorare tradit.

Hic testis de *Tenente Letitia* verbum euomit, imò N. iter arripuisse post alloquutionem cũ villicis versus Ecclesiam Sanctæ Mariæ Angelorum fatetur, quod vtique si *Letitia* cum ipso aderat, ipso cùm associatus rationabiliter fuisset, vndè contradicit testibus confessis in tortura vti cadaueribus, & sic ex præcitatis iuribus nullam præbet fidem.

Repellitur etiam, quia Clericali adscriptus fuit militiæ de ann. 1647. die 3. Aprelis vti ex fide registri Episcopalis Curiæ Cauensis, & vti talis postulatus ad iudicium in Episcopali Curia de anno 1649. ad instantiã Monialium Sanctæ Claræ Ciuitatis Nuceriæ pro duc. 300. fuit condemnatus, ac in gradu appellationis sententia confirmata fuit, sicuti ex fide Actorum Magistri Episcopalis Curiæ Nuceriæ conuincitur. Non poterat igitur recipi Clericus ad deponendum in criminalibus refragãte *rit. Magna Curia Vicaria 144.* secundùm computationem *Caran.* ibi, *in criminalibus verò ordinarijs, vel extraordinarijs, nullatenus ad testificandum admittantur, nisi pro defensione conuenti, vbi Caran. n. 5.* tradit procedere etiam si licentia Superioris intercedat, vel sine ea, quodq; ita seruatur, & concordat *tex. in cap. testimonium 11. quaest. 1.* adeòq; verum esse
52 (margin, at "poterat")
53 inquit *Caran.* vt si de facto Clerici examinarentur, non facerẽt inditiũ, adducens *Iserw. in constit. si damna clãdestina*, & post alios *Crau cons. 3. n. 11. & 12.* Vltra quod carceratus ad in-
54 stantiam Fisci vt deponeret, metu, & tædio carceris affectus deposuisse credendum est, secundùm *Farin. cõs. 193. n. 3. Vermigl. cons. 33. n. 15. & cõs. 74. n. 6.*

Nostro itidem patrocinio suppetias fert inuerisimilitudo, quo etenim ausu, aut impulsu attestati potest voluisse se Authorem facere, N. falsitatis ad subornandum testes ad falsum deponendum, quando ex depositione *V. I. D. Iosephi de Philippis* luce meridiana clariùs elucescit, in Ca-

Casali Marcianisi,fuisse testes instructos à *Lillo de Caprio fol.77. at. lit. D.* quodq; inimicitiam ipsemet de Philippis contraxerit cum dictis *Gionto, & Grimaldo* imposturatis eò quod de nefando vitio illum inquiri satagerunt *fol.78. lit. A.* quid commune igitur habebat, vt voluerit vir patritius in amplissimo Titulatorum ordine emicans tantum patrare facinus, ex quo sibi non modicum dedecus pararetur? Etenim sine causa
55 nec delinquere velle quis præsumitur, *Eugen.cons.30.n.27.* quo fit,vt in-
56 uerisimili fides non adhibeatur, *cap. quia verisimile de presl.l.qui habebat,ff. de legat.3.Surd.cons.*303.*n.*39 *l. Testiū dignitas, ff.de testi. Reg. Valenz. cons.* 97.*n.2 lib.1.Morot. cons.99.n.14.Farin.cons.121.n.40.cons.122. n.16.cōs. 138. n.13. Giurb.* ex multis *cons.* 78. *n.* 18. qui omnes tradunt si quid verisimile non est, pro falso haberi.

Nec facilè quempiam credendū
58 est, suum honorem velle negligere, *l. isti quidem*, ibi, *cum viris bonis iste metus maior esse debeat, quam mortis, ff.de eo quod met.caus. Glos.in cap. cum dilectus,* verb. *Metum mortis, ff.de his quæ vi metusue caus.fiunt,* D. *Consiliar.*
59 *Theod.* (quem adhuc mortuum summè veneror, vti de me optimè meritum) *alleg.19.n 5.Gram.dec.5 n.10. Gizz.dec.18.n.1.& 33.Surd. dec.59. n.2.*& est *tex.in l. insta, ff. de manum. vindict.Præs.Amat.cons.30.n.12.cum seq.lib.1.D.Reg.Sanfel.dec.199. n.*18.
60 præcipuusq; nobilitatis effectus est, quod ea condecorati, præsumuntur bonis præditi moribus, atq; virtutibus, ad *tex.in l.quod si nolit, §. mancipia, ff.de adil.edict.l.6.& 7.tit.18.par. 2.Mastr.de magistrat lib.3.cap.8.n.22. & seq.* benè doctus Hispanus *Escob. de nobilit.& purit.proban. quæst.4. §.5, n. 6.* verf. *Quæ dupliciter* post *Pelaez de maior.par.1.quæst.5 1.n.165.Card. Mantic.de tacit.& ambig.lib.8. tit.25. n.6.* Cessante igitur causa,quomodo potest à quopiam coniecturari voluisse contra imposturatos talia pa-
61 trare? cum certò certiùs sit causam ante omnia in delictis esse attendendam, *Farin. cons.22. n.31. cons.* 147. *n.5. cons.192.n.2.& cons.21. n.22. & cons.55.n.21. Vermigl. cons. crim.* 15. *n.15.* eaq; grauis esse debet *Cason.de indit.tract.3.cap.9. Mantua cons.152. n.13. & cons. 163. n. 14. in 3.Garath. cons.505.n.12.& 13.Bertaz.cōs.crim. 85. n.17. & 18. Felic. alleg. 168. n. 3. par. 2.*

Id quod incrementum accipit ex eiusdemet *de Philippis* assertione antequam è sæculo migraret,insinuans tormentorum dolore deposuisse de N. qui in rebus licitis contra imposturatos suam exhibuisse operā profitetur, vti ex documento Congregationis Confortatorum, idemq; asseruit *Sāctus de Lanna* ibidem *lit. B.* quæ sanè excusatio inquisiti innocētiam demonstrat. Creditur etenim delinquenti, aut cuilibet alij, dicenti
62 se ex propria causa deliquisse, & nō ex alterius mandato *Mars. cons. 61. n.36. in fin.& n.seq.Plaz.in Epitom.delictor. cap.* 15. *n.* 14. *Farin. in prax. quæst.45. n.23. Vermigl. cons. 24. n. 2. Gomez. variar. tom. 3. cap. 13. n. 17.* vers. *Si verò delictum* cum alijs per *Farin.cons.181.n.45.lib.2.* benè *Iser. in Constit. Si damna clandestina col. 8.* quem insectando sequitur *Reg. Reuerter.in decisſ.manuſcript.dec.44.vol. 1.* vbi *in fin.* tradit per Reg. Camerā in Collater. Consil. fuisse Reum ex-
63 culpatum in mortis articulo ante sētentiæ exequutionem liberatum, in quam sententiam cùm concurreret
64 D. Fisci Patronus, fuit ab omnibus laudatus (*Optanda sanè tempora?*)

Et quia exculpatio prædictorum processit ob exonerationem conscientiæ, maximè attenditur ex ponderatis per eruditissimum Consultū

Io.

Io. Mariam Vermigliolam consf. 25. *n.*16. vbi aduertit erroneitatem confessionis .metu tormentorum extortam, nam in terminis *D.Reg.Rou.*tra-
65 dit confessionem in tortura factam, vt plurimum procedere ex metu, & impatientia tormentorum per *tex.* expressum *in §. si quis vltrò in princ. l.*1.*ff.de quæstion.*iuncta *Glos.* in verb. *Nonnunquam, & in §. quæstioni eiusdem l.*1.

Quod si ex Aduerso dicatur in animum reduxisse N.carcerationem factam ab imposturatis; Petri Pellegrini conductoris nonnullorum eius bonorũ, sicuti fateri videtur idemet *de Philippis fol.* 8. *lit. B.* ficulneum sanè argumentum præbet; siquidem vltra reuocationem confessionis ipsius de Philippis modò enunciatam, ex processu contra dictum Pellegrinum formato coram Iudice Ciuitatis Capuæ die 21. Mens. Augusti 1652. eò quod resistentiam fecerit birruarijs volentibus exequi ad instantiam Salzilli de Masile contra Iacobum Tartaglionum in territorio, in quo habet iurisdictionem N. non aliud secernitur, nisi quod renũciatis defensionibus dum detineretur per Palatium Ciuitatis Capuæ, fuit ordinatum, quod carcer cederet in pœnam, nec video quam partem habuerint in hoc iudicio Ciontus, & Grimaldus.

Præterquamquod: dum carceratus fuit relaxatus, & Pellegrinus liberatus nulla iniuria illata videatur dicto N. respectu personæ Pellegrini, imò adaucta secernitur eius iurisdictio, dum carceratus captus in dicto territorio, ex eo tantùm quod sua erat iurisdictio, fuit relaxatus, nec ad aliquam pænam cōdemnatus fuit
66 Pellegrinus: Manifesta namq; causa esse debet, ex qua capitalis oriri possit inimicitia, *Decian. lib.* 3. *crim. cap.*25. *n.*30. *&* 31. *Farin. quæst.* 49. *n.*101. *&* 127. *Honded.consf.*87. *n.*96. *in* 2.*felic.alleg.* 168. *n.*2.*par.* 2. Et ex
67 leui inimicitia, animum ad magnã sumendam vindictam non argui tradit *Pancirol.consf.*151.*n.*3.*&* 4.*Bertaz. d. consf.*85. *n.* 19. *&* 70. Et grauis re-
68 quiritur causa vti modò indicauimus, quæ potiùs spectanda venit, quàm ipsum delictum, ad *tex.in l.verum.la* 2.*ff.de furt. Menoch. consf.*438. *n.*1.*Ias.in l.*1. *n.*30. *C.de seru. fugitiu. Gabr.comm.conclus.tit. de crim.concl.*2. *n.*54.*Caph.consf.*324.*n.*30. Imò corre-
69 spondere debet offensæ factę, vti ex *Fulgos. in l. si quis mihi bona, §. Sed si n.*17.*Rom.n.*5. *Alex.n.*15. *ff.de acquir. hered.*recenset *Ias.in d.l.*1.*n.*21.*C.de seru. fugitiu. Farin. consf.* 147. *n.* 32. *Giurb.consf.*91.*n.*20.*&* 21.prestat igitur copias nobis auxiliares argumẽtum à verisimili ductum, quod nobiles dum oppressos se vident, concitentur ad vindictam, & ad calumniãtium homicidia patranda, nulla etenim res, eis proximiorem occasionẽ præstat, quam in existimatione si of-
70 fendantur, quia cum verecundum extimari soleat inultam existimationem relinquere, ex abundè exaratis per *Escob. de nobil.proban.par.*1. *quæst.* 18.*per tot.*& probat *Cassan.in consuet. Burgun. tit. de iustices §.* 5. *glos.* 5. *n.* 165. *& in Catalog.* 1.*par. consider.* 2. *n.*3.vbi ad hoc expendit *tex. in l.miles* 11. *§.socer* 3.*ff.ad leg.Iul. de adult.* adeò quod dixerit *Auendan.*ad tuen-
71 dam famam, eamq; vindicandam, iure externo permissum esse homicidium in *tract.de exequen.mandat.cap.* 19.*n.*13.*Farin.tom.*4.*de homicid.quæst.* 135.*n.*41.*&* 44. ac etiam iure interno animæ secundùm *Nauarr. de restit.lib.*2.*cap.*3.*n.*376.*Manuel Rodriq. in Summ.cap.*136.*n.*12.cum allegatis à *Bonacin.tom.*2.*practicab.tit.de restit. disp.*2.*quæst.vlt.sect.*1.*punct.*10. *à n.*5. *cum seqq.* alijsq; permultis congestis ab *Escob. d.tract.de nobil.quæst.*1.*glos.* 4.*par.*2.

4.par.2.tit.de vtilit. diuitiar.n.18. & seqq.Portenti instar erit asserere, quod voluerit N. non offensus, nec irritatus à personis, gradu,conditione, & qualitate, imparibus falsitatis testium macula se notatum fieri,quādo aliud honorificum vindicādi genus non defuisset.

Eòq; magis omni resistit cogitatui, quod voluerit vindictam sumere, in casu quo eius iurisdictio nullā recepit diminutionem,sed potiùs ex prædicatis augmenrum, & sic vin-
72 dicta non haberet proportionem,sicuti appositè tradit *Farin. conf.* 102. *n.*42.*& seq.* iuncto *n.* 4. *& conf.* 130. *n.*10.& ponderat *Mutus Carthar.de pænis innocentum art.* 3. *n.* 633. vers. *Non enim verisimile est*, post alios Si-
73 quidem cessare dicitur delinquendi causa, ac proindè cessare etiam quçcumq; indicia non solum ex defectu totalis causæ, sed etiam causæ proportionatæ ad falsitatem *Cason.de indit. tract.*2. *cap.*3. *n.*8. *& seq. Vulpell. conf.*99 *n.*3.*Blanc.de indit.n.*130.alijque à Nobis adducti *hoc eod. respons.* vers. *Nostro itidem patrocinio*, quibus subnectimus *Vermigl.conf.*30.*n.*2.vbi
74 quod deficiente causa delinquendi, confessio non attendirur, *Farin.conf.* 185. *n.*38. *Caball.de homicid. n.* 294. *Foller. in pract. crim.* verb. *Item quod sororem venenauit*, post *n.* 19. *Bertaz. crim.conf.*445.*n.*20.*& seqq. lib.*2.

Quin ampliùs :omnia hæc si prostituerentur,*Bone Deus?* Nonne euanida redduntur attestata contra N. ex deductis in defensiuo? Ibi etenim examinato *Tenente Francisco de Letitia fol.* 334. *at.* (licet aliquatenus Fiscus ne recipiatur inuigilauerit)& propriè *fol.*335.*at.lit.B.*cum iuramēto deponit in die 6. Septemb. 1652. quo die testes ad mortem traditi deposuerunt dolore tormentorum, ipsorumq; metu (*Infelices ?*) ità simul cum ipso iuisse N. ac Tenente aliquantulum ab eo recedente testes ipsos cohortatus fuerit ad deponendum, è Palatio Excellentiss. Domini Proregis per totum diem non discessisse,vndè modò admirationi occlaudo ianuam, quare Fiscus in informatiuo non produxerit *Tenentem Letitiam* à duobus contestibus vocatum, nam optimè id peregit, ne inquisitionis moles ex depositione probati viri, fuimet macerie dilabe-
75 retur. Scitum namq; est, quod testis si quem aliquem in contestem adducat, quiq; negauerit, depositionē suspectam reddi, & inualidam, ex dictis per *Carrub.* (ne Nostrates negligamus) *de prahem.Magn Cur.cap.* 1.*n.*21. *Io.Maria Vermigl. conf. crim.* 156.quinimò de falso conuictum di-
76 ci hoc in casu,tenet *Gram conf.crim.* 26.*n.*20.*& seq.Mars.sing.*408.*Intrigl. dec.*12.*n.*14.*Bertaz.cōs.crim.*334. *n.*3. *Felic.alleg.*14.*n* 33.*alleg.* 15.*n.* 134.*alleg.*50. *n.*20 *par.*1.*alleg.*92 *n.*9. *alleg.* 134.*n.*18.*Farin.cōs.*127 *n.* 11.*Guazz. reor.defens.*25.*cap.*1.*n* 23.*&* 24. alijque plures de more cōgesti à *Giurb. d.conf.*91.*n.*25.qui(quatenus ad rem nostram attinet)duas excipit,firmat-
77 que cōclusiones, quod testis in vno falsus, in omnibus falsus dicitur ; Et in parte falsus, in totum dicitur falsus, *l. si ex falsis, C. de trans. Castrens. conf.*301.*n.*4 *par.*1. *Ias.in l. admonēdi n.*128.*ff.de iureiur. Gabr.cōs.*148.*n.*9. *vol.*1.*Menoch. de præsum. lib.* 3. *præs.* 63.*n.*2. *Reg.Valenz. conf.*78. *n.*85. *lib.* 1.*Ciazz.conf.*2.*par.* 1. *Maran. Episcop.* post *alios respens.*78.*n.*52.*par.*1.& cōsultim Fiscum egisse sat scio, dum modò ne in defēsiuo produceretur, elaborauit, redditur namq;& ex hoc alio falsa depositio illorum testium, qui *Tenētem Letitiam* vocauerunt secundum *Io.de Amic.conf.*79.*n.*1.*Bertaz.cōs.*251.*n.*99. *lib.*2. *Rim. iun. conf.* 644.*n.*2.*lib.*5.*Guazz. reor. defens.* 28. *n.*13.vers. *Et melius,& seqq.*vbi etiam

Hh *n.*15.

n. 15. tradit inquisitum liberandum esse ex hac probatione etiam si cōtra eum militarent inditia ad torturam sufficientia, benè *Vermigl. cons.* 25.*n.*17. vers. *Alterum.*

78 Agedum; si animum ex sequenti actu agnoscimus ad *tex. in* §.*Pauonū insti.de rer.diuis.l.hi qui* C.*de adult. l. reprhendenda*, C.*de institut. & subsit. l.sed & Iulianus*, §.*Proindè,ff.ad Macedon.l.si seruus plurium* §.*fin. ff. de legat. 1.* cui non sit conspicua innocētia N. qui rogatus à Mutio patre Iosephi de Philippis post ipsius carcerationem, vt illi auxilium præstaret, nedùm denegauit, imò è domo eiecit, iniuriando,& iniuriatus recessit, sicuti deponunt testes in defensiuo, inter quos Sacerdos *D. Ioānes Valētinus Vicarius foraneus*, dum pro auxilio rogaret, respondit N. se insuetum infamibus suam præstare operā *fol.*342.*& at. lit. A.* quod factum deponitur quoq; à *D. Apostolo de Tonar*, qui eo tempore insimul cum N. reperiebatur *fol.* 330.*lit. B.* Potiùs herclè mellifluis alliciendus erat verbis à N. Doctor de Philippis, si conscius erat cum eo de crimine, nempè vt reticeret, non autem iniurijs, contumelijsq; repellendus, & ex consequenti irritandus, sed nitida N. con-
79 scientia, mille pro se adducit testes, (vti est in adagio.)

Canamus receptui. Innocentia N. quo nitidiùs exurgere potuerit, non capio, si in hoc fides denegatur? benè callebat N. carcerationē trium illorum testium, Carceratur Doctor Antonius Villanus prætensus consultor, & tamen non latitat N.? publicè conuersatur? Iudicum faciem non exhorret? quod proprium Reo-
80 rum est, Palatiumq; Excellentissimi Proregis adit, si conscientia sibi vrgeret de tentato crimine, cur non elongatur? cur non occasionem ar-
81 ripit, vt è Ciuitate discedat? Euidentia innocentiæ signa fatur *Bart. in l.quis sit fugitiuus*, §.*scientis,ff.de edilit. edict.Cepol.cōs.*31.*n.*5. *Gram. cons. crim.*29.*n.*32.*& cons.*61.*n.*24. *Granet cōs.*6.*n.*39. *Mars. in praxi*, §. *diligenter n.*204.*& cōs.*117.*n.*49. *Decian. cōs.*69.*lib.*3.*Raud.cons.*27.*n.*77. *vol.*2. *Bars. cons.*146.*n.*8.*& cōs.*275.*n.*2. *Inrigl.lib.*2.*sing.*176.*n.*55. *Triuis.decis.* 13.*n.*44. *lib.*2. *Menoch. lib.* 1. *de præs. quæst.*89.*n.*37.*Rim.iun. cōs.*302.*n.*13. & *cōs.* 361. *n.*55. *& cons.*217. *n.*27. *Gram.cōs.*61.*n.*4. *Giurb. cōs.* 13.*n.*13. *circa fin.* ibi, *fatuus sanè ille esset, qui cum nocens sit, & reus criminis, vellet se priuare libertate, & in carceribus constituere, putans celare veritatem, Bertaz.cōs.crim.*156.*n.*10. vers. *Sextò cōcurrit*, vbi tenet ex hoc quæcumq; indicia contra Reum vrgentia tolli.

Quibus subnectere libet, ne silentium in conscientiam nostram quis
82 deducat hoc in patrocinio, Conscientiam nihil esse quàm sensum animæ cognoscentis bonum, & malum secundùm *Bolignin. in addit. ad Io. de Anan.cons.*34.*n.*9. *Card.Tusch. pract. conclus.tom.*2.*lit.C.cō.l.* 742. *Episcop. Barbos.axiomat. iur.*52. *n.*3. *Menoch. de arbitrar.Iud.cas.*8.*n.*41. vndè *P. Sāchez in decalog.lib.*1. *cap.* 11. *n* 3. in-
83 quit conscientiam esse regulam humanorum actuum, Benè dictabat cōscientia N. Reum fieri, & ad restitutionem teneri si in tale inciderit, cōmisseri tuè facinùs, necis duorum hominum, & bonorum iacturæ. Quis ergo credat ne quidem per somniū nobilem virum talia excogitare potuisse?

Quibus ità compositis, ne quisquā mihi dicat silentio obruisse, non esse
84 hoc in casu locum *prag.*4.incip.*Quoniam falsariorum sub tit.de fals.* editæ de anno 1556. ex quo ille loquitur in deponente falsum testimonium, instruente,& consulente, non autem
85 in mandante, sicuti innuit *Carauit.*

ad

ad pragm. prędictam n. 71. post *Bart. in l. sed si vnius, §. seruus,* vers. *Quaero*
86 *circa hanc. ff. de iniur.* vbi quod ille qui mandat non dicitur vere facere, sed fictè, & interpretatiuè, *l. 1. §. deiecisse, ff. de vi, & vi armat.* Verè enim nemo facit nisi qui per se facit im-
87 mediatè, vndè sub statuto punientę facientem, non comprehenditur
88 mandans, cùm statuta sint accipienda in casu vero, non in casu ficto, *l. 3. §. hęc verba, ff. de negot. gest. Carau. loc. cit.* & in terminis *D. meus Illustr. Sacri Cons. Pręses contr. for. cap. 47. tom. 1. D. Theod. alleg. 97. per tot. Iacob. de nobil. quaest. 8. n. 47. Giurb. cōs. 96. n. 15.* hoc
89 tantùm dixerim personæ qualitatē, omnem protinùs falsitatem excludere *Gabr. cōs. 169.* & post *Boss. Farin.* & alios in sedibus indicatis tradit *Io. Maria Vermigl. crim. cons. 198. n. 1. & 2.* Erubesco, pedem figere, quod in thesi nostra, Pragmatica prędicta sedem nō habeat. Adeò etenim notum est, vt nihil notiùs (Clientis persona pensitata) ipsiusq; bona fama, & vita concurrente, quæ omne dispergit indicium, quod alioqui posset contra ipsum vrgere, vti in hoc crimine edocuit *Bal. in l. 2. in fin. C. ad leg. Cornel. de fals.* & pūctuatim *Mars.*
90 *cons. 78. n. 28.* vbi quando testes rustici deponebant contra ciuem bonę famæ *Gram. cons. 46. n. 12. Dec. cons. 183. n. 15. Alciat. declam. 8.* post *librum Parreg. pag. 5. Ludou. Catus inter cōsilia criminalia diuers. lib. 1. cōs. 99. n. 12. & seqq. Rol. d. cons. 16. n. 23. & cons. 73. n. 35.* plenè *Carer. in sua prax. in princip. n. 112. Bertaz. d. cons. 156. n. 18. cum sexcentis alijs,* quibus collimant exarata per *Reg. Reuerter. in decision. manuscript. dec. 24. vol. 5.* vbi in terminis agens de probatione criminis falsi, & seductionis testium probat post *Iser. in d. Constit. Si damna clandestina col. 5.* vers. *Si certum,* quod at-
91 tenta bona fama, & conditione inquisiti, eiusdemq; Nobilitate, etiamsi centum testes essent socij criminis nihil probant, & *in fin. decisionis* tradit fuisse Cęsarem inquisitum de falsitate, & seductione testium ad falsū deponendum absolutum, & liberatū ab impetitione Regij Fisci, referente Regia Camera in Collat. Cōsil. subdens notabiliter, id quod à Nobis reticendum non est, *satis enim fuit grauatus ex longo carcere.* Quod vt cōuincatur, plulaterias dilatare noluimus, vnò tantùm in testem adducto, siue pro Testimoniali habeatur *Adm. Reu. P. Rectore Nouitiatus Societatis Iesu,* qui palàm facit eodem et die 6. Septembris 1652. in quo falsò Testes deposuerunt de alloquutione cum ijs, adhortando ad falsum deponendum, Sanctissimum Eucharistię Sacramentum sumpsisse N cui sanè Religioso maximè annuendum tradit *gloss. celebris in l. Titio 72. ff. de condit. & dem.*

Hæc occurrunt, dum alia pleraq; lubens omitto (cuncta etenim diligenter excutere, otium non fuit) ex quibus Domini mei facilè concipere poterunt quanta nam Nobis ingruerit necessitas, instructa Fisci acie, reparandi ad profligandas nimirum probationes, quas pro se facere F iscusmet autumat.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neapoli die 28. Mensis Martij 1653.

DECISIO.

DIE Iouis 3. *Mens. Aprelis* 1653. *In ædibus Dom. Regen. tunc Consiliarij D. Ioannis de Burgos, accersito Consiliario Paulo Staibano, ac Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ in Criminalibus perpetuis, D. Balthaxare de Angelis (qui & in causa Fisci Patronus) & D. Ioanne Micono, ac Iudice Philippo Martuscella* Iudice *Magnæ Curiæ in Ciuilibus, ex quibus Excellentissimi Domini Regni Proregis diplomate Iuncta extitit formata, relata causa per Causæ Commissarium, innotuit Fisci instantia pro tortura V. I. D. Antonij Villani, & Clientis, & dum causa à* Me *aciem ipsius N. sustinente, perorata fuerit, dilata expeditione in sequentem diem, fuit votatum, quod* Torqueretur pro nunc Antonius Villanus, *quo misero quæstioni supposito, & non confesso, die Sabati 8. eiusdem Mensis, fuit Cliens à Castro nouo, in quo carceratus reperiebatur, licentiatus de ordine Excellentissimi Proregis; Sed infelix Antonius paucos post dies, diem suum clausit extremum intus carceres*; Hæ sunt humanarum rerum vicissitudines.

Penès Scribam Fiscalem *Io. Baptistam Grimaldum* Act. Assumptum.

SVMMARIVM.

1 R*Itus Magnæ* Curiæ 301. *fuit confirmatus per Regem Ferdinandum I.*

2 *Priuilegium emptionis* Casalis *Marani enunciatur circa concessiones.*

3 *Priuilegium emptionis Marani tribuit emptori facultatem cognoscendi de delictis, de quibus sola Magna Curia cognoscit, ac etiam contra personas contentas* in l. vnic. quād. Imperat. &c.

4 *Priuilegium qui habet, dicitur habere ius apertum.*

5 *Probatio quæ fit per priuilegium, dicitur euidentissima.*

6 *Priuilegium habetur ad instar legis* quoad

quoad priuilegiatos.
7 *Priuilegium eſt efficax ad fundandam intentionem priuilegiati.*
8 Tex. in cap. Cum perſonæ de priuil. in 6. *expenditur.*
9 *Producens priuilegium etiamſi habeat expreſſam iuris repugnantiam cõtra ſe, interim debet obtinere.*
10 *Priuilegium producens, dicitur habere intentionem fundatam.*
11 *Inſtrumentum dicitur veritas apparens, & probatio probata.*
12 *Inſtrumẽtum dicitur prompta, & præſens probatio, indubitata, & manifeſtiſſima.*
13 *Inſtrumentum quicquid continet, habetur pro manifeſto, & notorio.*
14 Ritus Magnæ Curiæ 301. *expenditur, & enucleatur.*
15 *Caſale Marani eſt de diſtrictu Ciuitatis Neapolis diuiſum tantùm quoad iuriſdictionem.*
16 Deciſio *Sacri Conſilij 316. apud* D. de Franch. *expenditur.*
17 *Territoria inter* Caſalia, *& Ciuitatẽ dicuntur promiſcua, vnita, & indiuiſa.*
18 *Ciues originarij dicuntur, nedum ij, qui naſcuntur in Ciuitate, in qua pater habet domicilium, verùm etiam ij, qui nati ſunt in ſuburbijs, aut continentibus* Ciuitatis, *aut eius vico, vel Comitatu.*
19 *Nati in ſuburbijs habentur vti verè originarij, & participes munerum Ciuitatis,* & n.ſeq.
21 D.Franciſcus Merlin. Sac. Conſilij Præſes *laudatur.*
22 *Priuilegium Neapolitanis conceſſum, nedùm intelligitur de Ciuibus, ſed etiam habitantibus in Ciuitate, eiuſque diſtrictu.*
23 *Gratia Neapolitanis conceſſa de muliere inhoneſta è vicinia expellenda, extenſa fuit ad ſcholares, & exteros, qui habitant* Neapoli, *verùm non operatur contra Studentes Neapolitanos.*
24 *Neapolitani non poſſunt torqueri ex proceſſu informatiuo ex gratia peculiari.*
25 *Priuilegium* Neapolitanis *conceſſum, extenditur ad Caſalia, & homines ipſorum.*
26 Angel.in Authen.Quib.mod. natural. effician. ſui, §. ſiquis igitur el 2. n. 1. *expenditur.*
27 Deciſio D.de Franch.188.*expenditur.*
28 Afflict dec.56. *eſt improbata.*
29 *Ciuitas, & Caſalia, tanquam vnum corpus habentur.*
30 *Res vna, & eadem diuerſo iure cenſeri non debet.*
31 *Ciues in Regno, pro primis cauſis non poſſunt extrahi à proprijs domibus.*
32 *Iudicis competentia deſumitur ex Actore, non ex* Reo.
33 *Priuilegium roboratur à poſſeſſione.*
34 *Fiſcus non poteſt retractare rem quã ſemel vendidit.*
35 *Venditor tenetur ad euictionem rei venditæ.*
36 *Exceptio euictionis, dicitur perpetua.*
37 *Emens rem à Fiſco, non poteſt ab alio moleſtari elapſo quatriennio.*
38 *Princeps licèt ſolutus ſit legibus, attamẽ magis quàm alij ex cõtractu tenetur.*
39 *Obligatio ex contractu deſcendit ex iure naturali, qua potentior eſt ad fidem ſeruandam.*
40 *Conceſſiones Principis, quæ transferũt in contractum, ab eo tolli non poſſunt.*
41 *Conſtitutio illa,* Pacta ſeruabo, *proteſſit ab ore Dei.*
42 *Deus tenetur ex contractatione, & pacto.*
43 *Semel loquutus eſt Deus, cõuenit Principi.*
44 *Pinceps nõ recognoſcens Superiorem, efficaciter obligatur ex contractu cũ ſubditis inito.*
45 *Princeps, ni ad contractus obſeruantiam teneretur, deterioris eſſet conditionis, quàm priuatus.*

46 *Prin-*

46 *Princeps cõtrahens nullo iuuatur priuilegio, sed cõsideratur vti priuatus.*
47 *Princeps non potest subuertere pacta, & conuentiones, ex quibus mundus sustinetur.*
48 *Princeps regulariter subest iuri communi.*
49 *Princeps tenetur ad obseruantiam cõtractus naturaliter.*
50 *Contractus à Principe initi, non debẽt ab ipso reuocari.*
51 *Dubijs in quaestionibus contra Fiscum est iudicandum.*
52 Andreas de Isern *sepè sepiùs allegat* textum in l. Non puto, ff. de iure Fisci.
53 Andreas de Isern. *non meruit obiurgari à* Præsiden. Ganauer. in sede indicata.
54 Andreas de Isernia *interfectus fuit à quodam Gallo ob defensionem iurium fiscalium.*
55 *Occidens Officialem, tenetur crimine læsæ Maiestatis.*
56 Andreas de Isernia, *Euangelistæ nomen fuit promeritus.*
57 Andreas de Isernia, *non expetitur, quid dixerit, sed an dixerit.*
58 Author *pollicetur latè agere de intellectu* l. Non puto. ff. de iur. fisc. in 3. disceptat. forens. *propè dicendo.*
59 Author *affirmat explanationem datam per* D. Præsident. Regiæ Cameræ Ganauer. ad l. non puto, ff. de iur. fisc. *esse diuinatiuam, & malè* Iserniam *obiurgasse.*
60 D. Gregor. Ganauer. Præsid. Reg. Cameræ, *non benè* Iserniam *inculpauit super intellectu* l. Non puto, ff. de iur. fisc.
61 D. Io. Bapt. Larr. alleg. fiscal. 1. n. 8. *affirmat in dubijs quaestionibus contra Fiscum esse respondendum.*
62 *Fiscum vinci, præcipua gloria Principis Regnantis est.*
63 Philippus II. Rex, *ore proprio iussit in dubio semper contra ipsum esse iudicandum.*
64 *Fiscus satagere debet, ne eius desidia Fisci iura detrimentum aliquod patiantur.*
65 *Fiscus debet incumbere diligentijs, quę iuri consonant, non autem ijs, quæ à iure deuiant.*
66 *Fiscus eas lites prosequi debet, in quibus ius habere constiterit.*
67 *Fiscus tenetur in iurgijs bonam fidem agnoscere.*
68 *Priuilegium antiquiùs præfertur posteriori.*
69 *Delicti forus licèt sit potentior, non tamen tollit forum originis.*
70 *Iudex originis tam per viam inquisitionis, quàm accusationis, potest contra Reum legitimè procedere.*
71 *Priuilegium in certum genus personarum adimit alijs Iudicibus iurisdictionem.*
72 *Clausula abdicatiua facit causam quodammodò similem causæ clericali.*
73 *Iurisdictio in personas in territorio non circumscripta, habet vim causæ clericalis respectu aliorum Iudicum.*
74 *Barones habentes clausulam abdicatiuam, cognoscunt priuatiuè quoad omnes.*
75 Gramm. dec. 30. *refertur.*

ARGVMENTVM.

Priuilegium concessum Principissæ Marani in contractu emptionis Casalis prædicti à Regia Curia de cognoscendo erga suos subditos, cum clausula abdicatiua, recensetur, & memoratur iurisdictionem fuisse concessam in per-

perſonas, nulli circumſcriptam territorio, idcircòque vbicumq; vaſſalli ipſius deliquerint, non niſi ab ipſa fore cognoſcendos, priuatiuè quoad alios, etiam Magnam Curiam Vicariæ, nec Fiſcum inficias ire poſſe priuilegium, cùm dicatur probatio probata, euidens, manifeſta, & quicumq; priuilegio innititur, legem apertam, & claram præſeferre, multis inſinuatur.

Ciues originarios nedum eos dici, qui in Ciuitate Neapolis naſcuntur, verùm etiam eos, qui in vicis, & ſuburbijs, adeòquod priuilegia quamplura, & gratias Ciuitati prædictæ conceſſa, & elargitas Neapolitanis, comprehendere quoq; Caſalenſes, non inſcitè probatur.

Fiſcum non poſſe retractare rem, quam vendidit, imò de euictione teneri, Princeps etenim licèt ſolutus ſit legibus, tamen tenetur ad obſeruantiam contractus tanquam quilibet priuatus, ſaltim naturaliter, aliàs nemo cum ipſo contraheret, & dum dicitur omnium Præſul, eſſet omnium exul, quę ſanè in re clara dum controuerti nequeant, etiam in caſu dubio contra Fiſcum eſſe reſpondendum ex inſigni *Modeſtini* placito *in l. Non puto, ff. de iur. fiſc.* foret quòq; determinādum, quicquid ſuper intellectu *tex.* prædicti excogitauerit *D. Gregor. Ganauer. Præſidens Regiæ Cameræ in deciſionibus eiuſdem Tribunalis cap. 5.* obiurgās *Andream de Iſernia*, quod ſemper contra Fiſcum aciem ſuſtinuerit, ad cuius tuitionē *Author* quāpluribus in laudem *Iſerniæ* cōgeſtis, nedum ipſum maximum præconizat *Authorem*, verùm etiam *textum* prædictum ad mētem *Iſerniæ* fuiſſe intellectū à multis *DD.* præſertim à *D. Io. Bapt. Larr.* inſigni fiſcaliū cauſarum Patronus in *1. alleg. iudicatis*, qui ad id cōprobandum famigeratum adducit effatum viuæ vocis oraculo probatum à Sereniſſimo Philippo II., aliaque peculiaria ad rem adducuntur.

Delicti forus licèt potentior foro delicti cenſentur, tamen non tollit, quin forus ori-

originis præbeat cognitionem Iudici ipſius de delicto cognoſcendi tam per viam Inquiſitionis, quàm accuſationis.

Priuilegium conceſſum cum clauſula abdicatiua cognoſcẽdi in certum genus perſonarum efficit vt adimatur cæteris ius cognoſcendi, Quinimò adeò potens cenſetur clauſula prædicta, vt ſimilis exiſtimetur cauſæ Clericali, quæ eius iuriſdictionem improrogabilem facit, ad quam theſim comprobandam, peculiares afferuntur determinationes.

PRO

Illuſt. Principiſſa Marani.

CVM

Hieronyma d' altrui quærelante, & Regio Fiſco, ac Magnif. Barone Paniſcoculi.

RESPONSVM XXIV.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

Carceribus Magnæ Curiæ mancipato Baptiſta Caranante de Caſale Marani, ob patratum homicidium in perſonã Thomæ Maionis eiuſdem Caſalis, petijt Illuſt. Principiſſa Marani, vti vtilis Domina ipſius cauſam ad eius Curiam remitti, à qua nictu oculi decreto Magnæ Curiæ procedẽtis cum delegatione fuit excluſa, à quo decreto obtinuit Principiſſa fieri relationem in Collaterali Conſilio loco reclamationis reuocationem decreti prædicti ſatagens, eiuſque petitioni

tioni tam iustæ annuendum fore per Dominos Iudicantes in spem ducitur(quicquid ex Aduerso adstruatur perD.Fisci Patronum,& per Magnif. Baronem Paniscoculi prætendentē ad ipsum spectare cognitionem causæ, eò quod in Territorio sui Casalis patratum fuerit delictum,quodq; eius Curia præuenerit in capiendo, & per quærelantem prætendentem procedi debere in Magna Curia,sub prætextu quòd ipse sit Neapolita-
1 nus,quodq; vigore *Ritus* eiusdem Magnæ Curiæ 301. secundùm computationem *Carauita* ex priuilegio trahit,& non trahitur,confirmati per Regem Ferdinandum Primum in anno 1642.& 1646.)

At satis erit pro iustitia Principissę memorare, ipsam mediante priuilegio quæsito in vim contractus de anno 1630.sub die 16. Nouembris, confirmato per Serenissimum Regē nostrum (quem Deus incolumem seruet)de anno 1634.die 27.Februa-
2 rij, obtinuisse merum imperium in homines Marani, etiam in personas tam habitantes in eo,quàm originarios priuatiuè,abdicando eos à qualibet altera iurisdictione, adeòquod nullo modo possint cognosci in prima, & secunda instantia ab vllo alio Tribunali, etiam a Magna Curia Vicariæ, & alijs Supremis Regijs Tribunalibus, etiamsi delicta essent ta-
3 lia,de quibus sola Magna Curia cognoscit, etiam contra personas contentas, *l. vnic. C. quan. Imperat. &c.* (quod sanè priuilegium in vim contractus concessum nequit reuocari, *Frano. Marc.dec.*820. *par.*2. *Affl.dec.* 28.*n.*10.*Capic. dec.*121. *Iaffr.dec.*175. *&* 321. Et in specie cum iurisdictione in personas,& vassallos dicti Casalis, & potestate cognoscendi de eorum delictis,etiam extra Territorium,& vbicumq; locorum delinquerint, exceptis tamen delictis com-
mittendis in Fidelissima Ciuitate Neapolis, eiusq; Suburbijs,sicuti ex priuilegij producti tenore *fol* 67. *at. lit. A.* haud obscurè secernitur. Vt indè fari liceat Principissam habere pro se casum legis, & determinationem in eius beneficium, nec aliam requiri extrinsecam probationem, ex priuilegio etenim res fit notoria,
4 & qui priuilegium habet, apertum ius habere dicitur,teste *Affl.dec.*195 *n.*3.*in fin.*vbi *Vrsill.* adducit *tex. in cap.licet causam circa fin.* ibi, *Priuilegijs Imperatorum euidentissimè constiterit extr.de probat.* & ibi *Felyn.n.*10. *& in cap. porrò de priuileg.* & proba-
5 tio, quæ fit per priuilegium, dicitur euidentissima, *Capic.dec.* 121. *n.* 27.
6 Nam priuilegium habetur ad instar legis quoad priuilegiatos, *cap. priuilegia* 3.*dist. Dec. in rubr.de rescr. n.*2.
7 vndè priuilegium efficax est ad fundandam intentionem priuilegiati, *cap.quoniam de priuil. cap.* 1. *§. in eos eod tit.in* 6.*Put.dec.Rot.*466.*n.*6.*lib.*2. *Capic.dec.*77.*n.*45.post *Anton.de Butr. in cap.inter nos de reiud. & in cap.auditis de in integr.restit.* Campagn. *in cap.Regn.Ex præsumptione n.*22.
8 Nec mirum videri hoc debet, nā ex *tex.in cap. cum personæ de priuileg. in* 6. inconcussa praxis frequentissimè in iudicijs recepta est, vt is qui
9 producit priuilegiū, etiamsi habeat expressam iuris repugnantiam cōtra se interim debeat obtinere iuxtà formam priuilegij, ità *Capic.dec.*189. *Couarr practicar.cap.*16.*n* 6. *Io.de Amic. consf.*150. *Io.Vinc. Ann. alleg.* 84. *vol.*2.*& sing.*548. *Peregr. de iur. fisc. lib.*6.*tit.*8.*n.*24.post *Panor. in cap.fin. vt lit. penden.* & ante eum *Inno. in cap. cum venissent de restit. in integr. Castr. consf.*3. *lib.* 2. *Milan. dec.* 1.*sub n.*99. *lib.*1. *Cardin. Seraph. dec.* 299. *n.*3.*& dec.*595.*n.*2.*&* 5. & excludit iuris communis præsumptionem, vt
10 deinceps non attendatur quis in eo

Ii se

se fundat, sed quis habeat priuilegium, *Reg. Valenz.cons.71.n.59.lib.1. & cons.79.n.106.eod.lib. Reg. Sanfel. dec.340.n.2.par.3.*

Eoq; fortiùs: nam nedùm priuilegium sollemne (quale) Nos exhibemus) sed quodlibet instrumentum dicitur veritas apparens, & probatio probata, vt per *Bal. in l.Imperator la 1.col.2.ff.de Stat.hom. cap.licet causam de probat.* vbi *Felyn.n.10.Capic.dec.77 n.5.Rol.à Vall.cõs.89.n.27.vol.1.* post *Inno.in cap cum nostris de concess.praeben.col.3.* vers. *Imò plus dicitur, Capic. dec.121.n.9. cap. accedentibus de priuil. Abb. in cap. porrò notab. 1. eod.tit. Affl.dec.193.n.1. Garf.de Nobil. Glos. 6.n.58.* vers. *Vndè in priuilegio, Gregor. Lopez in l.42.tit.18.par.3.Glos.1.* Item prompta, & praesens probatio, idem
12 *Bal. in l.2.C.de edict.Diu.Adrian.tollen.* nec non indubitata probatio, *Dec. cons. 389.col.4.* vers. *Secundò*, ac etiam manifestissima probatio, *Aretin.in l.si duo col.2.* vers. *Primum etiã dictum,ff.de acquir.hared.* Imò omnia
13 in instrumento, seu priuilegio contenta haberi pro notorijs, & manifestis, est *tex. in cap.cum olim de verb. sign.l.fin.iuncta glos.1.C.de reb.credit. Natt.cons.502.n.9. Osasc. dec. Pedem. 72.n.4.* alijq; ab eodem *Osasc.* adducti *cons.67. n.20. Reg. Rou.* ex praedictis, & alijs *cons.1.n.28.& 29.lib.1.*

Ex quo solo assumpto in propatulo est iustitia Principissae, ad obtinendam remissionem, id autẽ, quod
14 adducitur de *Rit. 301.* nimis ieiunè ponderatur à quaerelante, facilique negotio diluitur ex infrascriptis, quę nec in facto, nec in iure obumbrari possunt.

15 Non in facto: quia certò certiùs est, Casale Marani esse de districtu Fidelissimae Ciuitatis Neapolis, diuisum tãtùm quoad iurisdictionem, qua excepta, in caeteris remanent
16 Ciues Ciuitatis, sicuti fidem praestat omniscius *Pras. de Franch. dec. 316.* vbi memorat in simili Casale Mileti, & Turris Octauae, vti videre est apud *ipsum,n.4.& final.Gizz.dec.71. Reg.de Pont. cons.51. 1. vol.* vbi post
17 *n.10.* ponderat Territoria inter Casalia, & Ciuitatem esse vnita, promiscua, & indiuisa, & non faciunt incompatibilitatem cum Ciuitate, & *n. 5.* quod Casale iudicatur tanquã vnum corpus cum Ciuitate, *Georg. alleg.15.n.1.Reg.Sanfel.dec.50. n.11.* vers. *Insuper.*

Minùs in iure: quia inficias ire
18 non possumus Ciues originarios, nedùm eos esse qui nascũtur in Ciuitate, in qua pater habet domiciliũ,
19 verùm etiam eos, qui nati sunt in Suburbijs, aut continentibus Ciuitatis, aut eius vico, vel Comitatu, ad *tex.* qui non recipit cauillum *in l. qui ex vico 30.* vbi *Glos.& DD.* notant cõmuniter, *ff. ad municip.* & conferr alter *tex. in l. qui continentibus n. 144.* vbi *Alciat.& Rebuff.ff.de verb.sign.& in l.est verum*, iuncta *Glos.* ibi, *C.de incol.lib.10. D.de Franch. dec.129. n.2. Reg.Sanfel.d.dec.50.n.12.*

20 Adeòquod communi sensu *DD.* dixerint, natos in Suburbijs habendos esse, vti verè originarios, & participes munerum Ciuitatis, *Azo, seu Pileus in summ C.de municip.& originar.lib.10.n.6. Bart.in l.siquis n.1. C. de natural.liber. Menoch. de praesumpt. praes.30.n.13.* vers. *Nec refert*, alijque perdocti Hispani miro ordine congesti à *Consiliar. Carleu. in tract. de iud.lib.2.tit.1.disput.2 n.109. ampl.1.* plura exaraui *Ego in 1.discept. forens. cap.16.ex n.10. vsq; ad fin.* quae consuli rogo, nam abundè materia enucleatur.

Cuius placiti veritate perpensa, formarunt Nostrates conclusionem in Neapolitanis, vt eodem fori priuilegio gaudeant oriundi ex Casalibus Vrbis Neapolitanae, & ibi habitan-

tantes, quo potiuntur nati in Ciuitate Neap. innixi,nedùm diſpoſitioni *d.l.qui ex vico*, alijſq, iuribus modò à Nobis adductis *hoc eod.Reſponſ.* verſ. *Minùs in iure*, cum recenſitis
23 per eximium illum virum omni æuo memorādum *Illuſt. Marchionem Ramontii Sac.Conſ. emeritiſſimum Præſidem*, quem Nobis, *Mihiq;* præſertim immaturè acerbum præripuit fatum *in* 1. *controverſ. forenſ. cap.*99. *n.*4.*& cap.final.n.*4. verſ. *Sed inſuper*, cuius memor *Ego* tui *in d. cap.* 16. *n.* 49.verſ. *Id ipſum* & nè Neothericos omittamus, ità appoſitè firmat *Nouar.lib.*1.*forenſ.cap.*130. *de elect.for. ſect.*4. *quæſt.*6 3. *ampl.*9. etiam in peculiari diſpoſitione *d.Rit.*101.*in finalibus verbis*, vbi apparet conceſſum
22 priuilegium Neapolitanis, nedùm Ciuibus, ſed etiam habitantibus in Ciuitate, eiuſq; diſtrictu, nec hæſitandi patet aditus, diſtrictum comprahendere Ciues, & Caſalia,ex dictis per *Alciat.in l.pupillus* 239.§.*territorium,ff.de verb.ſign.Caluin. in Lexic.* verb. *Diſtrictus*, & pro abſoluto poſteritati commendauit *D. de Frāch.d.dec.*316.*n.*3. verba faciens de muliere inhoneſta à vicinia expellēda ex iuris communis diſpoſitione, quæ ex gratia Neapolitanis conceſſa,fuit extenſa ad Scholares,& exteros, qui habitant Neapoli, vt hæc gratia non operetur contra Studentes Neapolitanos, & per conſequēs, nec Caſalium Ciuitatis, *Camill. de Medic.conſ.*149.*n.*33.*& ſeq. Montan. in cap. Imperialem,§ Præterea ducatus, n.*102.*Conſiliar. Ann.conſ.*59. *vol.*1.
24 Et id ipſum locum ſibi vindicare aſſerit *D.de Franch.dec.*143. in priuilegio Neapolitanis indulto, vt non torqueantur ex teſtibus ad informationē Curiæ receptis.ſiue (vti Pragmatici aiunt) ex proceſſu informatiuo, niſi ex ſpeciali Proregis diſpenſatione,etiam in hominibus Caſaliū, *Camill.de Medic.d.conſ.*149. *n.*34. & comprobat *Ill Marh. Belmont. Reg. Top.dec.Sac.Conſ.*4 *n.*4.adducens *Conarr.loc.citat.& D.de Franch.dec.*22. & alibi plena manu ſcripſiſſe in cauſa D.Anibalis Moles cum Regio Fiſco ſuper reſtitutione Caſalis Caſapellæ teſtatur *d. dec.* 4. *n.* 4. abundè *Franc.Marc.dec. Delphinal.*363. *par.* 1.*per tot.Napod.ad Conſuet.Neap.in proem n.*184.*& ſeq. Nouar.lib.*1. *forēſ. quæſt.*130.*& in tract.de elect for.ſect.* 4. *quæſt.* 63. vbi quod priuilegium
25 Neapolitanorum extenditur ad Caſalia, & homines ipſorum, *D. Præſ. Merlin. d. cap.* 99. *n.* 4. & nouiſſimè pluribus tutatur *D.Carleual. d.tract. de iud.diſput.*2.*quæſt* 6. *ſect.*8. *n.*672. *in* 9.*ampl.*expēdens punctualiter authoritatem *Caran. in d. Rit.* 301. *& Nouar. in ſua praxi elect. fori ſect.* 2. *quæſt.* 38. *n.* 14. *& Collect.* 225. *ad Pragg. Regn.n.*14. occurrens pariter
26 motiuo, quod ex Aduerſo excitari poſſet ex *doctr. Angel.in Auth.n.quib. mod.natural.eff.ian.ſui in §.ſiquis igitur el* 2.*n.*1. ſicuti videre eſt apud *ipſum d. diſput.*2.*n.*673.*& ſeq.*vbi luculēter inſinuat cęteris omnibus (quos viderim) præſtantior,& poſt ipſum inſinuaui *Ego in d.cap.*16. *n.*60. verſ. *Quod ſi ponderetur.*

Quibus exaratis patet modò aditus ſecernendi,quam iuſtè pro parte Principiſſæ petatur remiſſio, dùm agitur inter Neapolitanos;nulla etenim fieri poteſt diſtinctio priuilegij, quod trahunt,& non trahuntur,vnicum namq; eſt priuilegium oriens ex eadem ritus diſpoſitione, ex eodem fonte,& eodem tempore, itaut reducatur res ad ius commune, vt Actor ſequatur forum rei, & con-
27 quaſſentur priuilegia ad celebrem *deciſ.D.de Franch.*188. loquentis in caſu viduæ petentis electionem fori contra alias perſonas contentas *in l. vnic.C.quan.Imperat. &c. & in d.dec.*

Ii 2 188.

188.apparet reprobata sentẽtia *Afft.*
28 *in dec.*56.cuius rei illa irrefragabilis affertur ratio, quia Ciuitas, & Casa-
29 lia habentur, tãquam vnum corpus, de quo corpore nihil est diminuendum, quia totum est vnum integrale, & vnum intellectuale, nec vna,
30 eademq; res diuerso iure cẽseri debet, ad *tex.in l.eum qui edes, ff.de vsucap.Bal.cons.*326.post *n.*6. *Camill.de Medic.cons.*118.*n.*34.edito pro Casalibus Cusentiæ, benè *Reg. Valenz. cons.*79.*n.*72. *Morot.respons.*16.*n.*27. *Burg.de Paz in l.*1.*Taur. n.*495. *cum seq.Mex.in prag.de tax.panis, concl.*1. *n.*75. vers. *Sed ità se habent, & n.* 76. vers. *Et quia territorium*, itaq; non semel extitisse iudicatum secundùm Præsidis determinationem refert benè doctus *D Io.Bapt.Thor. in compen. decis. Regn.* verb. *Remissio circa med. par.* 2. quæ sunt *Allegationes Alexandri Palmerij pro Principe Hostiliani*, eisq; collineant tradita à *D. Præsid. Merlin.in* 1.*controuers.forens. cap. vlt, n.*3. vers.*Similiter*, & in Regno extat Prag. Serenissimi Regis Ferdinandi
31 I.qua cautum est Ciues non debere pro primis causis extrahi à proprijs laribus. Et licèt plures expendantur ad id probandum rationes à *DD. in l.*1.*C.vbi in rem actio,& in l* 1.*C.vbi de crim.agi oport.* mihi satis erit, breuitati studendo, eam adducere, quam allegauit *D. Carleual.*in toties recẽsito *tract.de iud. sect.*8. *n.* 680. paulò ante *fin.*quia scilicet Iudicis compe-
32 tentia desumitur ex Actore, non ex Reo, probè *Castill. Siculus dec.* 284. *n.*2.*tom.*3. *D.Reg. Rou. dec.* 11. *n.* 14. quem adducit idem *D. Præs.Merlin. d.cap.*100.*n.*3.inquiens ità nouissimè iudicatum fuisse in causa Francisci Monsolini cum Lucretia Dattola, cuius decreti tenorem per extensum inferuit.

Rursùs: priuilegium obtentum, &
33 modò indicatum, à Principissa roboratur à possessione, nam etiam per Sac.Cons.fuerunt remissi eius vassalli ad ipsius Curiam, contradicẽtibus Neapolitanis, sicuti adducitur exemplum in causa V.I.D. Iacobi Theutonici Neapolitani, *fol.* 78. *in fin. et at.* & succedit *doctrina Bart.* ab omnibus recepta, & in Tribunaliũ subsellijs canonizata *in cons.*59. *Commune Spoleti*, quod priuilegium interpretatur à possessione. Et in causa similiter pro Barone Mileti Dom.meo Consiliario Francisco Antonio Muscettula (Me patrocinante) iudicatũ fuit die 27.Maij 1638. referente Cõsiliario Thoma de Franchis interueniente D.Fisci Patrono, cuius copia exhibetur.

Quorsùm plura? Cùm plurimi Ego faciam D. Fisci Patronum strenuum, & acerrimum hoc in iurgio contradictorem, peruigili cura Principissæ iuribus consulere existimaueram, quando in mentem venit Fiscum Cliẽtis teneri sustinere aleam, non pugnam cum eius iuribus inire, Nec animo concidit victoriam aucupari, si memoria recolimus Fiscum vendidisse Casale Marani, eiq; obstare adamussim exceeptionem *Im-*
34 *perialis Constitutionis*, editæ per *Honorium, & Theodosium Cæsares* translatam *in l.*2.*C.Ne Fiscus rem quam vendidit euincat*, cuius aurea verba hæc sunt, *Retractare Fiscum, quod semel vendidit, æquitatis, honestatisq; ratio non patitur*, & post *Gulielm.Bened. in cap. Raynutius*, verb. *Duas habens filias n.*37. *de testa. Aluar. Valas.consult.*75.*n.*5.tenet *Reg.Valenz. cõs.*93. *n.*13.inquiens per *tex.in l.*1.*&* 2.*eod. tit. C. Ne fisc.rem quam vendid.*Propterea Fiscus impugnare nõ valet, si
35 ex nitida iuris dispositione venditor tenetur ad euictionem rei ab ipso venditæ, quam *DD.* trahunt ex vulgato, sed insigni *tex.in l.vendicantẽ, ff.de euict.* quo pacto, quouè iure eã

Fi-

Fiſcus euertere poterit? quibus probè collineat in terminis *D. Franciſc. de Amaya in Scholijs ad d.l.2. C. Ne Fiſc. rem quam vendid. euinc.* vbi ex-
36 ceptionē hanc perpetuam inſinuat, adducens iura concordantia in *l. exceptiones 11. l. ſi ob cauſam 13. & ſeq. C. de euict. l. Seia 64. ff. eod. & in l. 1. ff. de except. rei iud.*

37 Rursùs: ſi inficias ire nequimus ementem rem à Fiſco peculiare illud habere, vt acquirens ab eo rem aliquam, tutus ſit vndequaq; à quauis moleſtia, adeò vt ſuper ea re, nequeat ab alio inquietari actione reali, vel perſonali, reſeruata tantùm actione illi tertio contra Fiſcum proponenda intra quatriennium, & non vltra per *tex. in l. 2. C. de quatrien. præſcr. & in §. fin. Inſtit. de vſuc.* benè *Peregr.* ad ornatum prædictorum iuriū, *de iur. fiſc. lib. 6. de emption. & vendit. fiſcal. tit.* 4. quanto magis Principiſſa emptrix, vt moleſtetur à Fiſco met vendente, abſonum videtur?

38 Eſt namq; in propatulo, receptūq; apud *DD.* quod licèt Princeps ſit ſolutus legibus, *l. Princeps, ff. de legi. l. digna vox, C. eod. l. 1. ff. de Cōſtit. Princip.* attamen ex contractu magis quā alij, tenetur, ſecundùm *Iaſ. in l. 5. in princ. n. 12. & 13. ff. de cōdit. cauſ. dat. Caſtren. conſ.* 317. *lib.* 1. ex contractu
39 enim deſcendit obligatio, quę ex iure naturali ad fidem ſeruandam potentior eſt ſecundùm *Caſtrenſ. conſ.* 317. *n.* 5. qui indè concludit Conceſ-
40 ſiones Principis, quæ tranſierunt in contractum, ab eo tolli non poſſe, ad *tex. in l. item eorum, §. Decuriones, ff. quod cuiuſq; Vniuerſ. nom.* & ex multis probat *Anton. Petr. de poteſt. Princip. cap.* 32. *n.* 145. verſ. *Ad duodecimū,* & obſeruat inſignis Fiſcalis *D. Io. Bapt. Larr. alleg. fiſcal. lib. 1. alleg. 3. n.* 5. hinc *Bal. in rubr. de Conſtit. Princip.*
41 tradit notabiliter, quod Conſtitutio illa, *Pacta ſeruabo*, proceſſit ab ore
42 Dei, quodq; *Deuſmet* teneatur ex contractatione, & pacto, tradit idem *Bal. in l. ſi paciſcenda in 2. quæſt. C. de pact. Dec.* eleganter *in l. nemo poteſt,*
43 *ff. de reg. iur.* inquiens, quod Principi conuenit illud verbum, ſemel loquutus eſt Deus, nonnulla attuli *Ego in 1. forenſ. cap.* 27. *n.* 73.

44 Quin amplius: Principem non recognoſcentem Superiorem, efficaciter obligari ex contractu cum ſubditis inito, & firmiùs, arctiùſq; eorū obligationem conſiderari, quia mutuæ fidei vindicem, ex *tex. in d. l. digna vox*, probarunt *Vaſq. lib. 1. controu. Illuſtr. cap. 3. & 26. n. 16. & cap. 45. n. 13. D. Gregor. Lopez Madera lib. ſingular. animaduerſ. iur. ciuil. cap.* 35. & ex *Canotio, Zaſio, Caſtalio, Gregorio, Petro Gregorio, & alijs* tenet *Oſual. Hilliger. in notatis ad Donnell. lib. 12. commentar. cap. 22. lit. Q.*

45 Quod ſi contrarium attentaretur, deterioris eſſet cōditionis Princeps, quàm priuatus, nam ſi ad contractus obſeruantiā non teneretur, eſſet extra omne commercium, *Bal. in l. Princeps in 1. lectur. ff. de legi. Iaſ. in l. 1. n. 4. ff. de pact. Rol. à Vall. conſ. 45. n. 10. vol.* 3. ibi, *Quia hoc caſu Princeps cum ſit omnium Præſul, eſſet omnium exul, Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. n. 44. in fin. Reg. Tap. dec. Suprem. Senatus Italię* 23. *n.* 103. *Rudolfin. de abſolut. Princip. poteſt. cap. 6. n. 187. Glorit. 1. Reſponſ. 2. par. n. 8. Moditius in §. lex eſt, dubit. 77. n. 2.* verſ. *Declara D. Larr. alleg. 3. n. 2.* verſ. *Alias enim,* pluresq; rationes ad id congerit *Petr. Gregor. in Syntagmat. iur. lib.* 7. cuius meminit *Chriſtin. dec. Belgic. 9. n. 8. in fin. D. Garſ. Maſtr.* ad rem ſatis in *tract. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 4. n.* 333. verſ. *Et licèt,* cuius verba per extenſum imprimi curauit celeberrimus Iureconſultus *D. Caſtill. Sotomayor de tertijs debitis, cap. 18. n.* 125. quem *Ego* adduxi in 2. 2. *forenſ. cap.* 50. *n.* 67.

46 Nec

46 Nec fugit quempiam, Principem
contrahentem, nullo iuuari priuile-
gio, ſed conſiderari vti priuatum, &
vti iure communi, ſicuti in puncto
tradit *Illuſt. D. Præſ Sac. Conſ. Mæcenas
meus, in 1. forẽſ. cap. 2. n. 30.* poſt *G. yll.
lib. 2. practicar. obſer. cap 54. n. 7. DD.
in cap. 1. de probat.* vbi *Dec. Rip. reſponſ.*
18. & procedit etiamſi cum ſubdito
contraheret, ſecundùm *Lauden. in
ſuo tract. de Princip. concl.* 454. *Reg. de
Curt. in 1. par. Diuerſor. feudalis pag.*
47 *mihi* 28. *n.* 14 & ſi Princeps poſſet
ſubuertere pacta, & conuentiones,
quæ ſuſtinent mundum, eſſet peior
homo mundi, & non inueniret ho-
minem, qui ſecum contraheret, ſe-
cundùm *Affl. in cap. 1. de Capitan. qui*
48 *Cur. vendid.* & iuri communi regu-
lariter ſubijci Principes ſcribit *D. Io-
ſeph Vela Iuris controuerſ. in Hiſpalẽſ.
Senat. diſſertat. 1. n. 10. Reg Valenz.
conſ. 2 n. 51. & 52.* tradens non ſolũ
49 teneri Principem ad obſeruantiam
contractus naturaliter, iuxtà *Imola
placitum in cap. 1.* verſ. *Nota quod ex
contractu, de prob.* ſed etiam ciuiliter,
adducens *Aretin. & Iglin. in d cap. 1.
Reg. Valenz. conſ. 93. n. 13.* verſ *Qui
propterea, Valaſ. conſult. 75. n. 5. Reg.
Conſtan. in l. 1. n. 93. C. pœnis fiſcal. cre-
ditor. præferr. lib. 10. Conſtitur. Poſthul.
de patr. poteſt par. 1. cap. 1. n.* 44. vbi
mea *Annotatio*, & pluribus exornat
D. Larr. d. alleg. 3. n. 3 verſ. *Nam licet,*
50 & rem agens de emptione inita cũ
Sereniſſimo Rege noſtro, quod virtu-
te illius contractus teneatur ad eius
obſeruãtiam cum emptore, nec poſ-
ſit contractum reuocare, eruditè tra-
dit *D. Petr. Diez Noguer. Allegation.
iur. tom. 1. alleg. 5. n. 25.* verſ. *Debita,*
ſubdens hanc eſſe certiſſimam om-
nium ſententiam, prædictiſq; colli-
mant, quæ eleganter in caſu fortiori
poſt innumeros tradit *Ferdinan. Loa-
zes in Allegat. pro Marchion. de los Ve-
lez, pag. mihi* 30. quem ſequitur *Vaſq.
controu. Illuſtr. lib. 1. cap. 26. n. 16.* verſ.
*Secundum, & n. 12. Ego ipſe in 2. forẽſ.
d. cap. 50 n 63. & ſeqq.*

Vt indè Domini Supremi Colla-
teralis agnoſcant qualiter pro No-
bis iuſtitia facit, æquitaſq; pugnat in
re tam clara, quàm D. Fiſci Patronus
effugere nititur, quando etiamſi in
caſu dubio verſaremur, adhuc cõtra
Fiſcum eſſet reſpondendum, aiente
51 *Conſulto Modeſtino in lib. ſingulari de
præſcript.* translato *in l. Non puto 10.
ff. de iur. fiſc. In dubijs quæſtionibus eſſe
contra Fiſcum facilè reſpondendum,* ſi-
cuti ſæpè ſæpiùs reſponſum prædi-
52 ctum *Modeſtin.* allegando, docuit
Iſern tùm in *Conſtit. Vt de ſucceſſioni-
bus, rubr. de ſucceſſ. Nobilium,* qui non
meruit iã acriter increpari à *D. Præ-
53 ſiden Ganauerr. in deciſionib. Tribu-
nalis Regiæ Cameræ Summariæ* per ip-
ſum congeſtis poſt hæc ſcripta in lu-
cem editis *in 1. cap n. 104. & ſeq.* in-
quiente poſt *Liparul.* quem allegat
*Iſernam fuiſſe Fiſci inimicum, & fa-
cilè contra Fiſcum pronunciantem*, Nã
tantus vir vti maximus Fiſci Patro-
54 nus adeò inuigilauit, vt diem ſuum
pro Fiſci iuribus tutandis à Gallo
quodam, nequiſſimo homine inter-
fectus obierit, ſicuti in eius Hiſtoria
fatetur *Liparulus*, cuius obitus adeò
Reginali Maieſtati, totiq; Orbi indo-
luit, vt dederit cauſam promulgatæ
55 legi, qua cauetur occidentem Offi-
cialem teneri crimine læſæ Maieſta-
tis, Quidquod: tanti eſt habitus ne-
dùm apud Noſtrates, ſed apud om-
56 nes fermè regiones *Iſernia*, vt Euã-
geliſtæ nomen inter *DD.* tot annorũ
curriculo fuerit promeritus, teſte
Gram. dec. 28. n. 17. & Summus Feu-
diſta reputatus, ſicuti fidem adſtrin-
git ſuam *Io. Vinc. Ann. alleg. 67. n. 42.*
quinimò, ab opinione Iſerniæ in Re-
gno non diſcedimus *D. de Frãch. dec.*
100. *n. 4. circa med Cam. de Curt. in
diuerſor. iur. feudal. pag. mihi* 58. *in
princ.*

princ.par.1. eius namq; magnam esse authoritatem, tradit idem *D. de Franch.d dec.100. n.19. circa med.* & hodie obtineat, qua de re inualuit enunciatum illud, *Non expe imus quid Isernia dixerit, sed an dixerit, Ann. in rubr. de vassall. decrep. atat. n. 122.*

Vtq; (verè verum fatear) licèt obiter, cùm mei instituti ratio modò
58 non postulet de intellectu *tex. in d. l. non puto*, verba facere, alibi etenim (Deo Duce) in *3. mear forens.* quod iam elaboratum habeo ad hoc vtè typis, post perfectum hoc *Responsor. criminalium volumen*, posteritati tradam, latior meus redibit sermo ad dispunctionem omnium adductorū per eundemet *D. Præsid. Ganauerr.* intellectus quem adaptat *d. dec. 1. n. 119. & 120. & 125. ad tex. in l. non*
59 *puto*, obiurgans *Iserniam*, satis diuinatiuus est (pace ipsius dixerim) & in angustum ducit sensum, quem Maiores nostri expenderunt ad enucleationem *tex.* prędicti, præsertim *Alexand. Turam.* insignis olim primariæ vespertinæ Cathedræ Almi Studij Neapolitani antecessor in *libell. singulars super explicatione d. l. non puto*, cuius non fuit memor *D. Ganauerr.*
60 *locis citatis*, præsertim *n. 125.* vbi tradit malè *Iserniam*, & cæteros deduxisse regulam ex *tex. in d. l. Non puto*, Esse scilicet *in dubijs quæstionibus contra Fiscum facile respondendum.*

Et ad prętatorum corroborationē (quatenus rei nostrę conducit) fas sit
61 mihi adducere insignem illum Fisci Patronum *D. Io. Baptistam Larream in 1. alleg. n. 5.* vers. *Veram*, vbi pluribus allatis hincindè de dispositione *tex. in d. l. non puto*, subdit *n. 9. Et melior est interpretatio quam probat Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 6. n. 22. & 23. quoties dubia fuerit probatio Fisci, & vt de illius iure certo non liqueat, tunc contra Fiscum iudicandum, quasi Princeps nisi iustum, & certum lucrum Fisci appetere nō debeat, vt Traiano traditur in eius Panegyrico, ibi, Quæ pre-*
62 *cipua gloria tua est, sæpius vincitur Fiscus, cuius mala causa nunquam est, nisi sub bono Principe.*

Sed quid vagamur in Doctoribus perquirendis approbantibus dispositionem *tex. in d. l. Non puto*, absque vllo fuco, & diuinatione, si claram habemus legem ex ore Regis promulgatam in hac facti specie? Audiamus amabò *Serenissimi Philippi II.* effatum super *textu* prædicto, quasi voluerit Sapiētissimus ille Rex commentarios edere à nemine nō
63 approbaturos, Ecce idemet *D. Larr. d. alleg. 1 n. 9. circa med.* ibi, *Et vt alia plura omittam, imitatus ex nostris Regibus Philippus II. qui Hispanorū secūdus Traianus virtute, iustitia, & prudētia nūcupatur, Nam cum anno 1570. esset in villa del Esсurial, & illum adiret Doctor Velasco Consilij Supremi, & Cameræ Senator, vt consuleret de causa, quæ maximè augeret eius Regale patrimonium, Respondit Rex Sapientissimus, & iustus, Doctor semper in cura habe, & renuntia Senatui, in dubio semper contra me iudicandum*, quod exemplar habuit à *Porreno de dictis, & factis Philippi II. cap. 10.* vers. *Estando*, adeòquod idemet *D. Larr. in fin. d. n. 9.* non potuit se continere quin exclamaret, *O pulchrum dictum, Vtinam Principes hodie imitarentur!*

Quis igitur ab hac recepta, & cōclamata sententia audebit modò resilire? quiduè D. Fisci Patronus aduersus regalem hanc testatam legē poterit vnquam allegare? siue quiuis alius super *d. l. non puto*, quam afferre tentabit interpretationem? quando confirmata secernitur propriæ regalis vocis oraculo?

64 Nec silentio obruimus D. Fisci Patronum ea qua præstat legum peritia, satagere teneri ne eius desidia

Fi-

Fiscus aliquod detrimentum patiatur, *l.fin.C.de bon. vacan. lib.* 10. diligentiam tamen, quæ iuri consonat, facere debere, *l. iustos, C. de iur.fisc.*
66 *lib.* 10. & solùm eas lites prosequi, in quibus ius Fiscum fouere constiterit, *l.quoties, §.sicut, ff.de admin.tutor.ex Budæo, Peregrino, & alijs Alfar. de iur.fisc. glos.*9. *n.* 39. *l. vniuersi, C. vbi causa fiscales*, *D. Solorc. de iurib.*
67 *Ind:ar.tom.*2.*lib.*4.*cap.*6.*n.*5.bonamque fidem debet D. Fisci Patronus agnoscere, *l.fisci* 3.*C.de Aduoc.fisc.*& pluribus exornat *D. Larr. alleg* 1. *n.* 16,vers. *Sed multò veriùs*, quæ thesi nostræ congruunt, stante quod Principissa à Fisco emit.

68 Quatenus verò attinet ad prætensionem Baronis Panisceoculi prætendentis similiter remissionem inquisiti, eò quod in eius Territorio patratum fuerit delictum,& ipse in capiendo præuenit, non est cur immoremur,siquidem priuilegium,cui innititur Principissa præbet iurisdictionem in suos vassallos, etiam alieno in Territorio delinquentes, & facit *D.Reg.Ron.in rubr. Vbi de delict. quis conuenir.debeat n.*22. & est antiquius
68 priuilegium Principissæ eo quo potitur Baro Panisceoculi, & non habet tam amplam iurisdictionem, sicuti ponderat *D. Reg. Sanfelic. dec.* 68. *n.* 10. *par.* 1.

Nec præuentio in capiendo,quicquam operatur, quia licèt forus de-
69 licti dicatur potentior, ad tradita per *D. de Franh. dec.* 37.*&* 88. *n.* 5. *Ann.alleg.*59.*&* 74. *Thes.dec.*90. *Camill. de Curt. in diuersor. iur. feudal. cap.*9.*Foller.in prax.crim.*verb.*Audiātur excusatores n.*65. *ad* 78. *Reg.Ron. cons.*22.*& cons.* 60. *lib.* 2. non tamen tollit forum originis,quin Iudex ori-
70 ginis,seu domicilij tam per viam inquisitionis, quàm accusationis possit contra Reum legitimè procedere,sicuti sollemnitèr decisum refert *D.de Franch.dec.*66. *Fachin.cōtrouers. iur.lib.*9.*cap.*20. *Reg.Sanfel.d.dec.*68. *n.*4. & *dec.*138. *par.* 1.

Præterquàmquod: Priuilegium Principissæ in personas Casalis Marani cum clausula abdicatiua,est cō-cessum in certum genus personarū,
71 ex qua concessione adimitur Iudicibus iurisdictio, secundùm auream
72 doctrinam *Angel. in l.testamenta omnia,C.de testa.*punctuatim *Capic. dec.* 69.*in* 6.*limit.*pulchrè *Iaf.in l.si per errorem in glos.* 1. *ff. de iurisd.omn. Iud. Menoch.de præsumpt.lib.*2.*præs.*18.*in* 7.*cas. D. de Franch. dec.*417.*n.*7. inquiens, *Et hoc apud Nos est indubitatum*, & *dec* 458. *n.* 3. post *Vrsill. ad Afflit.dec.*41.*n.*2.3.*Frecc.de subfeu.in* 7. *author.col.*2.benè *Minad.dec.*18. qui
73 in *fin.* iudicatum recenset quando iurisdictio est in personas Territorio non circumscripta.

Quinimò est tātę potētię clausula abdicatiua,vt faciat causam quodāmodò similē causæ clericali, & ipsius iurisdictionē improrogabilē,adeòvt ipsorum causæ de necessitate præcisa ab
74 ipso tū Barone sint cognoscendæ, qui dictam clausulam habet, vt post *Capic.dec.*122.vers.*Facit secundo,*& *in inuestit.feudal* verb.*Feudorum clausula,* vers.*Ita quod de illis,*cuius meminit *Maxill.ad Consuetud. Barens. cap. Neq; à Comitibus col.* 3.*in* 1. tenet *D. de Franch.dec.*142.417.*n.*8. *dec.*458. & alibi passim post *Foller. in prax. crim.* verb. *Audiantur excusatores n.* 82. punctuatim *Gram.dec.*30.*per tot.* vbi tradit per Magn.Cur.fuisse decisum semel contra Comitem Sarni, cuius voto non potuisse ipsum acquiescere, & tandem *in fin.decisionis* refert per Sac.Consil. fuisse reuocatum decretum Magnę Curię Vicariæ, & remissum delinquentem de anno 1542. *Mastr.dec.*147. *Mut.dec.* 29.*Consiliar.Marcian.cons.*58.*n.*4.*in fin. lib.*1. *D.Reg.Sanfel. d.dec.*68. *n.*1.

vbi

vbi allegat *Capiblan. in tract. de Baron.prag.8.par.2.n.*218,verſ.*Sed ſi verò habeat.*

Hęc occurrunt sub censura. Laus Deo, Beateq; Virgini Mariæ.Neap. die 9.Martij 1652.

DECISIO.

CVm extemplò Rota Magnæ Curiæ Delegata contra Principiſſam ſuum præbuerit calculum; Fiſci partes ſuſtinendo D. Honuphrius de Palma, *ſolertiſſimus in ipſis tutandis, pariterq; doctiſſimus, Sentij* Me *grauatum, idcircòq; obtento reſcripto à Supremo Collater Conſilio, quod cauſa in eo referretur; facta relatione coram Excellentiſs. Dom. Prorege Comite Caſtrilli, quæ prima fuit poſt eius aduentum in ædibus Ducis Traiettæ, Ipſeq; primus fui ex cauſarum Patronis, qui poſtulaui (*Memoranda mihi ſanè dies illa*) obtinui reclamationem, ipſiuſq; cauſam in eodem Collaterali definiri, Indè calamum arripui, prædictiſq; ſcripto traditis, alijs permultis voce exaratis, magna facta diſcuſſione, Domini diſcordibus proceſſerunt votis, Nam votantibus Illuſt. Marchione Torelli Regen. Hectore Capycio Latro, ac Illuſtr. Marchione Toralui Regen. D. Benedicto Trelles, Dominiſq; Regentibus* D. *Gaſpare Soto, &* D. *Thoma Martinez, remanſit cauſa in paritate votorum quoad Fiſcum, & Principiſſam (nam reſpectu Baronis Paniſcoculi, Ipſe ſuccubuit) Quæ opinionum, & ſententiarum diſcrepantia eò rem deduxit, vt Adiunctis adhibitis per eundemet Excellentiſſimum* Dominum, *Paritas dirempta minimè fuerit, Haſq; inter moras, promotus* Ego *ad Iudicem ipſius Magnæ Curiæ in criminalibus, & pro tempore ad Fiſci Patroni munus ſubeundum, in viſitatione Spectab.* D.*Regen.* D.*Ioannis Burgoz fuit inquiſitus concordatus ad inſeruiendum in regijs triremibus,* Me *(pro Fiſci Patrono exiſtente) & ſic iudicialem exitum cauſa non recepit, in qua (vt Lectorem de hoc quoq; moneam)* D.*Fiſci Patronus adeò incubuit, vt in intimo animæ penetrali, victoriam fixerit, ſummoperèque elaboraverit, vt* Me *incantum depræhenderet, in ſuaq; vota, Iuſdicentium animos impelleret, ſed longè ſecus ei quàm putarat, accidit;* Ego *etenim (quiſquis ille fuerim in patrocinijs præſtandis) omnes curas intendi, omneſq; obmolitus fui vires, vt nitidam quam defendi, veritatem inſinuarem,* Interim *hæc mihi dicta ſufficiant, Aliàs fortaſſe (quod ſummoperè exoptarem) alius cauſæ Patronus Clientis iura impenſiùs exquiret, atq; proferet.*

Penès Scribam Magn. Cur.

SVMMARIVM.

1 Vthor *ingrati animi notam effugere intendit.*
2 *Facti species in duas diuiditur partes.*
3 *Prouocans propriè dicitur, qui alium nedum facto, sed etiam verbis ad iram incitat.*
4 *Præmeditatio omnis excluditur ex verbis, & insultu.*
5 *Dolus, & culpa à prouocante, & aggrediente, non à prouocato prouenisse præsumitur.*
6 *Puniendus non venit, qui pro defensione vitæ, seu honoris offendit.*
7 *Delictum cum moderamine inculpatæ tutelæ non est punibile.*
8 *Terror armorum, & iactatio percussionis sufficit ad excusationem pœnæ delicti.*
9 *Violentia incontinenti illata, reputatur quasi vnum factum.*
10 *Delictum non incontinenti commisiũ, nec cum moderamine inculpatæ tutelæ, ordinaria pœna non punitur.*
11 *Iniuria semper fit præsens ingenuis hominibus.*
12 Incontinenti, *intelligitur ad vindicandam iniuriam, etiamsi post aliquot annos quis deliquerit.*
13 *Calor iracundiæ durat omni momento, & crescit.*
14 *Delinquens infra 30 dies ob iram, adhuc dicitur durasse.*
15 *Iustum dolorem temperare, est difficillimum.*
16 *Honoris causa semper vrget.*
17 *Prouocatus non potest condemnari vera pœna homicidij.*
18 *Reiteratio iniuriæ enixiorem prouocãdi animum demonstrat.*
19 *Delicta sine causa non committuntur.*
20 *Causa delinquendi cessante, cessat delicti præsumptio.*
21 *Criminis fundamentum à causa dependet.*
22 *Causa magis attenditur, quàm factũ ipsum in delictis.*
23 *Homicida tam de iure cõmuni, quàm de iure Regni pœna mortis punitur.*
24 *Pœna delicti minoratur, quando adest causa delicti.*
25 *Causa etiam iniusta excusat à pœna ordinaria.*
26 *Excedens in se vindicando punitur de culpa, non de dolo.*
27 *Aggressus cum armis ex hoc solùm dicitur in discrimine vitæ constitutus.*
28 *Delinquens pro honore conseruando, vel dedecore apud probos viros expellendo excusatur à pœna ordinaria.*
29 *Honor, & vita pari passu ambulant.*
30 *Causa maior dicitur pro honore, quã pro vita tutanda.*
31 Incontinenti *dicitur se vindicare etiã post longum tempus siquis se vendicet.*
32 *Iniuria dicitur propulsata incontinenti, etiamsi post sex menses vindicetur.*
33 *Offensio in honore habet tractum successiuum, quia semper offenditur, & semper licita est.*
34 *Honor si aliter defendi non potest, etiã ad mortem vsq; licita est vindicta.*
35 P. Diana *laudatur.*
36 *Nobilis à vili, & plebeo iniuriatus, potest se vindicare, vt proprio consulat honori.*
37 *Homicidium dicitur permissum ad vin-*

vindicandum honorem tùm foro interno, cùm externo.

38 *Nobilitas in delato potissima est causa minorationis pęnę, si delinquat.*

39 *Magistratus sunt adeundi pro sumenda vindicta de offensis, non autem iure proprio.*

40 *Iniuriatus non tenetur adire Pręsidē, si per hoc poneretur in derisum.*

41 *Pęna minoratur in eo, qui iusto dolore motus deliquit.*

43 *Duelli materia remissiuè.*

44 Grammat.decis.23. *expenditur.*

45 Peguer.dec.68.n.440. *expenditur.*

46 *Minori pęna de necessitate est minoranda.*

47 *Delictorum in punitione, quæ ueniunt consideranda.*

48 *Minoribus pęnas in delictis fuisse minoratas pluribus decisionibus Supremorum* Europę *Tribunalium, exornatur.*

49 *Pęnę minoribus esse minorādas in delictis etiam atrocioribus, quę enumerantur, insinuatur.*

50 *Minores quia minori dolo delinquunt, mitiori pæna plecti debent.*

51 *Delictorum plures enumerantur species, in quibus minoribus in pænis succurritur.*

52 Prag.1. de minor. *dedit arbitrium Iudici minorandi pęnas in delictis.*

53 *Statuta nonnulla recensentur, quibus Iudicis arbitrio remittitur minorādi pęnas minoribus.*

54 Author *enucleat* Prag. 1. de minor.

55 *Arbitrium Iudicis in pęnę minoratione non debet esse absolutum, sed regulatum à iure.*

56 *Arbitrium Iudici datum intelligitur pro relaxando in aliquo rigorem.*

57 *Iudex tenetur relicto extremo rigore, seruare ęquitatem, & extendere arbitrium, vbi conuenit ęquitas.*

58 *Minores in pęnis non ità acriter sunt tractandi, sicuti maiores.*

59 Prag. 1. de minor. *non tribuit absolutum arbitrium Iudici imponendi pænam ordinariam minoribus, nisi attenta atrocitate delicti, reiteratione, & praua qualitate personę.*

60 *Statutum quid disponens cum certis qualitatibus, non procedit, nisi prius qualitates verificentur.*

61 *Qualitas in statuto requisita, necesse est vt de ea prius appareat, adhoc vt statuto locus sit.*

62 *Clientis nobilitas insinuatur.*

63 Pragmatica 1. de minor. *in pęnalibus, & odiosis non extenditur.*

64 *Sententia pro minoratione pęnę minoribus, verior, & receptior enūciatur.*

65 Thes.dec.161.n.7. *quid dixerit de minoratione pęnę minoribus in delictis.*

66 *Misericordia commendatur.*

67 *Asperitas in minoribus puniendis lenienda est.*

68 *Deus gubernat consilia eorum, qui humaniorem, & clementem dicunt sententiam.*

69 Author *insinuat ad Iudicandi munus properasse, vt iussibus Excellentissimi Domini Proregis Comitis de Castrillo pareret.*

70 Author *fatetur in casu dubio semper pro* Reo *inclinasse.*

71 *Iudex in impositione pęnarum tenetur sequi iuris dispositiones.*

72 Author *inuigilauit sententijs Prouincialium Audientiarum rigorosis contra pauperes.*

73 *AEquitas semper præ oculis est habenda.*

74 *Summum ius, summam iniuriam continet.*

75 *Ethnici adhuc æquitati innituntur.*

ARGVMENTVM.

Occidens aliquem pro vita tutanda, siue honore vindicando, etiamsi post dierum plurium, imò annorum decursum homicidium patretur, pęna ordinaria minimè plectendus venit, quinimò Incontinenti dicitur patratum delictum, ad excusationem obtinendam, pænamq; minorandam, maximè si offensus, persona Nobilis fuerit, & offensor vilis, idq; licitum tã iure externo, quàm interno, aliquando fieri, ad quam thesim comprobandam, iura quãplurima, DD. innumeri, ac Senatuum determinationes recensentur in delictis quibuslibet, quorum species enumerantur.

Iniuriatus licèt pro sumenda vindicta Magistratus adire debet, non autem sibiipsi propria authoritate ius dicere, attamen si per eiusmodi aditionem poneretur in derisum, & iniuriatus vilis existimaretur, non est ità criminosum ex se vindictã sumere, quamuis culpabile sit si modum excedat, peculiaribus ad id determinationibus adductis.

Minoribus de iure communi, necessariò Iudicem pænam minorari tenere fusè ostenditur, & pariter statutaria dispositio *Pragm. 1. de Minor.* qua cautum reperitur esse Iudicis arbitrio repositum in Regno pænam illis minorandi, non autem necessitati, pluribus coaceruatis enucleatur, quodq; arbitrium illud à Iure regulatum esse debeat, nec simpliciter, Pragmaticæ dispositionem procedere, sed circumstãtijs, seu qualitatibus interuenientibus, nempè Atrocitate delicti, Reiteratione, & Praua qualitate personæ, de quibus ante omnia constare debere, punctuatim exornat *Author*, qui rigorositatem in Iudicando exprobat, AEquitatem cum iustitia collaudat, quam sectatus Ipsemet in Iudicando posteritati defert.

PRO

PRO

Amici dilectiſsimi filio.

CVM

Quærulante, & Fiſco.

RESPONSVM XXV.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 NE mihi, ingrati animi nota erga amicum dilectiſſimum,&Collegam meum in patrocinandi munere, in quo fæliciter verſabar Supremorum in Tribunalium Regni ſubſellijs, ante demandatum iudicandi munus imputaretur, ſi filij ipſius in diſcrimine vitæ conſtituti aciem deſererem; haud immemor dum extiterim enunciati apud *Caſſian.* in quadam Epiſtola, ***Iuſtum eſt enim vt qui amicus erat in proſperis, amicitias profiteatur in aduerſis***,aiente ***Petron. Arbitr.***

Cum fortuna manet,vultum ſeruatis amici,

Cum cecidit,turpi vertitis ora fuga.

Calamum arripui ad defenſam patrum ominati nobiliſſimi iuuenis, qui imputatus de homicidio de eoq; cōuictus in perſonam Sutoris turpitudine vitæ diffamatiſſimi, quiq; tempore plebicularium cōmotionū Regni, quamplura in diſſeruitiū Regis tentauit, patrauitq; facinora, vti ex teſtium depoſitionibus, *fol.96.in fin. fol.111.at.fol.123.at.*& alibi, vltra quod eſt notorium, fuit inſtatum inſtatum decapitari.pro quo euadendo omnes curas intendi, omneſq; vires ſum obmolitus.

2 Mei patrocinij cardinem in duas diuiſi ſpecies.

Vnam:quod iuuenis ipſe Nobilis à plebiculario homine conuitijs,verbiſque iniurioſis extitit prouocatus, proindeq; inſtātiam non procedere.

Alteram: quod ætate in minori exiſtens, ordinaria pęna plecti minimè debuerat.

In facto conſtabat de prouocatione ex depoſitione plurium teſtium, inter quos nonnulli Nobiles, & Patritij Neapolitani, *fol.81.in fin.& at. verſ.Et dettoli.fol 83.at.in fin. fol.86. in fin.& at.fol.91. at.fol. 102. at. fol. 103 fol.93 at.fol.95.at. in fin.fol.96. at.fol.97.in fin.fol.98 at. in fin. fol.99. lit.B.fol.99.at.fol.100. at. fol.104. at. fol.106.in fin.& at.fol.108.at.fol.109 fol.110.at.fol.128 fol.131.at.fol.132. at.* Nec inficias iri poteſt, prouocantem eum propriè dici,qui alium,ne-
3 dùm facto, ſed etiam verbis ad iram incitat, *Farin.conſ.67.n.4 & conſ.35. n.14.& 25.* Adeò quod dixerit *Materat.lib.3.reſol.22.n.11.*ex verbis, &
4 inſultu, omnem excludi præmeditationem, Et dolus, & culpa à pro-
5 uocante, & aggrediente, non à prouocato,proueniſſe pręſumitur,*Giurb. conſ.63.n.6.*

Proin:iura decernunt,quod ſi quis nedùm pro defenſione vitæ, & corporis proprij, verum etiam honoris, ac etiam amicorum,& proximiorum offendentem occidat, non venit puniendus, *l.vt vim,ff.de iuſt.& iur.& l.1.C.vnde vi*, etiamſi poſt longum temporis interuallum homicidium
7 commiſerit eo adhibito temperamēto,quod ſi fecerit cum moderamine inculpatæ tutelę, impunitum erit de-

li-

lictum, & homicidium, quia tunc
potius licita dicitur defensio, quàm
prohibita offensio, l. 1. C. vnde vi, l.
sciendum, §. qui cum aliter, ff. ad leg.
Aquil. Glos. in d. l. 1. verb. Moderatio-
ne, vbi format quæsitum, Numquid
est necessè, vt priùs perenti expectes?
8 Et resoluit, Tu dic quod sufficit terror
armorum, vel iactatio percussionis, vt
ff. eod. l. 3. Vnde vi, §. qui arma, & l. sed
etsi quemcumq; ff. ad leg. Aquil. & in l.
is qui C. ad leg. Cornel. de Sicar. & vti
benè aduertit Glos. in d. verb. Mode-
9 ratione, quando incontinenti infer-
tur violentia, reputatur quasi vnum
factum, quod non sic, si ex interual-
lo, vt l. siquis ad se, ff. ad leg. Iul. de vi
publ. si verò non illicò, & non cum
moderamine inculpatæ tutelæ, tunc
licèt in totum homicidium impuni-
10 tum non erit, tamen ordinaria pæ-
na minimè venit plectendus, ità in
terminis Consiliar. Gizzar. dec. 18.
n. 3. post Gram. dec. 23. subdens quod
illud Incontinenti, de quo agunt DD.
non excludit iniuriam, quæ semper
præsens sit hominibus ingenuis, vn-
11 dè eodemet Gizzar. teste, p Sac. Cō-
silium fuit arbitratum Incontinenti,
12 intelligi, etiamsi post aliquot annos
quis se vindicet, cùm multoties illi-
cò, idest, illo tunc incontinenti non
possit, pulchrè Boss. de homicid. n. 62.
13 quod omni momento durat, & cre-
scit calor, per tex. in l. quod calore, ff.
de regu. iur. vbi Dec. firmat, quod in-
14 fra 30. dies delinquens ira accensus,
adhuc dicitur, ea cra delictum com-
misisse, subditq; Gizz. ibi, Ita Senatus
noster habuit pro vero, ānis ab hinc cir-
citer duobus in causa quorumdā Landē-
sium, quibus facit Menoch. cons. 361.
n. 34. Maccrat. loc. cit. n. 11. inquiens
successiuè delictum non dici com-
missum ad l. 1. C. vnde vi, Caball. de
omni gener. homicid. n. 134. post Ang.
in l. si adulterium cum incestu, §. Impe-
15 ratores n. 2. ff. ad leg. Iul. de adult. diffi-
cillimum est temperare iustum do-
lorem, & ideò non valentem tem-
perare, mitiùs puniri, August. ad Ang.
de malef. verb. Verba iniuriosa sub n.
10. in Apostil. incip. Adde istam doctri-
nam; nam illa causa honoris semper
vrget, & in causis criminalibus de-
bet Iudex arbitrium suum regulare,
16 vt etiam post aliquot annos, vbi quis
grauiter offensus extitit pro honore
vindicando, dicatur se incontinenti
vindicasse, & defendisse, & licèt non
impunè id faciat, tamen pæna ordi-
naria non venit puniendus, quodque
ità fuit iudicatum in Sacro Consilio,
& iudicatur passim Marsil. cons. 25.
n. 22. 1. vol. inquiens, Prouocatis iura
semper fauere, Gram. cons. crim. 39. n. 2.
17 tradens prouocatum non posse con-
demnari vera pæna homicidij, quo-
niam ignoscendum est ei, qui prouo-
catus deliquit l. qui cum maior, §. si li-
bertus, vers. Ignoscendum est, ff. de bon.
libert. & in Clem. 1. de homicid. & n. 5.
quod prouocatus excusatur de eo,
quod fecit contra prouocantem.

Nec desunt coniecturę, ex quibus
suadetur prouocatio (præter ea, quæ
in facto sunt deducta in defensiuo,
Nam occisus nihil prorsus habebat
cum Cliente, quem prouocauit, &
conuitiatus est, vndè inquit Blanc. in
pract. par. 3. defens. n. 14. verisimilitu-
dò est, quod voluerit vlcisci iniuriā,
attenta prouocatione, quæ magis
adaugetur, quia reiteratis vicibus
18 conuitia dixit, malumq; animum
demonstrauit sīn Bertaz. cons. crim.
1. n. 8. & seqq. Et rursùs, quia manu
illum vocauit quasi Superiorem se
faciens adhuc conuitiando, qua de
re ad insultum se præparasse, tradit
Bart. in l. 1. §. cum arietes, ff. si quadrup.
pauper fecisse dicat. & in l. si ex plagis,
§. tabernarius, ff. ad leg. Aquil. Carer.
in pract. crim. §. circa n. 142.

Et cum pro parte Fisci animad-
uerterim, nullam fuisse causam ad-
du-

ductam, ex qua Cliens meus homi-
cidium patratus fuerit, Ecce in de-
fenſiuo ea deducta,& plenè probata
extitit,quod fuerit ad vindicãdã in-
iuriam, & ſic DD. tradiderunt Ho-
micidia,& alia delicta non committi,
niſi ex cauſa quæ nedùm debet eſſe
conformis delicto,ſed proportiona-
ta,& ratiocinatiua, *Io.Mar. Vermigl.*
ex multis *conſ.* 20. *n.*20. & *conſ.* 25.
n. 3. Nemo etenim eſt tam proter-
uus, vt amore delicti tantum, & ſine
20 cauſa delinquat, & vbi ceſſat cauſa
delinquendi, ceſſat delicti præſum-
ptio, Baſis namq; & fundamentum
21 criminis à cauſa dependet, *Guaz-
zin.Ad defenſ.Reor.defenſ.*28.*n.*7.ſub-
dens ex communi Criminaliſtarum
Schola,magis cauſam attendi,quàm
22 factum ipſum in delictis, & tradunt
DD.in l.aut facta, ff.de pæn. Ego non-
nulla tradidi *Reſponſ.*16.*n.*58.*& ſeq.*
Cauſa igitur cum fuerit pro vin-
dicanda, ſeu vlciſcenda iniuria,& ſic
iuſta, & non leuis, attenta maximè
nobilitate Clientis, & vilitate occi-
ſi,nemo non adſtruit,quod licèt ho-
micida tam de iure communi *l.* 1. *ff.
de ſicar. & l. nemo, C. de Epiſcop. aud.*
23 quàm etiam de iure Regni per *Con-
ſtit. Terminum vitæ*, pœna mortis ſit
plectendus, & quod fecit,expectare
ſemper debeat ad *tex.in l.*3.*C.de Epi-
ſcop.aud.* tamen, quando adeſt cauſa
delicti, pæna minoratur, *l. lex Iulia,*
24 *C.ad leg.Iul.repetund.Ang.in l.Prætor
ait,§.hac actione, ff.de vi bonor.raptor.*
inquiens quod ſiquis committit cri-
men aliqua ex cauſa motus, licèt in-
iuſta, ex quo crimine veniret aliàs
25 imponenda pœna mortis, excuſabi-
tur à pæna prædicta ratione illius
cauſæ, licèt iniuſtæ, quæ excuſat à
dolo,*l.plagij,ff.ad leg.Flau.de plagiar.
l.cum igitur,C.de liber.cauſ.Gram.dec.*
5.*n.*24. inquiens quod nullus Iudex
rectè ſentiens duci potuiſſet ad pu-
niendum pæna ordinaria, ſubditque

n. 27.*&* 28. quod ſi exceſſus quis
26 fuerit in ſe vindicando, puniendus
eſt de culpa, non de dolo, maximè
quando cauſa ex qua quis delinquit,
habet initium ex iuſta defenſione,
tunc etenim punitur quis de tanto,
non de toto, ad *tex.in l.*1. *§.Sed cum
claua,ff.de ſicar.l.*3. *§. Ex Senatuſ.con-
ſulto, ff.de re militar.* pulchrè ſatis,
doctiſſimus ille vir *Io.Vincen.Ann.in
Repet.d.Conſtit. Terminum vitæ, n.*59.
& ſeqq. qui tradit ſolam aggreſſionẽ
27 cum armis conſiderari,vt quis dica-
tur in diſcrimine vitæ conſtitutus,&
ideò pæna mortis non punitur ſi oc-
cidat aggreſſus aggreſſorem,id quod
locum ſibi vindicare tradit ſi quis
nedùm in diſcrimine vitæ,ſed etiam
honoris poneretur ex *Bald.in d. l.*1.
*C. vnde vi col.*3. *&* 4. & ante ipſum
Bart. ibi *Gram.conſ.crim.* 18.*n.*6.*conſ.*
29.*n.*1. *& conſ.* 56. *n.* 2. *Giurb* poſt
multos *conſ.*84.*n.*6.
28 Cuiq; non ſit obuium, quod dum
agitur de honore conſeruando, vel
dedecore apud probos viros expel-
lendo,quod nedum cauſa ſit propor-
tionata ad excuſandum quem à pæ-
na, ſed etiam dicatur magna, & gra-
uis, & cauſæ criminali comparetur?
quia honor eſt cunctis rebus præpo-
nendus, *l.Iulianus,* vbi *DD. ff.ſiquis
omiſſ.cauſ.teſta.*& ambulant pari paſ-
29 ſu cum vita,*l.iuſta, ff.de manum. vin-
dict.Surd. dec.*59.*n.*2. vt meritò *Reg.
Sanfel.dec.*337.*in Allegation. Aduoca-
tor.par.*3.*n.*33.*& ſeqq.* dixerit maio-
30 rem eſſe cauſam honoris tutandi,
quàm vitæ, & ideò tutanti permitti
honoris vindictam,quæ aliàs prohi-
betur ad *tex in l.ſcientiam, §. qui cum
aliter, ff.ad leg.Aquil.* ſubdens *n.* 39.
31 quòd verbum *Incontinenti,*intelligi-
tur quamprimum quis poruerit ſe
vindicare, vndè *Ang. de maleſ.* in
verb. *Che me hai adulterato la mia
donna n.*21. tradit id quod dicitur de
propulſanda iniuria incontinenti,in-
tel-

32 telligi, etiamsi per sex menses quis stetisset, & non habuit copiam vlciscendi, sed quamprimum potuit *Bellon. de cor. quæ fiunt incontinen. lib. 1. cap. 7. n. 7. Petr. ÆErod. lib. 3. rer. iudicatar. tit. 11. cap. 3. & lib. 8. tit. 9. cap. 1.* ac etiam post decennium incontinenti dicitur vindicata iniuria, vti in casu *Rot. Gen. dec. 31. n. 9. Laneell. de attent. lit. penden. 2. par. cap. 4. limit. 1. n. 28. Vrsill. ad Afflict. dec. 289. in fin. Farin. quæst. 174. n. 77. & seq.* pulchrè *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 342. n. 47. & seq. vol. 2.* & vti subtiliter ponderat *Petr. ÆErod. lib. 8. rer. iudicatar. tit. 6. cap. 2.* sunt quædam iniuriæ, quæ omnibus interuallis sunt præsentes, *Bellon. loc. cit. cap. 6. n. 6. & seqq.* & *n. 50.* inquit idemet *Reg. San-*
33 *fel.* quando quis in honore offenditur, hæc offensio habet tractum successiuum, quia semper honor ex offensione læditur, & sic si semper læditur, & offenditur quis in honore, semper debet intelligi licita defensio, & illius offensionis, & iniuriæ propulsatio, & *n. 45.* tradit ex præxaratis delictum omninò impunibile remanere, benè *Ill. Præs. noster in 1. forens. cap. 66.*

Quibus iuuamen præstat, quod in simili
34 tradit *Gomez. lib. 3. variar. c. 3. n. 23.* licitum esse afficiētem cōtumelijs, si aliter honor defēdi nō valeat, ab homine honorato interfici, *Clar. lib. 5. sētentiar. §. homicidium, n. 21.* vers. *Idēq; & multò magis, Pelaez de maiorat. par.*
35 *1. quæst. 51. n. 53.* Præceptor noster tùm doctrina, cùm vitæ integritate conspicuus *P. Diana resol. moral. par. 3. tract. 5. Miscellan. resol. 15. pag. 213.* quem refert, & sequitur *D. Larr. allegation. fiscal. tom. 2. alleg. 127. n. 40. Becan. de iust. & iur. quæst. 8. n. 2.* alijq; plures congesti à *Farin. tom. 3. lib. 4. de homicid. quæst. 125. n. 116. & quæst. 125. n. 41.* & ad rem nostram mirabi-
36 liter clarè insinuat, *n. 100.* in Nobili iniuriato à vili, & plebeio, qui suū honorem tueri non valet, ni maiorē illi reddendo iniuriam, qua fuit conuitiatus, tunc enim eo modo licet
37 se defendere, quo proprio consulat honori, cui sententiæ videtur se subscribere, *Nauarr. de restit. lib. 2. cap. 3. n. 375. & seqq. P. Molin. de iust. & iur. tract. 2. disp. 715. tract. 3. disp. 17. & tract. 4. disp. 20. n. 3. Bonacin. de restit. disp. 2. quæst. vltim. sect. 1. punct. 10. à n. 5. cum seqq. Suarez 3. par. tom. 5. de censur. disp. 7. quæst. 4. punct. 6. n. 4.* plures alios adducit eruditus *Escob. de purit. & nobil. proban. quæst. 5. proem. n. 13. & 14. & quæst. 1. Glos. 4. par. 2. ex n. 22.* vbi inquit esse permissum homicidium ad tuendam famam, & proprium honorem tam iure externo, ex dictis per *Auendañ. de exequen. mandat. cap. 19. n. 13. Lara de alimen. in princ. n. 34. Clar. d. §. Homicidium n. 36. Mascar. de probat. concl. 490. n. 8. & 11. Farin. d. quæst. 145. de Homicid. ex n. 41. ad 44.* quàm iure interno animæ, vt placet *Nauarr. loc. cit. n. 376. Manuel Roder. in Sūm. cap. 136. n. 12. Filliucc. tract. 40. ex n. 48. P. Sanchez in Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 39. n. 7.* nōnulla attuli *Ego Respons. 7. n. 1.* Est etenim nobilitas in delato potissima
38 causa minorationis pænæ delicti patrati, adeò quod ob nobilitatem pęna minoratur, *Luc. de Penn. in l. 2. C. de desertor. lib. 10. Tiraq. & Io. Gars. in tract. de nobil. in sedib. indic. per Gram. dec. 23. n. 9.* & est *tex. in l. eiusdem §. pen. ff. de adult. & in l. splendidiores, C. de diuers. officior. lib. 12.*

Nec obicem facit motiuum nonnullorum, mussitantium quod Magi-
39 stratus sunt adeundi pro sumenda vindicta de offensis, non autem cuipiam licet propria authoritate de offensore illam sumere, qui fortè innitebantur dispositioni *tex. in l. non est singulis, ff. de regu. iur.* Siquidem labefactatur eiusmodi obex ex dictis

per

per *Pau.de Caſtr.conſ.*140. quem refert,eiq; ſe ſubſcribit *Auguſt.ad Ang. de maleſ.* verb.*Andream auxiliatorem col. pen.* quod reſtringitur eiuſmodi
40 aſſertio quando nõ conueniret adire Prȩſidem,quia fortè poneret rem in deriſum,& iniuriatus reputaretur vilis, nam tunc poteſt quis propria authoritate iniuriam propulſare,dũmodò modũ nõ exceedat, applaudet *Gram.dec.*23.*n.*1.*Peguer.dec.crim.*68. *n.*40.*&* 41.qui adducit *Pau.de Caſt. conſ.* 277. *in* 2. ſubditq; *Peguer. ibid.*
41 *n.* 43. pænam eſſe temperandam in eo, qui iuſto dolore motus deliquit, *d.l.ſi adulterium,*§.*Imperatores,ff.ad d. l. Iul.* Nam inconſultus calor vitio calumniæ caret, *l.*1.*ff.ad Turpill.*

Et nè rerum iudicatarum authoritate deſtitutum noſtrum patrocinium videretur, prodeat in medium deciſio manata in Supremo Collat.
44 Conſil.tempore *Thomæ Grammatici,* qua fuit cõdemnatus Cȩſar de Spes interfector cuiuſdam Presbiteri, qui proiecit lapides aduerſus ianuas domorum Capitanei de Spes patris ipſius Cæſaris de nocte in iniuriam,& in feneſtris iniuriando, & conuitiãdo verbis iniuriosis Capitaneum ipſum; eiuſq; vxorem licèt homicidiũ patratum fuerit poſt annum,attamen relata cauſa in Collaterali Conſilio ipſius, ac Illuſtriſſimi Proregis voto accedente fuit cõdemnatus eſſe per decennium deportandum in inſulã declarandam, vel inſeruiendum nobiliter in triremibus,ſumptibus proprijs, adeò quod in factionibus neceſſarijs deſcendere poſſit ad terrã, cum cæteris militibus pugnare volẽtibus,de quo fidem præſtat *Gram. d.dec.*23.*n.*6. qui eſt *finalis,* cui ecci-
45 nit deciſio altera Senatus Cathaluniæ apud *Peguer.d.dec.*68.*n.*43.*in fin.* aſſerens ità concluſum in Senatu,ipſo interueniente, & collineant quæ expendit *D.Larr.loc.cit.*

Quid amabò clariùs? quid apertiùs ad eiuſmodi theſim cõuincẽdã?

Alteram defenſionis partem de pȩna minoranda ratione minoris ętatis, in facto adhuc nitidam eſſe inſinuabam, ex quo annum 18.nondũ expleuerat, & vltra teſtes deponentes *fol.*95.*at.*97.*at.fol.*107.*at.fol.*109. *at. fol.* 121.*fol.*124. *at.* qui probant ętatem, ſecundùm *Io.Maurit. de in integr.reſtit.cap.*321.*Maſcar.de prob. concl.* 672.*n.*1.*Bal.in l.*2.*n.*2.*C.de tempor.appellat.Reg.Valenz.cõſ.*62.*n.* 87. deponunt quoq; duo Sacerdotes D. Mattheus Tipaldus *fol.*129.& D.Põpeus Marzanus,qui interfuit in baptiſmate de ann.1633.Menſe Auguſti.
46 Indèq; emergit, minorem ętatem efficere, quod Iudex neceſſariò pȩnam minoret ad *tex.in l. auxilium,*§. *in delictis,*ibi,*Niſi quatenus interdum miſeratio ætatis,ad mediocrem pænam perduxerit Iudicem,ff.de minor.l.in delictis* 3.*ff.eod.cap.*10. *de delict. pueror. cap.fin. de ſenten. excomm.* plenè *Menoch.de arbitrar.Iudic.lib.*2. *centur.*4. *caſ.*329.*n.* 11. *&* 12. *&* §.*ſeq. n.*15. verſ.*Secunda eſt opinio* Dec. *conſ.*535. *n.* 5. *Caldas Pereyra in l.ſi curatorem* 3.*C.de in integr.reſtit.minor.* verb. *Vel aduerſus dolo n.* 61. *in fin. Philipp. Matth.in l.ferè in omnibus* 108. *n.*18. *& ſeqq.ff.de regu.iur. Scheneid. Inſtit. de author.tutor.n.*17. *& ſeqq. & in* §. *ſiquis agens* 33. *Inſtit. de actio. n.* 5 *Matth.Berlich.practicab.concluſ. lib.*4. *cap.*32.*tit. de crim. inceſt. n.*33. verſ. *Ratio eſſe poteſt,* vbi inquit, *In delictis etiam atrociſſimis minori eſſe parcẽdũ, & pæna extraordinaria coercendũ,Bal. Salic.& Caſtren.in l.& ſi ſeuerior,C.ex quib.cauſ.infa.irrog.Ant.de Alex.in l.*1. *C.ſi aduerſ.delict.Gloſ.*optima *in l.impunitas. C.de pæn.Marſ.conſ.*24.*Gram. dec.*23.*n.*11.*&* vot.14.*n.*2. & eſt *tex. in l.quid ergo* §.*pęna grauior, ff. de infam. l. aut facta* 16. *ff.de pęn.* vbi *Gloſ.* verb. *Ratio habetur. l.infans,ff. de ſicar.*

Ll

47 tar. l. si ex causa, §. nunc videndum, ff. de minor. considerantur namq; in delictorum punitione, Causa, Persona, Locus, Tempus, Qualitas, Quātitas, & Euentus, vti docet Consultus in d. l. aut facta, §. persona, & absq; vlla hęsitatione passim, & vbiq; tradiderunt DD. Gomez tom. 3. variar. de delict. cap. 1. n. 63. vers. Et hodie, Guazzin. defens. 33. cap. 17. Clar. §. fin. quęst. 60. & in §. Sacrilegium n. 3. vers. Sed quęro quę sit pęna, Gandin. de malef. rubr. de pęn. vers. Cum aliquis Hypol. Rimin. inter consil. Zilet. cōs. 135. vbi innumeros recenset, & respondet ad iura, quę contrarium suadere possunt, Burs. cōs. 77 n. 19. lib. 1. Tiraq. de pęn. temper. caus. 77. per tot. Thes. dec. 161. Ludou. dec. Lucēs. 17. n. 41. doctissimus P. Diana moral. 4. par. tract. 8. resol. 29. vers. Illud verò Couarr. in clem. furiosus par. 3. Gregor. Lopez in iure septempartito l. 8. tit. 31. par. 7. Villalob. in Antynom. lit. M. Farin. cons. 66. n. 7. & quęst. 92. n. 163. Caball. resol. centur. 2. cas. 134. ad fin. n. 1. Narbon. de ętat. quęst. 43. Reg. Rou. in Commentar. ad Prag. 1. de minor. Sforz. Odd. de restit. in integr. par. 1 1. quęst. 80. art. 9. n. 93. Thes. dec. 161. n. 2. Caccialup. inter cōsilia criminalia Zilet. cōs. 92. lib. 1. qui communem hanc esse Doctorū sententiam profitetur Christin. dec. Belgic. 22 1. n. 1 1. eiq; adeò inhęsit Thes. d. dec. 161. vt non sit veritus asserere cōtrariam opinionē esse nimis rigorosā & humano Iudice indignā n. 4.

48 Et licèt ex prędictis veritas elici possit, Attamen arrisit mihi iuxtà morem, non Clientibus, sed veritati addicto, eam indaganti elaborare, DD. quid senserint pro maiori parte, quidq; in Europę Senatibus fuerit practicatum varijs in delictis, & reperi pęnam in minoribus fuisse minoratam in delictis etiam atrocissimis, sicuti testatur Berlich. loc. cit. Et incipiendo ab homicidio, pro minoribus fuisse decisum, Antesignanum habemus Gramm. in dec. 5. & 23. Peguer. dec. 68. Caball cas. 134. Thes. dec. 161. & dec. 12. & 13. iterum Peguer. dec. 24. n. 21. vers. Consideranda est, Osas. dec. 60. n. 8. dicens propter minorem mulieris ętatem, Senatū motum ad pęnam minuendam, Boer. dec. 254. Episcop. Riec. dec. Curię Archiepiscop. 77. in inquisito de homicidio cū qualitate proditionis in fin. princip. verb. Supradictis, qui refert de anno 1617. fuisse condemnatum ad carceres per septennium, ex quo erat minor, cumq; allegat (de quo lętatus sum) Christin. d. dec. 221. n. 12.

49 Ex Doctoribus Scribentibus, & Consulentibus, nōnullos videamus, quibus eiusmodi arrisit opinio, Et nobis sese offerunt (vt alios quamplures consultim prętereamus) V Vesembec. in Summ. tit. ff. ad leg. Cornel. de sicar. n. 26. illa ratione, quia quoties
50 in delictis est minor dolus, toties quoq; pęna minor esse debet, sed sic est, quod in minore est minor dolus, ergo minori pæna plectendus erit, itaque asserit per Imperij ordinationes cautum esse, eumq; sequitur Mandos. in tract. de minor. ętat. cap. 4.
51 n. 30. Boss. de confess. n. 69. in fin. In Parricidio, Menoch. cas. 339. In Assassinio, Bertaz. cons. crim. 143. In famoso latrone, Fulgos. cons. 157. In furto vltra Caccialup. cons. 92. infra allegandū, Fulgos. cons. 157. Rol. cons. 51. n. 40. lib. 1, Io. Mar. Vermigl. cons. 259. n. 7. & 261. n. 6. In lænocinio, D. Consiliar. Pascal. de virib. patr. potest. cap. 10. n. 22. In crimine nefando, Socc. iun. cōs. 7. In Christiano cognoscente Iudæā, Farin. quęst. 92. In sacrilego, Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 329. In falsa moneta, Caccial. cons. 92. inter consil. crim. Zilet. In Hęresi, Brun. de haret. lib. 5. In furto calicis, & patenæ die Iouis Sācti, Boer. d. dec. 254. In stupro violento, Cuman. cons. 95. quorum maior

pars

pro pars absoluto tradit Iudices teneri de necessitate ad pęnam minori minorandam, sicuti post *Bal. Salic. Castren. & Alex. in l. & si seuerior, C. ex quib. cauf. infam. irroget.* scribit *Foller. in pract. crim. par. 4.* verb. *Panis debitis ferientur, n. 17. Burs. cons. 77. n. 19. lib. 1.* eosq; recollegit *Thes. d. dec. 161. n. 6.* vers. *Imò quod de necessitate.*

52 Sed scio statim Nobis obiecturos, in Regno peculiariter fuisse prouisũ per *Prag. 1. sub tit. de minor.* editam de anno 1558. die 26. Octobris Iudicem non esse necessitati suppositum ad pęnam minuẽdam minoribus delinquentibus, sed tantùm eius arbitrio esse relictum, de quo memor fuit *Vrsill. ad Afft. dec. 287.* qui inibi allegat determinationem Sacri Cõsilij, & Regiæ Cameræ, *D. Pres. noster dec. 230. Episcop. Ricc. d. dec. 77. Reg. Sanfel. dec. 57. n. 1. & seq. Reg Rou. in Prag. 1. de minor. n. 8.* vbi asserit esse

53 consimile statutum in Ciuitate Luccæ, de quo *Ioseph Ludou. dec. 17.* vbi plenè per ampliationes, & restrictiones, & in Hispanijs vigere consimilem Pragmaticam tradit quoq; *D. Rou.* ibi, quam recenset *Gomez. variar. resol. tom. 3. tit. de delict. cap. 1. n. 63.* vers. *Sed aliud, Nouar. in Collectan. ad Pragm. prędictam n. 2.*

54 Verumenimuerò, nec Nos deterrere debet rigor ille in Pragmatica à Pragmaticis ponderatus; Siquidẽ in primis obseruãdum, quod discusso plenè articulo in Collaterali Consilio coram Dom. Prorege, factaque exquisitissima discussione, maxima Pars votorum adhæsit opinioni in beneficium minorum, quod scil. de necessitate sit minoranda pæna ordinaria, & imponi extraordinaria, qua de re commotus vnus ex Dominis Regẽtibus, qui mordicùs contrariam sententiam fuit tutatus, vt veram suam opinionem statueret, fategit legem generalem in Regno promulgari, teste *D. de Franch. d. dec. 230. n. 2.* qua est cautum non esse necessitati suppositum, quod pęna minoretur minoribus, sed in Iudicis arbitrio esse relictum.

55 Rursùs obliuioni tradendum minimè putamus arbitrium prędictum non sic absolutè (seu mauis) ieiunè tributum esse, Iusdicentibus in imponenda pęna ordinaria minoribus, sed quatenus per veras iuris regulas regulatur, sicuti regulandum fore arbitrium censuit *Rot.* pręsertim *dec. 179. 235. & 547. par. 1. in recentior. & dec. 587. par. 2.* & apud *Sãctiss. dec. 11. n. 3.* itaq; decisum in *Barchinon. fru-*

56 *ctuum 16. Iunij 1625. & in Firmana pẽsionis 23. Ianuarij coram D. Duran.* Et quando agitur de arbitrio, intellexerunt DD. quod illud dat facultatem aliquid relaxandi de iuris rigore, *Rot. in recent. dec. 85. & 179. par. 1. & dec. 284. 440. & 540. par. 2. Cardin. Seraph. dec. 1154.* adeò quod *Rotam et* decreuerit in *recent. dec. 462.*

57 *par. 1. & dec. 506. par. 2.* Iudicem teneri, relicto extremo rigoroso seruare ęquitatem, & illud extendere vbi concurrit æquitas, *Crescen. dec. 4. de testi. Rot. in recent. dec. 462. par. 1. & dec. 506. par. 2.* & in terminis Pragm. prędictę, *Viu. dec. 86. n. 4. & 5.* inquit minores non ità acriter esse puniendos, sicuti maiores, *cap. 1.* & ibi *Abb.*

58 *de delict. puer.*

59 Iterùm: est benè cogitandũ, Pragmaticam non ità simplicitèr, & absolutè in Iudicis arbitrio reponere, vt queat in Regno minori pęnam ordinariam inferre, sed adhibitis nonnullis circumstantijs, & qualitatibus concurrentibus, nempè atrocitate

60 delicti, reiteratione, & praua qualitate personę, adeò quod statutum, nisi verificentur qualitates in eo adiectę, suę dispositionis efficaciam amittit, *Paris de Put. de Syndicat.* verb. *Index puras n. 11. Osas. dec. 71. n. 22. et*

dec. 88. *n.* 6. *cap.* 1. *de offic. deleg. in* 6. *Milan. dec. Sicil.* 2. *n.* 45. *& seq. lib.* 2. *Seff. de inhibit. cap.* 5. § 6. *n.* 16. benè *Reg. Sanfel. d. dec.* 57. *n.* 2. vers. *Idque fundabant.*

At videamus si aliquod ex istis requisitis casui nostro nequidem per vmbram excogitari queat, Est etenim in comperto quando ratione qualitatis quid est statutum, necessè
61 fieri quod de qualitate illa priùs appareat, *cap. super literis de rescr.* vbi *DD cap. si clericus laicum, de for. compet. Seff. respons. syndicat. n.* 78. *Gram. vot.* 11. *n.* 7. *Abb. in cap. Si clericus laicum de for. compet. n.* 6. *&* 9. *l. si verò,* §. *qui pro rei qualitate, ff. qui satisd. cogan.* Carer. plenè *in prax. crimi.* §. *circa igitur tertium n.* 18. *de homicid.* & mirabilem ad hoc *tex.* affert *Reg. Valenz. in l. hac autem,* §. 1. *ff. ex quibus in poss. ess. eat conf.* 52 *n.* 9. *lib.* 1.

Satis. n. satiùsq; modò probauimus nullã atrocitatẽ præferre delictum, sed homicidium fuisse patratum ad vlciscẽdam iniuriam, & conuitia dicta ab homuncio (rectiùs dixerim) ex plebis fęce pessima nato desamatiss. turpitudine vitæ, quo casu nedùm excusatur delinquens, verùm etiam ei permittitur adhuc post lapsum pluriũ annorum, vlcisci, sicuti pluribus allatis fũdauimus *n.* 6. vers. *Proin.*

De reiteratione verba facere non est necesse, quia factum ipsum illam excludit, Si verò personę qualitas attendatur, esset facem soli ad-
62 dere, si de Clientis nobilitate sermonem effunderim, Vnum dixerim, ex eius familia plures extitisse, & adhuc viuentem patruum extare militiæ Hierosolymitanæ Equitem, adeò quod ne quidem in terminis Pragmaticæ ordinaria pæna plectẽdus venit Cliens noster, aliàs esset
63 extendere Pragmaticam in pænalibus, & odiosis, contra *tex. in cap. pæna* 7. *distin.* 1. ibi, *Atq; ideò proprium casum non excedunt; cap. in panis de regu. iur. in* 6. *l. factum cuiq;* §. *in pænalibus,* vbi *Dec. & Cagnol. ff. eod. tit. l. eã quidam, ff. de lib. & posth Gregor. Lopez. in l.* 2. *tit.* 2. *par.* 7. *Glos.* 10. *quæst.* 2. *& Glos.* 11. Vt mirandum profectò non sit, si *Thes. d. dec.* 161. *Bertaz. cons. crim.* 339. *&* 492. *vol.* 2. *& cons.* 118. *vol.* 1. *Bouadill. in Politic. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 49. *Mut. dec. Sicil.* 30. *n.* 17. *Mauson. de contrabann quæst.* 7. *Thes. iun. in Addit. ad d dec.* 161. *eius Genitoris, Ludou. dec. Lucen.* 1. *& dec. Perus.* 39. *Io. Grand. de bell. exul. specul.* 92. *pag.* 206. *in parn. Farin. de Inquisit. quæst.* 10. *à n.* 84. *vsq; ad fin. Thes. dec.* 76. *Thes. iun. ad dec.* 243. *in suis Addition.* vbi egisse quoq; tradit in suis manuscrpt. & Episcop. Ricc. *d. dec.* 77. *par.* 1. *n.* 1. *&* 2. præter alios ex in-
64 dustria prætermissos, & toto hoc *Respon.* coaceruatos, apertè dixerint veriorem, ac receptiorem fuisse, & esse opinionem, quod minori in delictis est succurrendum, minimèque ordinaria pęna plectendum, nec diuersum censuit circumscripta minoritate, in quolibet delinquente *Consult. Marcian. in l. respiciendum, ff. de pæn.* ibi, *Planè* (inquit) *in leuioribus causis proniores ad lenitatem Iudices esse debent, in grauioribus pænis, seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi,* cuius verba de-
65 siderio desideravit *Thes. d. dec.* 161. *n.* 7. in corde scripta habere seueros illos, & nimiæ iustitiæ Iudices, quos ad cõsiderandum monet, hominem Dei creaturam esse, maximo cum mysterio creari, creatum educari, & conseruari, non sine maximo parentum sudore, & vigilijs, vndè non debet tam nobilis factura, & animæ, corporisq; coniunctio ità facilè dissolui, & annihilari, subditq; seueros istos Iudices animaduertere debere,
66 misericordiam in Diuinis Scripturis semper cum veritatẽ iunctã fuisse,

ſe,vndè canit *Propheta,Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi Iuſtitia, & Pax oſculatę ſunt*, aiente *Diu.Iacob.in Epiſtol. ſua cap. 2.* quod *ſuperexaltat miſericordia iudicium*, multaq; ſimilia doctè affert rigoroſum Iudicem inſtruendo *Iacob. Simanch. Catholicar. Inſtit.tit.*47.*n.*79. *&* 80. aureos illos verſus *Claudian.*referendo

Sis pius in primis: nam cum vincamur in omni
Munere, ſola Deos ęquat clementia nobis.

67 Quò fit, vt licèt ſacroſanctæ leges, optimè malefactores puniẽdos nulla harum rerum conſideratione habita voluerint, eſt talis aſperitas ſaltim in minori ætate lenienda, & hic miſericordia exercenda, Vndè illud in ore omnium *Aetas excuſanda*, & *Plat. lib.*13.*de ſcientia,Reſpondeat autem iunior* (inquit) *nam ſilabatur, minùs peccabit,mitiùs igitur punietur*, cuius verba recenſet quoq; *Mandos loc. cit.* quibus alludit *Redoan. de reb. Ecceleſ.par.vltim. quæſt.*24.*ſect. Quid in colono, n.*13.*tom.*15. *tract. par.*2. *pag.* 527.inquiens, *Haud dubiè enim Deus*
68 *gubernat conſilia eorum, qui clementẽ, & humaniorem dicunt ſententiam*, cuius memor fuit *Reg. Valenz. conſ.* 92. *num.* 226. Vtq; de *Me* teſtimonium perhibeam, ac poſteritati inſi-
69 nuem, quando ab Aduocationis munere, in quo fæliciter verſabar nõ ſine nomine, frequenti Clientum concurſu,bonis quamplurimis adauctus, mentiſq; quiete potitus,nonniſi Clientibus addictus, vt iuſſibus Excellentiſſimi Dom. Proregis Comitis de Caſtrillo parerem, nulla alia ſpe allectus, niſi vt ſuis votis compotem me redderem, die 15. Maij 1654. ad Iudicatum Magnæ Curiæ in Criminalibus exercendum meũ
70 præſtiti conſenſum (*Vtinam Deus effecerit, ne ab Aduocandi munere me elongarem*?) in caſibus dubijs ſemper pro Reo inclinaui, ità mihi iuribus inſinuantibus, in quibus ab inæunte etate verſatus ſum, Et ſuadet *tex. in l. Arrianus, ff. de actio. & obl. l.inter pares, ff. de reiud. l. in ambiguis, ff. de regu.iur.l.ſi me,& Titium,ff.ſi cert.pet. l.interpretatione, ff. de pęn.l.ſi verò, ff. ſol.matr. l.qui ſententiam, C. de pęn. l. proximè, ff. de his quę in teſtam. delen. l.ſi fuerint §.fin.l.quoties,ff.de reb.dub. Signor. conſ.*173. *n.*3. *Reg. Valenz. d. conſ.* 92. *n.* 235. Nec fui immemor,
71 quod Iudex in impoſitione pęnarum debet ſequi iuris diſpoſitiones, adſtringendo ſe illis cum omni moderatione, & temperantia ſecundùm *Bald.in l.quicumq;n.*21. *C.de ſeru. fugitiu.Simanc.de cathol.inſtitut. cap.*34. *n.* 12. & deteſtatus fui ſemper con-
72 demnationes illas rigoroſas, nec ab iniuria alienas, præſertim contra pauperes condemnatos ad triremes, & furcarum ſuſpendia à Regijs Prouincialibus Audientijs ſæpè abſque regula, & norma,pro quibus euadẽdis elaboraui ſemper, vt iuſtitiæ, meæq; conſulerem conſcientiæ coram Deo, qui exquiſiturus eſt rationem ſuæ villicationis ab omnibus,
73 præſertim ab ijs, qui Magiſtratus munere funguntur, & præ oculis ſemper habui æquitatẽ, ſuadẽte *Conſult.in l.quod ſi Epheſi, ff. de eo* ꝙ *cert. loc.* & placitum illud *M. Tully lib.* 1. *Officior.* quod *Summum ius, ſummam*
74 *iniuriam continet*, *Lactant. Firmian. lib.*6.*diuin.inſtit.cap.*14. inquiens, *Seueritas, niſi ſe intra congruentes nocentium pænas coerceat, fit ſæua crudelitas*, *Eraſm.centur.*1.*Chliad.*1. *n.*2.*Landou. Gomez. in cap.*1. *n.* 13. *de conſtit. lib.*6.*Bud.in Annotat.ad Pandectas,tit. de iuſt.& iur. Reg.Valenz. conſ.*91. *n.* 53. & vt inquit *Diu. Auguſtin. Epiſt.* 10.*ad Bonifac.* relatus in *cap. Vt conſtitueretur* 50. *diſt. Detrahendum eſt aliquid ſeueritati, vt maioribus malis ſanandis, charitas ſincera ſubueniat.*

Nec

Nec patet mihi aditus ediscēdi quomodo sin contrarium Iudices docti, & conscientiati suum queant Iudicium interponere? Ipsi viderint coram Deo,& hominibus. Alia plura ad hanc thesim diceremus, sed pręstat calamum cohibere.

75 Vtq; de semita ad viam redeamus, adhuc Ethnici nostram declamant sententiam, Nam *Demosthenes in Oration.habita coram Alexandro* ità fatur, *Nulla enim de virtutibus generosior misericordia, vel admirabilior clementia, nec per aliud propior Deo accedere potes, quàm vt salutem conferas hominibus, vel dando, si eguerint, vel parcendo si deliquerint, vel indulgendo si supplicauerint.*

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap.die 17.Iunij 1655.

DECISIO.

Die Lunæ 16. *Iunij* 1651. *Cùm nulla præexistente delicti atrocitate, D. Prorex die* 9. *eiusdem Mensis causam delegauerit Magnæ Curiæ Vicariæ, & eius diplomate die* 14. *iusserit determinari in Collaterali Consilio coram ipso, fuit Cliens Nobilis, minor, vnà cum socio condemnatus ad amputationem capitis Rota Magnæ Curiæ decernente, votantibus Dominis D. Ioanne Burgos tunc Consiliario, & Proregente ipsius, Consiliario Paulo Staibano, D.Carolo Lopez Cōmissario,D.Blasio Boliaga,D.*Duarte *Vaaz, Anello Portio, nunc Regio Consiliario, Balthaxare de Angelis,* D. *Ioanne Micono, Francisco Alegria,* D.*Ioseph Filiù,assidentibus Spectabilibus* Do*minis Regentibus* D.*Bernardo Zufia, & Hieronymo Garsia, existente Fisci Patrono* Dom.*Honuphrio de Palma : Verùm verè fateor, Tantæ cædis innoxium existimaui iuuenem, Omnia ad vindicandum innocentem, consilia fui expertus in isto patrocinio, optatamq; victoriam quot non petij laboribus? quæq; non adhibui artis dicendi dogmata, vt Principem ad clementiam persuaderem? Ast ars cessit malo; Non etenim tantus fui, vt posita natiui vultus seueritate, Princeps in lenitatem, comitatemq; vultum componeret,* Magna etenim (*vt ille ait*) debet esse eloquentia, quæ inuitis placeat, cùm ingenia fauor hominum ostendat,fauor alat, quantam vim esse oportet, quæ inter obstantia erumpat? *Mihiq; contigit inter defendendum, vt Prorex ipse, non semel patrocinij filum motiuando obruperit, non tamen indè emersit, vt tantillum* Ego *deterritus, conceptum orationis explicare nequiuerim, etsi animaduersus fuerim sua voluntatis arcana pandidisse, Libet mihi de eiusmodi sententia illud enunciare, quod aliàs posteritati commendauit* Iul.Clar. *magnus* Criminalista *in sua* prax. crim. §.fin. quæst.68. n.4. *satis fuisse miratum de pæna mortis illata illi*

No-

Nobili iuueni Neapolitano, qui repertus fuerat de nocte cum schalis ad fenestras domus quarumdam mulierum nobilium, & honestarum, causa earum pudicitiæ violandæ, quam defendit Thomas Grammaticus *vnus ex votantibus* dec. 39., *inquiens talem sententiam excussiori totius Italiæ iudicio visam fuisse nimis seueram; Impauidè certamen inij, & absq; timore ad venam conscendi patrocinij coram* Dom. *Proreges, sicuti aliàs & pluries in criminalibus iurgijs præsertim, Meme exhibui, Sed ne cùm mærore longum faciam, linguæ frenum inijci, cohibeq; calamum.*

Penès Scribam Fiscalem *Fabium Anna.*

SVMMARIVM.

1 *Acti series pleno exaratur calamo.*

2 *Instrumenta inducunt notoriū, sicuti sententia.*

3 *Instrumentum dicitur manifestissima probatio.*

4 *Instrumentum dicitur veritas apparens, probatio realis, & nuncupatur* Noli me tangere.

5 *Præsumptiones quæ oriuntur ex instrumento.*

6 *Euidentissima probatio dicitur instrumentum.*

7 *Præcedentia declarantur ex sequentibus.*

8 *Falsitas excluditur ex possessione.*

9 *Actus palàm factus, omnem fraudem excludit.*

10 *Falsitas non datur sine dolo.*

11 *Argumentum à verisimili validum est in iure.*

12 *Inuerisimilitudo est falsitatis imago.*

13 *Facilè non est credendum, quod difficulter fieri potest.*

14 *Iudex non debet adhibere fidem inuerisimilibus.*

15 *Testis inuerisimile deponens, suspectus est de falso.*

16 *Instrumentum carens primordio veritatis, falsum dici non potest.*

17 *Verisimile multum attenditur in probationibus.*

18 *Verisimilitudo corroborat probationē minorem numero.*

19 *Sermones debent concordare rebus sensatis.*

20 *Iactare suum nemo præsumitur.*

21 *Contrarij vnius positio, est alterius contrarij destructio.*

22 *Testis depositio vaga, & incerta, nihil probat.*

23 *Instrumentum, cui testes contradicunt, sustinetur ex adminiculis.*

24 *Testes deponentes contra instrumentū, debent esse omni exceptione maiores.*

25 *Probationibus concurrentibus, magis creditur testibus deponentibus pro instrumento, quàm contra illud.*

26 At-

26 *Attestatio in vim testimonialis, nullã fidem facit.*
27 *Probatio ex actis constans non attenditur, nisi acta exhibeantur.*
28 *Asserenti acta fuisse deperdita, nõ creditur, nisi probetur.*
29 *Inquisitus de falso, habilitari in Regno non consueuit.*
30 *Notarius falsitatis Reus non fit ex inquisitione contra ipsum formata, sed requiritur sententia, ad hoc vt gesta per ipsum non valeant.*
31 *Sententia contra Notarium de falso inquisitum si non interueniat, non dicitur priuatus facultate conficiendi instrumenta.*
32 *Notarius à iure priuatus officio, interim donec sentẽtia declaratoria proferatur, poterit exercere.*
33 *Titulus delicti non debet attendi, sed tantùm inditia extantia.*
34 *Indices non debent attendere cartulas inquisitionis, sed quid ex informatione constat.*
35 Scipio Rouitus Regens *irruit contra eos Indices, qui ad solam tituli ostensionem contra inquisitos procedunt.*
36 *Falsitatis suspitio tollitur ex celebritate loci, in quo præsumitur falsitas commissa.*
37 *Notario falsitas imputari non potest, si ex ea nullum cõmodum consequutum fuisse probetur.*
38 *Doli præsumptio cessat, vbi non est commodum.*
39 *Falsitas omnis tollitur, si causa non probatur.*
40 *Articulus benè probat contra articulantem.*
41 *Socius criminis nullam facit fidem contra consocium.*
42 *Allegans propriam turpitudinem non est audiendus.*
43 *Testis ad sui commodum deponens, nõ probat.*
44 *Causa propria dicitur de qua quis particeps habetur.*
45 *Testis deponens de facto, quod sibi ad improperium duci potest, non probat.*
46 *Testis quoquomodo habens interesse non probat.*
47 *Testis non iuratus, nec parte citata repetitus, minimè probat.*
48 *Attestatio facta post litem motam nulla est.*
49 *Veritatis praeclara quæ sint.*
50 *Falsitas non datur absq; dolo.*
51 *Dolus est vnum de requisitis in falsitate conuincenda.*
52 *Iudicium absq; Actore non consistit.*
53 *Spolij actio non datur contra singularem successorem bona fidei ignorantem spolium.*
54 *Dolus est probandus ab allegante.*
55 *Læsio non præsumitur ideò ab Actore erit probanda.*
56 *Testis deponens de pratio rei, debet certè deponere, aliàs non probat.*
57 *Læsio non datur contra tertium, sed contra eum, qui dolosè rem comparauit, etiam si fuerit enormis.*
58 *Dolus in contractu adhibitus personalem tantùm actionem parit contra tertium non exercendum.*
59 *Tertius possessor ex dolo alterius quãdo possit conueniri.*
60 *Actione carens, repellitur à iudicio.*
61 *Actor sine actione experiens, etiam nulla facta oppositione, debet per Iudicem repelli.*
62 *Ratificans contractum, nõ debet aduersus illum audiri.*
63 *Falsitatis præsumptio excluditur data ratificatione actus.*
64 Ratificatio *inducitur nedùm expressè, verùm etiam tacitè per receptionem pratij.*
65 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*
66 D. Franciscus Merlinus Marchio Ramontis *Sacri Consilij Præses laudatur.*
67 *Falsitas qua quantaq; mala producat.*
68 *Falsitas vt excludatur, qualibet interpretatio est accipienda.*

A R-

ARGVMENTVM.

Facti serie premissa, assumptisque in facto ex Aduerso plena manu adductis, lato itidem calamo ex factomet occurritur.

Instrumentum tanti est, quòad probationem, vt inducat notorium; dicatur veritas appareas; probatio realis; casus indubitatus; ex eoque fieri rem liquidam, & manifestam, pluresq; alios effectus ad eorum fauorem, qui Instrumentis innitũtur, oriri, nonnulla recensentur.

Actus palàm factus omnem excludit fraudem, nec falsitatis maculæ subijcitur instrumentum, si ex eò alicuius rei possessio capta sit, vel pro eo extiterit iudicatum, aut illud impugnans, eo in Iudicio vsus fuerit, aut virtute illius pecuniam, aut quid aliud fuerit consequutus.

Inuerisimilitudo est falsitatis imago, idcircòque tantum abest, vt ex inuerisimili depositione instrumenta reprobentur, vt potiùs ipsimet inuerisimile deponẽtes, falsi crimen commisisse diiudicentur, cuius thesis occasione arrepta quamplura de argumento à verisimili adducuntur.

Instrumenta à testibus reprobari quando valeant, cuiq; magis credatur Testibus, vel Notario? non inscitè põderatur.

Positiones in Iudicijs contra producentem plenè probãt, nec eius datur reuocatio, aut ab ijs qualisqualis recessio.

Interesse metiens, siue principaliter, siue in consequentiam, in testem minimè admittitur, eiusq; depositio ad nihilum reducitur, eòq; fortiùs si ex re, super qua eius depositio expetitur, laus, aut opprobriũ illi euenire possit, vel si in lite qualequale habeat interesse.

Actio spolij non datur contra tertium possessorem, sicuti nec actio rescindendi, siue annullandi contractum, etiamsi læsio enormis, vel enormissima allegetur, quouè modò ignorantia, aut scientia dolum adhibentis, respectu tertij possessoris consideretur.

Socij criminis depositio, nullam præstat fidem, sicuti nec

criminosus homo, tam attẽto iure communi Romanorum, quam peculiari iure Regni, siue (vti aiunt) statutario, aliaq; plura haud illepidè ad victoriam Clienti comparandam, afferuntur.

PRO

D. Philippo Caracciolo Principe Roij.

CVM

Ioseph Ciampa.

RESPONSVM XXVI.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

Dita actio in Sac. Regio Consilio de anno 1648. die 5. Augusti pro parte Ioseph Ciãpa vti nepotis, & hæredis quond. Alexandri Ionata olim vtilis Domini Terræ Roij, aliorumque corporum feudalium, contra Magnificum Iulium Caracciolum, tunc in humanis agentem, quam modò prosequitur contra D. Philippum Caracciolum nunc Principem Villæ Roij ipsius Iulij nepotem, & hæredem, paradoxicæ quodammodò litis speciem indicat, quæ primò sanè obtutu, Actoris aciem sustinere videtur, sed re ipsa trutinata, palmam Clienti concedere, haud hæsitari cõtingit, sicuti ex ipsa facti serie, seriosè enarranda, mox patebit; eaq; sic se habet.

1 Prętendit Ioseph Ciampa nomine prædicto præfatam Terram Roij, aliaq; corpora feudalia à Perro Antonio Berardicelli nusquam empta fuisse, nec Alexandrum Ionata, illa, ipsi, aut alteri vendisse, quinimò effictim, & falsè occupata, ereptaque fuisse non sine dolo malo à præfato Ionata, figurato actu emptionis, & venditionis, suppositaq; persona ipsius Ionatæ, accersito ad hunc actum Notario, quem pariter falsum adstruxisse instrumentum, in quo confessus fuit Ionata in pecunia numerata recepisse duc. 8000. pro pretio Terræ prædictæ, aliorumq; corporum adiacentium, insinuat, quodq; præfatus Berardicelli assertus emptor, fictionibus prædictis minimè exterritus, homicidij crimine in personã Ionatę (vt prętẽditur) patrato, scelus facinori, facinusq; sceleri superaddidit; eò tendens, vt immanitates ipsas tegeret, & innoxium sese præberet; quibus peractis properauit ad venditionem eiusdem Terræ, aliorumq; corporum Iulio Caracciolo, ijs expoliando Ionatam; quibus enũciatis supplices porrigit præces in S.C. petitq; ante omnia restitui in possessionẽ bonorum prædictorum tanquam spoliatũ ex persona sui Authoris Ionata.

Instetit, & secundò (gradatim tamen) condemnari Iulium ad relaxandum, & restituendum Terram prædictam vnà cum fructibus, nulla habita ratione venditionis factæ per Berardicellum, vti tot tantisq; defectibus, & vitijs maculatæ,

& per

& per consequens nullius roboris, & momenti.

Vel, & tertiò (iterum gradatim, & successiuè, ac quatenus super prædictis dubietatis obex inciderit) ex quo maxima accedente læsione, nedùm enormi, sed enormissima in prętio, alienatio prædicta processit etiam super hoc sibi consuli debere, sicuti ex tenore supplicationis per Iosephum ipsum productæ, *fol.* 1. videre est vbi *at.* causa cōmittitur per tunc Dom. Sac. Consil. Propræsidem D. Consiliario Marco Antonio Cioffi; Expeditur contra supplicata, cuius copia notificatur præfato Berardicelli die 14. Augusti 1648. *fol.* 4. *at.* alijsq; nonnullis *fol.* 7. die 19. eiusdem Mensis, inter quos est Iulius Carac ciolus, *fol.* 7. *at.* factisq; nonnullis actis pro instructione processus, Actor die 15. Decembris 1648. mediante eius comparitione producta, *fol.* 48. declarat nolle amplius contra postulatos in iudicio quicquam peragere, imò liti renunciat respectu omnium, reseruata dūtaxat actione contra Iulium, super qua, instructo iam processu, ex probatis, & deductis, spem habet Actor victoriam consequendi, canendique triumphum.

Peruigili igitur cura à Nobis, qui partes D Philippi Caraccioli in hoc iudicio postulati, sustinemus, inuestigandum est, quæ sint probationum species ex parte Actoris, quibusuè ille innitatur, quæuè contra ipsum pro parte rei vrgeant, adhoc vt purgatissimo Senatus Amplissimi iudicio insinuetur vter eorum iustiùs induat arma, cuiusq; acies inclinăda sit?

Vtq; ordinatè dicendorum copiā faciamus, Actoris assumpta primo recensebimus loco; deindè Rei exceptiones designabimus, ac tandem omnia per Actorem producta, quæque produci poterunt, resoluemus, ad hoc vt Clientis iūstitia è contrariorū labe expurgata, nitidior exurgat.

Et primò contra personam Notarij, de instrumento rogati, testimoniale quodam Actor profert Scribæ fiscalis, qui attestatur ipsius Notarij fidem suspectam fuisse habitam ex nonnullis instrumentis falsò fabricatis, pro quibus in carcerem fuit detrusus, *fol.* 20. & quod malæ opinionis communiter habebatur, ponit *in* 9. *artic* super quo testes plures deponunt, *fol.* 64. *& seqq.*

Secundò: vim facit Actor in depositionibus testium, præsertim Notarij Matthei Angeli Pandolfi attestantis de suppositione personarum in contractu, eiusq; attestationi accedunt Philadolphus de Ferrante, & Anellus Melone, & Didacus Rispolus, *fol.* 79. *& at.*

Tertiò: magnam Actor præbet efficaciam in attestatione, seu declaratione facta per ipsumet Petrum Antonium, mediante instrumento de anno 1648. die 4. Octobris, quo fatetur venditionem fuisse efficiam, & personas suppositas, ex quo prętium non intercessit in venditione asserta facta per Ionatā, quodquè venditio facta per ipsum Berardicellum Iulio Caracciolo, processit per vim, & metum, vti pleniùs, *fol.* 24. *cum duobus seqq.* quæ præcipua sunt partis assumpta.

Vrgent tamen ad exclusionem intentionis Actoris, & sic pro insinuāda iustitia D. Philippi possessoris quamplura, Et

Primò ponderatur instrumentum venditionis Terrę Roij, aliorumque corporum feudalium, initum de anno 1643. die 23. Februarij, omni sollemnitate vallatum inter Alexandrum Ionata venditorem, & Petrum Antonium Berardicelli emptorem, pro prętio duc. 8000. quos

recepisse confessus fuit emptor, *fol.* 81.*at.* productum à parte aduersa, in quo distinctè describuntur redditus feudales, omniaq; corpora, & iura vassallagij sub verbo *Signanter*, *fol.* 87.*lit.A.* ac enunciantur iura, quędã peculiaria præfato Ionatę spectantia facta solutione nonnullarum pecuniarum quantitatum illis de Marchesano, & Augustino Tosano, *fol.* 87. *lit. B. & C.* in quo instrumento adest pactum de rettouendendo, durante vita ipsius Ionatę, *fol.*96. *at lit. A.* quod instrumentum iterum pro parte D.Philippi fuit exhibitum.

Secundò exhibetur instrumentũ possessionis captę per dictum Petrũ Antonium Terrę prędictę, aliorumq; corporum feudalium die 13. Martij 1643.*fol.*159. pręsentatum per Vrsinum de Aliberto procuratorem Ciampæ die 4. Aprelis 1649. in exequutionem instrumenti venditionis prędictæ, quę quidem possessio capitur mediante persona Commissarij destinati, ac Terrę prędictę Capitanei, interueniẽtibus Sindicis Terrę, & quampluribus Vniuersitatem repręsentãtibus in vnum coadunatis, & congregatis pro effectu prædicto.

Tertiò producitur instrumentum venditionis terræ prædictæ à prædicto Petro Antonio Berardicelli qu. Iulio Caracciolo de anno 1643. die 5. Augusti pro prætio duc. 8500. & in partem cuius prætij recepit duc. 300. pro duc. 4200. fuit facta per Iulium venditio ann.duc.330. ad rationem duc.8. pro centenario, duc. 3500. delegantur soluẽdi hæredibus quond. Baronis Francisci Marchesani, quibus per prius delegauerat pariter soluendam quantitatem prędictam Alexander Ionatã primus venditor, dependentes prædicti duc. 3500. ex debito per Marcellum de Blasio primum possessorem Terræ prædictæ obnoxiæ in beneficium illorum de Marchesano, *fol.*87.*lit.B.* & duc. 500. pro complemento integri prętij, deleganrur soluendi Augustino Tosano creditori, similiter delegato per Ionatã in instrumento venditionis Terrę prędictę, *fol.*87. *lit.C.* super quibus contractibus, cùm de re ageretur feudali, regij fuerunt assensus expediti.

Adstipulantur prædictis non leuiter, testium quamplurium depositiones, ex quibus probationes per instrumenta coadiuuantur, siquidem deponunt testes de captura possessionis à Berardicello, qui in signum dominij, nouos creauit Officiales, sicuti deponunt super 3.*art.*

3.*Test.*Sacerdos *fol.*132.

5.*Test.* Sacerdos *sup.eod.fol.*134.

7. *Test.sup.eod.fol.*138.

8. *Test.* Iudex ad contractus *super eod.fol.*137.*at.*

9. *Test sup.eod.fol.*138.

10.*Test.*Art.Medicæ Doctor *super eod.fol.*140.

11.*Test.sup.eod.fol.*141. *at.*

15.*Test.sup.eod. fol.*149.

Iridem de attestatione eiusdem Alexandri Ionatã affirmantis vendidisse Terram prædictam ipsi Berardicello, cum quo amicitiæ fędus initum conseruabat, sicuti super 3.*art.* deponunt.

9.*Test.fol.*138.*at.*

16.*Test.sup.eod.fol.*150.

17.*Test.sup.eod.fol.*152.

Deponunt insuper infrascripti testes, quod post captam possessionem Terræ per Berardicelli, ac facta electione Officialium, ipsemet Ionata venditor contulit se ad dictam Terram, ibiq; plurium dierum spatio moram trahens insimul, cùm ipso Berardicelli in Palatio Baronali, palàm omnibus insinuabat venditionem Terræ per ipsum factam, imò monitos vassallos faciebat, vt nouo Domino debita præstarẽt obsequia.

con-

conſuetaq; munera elargirentur, aſſuetaſq; præſtarent elargitiones.
1. *Teſt.* Sacerdos Archipresbyter Theologus,& Concionator *ſuper 4. art. fol.* 129.
2. *Teſt.* V.I.D. *ſuper eod.fol.* 130.*at.*
3. *Teſt.* Sacerdos *ſup.eod.fol.* 132.
4. *Teſt.ſup.eod.fol.* 133.
5. *Teſt.ſup. eod.* Sacerdos *fol.* 134. *in fin.*
7. *Teſt.ſup.eod.fol.* 136. *at.*
8. *Teſt.* Iudex ad cōtractus, qui interuenit in inſtrumento capturæ poſſeſsionis *ſuper eod. fol.* 137. *at.*
13. *Teſt.ſup.eod.fol.* 142.*at.*
17. *Teſt.ſup.art. fol.* 152.

Conſtat rurſus ex teſtium depoſitionibus Ionatam venditorem denegaſſe vaſſallis gratias facere de nonnullis inquiſitionibus,ea adhibita excuſatione, quia amplius non erat Dominus vaſſallorum,& ſtante diſtractione Terrę facta Petro Antonio Berardicello, ad ipſum ſpectabat gratias facere, ſic deponunt.
2. *Teſt.* V.I.D.*ſup.6.art. fol.* 131.
4. *Teſt.ſup.eod.fol.* 133.
5. *Teſt.* Sacerdos *ſup.eod.fol.* 134.*at.*
7. *Teſt.ſup.4.art.fol.* 136. *at.*
9. *Teſt.ſup.eod.fol.* 142.
12. *Teſt.ſup.eod.fol.* 142.
15. *Teſt.ſup.eod.fol.* 139.*at.*
17. *Teſt.ſup.eod.fol.* 152.*at.*

Eſtque benè deductum, & probatum, quod ipſemet Ionata commendauit nonnullos vaſſallos dictæ Terræ prædicto Berardicelli emptori,vti nouo Domino, quod vtiq; fruſtratorium foret ſi Terram illi non vendidiſſet, ità deponunt.
9. *Teſt.ſup.eod.art.fol.* 139.
11. *Teſt.ſup.eod.fol.* 149.*at.*
15. *Teſt.fol.* 149.*at.*
16. *Teſt.fol.* 150.*at.*
17. *Teſt.ſup.eod. fol.* 152.*at.*

Nec è longè deducitur cauſa,ob quam Ionata ad diſtractionem Terræ proceſſit, etenim ære alieno præmebatur, vndè tractatum habuit de alienando Terram prędictam cum pluribus, ac etiam, quia deteriorata fuit Terra prędicta,ſicuti ſuper vtraque facti ſpecie deponunt.
1. *Teſt.* Sacerdos *ſuper 8. art. fol.* 129.
2. *Teſt.* V.I.D. *ſup.eod.fol.* 131.
4. *Teſt.ſup.eod. fol.* 133.*at.*
5. *Teſt.ſup.eod.fol.* 134.*at.*
9. *Teſt.ſup.eod.fol.* 139.
10. *Teſt.ſup.eod.fol.* 140.*at.*

Quibus depoſitionibus ſunt coniungendę alię depoſitiones factę ſuper 9.*art.* 10. 11. *&* 14.*folijs* indicandis.

Et tandem ex teſtium depoſitionibus conſtat Alexandrum Ionata venditorem, poſt venditionem Terrę prędictæ factam Petro Antonio Berardicelli in humanis degiſſe ſex menſium interſtitio, publicè viſum, in Ciuitate Neapolis,Ciuitate Iſerniæ, & alibi, ſicuti fidem præbent.
4. *Teſt.ſup.* 13.*art.fol.* 133.*at.*
5. *Teſt.ſup.eod.fol.* 139.
9. *Teſt.ſup.eod.fol.* 139.
16. *Teſt.ſup.* 12.*art.fol.* 151.*at.*

Perſtringendo modò deducta,& probata pro parte D. Philippi Caraccioli ad excluſionem intentionis Actoris, certant prò ipſo plures probationum ſpecies, nam

Primò: publicum apparet inſtrumentum de venditione Terræ Roij, aliorumq; corporum feudalium, facta per Alexandrum Ionata Petro Antonio Berardicello, Item, & ſecundò: accedit captura poſſeſſionis in exequutionem prædicti cōtractus emptionis, & venditionis. Et tertiò de venditione, per Berardicellum facta quond.Iulio Caracciolo, cuius hæres eſt D. Philippus, vti ſupra in facti themate meminimus; quò fit vt notoriè de ipſius iuſtitia appareat, nam inſtrumenta inducunt notoriũ, ſicuti

2 sicuti sententia *Bart.in l.2.in 5. oppos. ff.de non.oper.nunc. Vrsill.ad Affl.dec. 391.n.7.Rot.Bononien. dec.213. col.2.* vers.*Eandem, D. de Franch. dec. 279. n.1.Surd.cons.214.n.18.Suarez in repet.l.post.rem indicatam n.57.ff.de iud. Menoch. præsumpt.48. n.3.21. & 23.* hinc est quod *Bart.in d. l.2. in princ. 2.col.ff.de non.oper.nunc.* manifestis-
3 simam probationem appellat,quando de ea extat publicum instrumentum, *Intrigl.cons.1.n.48.Farin.de falsit. & simul. quæst. 156. n. 156.* vers. *Amplia quintò*, vbi ex mente omniũ Doctorum dicta per ipsos sub com-
4 pendio reassumens, inquit quod instrumentum est veritas apparens; probatio realis, nuncupatur *Noli me*
5 *tangere*,ex eo oriuntur tres præsumptiones, nempè, quod sit verum, quod sit sollemne, quod omnia in eo descripta, ità sint;non indiget descriptione fori; casus in instrumento appositus dicitur indubitatus;habet vim diffinitionis; facit rem ma-
6 nifestam, & manifestissimam, euidẽtem,& euidentissimam,liquidam, & notoriam,*Reg.Rou.cons.1.n.30.& 31. Castill.Sotomayor quotidianar. controuers.tom.2.cap.16.n.2. Gonzal.ad reg. 8.Cancellar.glos.18.n.38. Petr. Dios Noguerol. allegation. tom.1. alleg. 11. n. 8. D. Christophor. Suelues cons. 97. n. 8.* textus profero vltra dicta per *DD.* qui peculiariter prædicta delineant *in l. cum pretibus, C. de probat. cap.licet causam extra eod.tit. Bald.in l.quoties,C.de iud.*quem sequitur *Hypol.in rubr.C.de probat. Ang.in l.interest in vltim.notab.C.de solut. Ang.in l. interest col.2. ff.de stat. hom. Grat. respons.28.n.2.respons.66.n.1. lib.1. Rolan.à Vall.cons.9.n.15.& seq.cons.61. n.28.cons.37.& seq.& cons.89. n.1. & seq. lib.1. Osasc. dec. 117. n.1. & dec. 129. n.7.* cum alijs penè innumeris congestis per *Farinac. d. quæst. 156. n.146.& Reg. Valenz.cons.2. n.4.cõs. 24.n.88.cons.22.n.43.& cons.51.n.1.* plures alios *Ego* adduxi *in 1. discept. forens.cap.19.n.12.& seq.*

Secundò: copias præstant auxiliares iustitiæ D.Philippi tot testium depositiones, ex quibus conuincitur gestorum veritas, cùm ex actibus antecedentibus venditionem factam
7 per Ionata, cùm etiam ex sequentibus, ex quibus pręcedentia declarantur,ad *tex.in l.hæredes palàm,§.sin autem, ff. de testam. §. pauonum in fin. instit.de rer. diuis. Cæphal. cons.12. n. 12.lib.1. Rolan.à Vall. cons.23. n.30. vol.2.Card.Mantic.lib.6.de coniectur. vltim.volunt.tit.13.n.4.& 5.Affl.dec. 321.n.12.Laderch.d.cons.162. n.2. & 7.* eò magis, quia ipse Berardicelli venditor in exequutionem contractus venditionis cæpit possessionem Terræ prędictæ coram Sindicis,alijsque hominibus Vniuersitatis, ex
8 qua possessione excluditur falsitas, secundùm *Cranet. cons. 55. n.1. cons. 148.n.1.in fin.& cõs.266.col.fin.* vers. *Respondeo,Ruin.cons.217.n.14.Foller. in pract.crim.* verb. *Item quod commisit falsitatem n.36.* vers. *Prætereà*, videndus, licèt corruptè allegetur à *Farin.de falsit.& simul. quæst. 152. n. 228.*qui est *finalis*, vbi prædicta cõprobat; palàm,non subdolè,& clandestinè,adeò quod in mentium horreis Dominorum Iudicantium, neq; per vmbram concipi potest fraudem aliquam adfuisse in contractu venditionis Terrę Roij factę Berardicelli.

Scitum etenim est in iure, quod
9 qui publicè facit actum, non dicitur cum fraude facere, *l.sed si pupillus,§. proscribere,ff.de institor.actio.l.si in emptione,§.fin.ff.de cõtrah.empt. Andreas de Isern.in cap.1.§. si verò in fin. de feud.Guard.Ann.alleg.58.n.1. Valenz. cons.39.n.17.* & in terminis falsitatis tenuit *Farin. d.quæst.153. n. 225. & quæst.89.n.63.* iuncto *n.130.* nam secundùm *Christophor. Crusiũ de indic.*

de-

delictor.par.2.cap.35.tit. de falſ. eiuſq;
10 *ſpecieb. num. 1. & 5.* ſine dolo non datur falſitas.

Vrget rursùs pro Clientis iuſtitia,
11 argumētum à veriſimili, quod exornant *Canoniſtæ in cap. quia veriſimile, & in cap. ſcriba*, iunctis notatis ibidem, præſertim per *Panormit. & Ciuiliſta in Auth. ſi quis ei, C. ad leg. Iul. de adulter. & in l. non eſt veriſimile, ff. de eo quod met. cauſ. l. ſi ſtipulatus 4. ff. de vſur. l. is cui 94. ff. de ſolut. Bone Deus?* Diſtrahit Terram Roij Alexander Ionata (*vnicam ipſam Terram poſſidens*) publico interueniente inſtrumento; in eius exequutionem alio intercedente documento publico, poſſeſſionem capit coram Commiſſario deſtinato, Sindicis, & Electis approbantibus, viuente adhuc Ionata venditore; *Quin amplius?* ipſemet venditor Ionata poſt captam poſſeſſionem accedit ad Terram, & palàm profitetur Petrum Antonium Berardicelli eſſe vtilem Dominum Terræ, cui iamdiù illam vendiderat; exhortatur vaſſallos, vt benè ſe gerant cū nouo Domino, & eſt modò, qui aſſerat omnia hæc falsò proceſſiſſe? perſonas fuiſſe ſuppoſitas? Inſtrumentū non interceſſiſſe? Notarium inter Reos de falſitatibus deſcriptum? Expetamus (*amabò*) veritatem ab ipſo Ionata, imò à veriſimilitudine rei; ſi Ionata non vendidiſſet? ſi contractus cum ipſo non fuiſſet initus? quomodo credendum, ac quis ſanæ mentis compos eò adduci poterit, vt credat, quod omnia hæc Ionata ſub ſilentio pertranſierit? & ad Cælum vſque querimonias, deferre diſtulerit? Quis inhibere potuerit, vt ſupremos non adiret Magiſtratus? ac Regni Prætoria non inſectaretur, regalia expetens præſidia? ſi eſt à veriſimili alienum, nonnè omnia, quæ per teſtes ab Actore adducuntur, falſitatis habent imaginem? Nobis fides denegetur, ſi ex noſtro Marte ſcribimus, præſtetur tamen *Bal. in l. 1. 3. col. C. de ſeru. fugitiu.* qui omnium primus hāc
12 adſtruxit propoſitionem, Inueriſimilitudinem eſſe falſitatis imaginē; plenè *Felyn. in cap. auditis 12. col. de preſcr* vndè fit vt notabiliter dixerit *Ioann. de Imol. in cap. auditis in 12. col. in fin. de praſcript.* non eſſe facilè cre-
13 dendum id quod facilè fieri non poteſt, nec teſtibus non veriſimile deponentibus fides adhibenda eſt, ſecundùm *Innoc. d cap. auditis, Felyn. in cap. licet cauſam, verſ. Noto decimo, de probat. Ancharan. conſ. 277.* inquiēs
14 non eſſe à Iudice fidem adhibendā non veriſimilibus, pulchrè *Gram. dec. 28. n. 2.* qui ex *Anchar. conſ. 158. in 7. col.* tenet nedùm allegantem inueriſimile, minimè audiendum eſſe, verum etiam (quod rei noſtræ perbellè collineat) quod dictum teſtis
15 non veriſimile eſt ſuſpectum de falſo, & nullam facit fidem, ex dictis per *Abb. in d. cap. quia veriſimile in vltim. notab. de preſumpt. & Iaſ. in l. ſi extraneus, ff. de condic. cauſ. dat. D. Chriſtophor. Suelu. conſ. 16. n. 6.* verſ. *Hec verò lib. 1.* vbi adducit *Menoch. conſ. 1. n. 258.*

Vt hinc ſuppetias nobis ferat cōcluſio illa cōmuni *DD.* recepta calculo, quod inſtrumentum coadiuua-
16 tum primordio veritatis, falſum neutiquam dici poterit, ſic punctuatim *Foller. in pract. crim.* verb. *Item quod commiſit falſitatem n. 35.* verſ. *Præterea*, adducens *tex. in l. cum filius, §. hares meus*, & ibi *Bart. Ioan. de Imol. Alberic. de Roſat. & l. eum qui, §. fin. ff. de ſolution. Cranet. conſ. 46. n. 8. lib. 1. & Corn. conſ. 26. n. 15. lib. 2.* quod ſanè veritatis primordium, nonniſi à veriſimili aptiùs deduci poteſt.

Tantiq; habita eſt veriſimilitudo,
17 vt in probationibus multum attendatur, *l. cum de ætate, ff. de probat. Bald. in l. ſcriptura 2. col. C. de fid. inſtr.* vbi

Salycet. quos refert, & sequitur *Gram. d. decis. 28. n. 1. in fin.* & potens est
18 verisimilitudo ad corroborandam probationem minorem numero, ad *tex.* quem notabilem ad hoc, dicit *Euerar. in topic. legal. loc. A verisimili n. 2. in l. ob carmen, §. fin. ff. de testib. &*
19 *in cap. in nostra eod. tit.* Et cum sermones debeant esse concordantes rebus sensatis, secundùm Philosophum relatum à *Bald. in d. l. 1. C. de seru. fugitiu.* cui nam testium depositioni, siue cuiuspiam generis probationi fides adhiberi potest in casu prçsẽti, quod Ionata pertulerit, Terram quam possidebat sibi eripi, & de emptione non esse in vita conquestum? Herclè: nec subtilis. quidẽ Chrysippus persuadere poterit.

Eò fortiùs: quia concurrit ad cõcomitãdam inuerisimilitudinem, dispositio *tex. in l. cum de indebito,* vers. *Quis enim, ff. de probat.* quo disponitur
20 neminem prçsumi iactare suum, cui concordat *tex. in l. fin. §. fin autem, C. arbitr. tutel. glos. in l. si hæres 68.* verb. *Per errorem, ff. ad Trebell. Affl. dec. 13. n. 14. Greg. Lopez in l. 6. tit. 14. par. 3. glos. 2.* quod argumentum esse in iure validum, tenet *Reg. Valenz. cõs. 21. n. 32.* & vti probabile, ac multum frequens extollit *Euerar. loc. cit. n. 1.*

Fit igitur patens; ex parte D. Philippi facere argumentum à verisimili, quod emptio, & venditio Terrç prçdiçtç verè subsequuta fuerit, & contra Actorem stringere argumentum ab inuerisimili, & quasi quod
21 vnius contrarij positio sit alterius destructio, *cap. qualis 25. dist. cap. nonnè de præsum. Beninten. dec. Rot. 72. n. 1. l. hac verba, ff. de verbor. signif. Rot. Genuæ dec. 93. n. 10. l. illud, ff. de acquir. hæred. l. 1. C. de furt. Mantic. de coniect. lib. 5. tit. 13. n. 19. Surd. cons. 139. n. 13. & de alimen. tit. 9. quæst. 43. n. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 36. n. 24. & lib. 6. præs. 38. n. 27.*

Hçc ergo prçfatis ad nitidam D. Philippi iustitiam insinuandam, ac obiecta per Actorem diluenda, accingamur necessè est, vt sic pollicitis annuisse videamur.

Primum quod constituunt probationis genus: in testium depositionibus, consistit, quod instrumentum venditionis Terræ prçdiçtç minimè intercesserit, quodq; persuppositas personas processit; satis debile conuincitur, nedùm ex testibus partis generaliter, & indeterminatè deponentibus, quç minùs probant, sed eorum dictum contra producentem esse interpretandum, vt non valeat, tradit *Alex. cons. 100. col. 4. n. 4.* vers. *Sextus testis lib. 1. & cons. 195. n. vlt. lib. 7. Berlich. dec. 16. n. 34. Rot. Rom.* apud *Sanctiss. dec. 375. & dec. 459. n. 4. 5. & 6.* quem ad hoc adducit *Noguerol. alleg. 32. n. 77.* vers. *Et cum hoc*, inquiens testium depositionem
22 vagam, & incertam nihil probare, & reddi inefficacem ex testibus receptis ad instantiam D. Philippi, & scripturis publicis productis, non subsequutis ex facti vera essentia, & ex verisimilitudine rei, de qua modò verba fecimus *hoc eod. Respons.* vers. *Secundò*, ità quod superuacaneum sit plura in eandem rem congerere.

Vnum tamen adnotare non pigebit, quod in materia de qua agimus,
23 instrumentum cui testes contradicunt, sustinetur ex adminiculis (quorum tot inspiciuntur in thesi nostra) secundùm *Boss. in tit. de fals. n. 27.* &
24 testes qui deponunt contra instrumentum, debẽt esse omni exceptione maiores, *Rota* apud *Ludouis. dec. 459. n. 5. & 6.* subdens, quod licèt regulariter testes debeant pernecessè concludere, hoc præcipuè procedit quando agitur de probando cõtra instrumentum, eadem *Rota* apud *Farin. dec. 317. n. 5. in 9. centur. & dec. 10. n. 8.* & ibi *Additio post 1. volumen con-*

consilior. & alibi, sicuti recenset *Noguerol.alleg.32.n.54.* vers. *Cui opposi-tioni,& n.81.* inquiens post *Farin. de falsit.quaest.158. n. 193. & seq.* quod
25 in concursu probationum, magis creditur testibus deponentibus pro instrumento, quàm contra illud.)

Secundum probationis, seu mauis argumentationis genus fundatum in persona Notarij, qui rogauit instrumentum emptionis, & venditionis inter Ionata, & Berardicelli, quod aliàs de falso fuerit inquisitus,& carceratus ex testimoniali Scribæ fiscalis,ità asserentis *fol.20.*Ex seipso destruitur: nam vltra quod de tempore inquisitionis, nihil certi tradit, & sic instrumētum venditionis Terræ Roij potuit esse confectum, ante assertam inquisitionem, quo casu cum nulla erat notatus macula, non potest quicquam imputari, vt fides instrumenti vacillare asseratur; Acta nequidē exhibentur,ex quibus possit fides gestorum haberi,& dum se remittit actis, quæ non sunt producta, inuutilis est Scribæ attestatio,
26 quæ licet de per se in vim testimonialis procedens nullam fidem faciat, ex dictis per *D. Præsid. de Frāch. dec. 60. n.12.* attamen etiam si testes plures, super hoc legitimè recepti producerentur, vel aliud genus probationis, nullam fidem faciunt, quia non admitti, debet alia probatio,
27 quàm ex iudicialibus actis,*ad tex.in cap. quoniam contra falsam de probat. l.fine apud acta,C.de transact.l.eurent, ff.de testi. l.emancipatione, C.de fid.instru.*vbi *Bart.n.2.Bal.n.15. C.de eden.* nec probat, qui se refert ad acta, de quibus non constat, *Auth. si quis in aliquo documento, C. de eden.* cum traditis ibi per *Repeten.* ità adamussim ex prædictis fundat insignis ille vir *Reg.Valenz. cons.83. n.121. & seq. & cons.100.n.56. lib.1.*

Nec facit assertio Scribæ adstruētis processum inquisitionis penès ipsum non extare, eò quod (eius propria verba profero consultim) *Per essersi ritronato nelli stipi della Vicaria nelli passati tumulti.* Nam ex his
28 verbis nulla oritur probatio, quod fuerint deperdita,& acta omnia præsumuntur adesse, & dicenti contrarium incumbit onus probandi, sic punctuatim *Cran.de antiquit.tempor. par.2.in princ.n.55. Rot.Rom. Sac.Palat dec.64.par.1. Marchesi. de commiss. par.2. cap.11. n.12.* quorum authoritate suffultus, tenet *Reg.Valenz.cons. 84. n. 70.* vers. *Et acta omnia eod. lib. 1.*

Rursùs (datis manibus, quod veritate aliqua nitatur attestatio Scribæ) nonne ipsemet negare minimè ausit nullam exindè fuisse sequutam condemnationem, sicuti requiritur, adhoc, vt Notarij de falso imputati, vacillet fides in instrumentis per ipsum confectis, sed asserit fuisse habilitatum, vti infirmum, & prorogatum tempus habilitationis, per vnū ex Dominis Regentibus in visitatio-
29 ne,& tamen habilitari non consueuit inquisitus de falso, quia obstat Regni Constitutio incip. *Humanitate sub tit. de his qui fideiussor. dar. tenent.& prag.1.de fals.*

Nec ex eo, quod fuerit, quis inquisitus de falso, falsitatis Reus est:
30 requiritur etenim, quod sequuta fuerit sentētia,adhoc vt Notariusamplius instrumenta conficere nō possit,vel ijs confectis nulla adhibeatur fides, *Bart.in l.si quis ex argentarijs,§. coguntur, ff.de eden. & in l. si aliquid, C.de susceptor. & Arcar. lib. 10. Corset.sing.*verb.*Tabellio*, incip. *Si Notarius, Marsil.sing.593. Neuiz.cons.27. n. 21.* quos adducit in terminis *Menoch.cons.409. n.48.* vers. *Non enim,*
31 *& in fin.* ibi, *Et ideò cùm non fuerit subsecuta sententia condemnatoria,dici non potuit priuatus facultate conficien-*

di instrumenta, ad quod adducit *Ias. in l. Barbarius n.* 38. vers. *Secūda limitatio, ff. de offic. Prętor.* faciunt mirificè, quæ tradit *Christin. dec. Belgic.* 88. *n.* 13. *ex Authen. de Tabell. §. pen.* ibiq;
32 *Glos.* quod Tabellio, si per legem priuatus est officio, nihilominus poterit exercere donec fuerit declaratus priuatus, *Rom. cons.* 93. *in fin. & cons.* 2 12. 98. *in fin.* vers. *Tertiò non potest negari, Dec. in Auth. Cassa n.* 14. *C. de sacros. Eccles.* vbi alios citat *Alex. cons.* 124. *vol.* 1. *Bart. in l. Manifestè in fin. ff. de iureiur. Felin.* plenè per 13. *col. in cap. Rodulphus*, vers. *Vltimo quia de rescr. Capic. dec.* 121. *n.* 24. *Ruin. cōs.* 181. *n.* 9. *lib.* 2. ex quibus *Christin. d. dec.* 88. *numeris antecedēt. bus, & seqq.* ad plura similia infert *Franc. Marc. dec.* 299. *n.* 3. *&* 4. *vol.* 2. *Boer. dec.* 15c. *n.* 15. *Guttier. practicar. qq. lib.* 1. *quæst.* 39. *n.* 7. *in fin. cum seq. Azeu. in Cōstit. Hispan. in l.* 23. *n.* 5. *& seq. lib.* 4. *tit.* 25. quos adducit *D. Reg. Sanfel. dec.* 61. *n.* 8. vers. *Et propterea par.* 1. nam non sola inquisitio, aut eius titulus est attendendus, sed inditia extantia, quia
33 multa improperantur, quæ posteà delenrur, *l. furti, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* neq; qui accusatur, sed qui conuincitur, Reus est, *cap. nonnè* 8. *quæst.* 4. *Iser. in cap.* 1. *§. sed & quæ delentur n.* 43. *tit. quæ sit prim. cons. benef. amitt.* & in criminalibus veritas rei, non titulus delicti inspiciendus est, *l. famosi*, vers. *Hoc tamen crimen, ff. ad leg. Iul. Maiest. l. quoad statum, ff. de pęn. Ang. in l. Athletas, §. calumniator in princ. ff. de his qui not. infam. D. de Franch. dec.* 33. *n.* 6. pulchrè *Mastr. ad indult. general. cap.* 29. *n.* 19. vers. *Ter-*
34 *tiò confirmatur*, inquiens Iudices nō debere attendere cartulas inquisitionis, nam in ea solent partes accusatrices arduas proponere accusationes, sed inspiciendum est quid ex informationibus constat, non per earum titulos, siue rubricas, hancque communem esse Doctorum resolutionem fatetur *num.* 20. secundum quam pluries exritit iudicatum in Magna Reg. Curia in pluribus cau-
35 sis, bene *Dom. Reg. Rouit. nu.* 4. *&* 5. *prag.* 1. *de custod. reor.* irruens contra eos Iudices, qui ad solam tituli ostēsionem contra inquisitos procedunt, & notabiliter *D. Io. Escobar. in celebr. tract. de purit. & nobilit. probat. par.* 1. *q.* 9. *§.* 11. *nu.* 20. quem *Ego* cum alijs adduxi *in* 2. *discept. forens. cap.* 50. *nu.* 45. *& seqq.* & *in* 1. *practicar. obser. cap.*

Quæ omnia si deficerent: adhuc Actor deficit in probatione cōuincēdi de falso Notariū, qui vltrà ꝙ habet præsumptionem pro se, vt non possit dici instrumērum falsum commisisse, dum palàm, & publicè contraxit, sicuti modo indicauimus ex multorum authoritate vers. *Secundo copias præstant auxiliares*, ac etiā contraxit in Ciuitate Neapolis, loco celebri, & insigni, quo casu falsitatis præsumptionem excludi, tenet *Bertazol. cons.* 521. *num.* 17. & ante eum
36 *Soccin. iun. cons.* 39. *num.* 32. *lib.* 2. vbi generaliter tradit falsitatis suspicionem tolli ex celebritate loci in quo confecta fuit *Menoch. cons.* 221. *nu.* 4. *& de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 20. *nu.* 46. *Rimin. iun. cons.* 58. *num.* 35. *Mascard. de probatio. lib.* 2. *concl.* 745. *num.* 2. quos sequitur *Farin. d. tit. falsit. & simul. quæst.* 153. *num.* 22. vers. *Prout nec commissa.*

Onus erat partis probare, ꝙ Notarius commisit falsitatem assertam conficiendi instrumētum, sub aliqua speluci notabilis, dum agebatur de vendendo, vel rectiùs donando terram cum vassallis, at si nullibi apparet, nec in processu verbum quidem reperitur, quicquam consequutum fuisse Notarium ex causa prædicta, quomodo attingi potest ad falsum committendum properasse? ità ad
37 exclusionem falsitatis, in Notario, qui

qui pro instrumento per ipsum con-
fecto, quod prætenditur falsum, nihil
consequutus fuit est tex. in l. fin. C. ad
leg. Iul. repetund. arguit Bertaz. cõs. 71.
nu. 43. vers. His accedat lib. 1. & cons.
521. nu. 39. & cons. 555 n. 14. quam
in terminis loqui asserit insignis Cõ-
sultus D. Io: Bapt. Larr. allegatio. fiscal.
48. lib. 1. n. itidẽ 48. vbi adducit Corn.
38 cons. 63. vers. Ex quo actũ lib. 3. ibi, Vbi
nõ est commodum, cessat doli præsumptio,
Crau. cons. 6. n. 22. & cons. 8. n. 13. cons.
9. n. 29. cons. 65 n. 9 & cons. 73. n 13.
& omnino cessare doli præsumptio-
nem, & falsitatis, quãdo nõ cõstat de
vtilitate eius, cui dolus, aut falsitas
imputatur, Rub. cons. 15. nu. 6. Blanc. in
l. fin. n. 255. ff. de quęstion. Corn. lib. 4.
cons. 217 ad fin. & nunquam esse lo-
39 cum huic præsumptioni, nisi aliqua
causa ad id impellente, probarunt
Abb. cons. 69 col. 2. lib. 2. Marsil cons.
72. & cons. 77. n. 78. Rol. à Vall. cons.
11. n. 35. lib. 3. quos congerit D. Larr.
loc. cit. & vltra illos ita alijsque cõ-
gestis, tenet Farin. d q. 153. n. 203. &
seq. & rectiùs (quatenus rei nostræ fa-
cit) n. 207. in 2. ampliat. vbi inquit lu-
crum, & commoditatem non suffice-
re modicam, ad hoc vt committatur
falsitas, nam sine magno lucro num-
quam falsitas commissa præsumitur,
secundùm glos. ibiq; DD. passim in
cap. accedens de crim. fals. ad quam ve-
ritatem comprobandam plures ad-
ducit Authores, pręsertim Honded.
cons. 109. n. 23. & 24. & 27. lib. 1. &
cons. 96. n. 39. & 40 & n. 67. lib. 2. vbi
loquitur etiam quando agitur de lu-
cro 20. aureorum, adducto Bertaz.
cons. 308. n. 10.

Tertium probationis Actoris ge-
nus vires accipit (destruitur potiùs,
sicuti mox indicabimus) ex assertio-
ne facta publico instrumento me-
diante, rogato sub die 4. Octobris
1648. (post litem motam) per Pe-
trũ Antoniũ Berardicelli, ipsum her-
clè emptorẽ Terrę Roij ab Alexãdro
Ionata, qui annuẽs iudicio moto per
Ioseph Ciampa, asserit venditionem
prædictam nõ fuisse veram, sed sup-
positam fuisse personam Ionatæ,
qnodq; ad exonerandam conscien-
tiam suam ità testatur, subdens ven-
ditionem postmodum per ipsum fa-
ctam Iulio Caracciolo eiusdem Ter-
ræ, per vim, & metum processisse;
Miror; Ecquis non miretur? quomo-
do Actor figat pedes, in assertione
prędicta?

Actor ipse non benè sentit de ip-
40 so Berardicello, vt in suo art. 17.
fol. 61. qui sanè articulus plenè pro-
bat contra producentem Petrus Fer-
rariensis in sua practica in forma ca-
pitulorum, Glos. 1. n. 4. Mancinus de
confess. n. 4. Noguerol. alleg. 32. n. 91.

Cui etiam non est obuium, quod
Berardicellus ex eo tantum quod se
41 facit falsitatis criminis Reum, nullã
præstat fidem? ità Gram. cons. vnic. post
decis. n. 61. in fin. & n. 62. & seq. &
dec. 26. D. de Franch. dec. 570. & dec.
577. plenè Repeten. in l. quoniam liberi,
C. de testi. & in cap. personas, & in cap.
veniens de testi. & in cap. 1. de cõfess.
& in cap. nemini 15. quęst. 2. Gomez. 3.
variar. tom. 3. cap. 12. rubr. de probat.
delict. n. 16. Menoch. de arbitr. cas. 454.
n. 19. Mascard. de prob. concl. 466. n. 1.
concl. 1311. n. 1. & cõcl. 1357. n. 9. Reg.
Sanfel. dec. 382. n. 1. vtpote qui pro-
42 priam allegans turpitudinem? textus
est insignis, licèt vulgatus in l. Nam
aliàs, ff. de iureiur. quẽ exornat Ruin.
cons. 194. n. 11. & seq. lib. 1. Crau. de
indemnit. mulier. n. 33. Rot. Lucẽs. dec.
14. n. 31. Signor. cõs. 180. Socc. cõs. 264.
n. 8 lib. 2. & Mascard. adducto in cõ-
clus. 439. num. 32. tenet Dom. meus
Reg. Capic. Latr. cõsultat. 18. n. 8. adeò
quod dixerit Decian cõs. 18. n. 189.
lib. 1. quod allegans impedimẽtum,
quod inducit turpitudinem allegan-
tis, nõ admittitur, Crau. cõs. 106. n. 12.

Hic Berardicellus testationem facit in re propria, quia commodum, aut incommodum litis ad ipsum spectat, si non directè, saltim quia de euictione promisit in venditione
43 per ipsum facta Iulio Caracciolo, vndè non potest admitti ad *tex.* & ibi *glos. in l. nullus, ff. de testi. l. omnibus*, vbi *glos.* verb. *In re propria*, vbi *Bal. Salic.* & alij, *C. eod. Noguerol. alleg. 26. n. 33.*
44 & 58. & causa propria dicitur, etiā quod quis sit particeps tantùm litis, *Bart. in l. dictantibus*, vers. *Quatuor enim modis*, *C. de testam. l. deserre*, §. *idem decreuerunt*, vbi *Bart. ff. de iur. fisc. cap. nihil sanè*, vers. *Clerici*, & ibi *Inno. de arbitr.* Itidem declarat factū
45 ex quo improperium sibi obuenire potest, ideò reijciendus, secundùm *Anton. de Butr. in cap. cum à nobis de testi. & in cap. ex literis de transact. Alex. cons. 86. n. 8. lib. 2. & cons. 141. lib. 1. Gamm. dec. 98. n. 1. Farin.* plenè *de test. quæst. 60. n. 6.* dicens esse sufficiē-
46 tem exceptionem contra testem, quod aliquo modo habeat interesse, *Noguerol. alleg. 32. n. 63. Farin. cōs. 59. n. 23.*

Vtq; vnico effatu concludamus nihilitatem attestationis Berardicelli, Aut attestatur ipse vti principalis, & vtiq; dum socius criminis est, nullam pręstat fidem ex modò indicatis,
47 vers. *Cui etenim*, Aut vt testis, & non repetitus, nec iuratus parte citata, minorem fidem adhibet ad *tex. in l. si quando, C. de testi. & in cap. 2. eod. tit. Bart. in l. si quis adulterij, C. de adulter. & in l. custodias, C. de pub. iud. & in l. fin. ff. de quæstio. Gram. dec. 10. n. 7. & 8. Farin. de testi. quæst. 6. n. 42. & quæst. 74. n. 1.* vbi de more innumeros penè recenset. Vltrà quod vti criminosus est paruifaciendus.

Vel tandem attestationem facit vti extraneus, & quem latet ex eius attestatione singulari informiter facta, tot maculata defectibus nullum
48 parari posse præiudiciū tertio? maximè quia arrestatio fit post litem motam, & post initam venditionem Terræ cum Iulio Caracciolo, secun-
48 dùm *Bart. in l. ne in arbitris n. 6.* vers. *Tu dic clariùs, C. de recept. arbitr. Paul. de Castr. cōs. 388. n. 3. in fin. lib. 1. Dec. cons. 650. n. 19. & seq. Marsil. cōs. 101. n. 4. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 48. n. 17 Matthias Berlich. dec. 26. n. 33.* nec silentio obruam, quibus moliminibus adhibitis effecta, seu rectiùs efficta fuerit eiusmodi farinæ hominis atte-
49 statio? Veritas summū gradum obtinet, exagitata magis splēdescit, *cap. graue 35. quæst. 9.* aromatum instar, quæ quò magis conteruntur magis redolēt, secundùm *Castrens. cons. 28. lib. 1.* lux dicitur, *l. ob carmen in fin. ff. de test. cap. causam*, vers. *Ex præmissis de probat.* & multa de eius laudibus, & effectu tradūt multi relati à *D. Christophor. Suelu. cōs. 42. n. 26.* & fortè accidet, vt ante causæ expeditionem quanti facienda sit attestario prædicta, abundanter dignoscatur.

Et ex his remanet satis clarè (ni fallimur) nedùm debilitata, probatio quælibet ex Aduerso excogitata, verùm etiam ad nihilum redacta.

Transgrediamur nunc ad contenta, siue deducta in supplicatione Actoris, in qua vltra decantatam falsitatis palynodiam, duo alia petijt Actor.

Primum, vt restituatur in possessionem Terrę tanquam spoliatus.

Secundum, vt Terram relaxet saltē ex capite læsionis enormissimę.

Sed profectò ex neutro capite ius validè metitur, imò deficit Actor in salutari, tùm in facto, cùm in iure, In facto quia D. Philippus Caracciolus conuentus in hoc iudicio non spoliauit, nec in aliquo actu, aut instrumēto interuenit proprio nomine, &
50 sic deficiente dolo in Iulio, non datur falsitas secundùm *Host. in summ.*

de

de crim.falſ. per l. nec exemplum, C.*de falſ.l.quid ſit falſum,& l.diuus, ff.eod. tit.*& poſt *Marſil.Bertran.Bal. Alber. de Roſat.*& *Ang.* in ſedibus indicatis, tenet *Foller.in prax. crim.* verb. *Item quod cõmiſit falſitatem, n.*36.verſ.*Imò*, ſubdens *in fin.*in Regno ita eſſe diſ-
51 poſitum per *Prag.Teſtem falſum, tit. de falſ.* Vnum etenim ex requiſitis neceſſarijs,vt falſitas committatur,in dolo conſiſtit,ſicuti poſt *Affl.dec.*404 *n.*8.& *Anchar.conſ.*24.adnotauit inſignis Practicus *Muſcatell. in tit. de falſ.n.*18.vbi *Ego in Annotation.ad ipſum pag.* 633. *col.* 2. verſ. *Eſt tamen ſciendum*,inſinuaui, vndè nulla contra ipſum peculiari nomine actio dirigi poteſt ; Minùs vti hęres quond. Iulij impetiri poteſt, quia Iulius nequidem ſpoliauit Ionatam,quia cum eo non contraxit, contraxit tantùm Ionata cum Berardicelli, contra quẽ licèt iudicium intentaſſet, Actor attamen poſtmodum receſſit ab eo, & peculiari inſtantia ſub die 15.Decẽbris 1648. renunciauit reſpectu omnium, reſeruata tamen actione contra Iulium, *d. fol.*44. cuius receſſus à lite in themate facti memores extitimus,& ſic deficit perſona,quæ ſupponitur ſpoliaſſe, vndè non conſiſtit
52 iudicium, ad *tex.in cap.forus de verbor.ſignif.cum concordan.*adductis per *D.de Franch.dec.*245.*n.*6.& 7.

Quod ſi attentet Actor ſpolij iudicium proſequi contra Iulium, habẽtem à Berardicelli titulo emptionis Terram prædictam,ei ius reſiſtit,
53 nam contra ſingularem ſucceſſorẽ bonæ fidei,habentem cauſam à ſpoliatore, quem ignorauit ſpoliaſſe, nõ datur actio ſpolij, ſecundùm *Zabarell.conſ.*114.*in princ.* per *tex. ſinodalem in cap. ſæpè* 18. *de reſtit. ſpoliator. cap.cum ad ſedem in fin.eod.tit. l.cum à te,ff.de vi,& vi armat.& l.*1.*§.deiectiſſe eum*, §.*ſeq.eod.tit.*quæ iura ad propoſitum allegat, *gloſ. in d. cap.ſæpe*, verb.*Primum ſubuenitur.*Vltra quod:
54 Actoris onus eſſet probare dolum Iulij in emendo Terram, ad hoc vt actio ſpolij illi competeret, ex dictis per *Maſcar.de probationib.concl.*1327. *n.*30.*Menoch.*plenè *de recuper.poſſeſſ. remed.*15.*n.*89.verſ.*Contrariam itaq; ſententiam*,vbi veriorem hanc ſequitur opinionem,tum ex iuribus,& rationibus, cùm etiam maiori Doctorum cumulo, quæ omnia ex abundanti dicimus, cùm ex præallegatis per *Nos* ne quidem prior ſpolij ſyllaba rectè applicari queat in re præſenti.

Quò verò ad alterum caput deductum de læſione (*Mirum?*) quantum è longè deducitur, Nullibi etenim in proceſſu probauit Actor de
55 læſione, quæ ab eo probanda erat, cùm non præſumatur, ad *tex.in l.* 3. §.*ſi minor,ff.de iureiur. l.quoties,*§.*qui dolo, ff. de probat.* & ex pluribus Doctoribus relatis notarunt *Cald.Pereir. in l.ſi curatorem habens*, verb. *Læſis n.* 1.*Lancellott.de reſtit.in integr.ex n.*26. *vſq; ad n.*36. *Sforz. Odd. in conſimil. tract.par.*1. *quæſt.*36 *art.*2. & 3. *Menoch.conſ.*496.*n.*95.*lib.*5.*Maſcard.de probat. concl.* 963. quorum meminit *D.Caſtill. Sotomayor de tertijs debit. cap.*18.*n.*78.verſ. *Læſio namque.*

Nam licèt nixus fuerit Aduerſarius in *art.*12.*fol.*69 *at.* probare valorem Terræ Roij,aliorumq; bonorũ tẽpore venditionis fuiſſe duc.20 m. quodq; ex eis ann. duc. 600. percipiebantur: præterquamquod nihil fuit probatum certi, nec teſtes edocti videntur de prætio, aut
56 qualitate Terræ Roij, aliorumque corporum, vndè illis nulla eſt adhibenda fides, ad *tex. in cap. teſtibus* 29.& ibi *Canoniſtæ* communiter *de teſti.gloſ.final.in l.ſi quis libertatem* 7. *ff.de petit.hæred. Maſcar.cõcluſ.*1371. *Pinell.in d.l.*2.*C.de reſcin. vendit.par.* 3.*cap.*2. *n.*28. *Proſper Farin. de teſtib.*

tom.

tom.2. quæst. 71. *oppos.* 24. *n.* 207. ex quibus ita punctuatim tenet *Dom. Larr.allegation.fiscal. lib.2. cap.* 82. *n.* 14. *in fin.* vers. *Vndè iuxta prædicta*. Attamen ex aduerso pro parte D. Phillippi *in* 14. *art. fol.* 4. positum fuit, & per testes plenè probatum, quod tempore quo possedit Terram prædictam Ionata, fuit deteriorata, imò nonnulla corpora capitalium defecerunt valoris duc. 3000. super quo art. deponunt

1. *Test. fol.* 130.
3. *Test. super eod. art.* 14. *fol.* 132. *at.*
4. *Test. super eod. fol.* 133. *at.*
5. *Test sup. eod. fol.* 135. *at.*
9. *Test. sup. eod. fol.* 139. *at.*
15. *Test super eod. fol.* 150
16. *Test. super eod. fol.* 151. *at.*

Qui testes vti numero superãt testes partis Aduersæ, ità etiam dignitate eos antecedunt, prout in Lectura processus facienda demonstrabimus.

Præterquàmquod: dato (citrà veritatis præiudicium) adesse læsionẽ, eamq; enormissimam, adhue Actori contra D. Philippum Caracciolum tertium possessorem nulla competit actio, ità mihi probat acutissimi vir ingenij *Ant. Faber de errorib. pragmaticorum decade* 7. *errore* 2. inquiens actionem rei vendicationis ex læsio-
56 ne enormissima non dari nisi contra illum, qui dolosè comparauit, ad quod adducit *Faber tex.* apertissimũ *in l. dolus* 10. *C. de rescind. vend.* & cũ *Fabr.* consentit *Castill. loc. cit. n.* 101. vers. *Rectiùs quidem*, vbi innuit contra *Pereir. dec.* 15. ac exemplis per ipsum adductis ingeniosè occurrit, subdens *n.* 102. vers. *Durum etiam*, ex læsione, aut dolo re ipsa in con-
58 tractu incidenti solam personalem actionem competere, quę contra tertium possessorem minimè dirigitur ad *tex. in l.* 1. *§. si hæres præcepto fundo, ff. ad Trebell. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt.* idq; procedere etiam in læsione enormi, vt contra tertium possessorem non detur, virtute *l.* 1. *C. de rescind. vendit.* sustinet idem *Castill. n.* 103. adhibita distinctione scientiæ, vel ignorantiæ, vt in casu quo sciuit
59 tertius possessor, possit conueniri in subsidium primo emptore non existente soluendo, si verò ignorauit, nullo pacto conueniri posit, & hanc esse communem Antiquiorum sententiam, post *Couarr. Padill. Pinell.* & alios, quos enumerat, tradit *Matiēz. in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *glos.* 8. *n.* 24. & 25. *Azeued. ibid. n.* 6. alijq; permulti adducti ab *Emanuel Barbos. in remission. Doctor. ad §.* 3. & vltra relatos ibi, congregat *Castill. Fachin. controuers. iur. lib.* 2. *cap.* 18. *Morot. respons.* 28. *Reg. Lanar. cons.* 44. & *Io. Bapt. Cost. de remed. subsidiar. remed.* 47. *per tot.* benè *Noguerol alleg.* 1. *n.* 60. loquutus in terminis, *l. in causæ, § fin. ff. de minor.*

Competit igitur actio ex prædictis Actori contra Berardicellũ emptorem, contra quem (vti diximus) nolle vlterius prosequi declarauit contra D. Philippum, non potest actionem porrigere, quia tertius est possessor, vndè facit regula, *Quod potui, nolui, quod volui, ferre nequiui.* Competeret equidem actio intentãdi læsionem (quatenus de ea constaret) Petro Antonio Berardicelli, cui promptanea esset responsio ad illũ excludendum, satis sit pro nunc demonstrare ab agendo repelli debere
60 Actorem, quia sine actione experitur ad *tex. in l. si pupilli, §. videamus, ff. de negot. gest. l. si quid possessor, §. sicut, ff. de petit. hæred. l. quoties, §. item si ff. de admin. tutor. glos. in cap. Apostolica*, verb. *Contingere de excep. glos. in cap. dilecti*, verb. *Actio de iudic.* imò acta redduntur nulla etiam
61 parte non opponente, secundùm *Rom. cons.* 224. *col.* 2. *Alex. cons.* 166 *lib.* 1.

lib. 1. Castr. cons. 199. col. 2. ad fin. Corn. cons. 162. lib 4. Crau. cons. 191 n. 2. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quaest. 16. n. 2. Matth. Berlich. dec. 78. n. 13.

Præterea: repellendus est Ioseph Ciampa ab hoc iudicio, quia contractum initum inter Alexandrum Ionata eius Auunculum cum Petro
62 Antonio Berardicelli, ipsemet ratũ habuit, eoq; vsus est, vndè confessus est omne in eo contentum, & ad illud obligatur, *l. cum precam, C. de liberal. cens. cap. tum olim de cens. Noguerol. alleg. 6. n. 69* & facto ratificauit per receptionem partis pretij ex venditione Terræ prædictę illi assignatam à Berardicelli, soluendam à Iulio Caracciolo, & eius hærede D. Philippo, qui quotannis duc. 102. 2. 10. soluit præfato Ciampa nomine quo supra pro capitali prętio duc. 2700. qui dependẽt ex prætio Terrę prędictę, & apparet solutio facta die 27. Augusti currentis anni per medium Banci Diuę Marię Annunciatę, in qua enunciantur solutiones annorum antecedentium, *fol. 175.* ac etiam producitur instrumentum crediti prędicti initi de anno 1648. die 7. Octobris, ex quo plena notitia, quam Actor habuit de instrumentis prędictis initis tàm inter Ionatam, & Berardicellum, quàm inter Berardicellum, & Iulium Caracciolum, ad oculum demonstratur, & comprobant testes producti pro parte D. Philippi.

1. Test. super art. 16. fol. 130.
6. Test. sup. eod. fol. 135. at.
7. Test. super eod. fol. 137.
10. Test. sup. eod. fol. 141.

Indè infertur, quod nõ potest pro parte Actoris allegari falsum instrumentum prędictum, quia iam fuit iudicatum, dum ipsorum vigore fuit mediante decreto coactus D. Philippus soluere prędictos ann. duc. 202. 2. 10. *d. fol. 175.* quo casu falsitatis prępsumptio omninò excluditur secundùm *Bald. cons. 402. in fin. Crau. cons. 101. n. 4. & cons. 701. itidem n. 4. Alex. Styatic. cons. crim. diuersor 117. n. 18. Bertaz. cons. 521. n. 22. & seq. lib. 2.* benè *Foller. in pract. crim.* verb. *Item quod commisit falsitatem n. 37. circa med.* vbi adducit *Bald. cons. 37. lib. 1. & Crau. cons. 65. n. 1. lib.* pariter 1. & *Foller.* non laudato, consentit *Farin. d. quaest. 153. n. 217.* vers. *Quarta præsumptio, & quæst. 158. n. 62. in 6. limit.*

Nec inficiari potest, contractus ratos haberi nedùm verbis expressis, verùm etiam facto, & tacitè per receptionem pretij, ad *tex. in l. Paulus, ff. rem rat. haber.* & plus est facto, quam verbis ratificare, *cap. d lecti filij el 2. de appell.* vbi *glos. Dec. cons. 618. n. 2. Cald. Pereir. in l. si curatorem habens*, verb. *Infra legitimum tempus, n. 23.* vers. *Sed in proposita specie*, quam adduxi *Ego in 2. disceptat. forens. cap. 13. n. 18. & 24.* Quia ratificatione facta, in propatulo est, Iosepho Ciampa non licere resilire à contractibus prædictis; Eò fortiùs quia promisit publico mediante instrumento, euictionem in beneficium Iulij Caraccioli pro summa duc. 3000. vndè quo ad hoc obstat itidem illi exceptio, *l. vendicantem, ff. de euict. Quem*
65 *de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

Et pro coronide: cùm in comperto habeam rem apud doctissimos, integerrimosq; viros, duarum Aularũ, agi, per quos acies dirimenda erit, inter quos non tam eminet, quàm emicat sublimis ingenij vir, exqui-
66 sitæq; doctrinæ *Dom. Praeceptor meus, atq; studiorum meorum Mæcenas Ill. Marchio Ramon. Sac. Cons. emeritissimus Præses*, in spem venio Clientem fore absoluendum ab impetitis, cùm Actor nullam agendi vim obtinet in iudicio; Deficit in probatis, Inuerisimi·

similia suadere nititur; Socios crimi. nis in testes adhibet; Instrumentorũ robur elidere nititur; Facto veritatẽ euertere satagit; Inhibitas contra tertios possessores, actiones porrigit; Contractus emptionis, & venditionis Terræ Roij, aliorumq; corporũ feudalium à contrahentibus perfectum, geminatisq; roboratum actibus improbat. (*Parum hoc:*) falsitatis
67 crimen, quo nullum delictum horribiliùs, nullum detestabiliùs reperiri potest, obijcit: Est etenim falsitatis facinùs magis quàm aliud, ad quietem humani generis perturbandam satis procliue, nec quid omni ætati, ordini, sexuiq; perniciosiùs contingere potest, quàm falsitas, quæ facilè est, vt vitam, opes, & honorem cuilibet adimat, dissipet, & effundat; Venenum siquidem falsitatis, cætera superat crimina, Authorisq; sui, maculata detinet ossa: de cuius criminis detestatione plura *Ego* exaraui *in Annotation. ad Muscat. in pract. crim. tit. de fals. pag.* 632. *col.* 1. *&* 2. post *Ang. in Authen. de nupt.* §. *nitiores*, *& in l. vbi, C. ad leg. Cornel. de Sicdr. Afft. dec.* 404. *n.* 23. *Reg. Rou. in prag. quoniam falsorum, per tot. sub tit. de fals.* aliosq; plures inibi à *Me* congestos; ex cuius criminis exhorescentia fortè Actor animum mouere nostri Senatus satagit, vt rigor hac in causa præualeat. Sed incassum omnia? Adeò .n. luce meridiana clarior Clientis præfulget iustitia, vt istam hic calamũ, tanti Prætorij censuræ, & castigationi, quæ scripsi, submittens.

Et licèt calleam in instrumentorum reprobatione per testes descriptos, vel non descriptos, necessarios, vel non necessarios, omnia procedere, sicut varius dicentibus visum fuerit, ità vt dixerit insignis *Farin.* multum Iudicis arbitrio tribui in sæpè *cit. quæst.* 153. *n.* 63. post multos, quos aggregat, ijs post habitis, cum *Foller.* Labores hos concludam, qui in *pract. crim.* verb. *Item quod commisit falsitatem, n.* 13. 14. *&* 15. notat, de iure
68 ad excludendum delictum falsitatis, nimiam adhibendam esse subtilitatem, & si aliquod fortasè verbum est aptum importarem falsitatem, fit interpretatio, vt non importet, & ad falsitatem ipsam euadendam lex præsumit varietatem loci, vel temporis, sicuti in simili pôderat *D. Reg. Capic. Latr. in d. consult.* 18. *n.* 20. vers. *Et ad euitandam*. Cætera suppleant Domini mei.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 11. Nouemb. 1649.

Causa hæc iudicialẽ non habuit determinationem, Industria etenim, & solertia incomparabili Ill. Principis Cellæmaris Cursoris Maioris omnium virtutum genere decorati, Clientis Soceri, transactione mediante finem recepit suum; Vtinam sic omnia sopirentur iurgia?

Acta penès Act. Mag. Sac. Cons. Cioffum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *PVniri quem sine culpa, iura exhorrent.*

2 *Culpa qualibet non sufficit ad quem puniendam sed esse debet dolosa.*

3 *Statutum puniens delictum capitaliter, seu corporaliter, non precedit, nisi dolo interueniente, etiamsi de dolo mentionem non faciat.*

4 *Dolus requiritur in delictis militum ad hoc vt puniatur.*

5 *Culpa non præsumitur, & minùs dolus, nisi probetur.*

6 *Doli circumstantia est probanda per Fiscum, quia non præsumitur.*

7 *Culpa, & negligētia ad hoc vt noceat, debet probari, quodq; talis fuerit, vt nulla extiterit excusatio.*

8 *Culpa in Magistratibus, ex quâlibet leui causa, à iure excluditur.*

9 *Dubia si fuerit probatio de culpa, non potest ex ea sequi condemnatio.*

10 *Præsumptiones duæ si concurrant vna inclusiua, altera exclusiua delicti, semper pro exclusiua præsumitur.*

11 *Testes qualiter debent deponere de culpa, ad hoc vt cadat punitio.*

12 *Culpa vt noceat, probari debet fuisse ordinata ad casum, aliàs non est in consideratione.*

13 *Diligentia semper præsumitur adhibita à quolibet in suo munere, quando de culpa non constat.*

14 *Castellanus spectata fidei erga suum Dominum fidelis, non præsumitur culpam in arce custodienda commisisse.*

15 *Culpa, qui caret, & pena carere debet.*

16 *Senatus Romanus excusauit Custodem arcis, qui vt se, suosq; ab hostium immanitate eriperet, ipsis dederit.*

17 *Liberalis nemo in necessitatibus existit.*

18 *Custos arcis, si omni destituitur ope ad illam conseruandam nullius reus est penę, si illam hosti tradidit.*

19 *Exempla referuntur nonnullorum Ducum, qui cum necessitate adstricti, desertores militiæ fuissent, nulla coerciti pena fuerunt.*

20 *Veneti, nulla pena dignos censuerunt eos milites, qui Schoream arcem à Turcis obsessam, illis eam dederunt.*

21 *Mortem contemnere magis est magnis viris, quàm vitam odisse.*

22 *Mors contemnenda, si ex ea Reipublicæ & Patrię vtilitas oriri poterit.*

23 *Ducis prudentis non est vltrò periclitari, nisi vbi perspicuum sit, hostibus se potiorem.*

24 *Mors expectanda non est, vbi periculum imminet.*

25 *Vassallus in pugna suum Dominum dimittere non debet, sed cum eo laborare, si potuerit.*

26 *Mors ad nihilum prodest eius, qui ex ea alteri auxiliari non potest.*

27 Anton. Aluarez in loc. cit. *adducitur ad excusationem Ducum Artium Hispano idiomate.*

28 Balthaxar de Ayala de iur. & offic. bellic. *adducitur ad excusationem Ducum Artium.*

29 *Expectandum non est, cuius euentus nihil operari potest.*

30 *Vassallus arma sumens contra Dominum necessitate coactus, non incurrit crimen lęsę Maiestatis.*

31 *Nemo tenetur, nisi quatenus facere potest.*
32 *Crimen lesę Maiestatis absq; dolo non committitur.*
33 *Arcis presidium, victrici potentię, non proprio Ducis Marte, reddere licet.*
34 *Dispositiones quęcumq; ità accipiũtur, si tempus, & locus ad exequutionem vsq; venire permiserint.*
35 *Locus, vel tempus non patitur pleniùs deliberandi consilium.*
36 *Consilia non omnia, cunctis prẹsentibus tractari, ratio status, aut occasionum velocitas patitur.*
37 *Consilia non quęrenda, sed rapienda in subitis periculis.*
38 *Dux Arcem videns ab hostibùs penè occupatam, nullo auxilio sibi suffragante, si vitam custodientium saluauerit, laude, non pęna dignus erit.*
39 Initia in nostra potestate sunt, de euentu fortuna videat, *secundùm* Senecam.
40 *Exempla plura referuntur, de Prefectis arcium.*
41 Prospera omnia sibi vendicant, aduersa vni imputantur, *secundùm Tacitum.*
42 *Vassallus non tenetur fidelitatem prẹstare Domino, nisi quatenus facere potest.*
43 *Ciuitas, quę presidio caret iusto, excusatur à crimine lesę Maiestatis, si hosti dedatur.*
44 *Prefectus arcis, ipsam defendere non tenetur, si Rex, ea quę sunt necessaria, non suppeditat.*
45 *Vassallus non tenetur seruitia prestare Domino, nec eum recognoscere, quoties derelinquit vassallum in necessitate.*
46 *Dominus sicuti habet vassallum in multis obligatum, ità & vassallus Dominum, ratione cuiusdam correlationis, & parilitatis.*
47 *Debitor speciei non tenetur de interitu rei, si erat ęquè apud creditorem peritura.*

ARGVMENTVM.

Custos Arcis vi hostium superatus, si Arcem tradat, nulla sibi culpa imputanda est; Culpa etenim, & negligentia nõ præsumitur, nisi probetur, quodq; talis fuerit, vt nulla extiterit excusatio, nã si dubia fuerit de culpa excusatio, condemnatio sequi non potest, Præsumptiones etenim duæ si concurrant, vna inclusiua, altera exclusiua delicti, quæ excludit, attendenda est, Et culpa vt noceat, probari debet fuisse ordinata ad casum, aliàs in consideratione non est. Tritum est namq; diligentiã præsumi semper à quolibet in suo munere adhibitam, quando de culpa non liquet.

Vassallus in pugna Dominum suum dimittere non debet, sed cum eo laborare si potuerit, si etenim necessitate coactus dereliquerit, nullius criminis Reus efficitur, Vt etenim crimen alicui imputetur, dolus adesse debet, qui non præsumitur, imò circumstantia doli per

Fi-

Fiſcum probanda eſt.

Exempla plura recoluntur, ex quibus Cuſtodes Arcium, qui victrici hoſtium potẽtia ſuperati, Arces tradiderunt, nulla in culpa fuerunt habiti, imò laude digni, Cùm nemo teneatur, niſi quatenus facere poteſt.

Conſilia non omnia, cunctis præſentibus tractari, ratio ſtatus, aut occaſionum velocitas patitur, Sunt etenim conſilia rapienda in ſubitis periculis, non quærenda.

PRO

Strenuo Arcis Duce.

CVM

Regio Fiſco.

RESPONSVM XXVII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

Etſi neminem lateat, eos, quibus cuſtodia arcis, vel oppidi, & publica ſalus commiſſa eſt, pro qua tuenda, nullum periculum, nullos cruciatus, nec mortem deniq; ipſam quiſquam recuſare debet: ac exactiſſima diligentia prȩſtari debet in arcis cuſtodia, *arg. l. 1. §. quia ſciendum, ff. de Præfect. Virgil.* Itaq; lege Iulia Maieſtatis teneri, qui arcem non tenuit, aut contra hoſtibus conceſſit, poſt *tex. in l. 3. ff. ad leg. Iul. Maieſt.* dixit *Ayal. de iur. & offic. bell. lib. 3. cap. 18. in princ. & per tot.* vbi plura veterum hiſtoriarum exempla recenſet, Attamen fiſcalis ipſa indagatio Illuſtrem virum licèt in caſu contingẽti de deditione Arcis inculpatum, militari attenta diſciplina, ab omni nota reddat illæſum; nè tamen martialia bellicis munita præceptis, Togatorum pariter, & Politicorum remaneat deſtituta iudicijs, meum præbeo patrocinium (*Requiſitus*) & eſſe abſoluendum, en Imperator exclamat in *l. ſancimus, C. de pæn.* & confirmat *Summus Pontifex in cap. ſine culpa, de reg. iuris: Ab omni iuſtitia alienum eſſe, quem ſine culpa puniri, Bart. in l. vbi pactũ n. 10.* verſ. *Et ideò,*
C. de tranſ. Farin. quȩſt. 17. n. 1. Giurb.
1 *conſ. 32. n. 12. & conſ. 69. n. 4.* neque
omnis culpa ſufficit, vt puniatur; ſed
2 debet eſſe doloſa, *l. 1. §. dolus, l. in lege Cornelia, ff. ad l. Cornel. de ſicar. l. abſentem § fin. l. Metredorum, ff. de pȩn.* & communem eſſe opinionem refert *Claudius Seyſell. in l. 1. n. 32. ff. de legib. Tiraq. de pȩn. temper. cauſa 14. n. 5. Iul. Clar. in pract. crim. quȩſt. 84.* & *Bald. in l. data opera n. 7. C. de ijs qui cauſ. non poſſ.* infert; Vbi ſtatutum pu-
3 niret delictum capitaliter, ſeu corporaliter, illud non habere locum, niſi dolo interueniente, etiam quod de dolo mentionem non faciat, *Reg. Tap. dec. 13. Senat. Ital. n. 26. Epiſcop. Barboſa in votis deciſiu. lib. 2. vot. 61.*
4 *n. 6.* quapropter in delictis militum dolum requiri tenẽt *Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 15. n. 15. Reg. Tap. d. dec. 13. Farin. in pract. crim. par. 4. quaſt.*

117. n. 59. *Ruin. conf.* 1. n. 4. *lib.* 5. *Cephal. conf.* 76. n. 57. 58. *Decian. d. lib.* 7. *cap.* 7. n. 16. *Capic. dec.* 136. n. 6. *Fab. Anna cōs.* 67. n. 5. & *seq. lib.* 1. *Barbos. vbi sup. n.* 59. & *seqq.*

5 Culpa non præsumitur, & multò minùs dolus, nisi probetur, qui sanè dolus non præsumitur, *l. quoties*, §. *qui dolo, ff. de probat. l. dolum, C. de dol. Surd. dec.* 222. n. 11. *Seraph. dec.* 617. n. 7. *Rot. dec.* 648. n. 2. *par.* 2. *in recent. l. item apud Labeonem*, §. *si communem, ff. de iniur. l. cum pater*, §. *rogo, ff. de leg.* 2. *Menoch. de presumpt. lib.* 5. *presum.* 2. *Barbos. in l. si mora in princ. ff. sol. matri. Foller. in pract. crim.* in verb. *Item quod commisit crimen lesę Maiest. n.* 78.

6 quo loco affirmat, doli circumstantiā per Fiscum probandam esse, ex quo

7 non præsumitur, cum non sit qualitas, adeò quod, alleganti culpam, & negligentiam, probandi onus incūbit, eam fuisse talem, vt nulla extiterit excusatio: ità *Bart. d. l. si seruum, ff. de verb. oblig.* & *in l. si ab hostib.* §. *si vir, ff. solut. matr.* & ibi *Iason n.* 10. *Mascard. de probatio. concl* 468. n. 1.

8 Quippè quia leges, nimis culpam abominātes, pro excusandis Reipub. Ministris, quantumcumq; vel leuem causam admittunt, *Menoch. conf.* 28. n. 13. *lib.* 1. *Honded. conf.* 100. n. 46. *Anna d. conf.* 67. n. 18. 44. *lib.* 1. Proindè

9 vbi sumus in dubio an quis culpam commiserit, nunquam de culpa cōdemnari poterit, *Bal. in l. si creditor, C. de pign. act.* Et vt culpa excludatur, præsumitur factum, quod verisimiliter fieri debuit, *Bart. in l. eum venderet* §. *fin. ff. de pignor. actio. Cra-*

10 *uett. conf.* 8. n. 20. *Riminald. conf.* 861. n. 25. Quoniam quando duæ sumi possūt præsumptiones, vna inclusiua, altera exclusiua delicti, exclusiua semper præponitur, *Bald. in l. pretib. col.* 4 *verf. Sed quid, C. de impub. & aliis subst. Innoc.* & alii *in cap. dudum el 2. de elect. Brun. conf.* 27. n. 8. *Rom. conf.* 68.

Bursat. conf. 94. n. 21. *lib.* 1. *Honded. conf.* 10. n. 39. *lib.* 2. *Menoch. de presum. lib.* 5. *pres.* 11. Quinimò non sufficit si testes deponentes de culpa, dixerint

11 illam in actu interuenisse, sed præcisè declarare debent, in quo consistere potuit, & qualiter remedium poterat adhiberi, ne casus eueniret: ità *Bart. cōs.* 193. n. 3. *Decius conf.* 346. & 562. *Bargal. de dolo lib.* 4. *cap.* 2. *quæst.* 15. *Mascar. concl.* 468. n. 25. In-

12 dè *Bart. in l.* 2. §. *fin. ff. si quis caut.* docet, ab illo qui asserit casum euenisse culpa alicuius, probandum esse talem culpam fuisse ordinatam ad casum taliter, quod si culpa illa commissa non fuisset, casus non euenisset, *Alex. conf.* 74. *col. fin. lib.* 6. *Benuen. Stracca tract. de mercat. par.* 4. n. 2.

13 *Menoch. pres.* 3. n. 138. *lib.* 5. Omni igitur culpa seclusa (vbi iuridicè probata non est (diligentia præsumitur à quocumq; exactissimè præstita in munere sui officii, *Bart. in l. si ab hostib.* §. *si vir, ff. solu. matr.* & in *l. idemque erit, ff. pro socio, Alban. in l. item mela*, §. *Celsus, ff. ad l. Aquil. Roman.*

14 *cōs.* 51. n. 9. Et eò magis vbi Castellanus est Illustris prosapiæ (sicuti in casu nostro) spectatæ fidei, & erga suū Regē deditissimus, contra quem nihil mali suspicari potest, iuxtà *tex. in l famosi, ff. ad l. Iul. Maiest.* cū aliis plenè cōgestis per *Barbos. d. vot.* 61. n. 21.

15 Vndè qui culpa caret, etiam à pęna liber esse debet, *l. milites*; & *l. fin. ff. de cust. & exhibit. reorum.*

16 Quò fit, si *Liuio* credidimus *lib.* 24. Lutio Actilio, Locrensis Præsidis Præfecto vitio datum non esse à Senatu, quod Rhegium hostibus deuehi passus esset, cum aliter prouidere non posset, vt se, suosq; crudelitati

17 hostium eriperet: Cum enim in necessitatibus nemo liberalis existat, iuxtà *tex. in l. vnum ex familia, ff. de leg.* 2. *l. non omnis, ff. si cert. pet. l. qui cū Tutoribus* §. 1. *ff. de transf. l. si vt proposi-*

mis,

nis, *C. de reinend.* vbi Dux Arcis in
18 necessitate coactus, humano ope destitutus, illa hosti tradit, nullo supplicio dignus existimatur: ità resoluit *Bouad. illa in sua polit. lib. 4. cap. 3. n. 15.*
16 exempla referens nonnullorum
19 Ducum, qui cum necessitate astricti, desertores militię fuissent, nullatenus damnati fuere, *Petr. Bellin. de re mil. t. tit. vnico n. 42.* Cuius notissimũ testimonium est eorum, qui necessitate pressi, Schoream Arcem à Tur-
20 cis obsessam, eisdemq; dederunt, Venetias deindè reuersi, in nullam venisse reprehensionem refert *Ignatius de exemplis Illustr. viror. lib. 7. cap. 6.*
21 Licèt enim recte *Quin. Curtio*, magni viri magis sit contemnere mortem, quàm odisse vitam, *Cicero in lib. 1. offic.* declarat, si morte nostra Reipub. & Patrię pro futuri sumus:
22 Etenim, vt *Liuius* ait *lib. 7. decad. 3. Prudentis Ducis nomine vltrò periclita-*
23 *ri, nisi vbi perspicuum sit hostibus se potiorem; Iust. Lips. lib. 5. ciuil. doctrin. cap. 5. n. 56. Petr. Faber lib. 5. de semest. cap. 19. n. 17. Reg. Valenz. de stat. ac bell. rat. ferua. par. 2. consid. 11. n. 20. &*
24 *seqq.* Et *Gramm. dec. 18. n. 17.* inquit, mors expectanda non est, sed sufficit, quod periculum sit ità proximũ, *Barbos. d. voto 65. n. 46.*

Id quod perbellè probat *tex. in cap. 2. in fin. de feudo sine culpa non*
25 *amitt.* ibi: *Vel si in pugna suum Dominum dimiserit, & cum eo non laborauerit, si potuerit*: & addit *glos. in cap. 1. quib. mod. feud. amitt. Nihil interest Domini Vassallum ibi stetisse eum, per quem moriturus erat; Vbi enim meum*
26 *auxilium prodesse non potest, quid proderit mors?* ex copiosè congestis per *Barbos.* in sępè sępiùs *citato voto 61. n. 34. 35. 36. 37.*
27 Et *Antonius Aluarez tract. de los Alcaydes lib 6. tit. 18. par. 3. & par. 4. affirmatiua cap. 5. fol. 50.* vt *Barbos.* refert *n. 38.* his verbis: loquitur hispanicè: *Para que la muerte del Alcayde sea disculpa de auer perdido el Castillo, y no boluerlo al Rey, es necessario, que la muerte sea sin culpa; por que si el Alcayde de tubo culpa en morir, tal muerte no serà defensa, ni disculpa de su memoria, antes se le imputarà culpa de hauer por la culpa de su muerte perdido el Castillo, y esto nos muestra el Glorioso Rey en sus leyes, y dize à este proposito. Que si lo hiçiesse maguer fuesse muerto, ò preso, no podia ser quito de la trayçion, si entonçes el Castillo se perdiesse, y esto seria como si el Alcayde con osadia temeraria peleasse, ò resistiesse al impetu, y fuerzas de enemigos, que naturalmente nò podia que se lo hiçiesse, y muriesse, y por ello se perdiesse el Castillo, seria culpado de la trayçion. Y assi diçe el glorioso Rey: La maguer el esfuerzo, y ardimiẽto son muy nobles en si, pero en las mas cosas hà menester, que sean aiudados por sesso, y por cordura: por que aquello, que los omes codiçian, que es ser vençedores, no los tome à ser vençidos; y esto señaladamente conbiene à los que han de defender los Castillos; ca tal ardimiento podrian muestar los de deutro en saliendo à los de fuera, que si no lo fiçiessen con sabidoria, y con sesso, que el Castillo fuesse en saluo, que se podria perder; luego si la muerte ha de ser sin culpa para defender la memoria del Alcayde, necessario le es euitar esta culpa, la qual seria notoria quando la muerte se reçibiesse temerariamente con voluntaria desesperaçion, sin esfuerzo regolado por razon, y prouecho del Castillo.*

Et eadem *par. 4. affirmatiua fol. 40.* respondet *ad l. 1. 6. 12. tit. 18. lib. 8. recopil.* cum similibus procedere, *Quãdo el Alcayde, que queda libre, y biuo perdiò ò entregò el Castillo por desuerguenza, ò deslealdad, ò por flaqueza, ò por temor de la muerte propria, ò de la muger, ò hijos, y amigos, ò por tormentos, ò por heridas de muerte, ò por amena-*

fas,

tas, ò por libertad, ò par otro bien, ò mal, ò por otra razon alguna de esta calidad. Ità *Barbos. d. vot. 61. n. 38.*

28 Indè Callicridas Lacedæmonum Dux meritò culpatus fuit; qui classis, quam priuatæ gloriæ iacturam facere maluerit; & Cleobrotus, qui iniuriam timens, temerè cum Epaminoda conflixit, Lacædemoniorumq; opes euersit, temerarij, nō strenui nomen est assequutus: ità *Balthaxar Ayala de iur. & officys belleis lib. 3. cap. 18.* Quoniam illud expectandum non est, cuius euentus nil operari potest: *l. hec stipulatio, §. diuus, ff. vt leg. nomine caueat.*

Hinc *Dec. conf. 604. 605 690. Gratus conf. 5. lib. 2. Gramm. conf. crim. 13. 31. Decian cap. 15. n. 12. Imol. conf. 39. n. 8. lib. 3. Abb. conf. 3. n. 5. lib. 2. Socc. conf. 39. n. 8. lib. 3. & Affl. in Constit. dubitationem n. 15.* vno ore tradide-

30 runt Vassallum arma sumentem cōtra proprium Dominum, & alteri fidelitatis homagium iurantem propter imminentium bellorum iustum timorem, feudum non amittere, nec

31 rebellionis læsæ Maiestatis crimen incurrere; cum nō teneatur nisi quatenus facere potest, *cap. fin. de feudo sine culp. non amitt.* vbi *Aluar. & Alij: glo. & Bal. in cap. 1. in princ. eod. tit. Petrus Caballus resol. crim. centur. 3. cap. 294. n. 199. & seqq.* ex quo absque

32 dolo crimen læsę Maiest. non committitur ad *tex. in l. 1. & l. 4 ff. ad leg. Iul Maiest. Gigas de crim. les. Maiest. lib. 1. rubr. qualiter, & à quibus crimen lęsę Maiest. committitur quęst. 67. in princ. & n. 4. Bursat. conf. 257. n. 16. Riminald. conf. 704. n. 10. Decian. tract. crim. l b. 7. cap. 15. n. 4. cap. 49. n. 14. 18. Farinac. in prax. crim. par. 4. quęst. 171. n. 18.*

33 Licèt autem veteranorum militum consilio Arcis præsidium victrici potentiæ, non proprio Ducis Marte, reddere liceat, ex *Ayala de iur. & offic. bell lib. 3. cap 6. Petr. de Gregor. de Repub. lib. 11. cap. 2. Reg. Valenz. de statu ac bell. rat. par. 2. consid. 11. n. 50. Mastrill. de magist. lib. 5. cap. 14. & alÿ* apud *Barbos. d. vot. 61. n. 23.*

34 Idem tamen *Barbos.* sub *n. 25.* declarat si tempus hoc permittat: omnes enim dispositiones quantumcumq; formales intelliguntur, si locus, & tempus ad exequutionem vsque venire permiserint, *Bart. in l. omnes populi quæst. 5. n. 60. ff. de iust. & iur. Ayala d. l. b. 2. cap. 5. n. 7. 8. Alderam. Mascard. de statut. interpr. concl. 2. n. 238.* facit *l. hispan. 23. par. 2.* ibi, *Si el enemigo diere lugar:* Nam interdum (vt

35 *l. C.* ait in *l. 1. ff. de const. pec.*) *locus, vel tempus non patitur pleniùs deliberandi consilium: non omnia consilia*

36 *cunctis præsentibus tractari ratio status, aut occasionum velocitas patitur,* vt *Othonem* suis dixisse militibus affirmat *Tacitus l. b 1. hist. cap. 16. Seneca lib. 10. epist. 72.* & *Ioann. Cokier in*

37 *thesaur. polit. lib. 3. cap. 21.* dicens *in subitis periculis consilia non quęrenda, sed rapiēda,* loquitur his verbis: *Enim verò in subitis, arduisq; periculis nil est festinatione tutiùs, in qua rapienda sunt consilia, non quærenda:* refert, & sequitur *Barbosa vbi sup. n. 26.*

38 Cæterùm, vbi quis malè munitæ Arcis Præfectus, militibus penè omnibus in dimicando defectis, aut vulneratis, ipsoq; etiam mortali vulnere confosso; cum enim hostium baluardo, & breccia iam potitorum ferre non posset, omni humana ope, ac spe subsidij destitutus, omnibusq; tentatis, post desperatam penè defensionem (cuius similem cùm antiquis, tum modernioribus historijs non habemus) videns Arcem in potestate hostium nō ruituram, sed iam collapsam, vbi se, suosq; superextantes milites pacto seruauit, aliquando suo Regi profuturos; prudentissimi, strenuiq; potiùs militis nomen, quam

quam culpam, eſt aſſequutus. Eo potiſſimum dum nocte ſubitò vocauit ad capitulandum, tenebrarum nouiſſimo valens beneficio, nè inimicus, aurora clareſcente, quanti dominarētur in Arce agnoſcendo, à pactione fieret alienus, eiuſq; hoſtili diſcretioni captiuos omnes retineret: *Vt enim*, *Seneca* ait *epiſt.* 14.
39 *Initia in poteſtate noſtra ſunt, de euentu fortuna videat:* & *epiſt.* 85. *Gubernator tibi non felicitatem promiſit, ſed vtilem operam, & nauis gerendæ ſcientiam*, latè exornat *Petr. Barboſ. tract. de la Iuridica, y verdadera raçon de eſtado par.* 1. *diſc.* 2. & comprobat *Palatius Rubios tract. dell' eſſuerço bellico cap.* 38. his verbis: *El que hiço lo que deuia, agora ſea acometedor, ò acometido, vencedor, ò vencido, ſi la fortuna le fuè contraria, nò por eſſo dexarà de ſer eſſorzado*, ſequitur *Barboſa n.* 55. 56.
40 Et ſanè ſuadet æquitas eum etiam à pęna ſecurum eſſe debere, cui nulla omninò culpa, aut negligentia imputari poteſt, ad *tex. in l. milites, & l. vltim. ff. de cuſtod. reor.* cuius rei nōnulla affert exempla eruditisſimus *Ayala de iur. & offic. bell. lib.* 3. *d. cap.* 18 *ex n.* 3. præſertim certum indicat de *M. Liuio* Præfecto arcis Tarentinæ, nam alijs notantibus Præfectum, ſuumq; præbentibus calculum contra Præfectum, quod eius ſocordia Tarentum proditum hoſti eſſet: alijs præmia decernentibus, quod per quinquennium arcem tutatus eſſet, maximèq; vnius eius opera receptū Tarentum eſſet; medijs ad cenſores, non ad Senatum, notionem de eo pertinere dicentibus, vti refert *Liu. hiſtor. lib.* 23. Et *L. Attilio* Præfecto præſidij Locrenſis, cùm videret ſe deditionem à Ciuibus ad Pænos factam impedire non poſſe, vitio datum non fuit, quod ſe cum militibus Romanis, qui cum eo erant, vt eos crudelitati hoſtium eriperet, & Reipub. incolumes ſeruaret, Rhegium deuehi paſſus eſt, Itaq; (vti caſus noſter indicat) Cliens qui neceſſitate coactus; quam ne Dij quidem vti tradit Liuius ſuperare poſsunt, omni humana ope deſtitutus, arcem hoſti tradidit, eum nulla pæna dignum eſſe, quiſquis arbitrabitur, Nam qui facit quod potuit, legem adimpleuit.
41 Quibus conducit, quod de vaſſallo dicitur, qui non tenetur fidelitatē præſtare Domino, niſi quatenus facere poteſt, *cap. vlt. de feu. ſin. culp. amit.* & ibi *Aluar. & alij*, *Gloſ. & Bal. in cap.* 1. *in princ. eod. tit.* & *Aff. ad Conſtitutionem Regn.* quæ incipit *Dubitationem*, inquit eam eſse vim neceſsitatis, cui nulla virtus po-
43 teſt reſiſtere, vt Ciuitas, quæ iuſto præſidio caret, excuſetur à crimine læſæ Maieſtatis, ſi hoſti dedatur, præſertim ſi non mittatur ſubſidium, *Imol. conſ.* 34. *Dec. conſ.* 600. *n.* 13. *Panorm. conſ.* 3. *n.* 5. *lib.* 1. nec Prę-
44 fectus arcis, ipſam defendere tenetur, ſi Rex, ea quæ ad defenſionem ſunt neceſsaria, non ſuppeditet ſecundùm *Gratian. conſ.* 5. *& conſ.* 51. *lib.* 1. Hinc Vaſſallus non tenetur Domino ſeruitia præſtare, nec eum reco-
45 gnoſcere, quoties derelinquit vaſſallum in neceſsitate, *cap.* 1. *qual. dom. feu. priu.* & ibi *Aluar. & alij in cap.* 1. §. *Domino*, & ibi *Bal. & alij tit. ſi de feu. fuer. content. inter Dom. & agnat.* Eſt etenim ſecundùm *Aff.* in famigerato ſuo *reſponſ.* quod eſt inter *deciſiones Sac. Conſil.* 265. *n.* 1. *&* 2. quę-
46 dā parilitas, & correlatio inter Dominum, & vaſſallum, & ſicut Dominus habet obligatum vaſſallum in multis, ita quoq; vaſſallus in eiſdem Dominum habet obligatum, *cap. Imperialem de prohib. feu. alienat. per Feder. in fin.* & ibi *Andr. de Iſern. Aluarot. in cap.* 1. §. *prætereà in* 1. *notab.*

tit.

tit. quid sit inuest. format conclusionem, quod dispositum in ino, censetur dispositum in alio, & allegatur per *Afst.* ibi *tex. in cap. 2. de form. fidelit. circa fin.*

Itaq; cui non sit obuium Præfectum arcis fortè malè munitæ, omni ope humana, & spe subsidij destitutum, quiq; vim hostium ferre non possit, pacto, vel quocumq; modo, sibi, & præsidio posse consulere, & arcem relinquere, præsertim cùm omnibus nequicquam tentatis, arcē æquè in potestatem hostium venturam fuisse constat, & ex informationibus captis super hoc constare exi-
47 stimamus, dum factum notorium, & euidens sit, siquidem in iure debitor speciei etiam in mora constitutus, non tenetur de ipsius interitu quādo æquè apud creditorem erat interitura, *l. si plures, ff. depos. l. illam, ff. de pet. hered. l. quod te, & ibi Interpretes, ff. si cert. pet.*

Quia verò, vt *Tacitus* ait in vita Iulij Agrigolæ, *Iniquissima hac bello-*
41 *rum conditio est; prospera omnes sibi vendicant, aduersa vni imputantur;* culpæ nota, an potius mercedis præmio Cliēs noster dignus existat, humanitati prudentissimi Principis, eiusq; supremi à latere Consilij sapientiæ relinquitur.

Laus Deo, Beatęq; Virgini Mariæ. Neap. die 10. Maij 1650.

REi euentus (recuperata iam Arce) agnitaq; Ducis ipsius spectatæ fidei, ac fidelitatis eximiæ erga suum Dominum diligentia, quodque nulla intercesserit culpa, tulit, vt abolita inquisitione, amplius de ea actum non fuerit.

SVMMARIVM.

1 AVthor *pro amico calamum arripuit.*

2 *Delicta carnis omnes tangunt.*

3 *Indultus generalis ab Altitudine D. Ioannis de Austria, concessus, recensetur.*

4 *Decretum Sacri Consilij, quod stupratæ sint salua iura circa interesse, stāte criminis abolitione per Indultum generalem adducitur.*

5 *Vbi est casus legis, ibi nulla est dubitatio.*

6 *Corpore delicti deficiente, nulla competit actio contra Inquisitum, etiam respectu interesse.*

7 *Actio ex delicto proficiscens, si delictū non probatur, nequidem ciuiliter competit.*

8 *Fundamento destructo, ruit ædificium.*

9 *Querela stupri non datur, nisi per per virginem honestè viuentem.*

10 *Stuprata, si post stuprum, venalem formam, meretricio more exhibuerit, non habet actionem ad quaran-*
tan-

laudum de ſtupro.

11 *Abolitio generalis pro bono pacis emanata, facit ceſſare nedùm pœnam publicam, verùm etiam pœnam parti applicandam.*

ARGVMENTVM.

Abolitio generalis pro bono pacis (qualis fuit promulgata de anno 1648. ab Altitudine D. Ioannis de Auſtria) nedùm facit ceſſare, & extinguit pænam publicam, verùm etiam pænam parti applicandam.

Stupratæ contra ſtuprantem querela competit, ſi virgo fuerit, & honeſtè vixerit; quod ſi poſt ſtuprum, venalem formã meretricio more exhibuerit, actio de ſtupro denegatur.

Actio ex delicto proficiſcens, ſi delictum non probetur, nulla competit contra Inquiſitum etiam reſpectu intereſſe, pro quo ciuiliter experiri contingit, quo circa *Author* ad defenſam Amici inquiſiti de ſtupro obiter memorat Delicta carnis omnes tangere, iuxtà effatum *Proſperi Farinacij in prax. crim. tit. De delictis carnis n. 1.*

PRO

Authoris Amico.

CVM

Quærulante de ſtupro.

RESPONSVM XXVIII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 PRO amico de delicto carnis inquiſito, quod
2 ſanè delictum omnes tangit, teſte *Farinac. in prax. crim. tit. De delict. carn. n. 1.* vbi inquit *Et crede mihi*, quiq; N. vt ab indebita ſe eximeret vexatione, quam illi inferre non deſinit vilis muliercula ſuper quærela expoſita contra ipſum de ſtupro, dum obtinuit non moleſtari, nec procedi in cauſa prædictæ indebitæ quærelæ, ſtante quod ex Indul-
3 tu generali ab Altitudine D. Io. de Auſtriæ, abolita fuerunt omnia crimina, itaq; decreuit Magn. Cur. à quo decreto obtenta pro parte quærulantis ſupplicatione de verbo faciendo confirmauit Sac. Conſil. de-
4 cretum, addito tamen quod illi ſint ſalua iura circa intereſſe, ſentiens ſe grauatum ab hoc decreto reſpectu intereſſe, circa quod nullam quærulanti actionem competere defendebat, eius partes tutantes Nos infra-

 ſcri-

tit. quid sit inuest. format conclusionem, quod dispositum in ino, censetur dispositum in alio, & allegatur per *Afft.*ibi *tex.in cap.2. de form. fidelit. circa fin.*

Itaq; cui non fit obuium Præfectum arcis fortè malè munitæ, omni ope humana, & spe subsidij destitutum, quiq; vim hostium ferre non posſit, pacto, vel quocumq; modo, sibi, & pręsidio posse consulere, & arcem relinquere, præsertim cùm omnibus nequicquam tentatis, arcē ęquè in potestatem hostium venturam fuisse constat,& ex informationibus captis super hoc constare existimamus,dum factum notorium,& euidens sit,siquidem in iure debitor speciei etiam in mora constitutus, non tenetur de ipsius interitu quādo ęquè apud creditorem erat interitura, *l.si plures, ff.depos. l.illam, ff.de petit.hered.l.quod te,& ibi Interpretes,ff. si cert.pet.*

Quia verò,vt *Tacitus* ait in vita Iulij Agrigolę, *Iniquissima hac bellorum conditio est; prospera omnes sibi vendicant, aduersa vni imputantur;* culpæ nota,an potius mercedis pręmio Cliēs noster dignus existat, humanitati prudentissimi Principis, eiusq; supremi à latere Consilij sapientię relinquitur.

Laus Deo, Beatęq; Virgini Marię. Neap.die 10.Maij 1650.

REi euentus (recuperata iam Arce) agnitaq; Ducis ipsius spectatæ fidei,ac fidelitatis eximiæ erga suum Dominum diligentia,quodque nulla intercesserit culpa, tulit, vt abolita inquisitione, amplius de ea actum non fuerit.

SVMMARIVM.

1 *AVthor pro amico calamum arripuit.*

2 *Delicta carnis omnes tangunt.*

3 *Indultus generalis ab Altitudine D. Ioannis de Austria,concessus, recensetur.*

4 *Decretum Sacri Consilij,quod stupratæ sint salua iura circa interesse, stāte criminis abolitione per Indultum generalem adducitur.*

5 *Vbi est casus legis, ibi nulla est dubitatio.*

6 *Corpore delicti deficiente, nulla competit actio contra Inquisitum, etiam respectu interesse.*

7 *Actio ex delicto proficiscens, si delictū non probatur, nequidem ciuiliter competit.*

8 *Fundamento destructo, ruit ædificium.*

9 *Querela stupri non datur, nisi per per virginem honestè viuentem.*

10 *Stuprata, si post stuprum, venalem formam, meretricio more exhibuerit, non habet actionem ad quarulan-*

laudum de ſtupro.

12 *Abolitio generalis pro bono pacis emanata, facit ceſſare nedùm pœnam publicam, verùm etiam pœnam parti applicandam.*

ARGVMENTVM.

Abolitio generalis pro bono pacis (qualis fuit promulgata de anno 1648. ab Altitudine D. Ioannis de Auſtria) nedùm facit ceſſare, & extinguit pœnam publicam, verùm etiam pœnam parti applicandam.

Stupratæ contra ſtuprantem querela competit, ſi virgo fuerit, & honeſtè vixerit, quod ſi poſt ſtuprum, venalem formã meretricio more exhibuerit, actio de ſtupro denegatur.

Actio ex delicto proficiſcens, ſi delictum non probetur, nulla competit contra Inquiſitum etiam reſpectu intereſſe, pro quo ciuiliter experiri contingit, quo circa *Author* ad defenſam Amici inquiſiti de ſtupro obiter memorat Delicta carnis omnes tangere, iuxtà effatum *Proſperi Farinacij in prax. crim. tit. De delictis carnis n. 1.*

PRO
Authoris Amico.
CVM
Quærulante de ſtupro.

RESPONSVM XXVIII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 PRO amico de delicto carnis inquiſito, quod
2 ſanè delictum omnes tangit, teſte *Farinac. in prax. crim. tit. De delict. carn. n. 1.* vbi inquit *Et crede mihi*, quiq; N. vt ab indebita ſe eximeret vexatione, quam illi inferre non deſinit vilis muliercula ſuper quærela expoſita contra ipſum de ſtupro, dum obtinuit non moleſtari, nec procedi in cauſa prædictæ indebitæ quærelæ, ſtante quod ex Indul-
3 tu generali ab Altitudine D. Io. de Auſtriæ, abolita fuerunt omnia crimina, itaq; decreuit Magn. Cur. à quo decreto obtenta pro parte querulantis ſupplicatione de verbo faciendo confirmauit Sac. Conſil. de-
4 cretum, addito tamen quod illi ſint ſalua iura circa intereſſe, ſentiens ſe grauatum ab hoc decreto reſpectu intereſſe, circa quod nullam quærulanti actionem competere defendebat, eius partes tutantes Nos infra-

P p. ſcri-

scripta raptim exarauimus. Et

Primo temporalem obseruamus abolitionem ex ipsomet Indultu (quatenus adesset delictum) nam decem annorum spatio expressè fuit inhibitum posse procedi, etiam partis remissione non obtenta, & sic inquit Carolus habere pro se casum legis, quod per annos decem à querulante, inquietari non potest, & sic
5 nulla in hoc esse potest dubitatio, ad *tex. in l. ancillę, C. de furt. l. illam, C. de collatio.*

Secundò asserimus nullum competere interesse parti, quia non constat de delicto in genere, & sic deficit corpus delicti, quo deficiente,
6 nulla competit actio ad *tex. in l. 1. §. item illud, ff. ad Syllan.* vbi communis Criminalistarum Schola, præsertim, præclarissimus *Clar. in prax. crim. quęst. 4. in princ.* inquiens esse vulgarem, & tritam conclusionem, & omnes de mundo scire illum *textum*, tradit *Boss. de delict. n. 2. Follar. in prax. crim. tit. Capiat informationem n. 2.* post *Marsil. in sua prax. §. 1. & Blanc. in repet. l. fin. ff. de quęst. n. 16. 17. 18. & seqq.*

7 Cum etenim actio illa ciuiliter agendi non oriatur, nisi ex delicto, *§. Ex maleficijs, Instit. de actio.* dum delictum nullum adest probatum,
8 ruit etiam actio ciuilis, & quasi destructo fundamento, ruit ædificium, ad *tex. in l. cum qui ades, ff. de vsucap. cap. cum Paulus 1. quęst. 1.*

Et licèt processus sit informatiuus (vti vulgariter dicitur) & testes nondùm sint publicati, sed recepti ad informationem Curiæ, ideòque possit nobis obijci, non posse patere an delictum sit probatum, necnè, attamen quià norma traditur à Scribentibus, quod stuprum tunc probatur quando fuit virgo, & honesta,
9 secundùm *Gandin. de varijs quæstionib. in malefic.* vers. *Quæstio fuit de facto*, & reassumunt post *Carrer. in prax. crim. Addent. ad Clar. in §. stuprum in princ. lit. A.* At qui certum est quærulanrem degere in Lupanari, nec vnquam fuisse honestam, & matrem eius meretricio more vixisse, ex quo non potest argui honestas in filia.

10 Et adeò honestatem in præsumpta stuprata requiri ad hoc vt dicatur commissum stuprum, inquiunt DD. vt si post stuprum venalem formam passim exhibuerit meretricio more, nulla competat actio, nam tunc propter animum corruptum, non tenetur de stupro, *l. si eam, C. de adult.* & dixit pulchrè *Carrer. in practic. crim.* verb. *Stuprum n. 12.*

Vndè cum sit notum, ante, & post motam actionem de stupro, minimè honestam fuisse querelantem, sed publicè cum matre in lupanari vitã egisse, prout hodie agunt, benè possumus dicere non adesse delictum.

Possemus etiam asserere actionem ciuilem esse quoq; abolitam, ex quo indultus fuit pro bono pacis, quo casu censetur sublata non tantùm
11 pæna publica, sed & pæna parti applicanda, sicuti in terminis tenet *Decian. lib. 3. de Abolitio. quan. imped. accusar. n. 69.* vers. *Quarta consideranda est*, & fuit de mẽte *Angel. & Alex. in l. conuentionum, ff. de pact.* quam sequitur ex pluribus, & cõprobat *Ias. in l. venia n. 14. & seq. C. de in ius vocan.*

Ex quibus decretum Magn. Cur. simpliciter confirmãdum asserimus.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 5. Iulij 1650.

D E-

DECISIO.

SAcrum Consilium confirmauit decretum primo loco ordinatum, quod Stupratæ salua sint iura circa interesse.

SVMMARIVM.

1 AVthor miratur de instantia mortis in facti specie.
2 Prag. 3. §. 1. sub tit. de Procurat. expenditur.
3 Clausula Et non aliàs, est limitatiua voluntatis, habet naturam præcisã, n. 4. inducit conditionem, & formã n. 5.
6 Clausula Et non aliàs, perindè operatur, ac si nihil esset factum.
7 Clausula Et non aliàs, remouet ab actu contrahentium, voluntatem.
8 Actus factus contra legem, est ipso iure nullus.
9 Actus à lege pro nullo habitus, robur, ac vim non habet, etiamsi de illius nullitate non exprimatur.
10 Lex, siue statutum procedens prohibitiuè, actum reddit nullum, quamuis de nullitate non dicatur.
11 Destructo fundamento, quicquid super eo ædificatum fuerit, destrui necessè est.
12 Testes de Vniuersitate quando singulorum commodum respicit, non probant.
13 Vniuersitas si parua est, testes ipsius videntur deponere in causa propria.
14 Testes de Vniuersitate parua videtur deponere in causa propria vti domestici, & cohabitantes.
15 Inhabilitas testium de parua Vniuersitate; non suppletur per torturam.
16 Violentia debet probari specificè.
17 Violentia cadit in delictum.
18 Mina non faciunt inditium, nisi probetur minantem consueuisse.
19 Metus probatur in specie, non in genere.
20 Testes inimici, & odiosi, nullam faciũt fidem.
21 Testis vt probet, quæ sint attendenda.
22 Birruarij depositio fluxa, & debilis fidei reputatur.
23 Testes in contestes adhibiti, debẽt examinari, nisi impedimenta legitima probentur.
24 Inuerisimile deponentibus, nulla adhibetur fides.
25 Testis inuerisimile deponens est suspectus de falso.
26 Falsitatis imaginem præseferunt, quæ à verisimili distant.
27 Testis non repetitus, nullam facit fidem.
28 Testis vnicus non probat, tam in prophanis, quàm in spiritualibus.

29 *Dictum vnius, dictum nullius.*
30 *Testis vnicus in dignitate positus nequidem probat.*
31 *Opinio verior, & tutior est, quod testi vnico non credatur.*
32 *Princeps non potest statuere, vt testi vnico credatur.*
33 *Causa delicti diligenter est inspicienda.*
34 *Carceratio diutina, nimis consideratur ad Reorum absolutionem.*

ARGVMENTVM.

Vniuersitates in Regno, peculiari *Prag. 3. §. 5. sub tit. de Procurat.* nequeant supplices porrigere libellos, vel petitiones formare, nisi subscriptę fuerint præcedente consilio earumdem Vniuersitatum, adeò quod actus quicumque peracti fuerint sollemnitatibus à Pragmatica requisitis non interuenientibus, pro nullis, & infectis reputātur, etiamsi in dispositione expressim de nullitate dictum nō fuerit, ea etenim est vis legis, siue statuti quid vetantis, vt actus omninò nullus existimetur contra formam ipsius, accedente maximè clausula *Et non aliàs*, quæ eam præsefert efficaciam, vt sit limitatiua voluntatis, habeat naturam præcisam, inducat conditionem, & formam, & perindè operetur, ac si nihil actum esset, & actū à contrahentium voluntate distrahat, atque remoueat.

Testes vt probent, quæ sint consideranda, præsertim si sint de Vniuersitate, quæ parua esset, tunc etenim dicuntur deponere in causa propria, vtpotè qui, eorum depositio, singulorum commodum, & vtilitatem tangit, nam loco cohabitantiū, & domesticorum quoquè habentur, quæ potissima est ratio, vt nulla illis sit adhibenda fides, præmaximè testi vnico, & non repetito; quaq; ratione Satellites, & Birruarij in eorum depositione paruifaciendi sint.

Ad Rei defensam plura ponderantur tùm in facto, cùm in iure, quæ sparsim toto *Respons.* perlecto obuiam fiunt.

PRO

PRO

Illuſt. Principe Caſalis Maioris.

CVM

Regio Fiſco.

RESPONSVM XXIX.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 SVbijt herclè animum
admiratio, inſtantia
facta per D. Fiſci Pa-
tronum peculiari Ex-
cellentiſs. Dom. Pro-
regis diplomate datum in inquiſitio-
ne formata contra Illuſt. Principem
Caſalis Maioris, cuius partes Nos
ad eius innocentiam vindicandam,
ſuſtinemus, quod vltimò afficiatur
ſupplicio, Siquidem perlecto pro-
ceſſu, ac probationibus Fiſci truti-
natis, licèt plura Clienti imputen-
tur facinora ad quærelam eius vaſ-
ſallorum, qui inſtinctu quodam na-
turæ odio habent eorum Dominos,
præſertim hoc in Regno, ab illo ſa-
nè die, quo plebiculares inualuerũt
commotiones, attamen pauca ſunt,
quæ delictorum nomen mereantur,
idcircòq; generalibus concluſioni-
bus ad factum applicatis ad ſpecia-
lia d'ueniemus, quæ paruifacienda
fore inſinuabimus.

Exponitur quærela contra Prin-
cipem Caſalis Maioris à nonnullis
eius vaſſallis Terrę Procinę de anno
1656. ſub nomine Vniuerſitatis de
pluribus delictis, præſertim quòd
per vim exegerit ab ipſis nonnullas
pecuniarum quantitates, abſque
Supremorum Tribunalium licentia,
& inquiſitio formatur coram Regia
Audientià Prouinciæ Luceriæ, &
producuntur in teſtes ijdemet Vaſ-
ſalli, qui conquæruntur, ſicuti mox
indicabimus, At memoriale porre-
ctum ſubſcribitur à Io. Thoma Ric-
ciotto, & Angelo de lo Iodece ſigno
crucis *fol. 2. vol. 1.* aſſertis Electis
2 Terræ prædictæ, qui actus nullo mo-
do ſuſtinetur, vetante *Prag. 3. §. 5. ſub
tit. de Procurator.* per hæc verba, *Co-
mandamo ſimilmente, che li Sindici, &
Eletti, & altri Officiali del gouerno
d' Vniuerſità, non poſſano, nè debbano
ſcriuere ſotto nome delle loro Vniuerſi-
tà contro li detti Officiali, ne d' altri,
che prima non ſia congregata l'Vniuer-
ſità, more ſolito, & conſueto, e ſe ne fac-
cia concluſione, e deliberatione, con di-
ſtintione delli capi, che ſe li hanno da
ſcriuere contro, e conforme à detta cõ-
cluſione debbano ſcriuere, e non altri-
mente,* quibus non adimpletis actus
3 redditur nullus, Nàm clauſula, *Et
non aliàs,* eſt limitatiua voluntatis, &
præſeruatiua, *Pariſ. conſ. 10. n. 28. lib.
4. Paul. AEmil. dec. Rot. 84. n. 10. par. 3.
Flam. Pariſ. lib. 2. de reſignat. benef.*
4 *quæſt. 2. n. 19.* & habet naturam præ-
ciſam ad *tex. in l. non aliter, ff. de legat.
3. l. qui hæredi, §. vltim. ff. de condit. &
demon. Surd. conſ. 143. n. 43.* & for-
5 mam induеit, *Dec. conſ. 528. n. 11.* &
conditionem, ſecundùm *Bald. in Au-
then. Ingreſſi n. 12. C. de Sacroſ. Eccleſ.
Curt. ſen. conſ. 8. n. 12. Iaſ. conſ. 162.
n. 5. lib. 2. Boer. dec. 243. n. 11. Rebuff.
de pacif. poſſeſſ. n. 146. Rot. dec. 446. n. 5.
par. 1. diuerſor. Sac. Palat. & dec. 146.
n. 3. & dec. 153. n. 2. par. 3. lib. 2. Mart.*
de

de clausu. claus.76.n.1.& 2.Reg.Va-
lenz.consf.46.n.20.& duob.seqq.Farin.
in prax.crim.par.4.dec.10.n.5. & pe-
6 rindè operatur,ac si nihil fuisset fa-
ctum, Alex. cons.3.n.4.lib. 1.Clar.1.
Emphiteusis quæst. 13. n. 11. de quo
est tex.in l.non dubium, C.de legi. l.si-
quidem, vbi Glos. & Bal. ff. de except.
aientes per huiusmodi clausulam con-
sensum remoueri ab actu contrahen-
7 tium, seu quoquomodo disponen-
tium, & denotat abesse omninò vo-
luntatem, Alex.d.cons.3.n.5. vers. Et
licet, Theodos. de Rubeis in sing. Rot.
claus.492.n.13.& 14.

Quinimò: naturam præcisam ha-
bet, & formam inducit Boer. dec.243.
n.11.post med.Cened.sing.65.n.1. Lot-
ter.de re beneficial.lib.1.quæst.41.n.35.
Gratian.forens. cap.208.n.22. Leo in
Thesaur.for.Eccles. par.2.cap.2. n.42.
& cap.4.n.4.Antonin.variar.resol.lib.
1.resol.33.n.8.Cardin.Tusc. practicab.
conclus.lit.C. concl.311. n.4. Rot. apud
Zacch. post tractat. de oblig. Cameral.
dec.64.n.6. & dec.75.n.5.

8 Quò fit vt actus contra eam fa-
ctus sit ipso iure nullus, d. l. non du-
bium,C.de legib.l.cum lex,ff.de fideius-
sor.Glos.reputata singularis in clem.1.
verb. Pro infectis de immun. Eccles.
DD.in l.omnium,ff.de testa.& in l.om-
nes populi,ff.de iust.& iur.Abb & As-
secla in cap. cæterum de rescr. Rebuff.
alios allegans respons.36.vers.Secundo
probo, Abb.in cap. Quæ in Ecclesiarum
n.3.de constit.Anton. Gabr. lib.6. con-
clus.tit.de claus.concl.3.n.57. adducens
cap.penult.de præben.in 6. Rebuff. in
prax.par.1.tit.forma, & declaratio no-
uæ prouisionis, verb.Nos enim, Gomez.
in regu.de annal.quæst.4. vers. Nam
9 decretum, Et actus à lege pro nullo
habitus, robur, actus non habet,
etiamsi de illius nullitate non expri-
matur, l.2.C.quan.prouoc. non est ne-
cess.l.si expressim,ff. de appell. cap. licet
canon de elect.in 6. Io. Igneus in Auth.
Ex causa, C. de liber. præter. Pau. de
Castr.in l.codicillis, §. instituto n.3.ff.
de legat.2.Iacob.Puteus lib.1.dec.338.
n. 8. Maximè quando præter formam
à lege præstitutam fit, cap. cui de non
Sacerdotali,de præben.in 6.cap.quia pro-
pter de elect.l.obseruare, & l.nominatio-
num, C.de decurion.lib.10. l.fin. C. de
præd. decurion. eod. lib. Igneus loc. cit.
n.52.& in l.necessarios n.166.ff.ad Se-
natusconsf.Syllan. Staphil.de gratijs, &
expectatiuis in princ. §. quia omnis n.
22.Mantua sing.178.n.1. Gregor.Lo-
pez summæ doctrinæ vir, in l.28.tit.
11.par.5.Glos.7. Ceph. cons.24.n.59.
Rol.à Vall.cons.72.n.53.lib.3.Reg.Va-
lenz. cons.32.n.27.lib.1. Reg.Sanfel.
10 dec.51.n.38.in fin. inquiens quando
lex, siue statutum procedit prohibi-
tiuè(sicuti est casus,in quo versamur)
actus in contrarium factus redditur
nullus, quamuis non dicàtur, Car-
dos.in prax.seu Summ. Iudic. & Aduo-
cator. verb. Lex, §.27.

Adeò vt ex prædictis appareat
nullam esse habendam rationem de
quærela èxposita non seruata forma
Regiæ Prag. & ideò destructo fun-
damento quicquid est superædifica-
11 tum destrui necessè est ad tex. in l.
eum qui ædes, ff. de vsucap.

Rursùs: si testes in informatiuo
adductos inspicimus, ij nullius sunt
fidei,siquidem in causa propria de-
ponunt, dum sibiipsis violentiam il-
latam deponunt ad soluendum pe-
cunias Clienti, cap. cum nuntius, vbi
Io.Andr.& Butr.n.2. de testi. & cùm
sint eiusdem Vniuersitatis quærulan-
12 tis, singulorum vtilitatem, & com-
modum eorum depositio respicit,
ità Bart.in l. non tantum, §. Vniuersi-
tatis n.1.col.1.ff.de rer.diuis. vers. Aut
non spectat principaliter, Alex.cons.68.
n.14.lib.2. Felin. in cap.cum à nobis n.
5.in 4.fallen.in princ.& ibi Ale-.n.2.
col. 2. ad med. vers. Si verò quæritur,
Farin.in absolut.tract.de testi.quæst.60
n.495.

n.495.& seqq. post Capic. dec. 152. n. 4. & seq. qui tradit procedere etiam in ciuilibus.

13 Eoq; fortiùs: quando Vniuersitas esset parua (sicuti in thesi nostra) quę non ascendit ad numerum centum capitum familiarum; Cuius rei eã assertur ratio, quia tunc videntur testes deponere in causa propria, cùm
14 agatur de eorum interesse, & illi de ipsius corpore cadunt in nomen domesticorum, & cohabitantium, secundùm Farin. loc. cit. n. 517. Grat. de testi. n. 131. Campeg. reg. 99. in 2 fallen. vbi quod ità omnes DD. concludũt, Bellon. cons. 63. vbi de communi, Butr. d. cap. cum nuncius eod. tit. Mascar. de probat. lib. 1. concl. 295. n. 14. & lib. 3. concl. 14. n. 9. cap. in literis de testi. l. etiam, C. eod. tit. Alber. de Malet. de testi. cap. 2. n. 54. Nouell. de testi. n. 5. Felin. d. cap. in literis n. 1. quæ inhabili-
15 tas paruæ Vniuersitatis est adeò effictam, quod nec per torturam supplétur Marsil. per illum tex. in l. 1. §. præterea in princ. ff. de quæstion. cum alijs adductis per Bertaz. cons. crim. 251. n. 14. & reassumit pulchrè Guazz. discept. crim. tom. 1. cap. 10. per tot. præsertim n. 10. & notandi sunt testes fol. 71. 76 in sign. fol. 73. at. fol. 96. 97. at. fol. 80. & fol. 101. qui deponunt fuisse per vim coactos ad soluendũ pecunias, & sic inficiari non potest in causa propria deposuisse.

16 Præterquamquod: quando testes omni fide digni reputarentur, nequidem probant violentiam assertam, quæ in specie probari debet cum sit facti ad tex. in l. bello, §. facta, ff. de captiu. & postlim. reuers. Farin. post multos, in 2 par. fragmentor. lit. M. n. 167. Sard. cons. 429. n. 47. Verall. dec. 221. n. 1 par. 2. Mantic. dec. 142. n. 2. eò magis, quia violentia cadit in delictum, pro cuius exclusione lex semper prę-
17 sumit, l. meritò, ff. pro soc. Alciat. de præsum. reg. 3. præs. 7. n. 1. Menoch. lib. 3. præs. 126. n. 2. & 3.

18 Nec depositio de minis illatis tantillum suffragatur, cùm necessè sit probare minantem consueuisse minas ad effectum perducere, sicutì post Ruin. tradit Natt. cons. 42. n. 2. Carer. post Marsil. & Affl. in prax. tract. 2. de indit. §. Duodecimum inditium
19 n. 1. in fin. vers. Cum sit necesse metum probari in specie, non in genere, & docuit ante ipsos Glos. in l. interpositas, verb. Nec tamen, C. de trans. Farin. loc. cit. n. 168. vndè Poeta cecinit

Sæpè minas faciunt homines, qui magna minantur.

Et in facto constat per plura parlamenta Vniuersitatem spontè sua se congregasse absq; vlla violentia, sicuti videre est fol. 13. 15. & 17. & fol. 23. ad 46. præsertim fol. 24. quodque notatu dignum est, discrepantes Ciues sunt descripti, fol. 18. in sign. vol. 1.

Quin amplius: in memoriali porrecto pro parte Vniuersitatis in Regia Audientia fol. 1. asseritur tempore plebicularium commotionum per vim eripuisse Ciues ipsius magnam frumenti quantitatem propria authoritate ex horreis Principis eorum vtilis Domini, licèt falsò adstruant esse creditores illius; dum nullibi de tali efficto credito quic-
20 quam deduxerint, ex quo manifestè conuincuntur odiosi, & inimici, idcircoq; nullam fidem faciunt ad tex. in cap. fiunt 4 quæst. 2. §. item testium, & l. quoties, C. de testi. Nepos à Monte Albano de testi. n. 137. l. 1. §. præterea, & ibi Marsil. ff. de quæstion. Natt. cons. 412. n. 24. Butr. in cap. quoties n. 5. & 8. de testi.

Deueniamus modò ad capita inquisitionis specificè,

Et primo inquiritur de morte Iosephi de Muro villici, Custodis Porcorum de mense Decembris 1650. quatenus deambulante Principe per eius Territoria cum nonnullis, ipsũ al-

alligari iusserit, & secum ad Palatiũ habitationis duci, vbi spoliari iussit, & verberibus fustigari à Nicolao Octaiano suo Rationale, quodq; ipsemet Princeps illum fustigauerit, ac calcaribus, quos in pedibus habebat reuersus à Campanea, pluribus affecerit ictibus, adeòquod diem suum ità percussus, & fustigatus clauserit extremum, & ab eius famulis nocte eadem sepeliri iniunxerit.

Videamus quomodo probetur eiusmodi homicidium? Et sanè duo testes deponunt, quorum alter Sebastianus de Pietro Iacouo *fol. 28. lit. A. vol. 1.* examinatus die 15. Septembris 1651. asserit se esse Camerlingum Terræ (quod idẽ est ac Birruarius) deponit circa finem Mensis Decembris 1650. Principem secum duxisse duos Custodes Porcorum, nempè Marchillum de Genua, & Ioseph de Muro de Ischitella, qui ductus in Camera Palatij secum adstabant dictus Nicolaus Octaianus, Frãciscus Antonius Latronca, & Franciscus de Petrutijs, quodq; testis ipse ascendit Cameram, vbi Princeps degebat ad finem sciendi, quod vinum intendebat bibere illo sero, quodq; agnoscens Princeps morti proximum præfatum Ioseph, testi iniunxerit pro accersendo Religioso Ordinis S. Francisci ad finem præstãdi Sacramenta, quo adducto illa explere nequiuerit, eò quod amplius loqui non potuerit, & iam decubuerat, subdens quod Princeps illi imperauit, ne de negotio cum quopiã alloqueretur, deponens quoq; quod reuerso de mane sequenti, interrogauit prẹfatos Frãciscum Latronca, & Frãciscum de Petrutijs, quid actũ fuerit de dicto Iosepho, qui responsum dederunt Quid ad te? quodq; ille suum præbet Iudicium eadem nocte fuisse de ordine ipsius Principis sepulturę traditum, vel in aliquo puteo eiectum.

21 Repellitur hic Testis in primis ex sua conditione, quæ maximè spectãda est in testibus, ad *tex. in l. testium dignitas 3. ff. de testi.* vbi *Glos.* firmat versiculos in verb. *Inimicitia.*

Conditio, sexus, ætas, discretio, fama,
Et fortuna, fides, in testibus ista requires,

22 cum sit Birruarius, cuius fides parùm attenditur si *Bald.* credimus *in l. fin. 8. quæst. n. 47. C. de Edict. Diu. Adrian. toll. Bero. cons. 84. n. 1. Ang. in l. sciendum, C. de vsur. Gram. vot. 21. n. 1. Iul. Clar. in prax. crim. quæst. 7.* vers. *Habes igitur in fin.* ex multis *Farin. cons. 116. n. 2. lib. 1. & de testi. quæst. 56. art. 9. n. 330. & seq. tit. de oppos. contr. test.* inquiens, ideò fidem prosterni, quia Birruarius, punctuatim *Illust. D. Præs. March. Ramon. in 1. forẽs. cap. 66. n. 12.* inquiens post *Bald.* Birruarios, seu Satellites esse personas viles, & communiter infames reputari, omniq; vitiorum macula aspersos, ideoque in iudicijs non admitti ad testificandum, benè *Vermigl. cons. crim. 114. n. 1.* post *Boss. tit. de denunt. n. 12.* vbi quod hæc cõclusio nullam apud ipsum habet dubitationẽ, licèt quotidiè multi ex dictis Satellitum indubiè vexentur, & facit *D. de Franch. dec. 379.* quam sectatur *Reg. Sanfel. dec. 98. par. 1.* pluribus alijs à *Me* congestis *Respon. 16. n. 47.*

23 Itidem refellitur depositio Birruarij, quia adhibet in testes Franciscũ Antonium Latronca, & Franciscum de Petrutijs, qui non examinantur, & asserit fuisse captum de ordine Principis alium Custodem Porcorũ, nomine Marchillum de Genua, de quo nulla fit mentio, quid de eo actum fuerit, nec in testem adducitur, & examinari debuissent in contestes vocati, vt veritas elucesceret, sicuti tradit *Escob. de purit. & nobil.* pro-

proban.par.1.quæſt.6.§.4.rubr.de examin.teſt. n.6.& 71. eò magis, quia nullam adducit Fiſcus probationẽ, quare ij in conteſtes vocati, examinati non fuerint, ſiue ob eorum ſubſequutum obitum, abſentiam, vel impedimentum ab Inquiſito præſtitum.

Vlteriùs: quomodò eſt veriſimile de patrato hoc facinore tam publicè, & palàm vt prætenditur, coram quatuor hominibus, Vaſſallos dicti Principis, qui quærelas contra ipsũ detulerunt, ſilentio obruiſſe? & querimonias ad cælum vſq; non extuliſſe? vt indè pateat ex inueriſimili-
24 tudine rei, nullam illi eſſe adhibendam fidem, vti ſuſpectum de falſo, & pro nihilo reputandum, *Abb. in cap. quia veriſimile vltim. notab. de præſum. Affl.dec.345. n.2.* alijq; congeſti *à Scacc.in 2.tom. de iudit. cauſar. ciuil.& crim.cap.11. n.66.* verſ. *Ratio rationis, Ludon. Carer. in prax. crimi tit.de indiitijs, cap.*Incip.*Viſo ergo n.5.* vbi pluribus adductis *conſilijs Marſilij*, tradit teſtibus non deponentibus veriſimilia, nõ eſſe credendum, imò
25 ſuſpectos eſſe de falſo, ideòq; iuramentum ſuppletorium deferri non poſſe, ex doctrina *Hipol.de Marſil.in rubr.C.de probat.Gram.* plenè *vot.14. & 22.* vndè in caſu ſuo exclamantẽ obſeruamus, *Cuius enim rectè ſentientis iudicium comprobaret, aut veriſimile eſſe poſſe affirmaret?* cecinit ad propoſitum *Bal. in l.1. & in l. quicumq; C.de ſeru.fugitiu. Id quod diſtat à veriſimili eſſe falſitatis imaginem*, vndè
26 docet Iudicem fidem ſuam accomodare non debere teſtibus inueriſimile deponentibus, *Inno.in cap. auditis de præſcr.*& poſt *Anchar.conſ.277.*aduertit *Gram. dec.28. n.2. Egoipſe Reſponſ.11. n.5.* quibus addo *Bart. in l. 1.C.de ſeru.fugitiu.*per *tex.in l.qui habebat 101.ff.de legat.3.* vbi *Bal. col.3. cap. quia veriſimile 10. de præſum.* ibique communiter *DD. Tiraq. in l. ſi vnquam in princ. n.40. C.de reuoc. donat-Surd.de alim.tit.8.quæſt. 12. n.24. Maſcar. de probat. concl.740. n.35. & concl.1364.n.4. Menoch.de arbitr.lib. 2.caſ.85.& conſ.1.n.259.iõſ.2.n.300. conſ.28.n.25. conſ.148. n.11. & conſ. 199.n.12.Grau.conſ.61.n.9. Socc.conſ. 149. n.8. lib. 1. Cardin. Seraph. dec. 1211.n.3. Reg.Valenz.* qui plures de more cumulat *conſ. 97. n.2. lib.1. & conſ.92.n.211.*iterum *Grau.conſ.134. n.137.& conſ.171.n.6.* vbi quod credi non debet, *Barboſ.Epiſcopus axiom. 213.per tot.pag.139. & loco 121. pag. 357.* eximius *Eſcob. de purit. & nobil. proban. par. 2. quæſt. 19. §. 11. n.1.* verſ. *Et quod veriſimile non eſt*, & §. *12.ex n.9.& 27.*

Alter teſtis, qui pro Fiſco adducitur eſt Ioſeph Ambroſinus *fol. 51. at.2.vol.* ſtabularius Principis, qui vt paruiſiat, parùm elaborandum no-
27 bis eſt, Siquidem non eſt repetitus, nec parte citata examinatus, ad *tex. in cap.extra de teſti.* vbi *Gloſ.* in verb. *Admonendus lit.L.* & in verb. *Contra legem lit.K.l. ſi quando, §. cum oportet in fin.* ibi, *Si per executores admoniti*, & ibi *Gloſ.* in verb. *Induerent lit. N. Bal.n.2. ante med.* in verb. *Admoniti, Alber. n. 5. Salic. n.2. Crot.de teſti. n. 245.& n.254.Lanfran. de teſti. n.13. Rom.ſing.369.n.1. Gabr.comm.cõcluſ. lib.2.tit.de citation.concl.1.n.105. Rot. diuerſ.par.3.dec.189.n.3. Cacher.conſ. 64.n.22.Maſcar. de probat. lib.1.in præfat.quæſt.5.n.36. & n.85. & lib.2. concl.682. n.1.* vbi de communi, *Farin.de teſti. tit. de oppoſit. contr. exam. teſt.quæſt.72.n.1. D.Praſ.Merlin. cap. 42.centur.1. Reg.Sanfel. dec.97. n.13. & dec.238.par.2. n.2.*

Remanet igitur probatio in vno teſte Birruario, qui etſi integræ eſſet
28 fidei, vti vnicus non probat, *cap. licet vniuerſis, cap.veniens, cap. iureiurando,& cap.in omni negotio de teſti. l. iu-*

iurisiurandi, C.eod. *Spec.in tit.de teste*, *§.restat*, *n.7.Rom.sing.*622. incip. *Dictū vnius*, *Feder. Schenk de testi. n.*56. *Nell.eod.tract.n.*85. *Crot n.*208. *Abb. in cap. cum dilectus n.* 4. *de success. ab intest.* qui loquitur tam in prophanis, quàm in spiritualibus, *Bertaz. cons.*235. *n.*16. *cons.*349. *n.*5. *& cons.* 491.*n.*10. *Decian.cons.*91. *n.*2. *lib.*2. *Couarr.practicar.quastion.cap.*33.*n.*3. vers.*His accedit*, *Tiraq.in tract.de reb. exig. in princ.* vers. *Secunda ratio est*, *Menoch. de arbitr.lib.*2. *cas.*99. *n.*19. *Monticell.in suo repertor.testium*, *rubr. Impugnatio testis*, *quia vnicus pag.*186 *col.* 1.*vers.*1. celeberrimus Consultus *Farin.de testi.quest.*63.*cap.*1. *n.*1. vbi *in princ.* ait omnium in ore esse, quod
29 *dictum vnius*, *dictum nullius*, & *n.* 2. extendit conclusionem prædictam procedere nedum de iure canonico, & ciuili, verùm etiam de iure diuino per *tex.in cap.fin.*35.*quast.*6. *& in cap.admonere*, ibi, *Quoniam nec Euangelica, nec vlla diuina, humanaq; lex, vnius testimonio, etiam idoneo quempiā condemnat, vel iustificat*, 33.*quast.*5.& de iure diuino, *In ore duorum, vel trium stat omne verbū*, *Deuteron. cap.* 17.*&* 19.*& in Euangel. Matth.* 18. *& Paul.* 1. *ad Corinth. cap.* 13. *& d. cap. Deuteron.* 17. subiungitur, *Nemo occidatur vno contra eum, testimonium dicente*, etiamsi testis dignus sit, aut in dignitate positus, secundùm *Abb. in cap.cum à nobis n.*1.vers.*Nota pulchrum textum*, *Tiraq.loc.cit.* vbi tradit ex *Valer. Maximo lib.* 4. *cap.* 1. quod cum *Q. Sceuola* vir excellentissimus testis in reum productus testimoniū dixisset, discedens adiecit, *Ita sibi credi oportere, si & alij idem asseuerassent, quoniam vnius testimonia credere pessimi esset exempli*, *Couarr.d.cap.* 33.*n.*3.vers.*His accedit*, *Petra de fideicom quast.*12.*n.*69. *in fin.* vers. *Quod tamen non puto verum*, *Farin. d.quest.* 63 *cap.* 1. *n.* 6. vers. *Non per hoc*, inquiens nunquam discessurum in iudicando ab hac opinione, quæ vti
31 æquior, tutior etiam videtur, præsertim vbi de tertij præiudicio agitur, & *n.*7.*in* 4.*ampliat.* multo magis in criminalibus, in quibus cùm de periculo vitæ, famæ, ac fortunarum tractetur, ad *tex. in l.fin. C. de quastion.* cum alijs relatis per *Alex. cons.* 89. *n.*5. *& seq. lib.*2. hoc ideò nimis absonum esset, inauditū reum ex vnico teste condemnare, quibus (*Farinacio* non adducto) ex
32 pluribus se subscribit *Giurb.cons.*90. *n.* 20. etiamsi Princeps in contrariū, statuat, & exornat *Farin. loc.cit.n.*8. *in* 5.*Ampliat.D.Amaya in l. instar*, *C. de iur. Fisc.lib.*10.*n.*17. post *Farin.& Donnell.lib.*25.*Commentar.cap.*24. *& cap.*10.*& in l.iurisiurandi*, *C.de testi.*

Et attentè in casu nostro est considerandum, quod causa quæ adducitur ad suadendum homicidiū prædictum, est furtum duorum Suum, quæ quidem proportionata non videtur ad eiusmodi delictum patrandum, vndè pro exclusione ipsius est
33 decernendum, secundùm *Bal.in cap.* 1. post *Glos.de confess.* vbi quod Iudex omninò perquirere debet causam offensionis, *Gram. vot.*3. *n.*7. *Crau. cons.*75.*n.*17.*in fin. Io. Mar. Vermigl. cons.crim.* 15.*n.*6.

Cætera alia imputata facinora, ad capita ciuilia reducuntur, sicuti in facti nota fusiori exarauimus calamo, ideò non insistimus, cùm omninò absoluendum Clientem Nobilē putamus, cui satis in pœnam vertere debet longa ipsius detentiō in
34 Castro nouo, vti monet Consultus in *l. si diutino*, *ff. de pæn.*

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 4. Aprilis 1654.

Causa

CAuſa adhuc indeciſa permanet, *Ego* etenim paucorum dierum interſtitio poſt exaratum Reſponſum ad Iudicandi munus (iubente Excellentiſsimo Domino Regni Prorege) fui accerſitus, contigitq; vt dum idem Excellentiſs. Dominus mihi iniunxerit, vt in cauſa prædicta, in Iuncta, vti vnus ex votantibus interuenirem, me excuſaui, eò quod Aduocati onus ſuſtinuerim.

Penès Scribam Fiſcalem *Curtium*.

SVMMARIVM.

1 AVthor, *& Collega Aduocati fuerūt aſſumpti ad Iudicatus Magnæ Curię ex placito Excellentiſſimi Comitis Caſtrilli.*

2 *Rogare Ducum, eſt ſpecies violenta iubendi.*

3 *Officiales temporales non admittuntur ad exercitium, ni prius examini ſubijciantur virtute Regiæ Pragmaticæ.*

4 *Aduocati eorum authoritatem illæſam conſeruare tenentur.*

5 Pragmaticæ 23. de Official. & quæ ijs prohibent, *verba recenſentur.*

6 *Verba in proemio appoſita oſtendunt cauſam finalem diſponentis.*

7 *Proemij verba regulant vniuerſam diſpoſitionem.*

8 *Examen fuit introductum in iuuenibus inexpertis.*

9 *Officiales examinantur tam circa ius, quàm circa praxim.*

10 *Experientia dicitur rerum Magiſtra.*

11 *Experientia eſt ſicut lapis, quo aurum probatur.*

12 *Theorica abſq; praxi dicitur res inert.*

13 *Limitata diſpoſitio, limitatos ſuos terminos non egreditur.*

14 *Inconuenientia reſultant ex aſſumptione iuuenum inexpertorum ad officia.*

15 *Statuentes ſi qua reformant, cętera confirmant.*

16 *Electus à Principe ad munus iudicandi, non debet examini ſubijci, tanquam ab ipſo approbatus.*

17 *Examinari non debet, qui eſt notoriè literatus, & habilis.*

18 *Peritus notoriè, poteſt doctorari ſine examine.*

19 *Demonſtratio fruſtrà fit rei demonſtratæ.*

20 *Omnia noſtra facimus, quibus noſtra impertitur authoritas.*

21 *Exemplis non eſt iudicandum.*

22 *Princeps non adstringitur quominus possit aliter, atq; aliter, & iustitia sua ferit, iudicare.*

23 *Scriptores librorum non sunt examini subijciendi, quia videntur approbati.*

24 D. Nouarius *non fuit examinatus ante assumptionem ad officia, ex quo plures ediderat libros.*

25 D. Donatus Anton. de Marinis *laudatur.*

26 D. Donati Antonij de Marinis, & Authoris *opera quotidiè allegantur ad decisiones causarum.*

27 DD. *qui libros ediderunt, sunt quasi radia Solis.*

28 *Scriptores librorum, veluti luminaria in Orbe, splendere dicuntur.*

29 D. Iulius Cæsar Galluppus, *non fuit examinatus ante assumptionem ad Officium Auditoris Fogię, ex quo libros ediderat.*

30 *Scriptores librorum omni æuo à Principibus sunt in honore habiti.*

31 *Doctis viris pręmia, & honores conferri consueuerunt.*

32 *Scriptores collaudati fuerunt à multis.*

33 *Aduocati ex defensione, & peroratione causarum videntur quotidiè examini se subiecisse.*

34 *Approbatiõ à Collaterali Consilio, non subijciuntur examini.*

ARGVMENTVM.

Author, alijq; Causarum Patroni Collegæ assumpti, iussu Excell. D. Proregis Comitis Castrilli ad IudicatusMagn. Curiæ Vicariæ munera subeũda, non teneri examini sese subijcęre, virtute *Regiæ Prag.* 23. *de Official. & quæ ijs prohibent.* Nam prædictæ Pragmaticæ dispositio eos non compręhendit, sed tantùm iuuenes inexpertos theori, & praxi parum versatos, tum verbis ipsius attentis, cùm mente disponentis. Eòq; fortiùs si electus ad Officium libros legalis scientiæ typis ediderit, Nam videtur à iure approbatus, ad quorum comprobationem, exempla referuntur, aliaq; non iniucunda indicantur.

SVP-

SVPPLEX
Legalis Libellus
Ad Excellentiss. Regni
DOMINVM PROREGEM
PRO

Causarum Patronis electis ab eodem Excellentiss. Domino ad Iudicatus munus Magnæ Curię Vicariæ exercendum assumptis, Examini minimè subijciendis, ex pluribus.

RESPONSVM XXX.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 CVM *Ego*, alijque Mei Collegæ D D. Erasmus de Ponte, Franciscus Roccus,& Donatus Antonius de Marinis (*Me* herclè doctiores, & præstantiores) plurium annorum curriculo Supremorum Regni Tribunalium subsellia vti Causarum Patroni (nec sine nomine) fuerimus insectati, ac in forensi puluere versati, noctes duxerimus insomnes,nō aliò tendentes, quàm Clientibus nostram operam præstare, omnesque peritiæ nostræ conatus ostendere, atq; omnem animi, ingenijq; vigorem ad cor, in hanc vnam pugnam intēti collegerimus,satis nostra for-

2 te contenti, iussu, siue rogatu, iuxtà illud

Est rogare Ducum species violenta iubendi,

Excellentissimi, ac nunquam satis laudati Comitis de Castrillo Regni clauum sustinentis, cuius prudentię, ac virtuti totius Gubernij moles, salusq; ab Inuictissimo nostro Rege demandata est,ad Iudicatus Magnę Curię Vicarię,tum in Criminalibus, cùm in Ciuilibus spontè sua fuimus assumpti,Cumq; tanti Principis iussibus parere totis moliremur viribus, eiq; grates referremus, eo quod supra meritum Nos attollentes,in Senatorium constituerit ordinem, expedito (vti moris est) per eundem Excellentiss. Dominum Proregem diplomate directo Illust Regni Secretario,vt patentes nobis consignaret literas à Proceribus Supremi Collateralis Consil.subscribēdas,iuxtà formam hactenus consuetam, ad hoc vt possessionem adipisci valeremus, innotuit nōnullos ex Dñis Re-

3 gētib.insinuasse Nos esse priùs examini subijciēdos,extante de hoc Pragmatica Regni sanctione in Codice Pragmaticarum situata sub *tit.de Official.& quæ ijs prohiben.prag.*23.adamussim de Iudicibus Magnæ Curiæ loquente.

Qua de re, vt meorum Collegarum, mihiq; communiq; existimationi consulerem,è re putaui supplici hoc libello,quem ad eundem Excellentissimum Dominum dirigimus vti Nostrum Mecenatem,breui verborum eloquio insinuare, insimulq; deprecari, nostram sustineat aleam, & æqui boniq; ferat (sicuti toto corde exoramus) nostram defensionem, omni iure nobis debitam, nedùm tueri, verùm etiam ex magnitudine sui animi etiam extollere; dùm ab ipso Magistratus recognoscimus, existimationemq; nostram depende-

re

re agnoscimus, eòq; fortiùs permit-
4 tat Aduocationis dignitatem in ea conseruare Authoritate, in qua nostri prædecessores tenuerunt, eamq; intactam, & illæsam ad nostros successores sub eius auspicijs transmittere valeamus.

5 Primum quod constituimus nostræ defensionis fundamentum, in eo consistit, vt verba proemialia allegatæ Pragmaticæ expendamus, quæ sunt. Y *por que despues acà se ha reparado, en que muchas vezes se nombran para Iuezes de la Gran Corte de la Vicaria, Auditores de Prouincias, y para Iuezes de los Gobernadores de Tierras demaniales, y otros officios de administracion de Iustiçia, hombres moços sin esperiençia, y sin haber platicado en los Tribunales d' essa Ciudad, ni ser aprobados, en el Consejo Colateral, &c.*

6 Quæ sanè verba vti in proemio apposita ostendunt causam finalem Regis disponentis, ad *tex. peculiarem in l. fin. ff. de hared. inst.* vbi *Bal. Paul. de Castr. cons. 2. n. 6. lib. 1. Rom. cons. 180. n. 6.* vers. *Ad quod ostēdendum Gomez. in regu. de annal. quæst. 5. n. 1. & 2. Rol. à Vall. cons. 49 n. 43. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 5. n. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 2. n. 1. & per tot. Gonzal. ad regu. 8. Cancellar. §. 7. proemial. n. 122. & 192.* vbi tradit ex
7 proemio totam dispositionem regulari, *Reg. Valēz. cons. 71. n. 84.* Et adeò clara sunt, vt non respexerint nisi ad
8 illos iuuenes inexpertos, qui Tribunalium subsellia, nequidem quoad limites attigerunt, vt nihil clariùs? Est etenim statutum, vt designati ad
9 Officia gerenda, examini subijciantur tam circa ius, quàm circa praxim, quam callere debent, *l. 1. §. Sed cum, C. de Iustinian. Codic. confirm. & Instit. in proem. §. Cumq;* vers. *Quorum omnium, l. 2. C. de vsucap. pro emptor. Glos. in cap. 1. in fin. de consang. & affinit. Alber. in* Dictionar. verb. *Argumentum col. 7. Bal. in l. AEmilius, ff. de minor. Redin. de Maiest. Princip.* vers. *Sed etiam legibus n. 59. cum seq. Auil. in cap. 4. Prætor.* verb. *Que les diere n. 11. Segur. in Direct. Iudic. par. 1. cap. 4. pag. 16. Ias. in rubr. n. 2. C. Vt nemin. fin. Iudic. adest lex Regia 3. tit. 4. par. 2.* ibi, *Por su saber l. 18. tit. 9. par. 2. l. 10. tit. 5. lib. 3. l. 7. tit. 9. lib. 3. Recopil.* quorum memor fuit insignis *Bouadill. in Polit. lib. 1. cap. 6. De la çienca del Corregidor n. 28. lit. H. Viu. dec. 270.* nam ex theo-
10 rica, quæ resultat ex scientia, exoritur prudentia, ex practica autem promanat experientia cunctarum rerum magistra, *cap. quam sit de elect.* & verus intellectus à practica sumitur secundum *Bald. in rubr. n. 2. de feu. sin. culp. non amitt. l. illud per tex.* ibi, *ff. de excus. tutor. Ang. cons. 100.* incip.
11 *Sanctissima col. 4.* inquiens experientiam esse sicut lapidem, quo aurum probatur, *Simanc. de Repub. lib. 5. cap. 11. pag. 258. Segur. in Director. Iudic. 1. par. cap. 4. pag. 18. Didac. Perez in Proem. tit. 3. lib. 2. ord. n. col. 342.* verb. Y *han, & col. 441.* verb. *Hombres, & col. 699.* verb. *Hombres Pinel. in l. 2. par. 2. C. de resc. vend.* vbi ait theori-
12 cam absq; practica, rem esse inertem; *Mierez. de Maiorat. 4. par. quæst. 1. n. 7. Auil. loc. cit. n. 10. Paz in princ. cap. 1. tom. 1. par. 1. tempor. n. 62. & seq. pag. 25.* & obseruat *Nouar. in Collectan. sup prag prædicta n. 2.*

Quò fit vt de Nobis non Tyronibus, sed veteranis assiduo vsu, quasi lydio lapide, & theori, & praxi versatis, Pragmatica verbum quidem non protulerit, & sic voluntas Regis nostri Serenissimi ex eius verbis haud obscurè deprehenditur ad *tex. in l. is qui, ff. de tutor. & curator. datis ab his, l. de his, ff. de transf. Andr. de Iser. in cap. 1.* vers. *Et bona coniectura col. 5. quæ sunt regal. & in cap. 2. col. 3. de vassall. decrepit. ætat. Io. Vinc. Ann. alleg. 27. n. 15 & seqq.*

Hisq;

13 Hiſq; copias præſtat auxiliares vulgatum illud theorema, quod limitata diſpoſitio, non egreditur limitatos ſuos terminos, *l. ſi domus, ff. de ſeruit. vrbanor. prædior. l. ſi de certa, C. de tranſ. Alex. conſ. 7. n. 15. vol. 7.* iuncto *tex. in l. in agris, ff. de acquir. rer. dom. l. alumnæ, §. qui filias ex diſparibus, ff. de alim. legat. l. militis codicillis, §. miles Caſtrenſiam, ff. de teſtam. milit. l. Tribunus § fin. eod. tit.* quæ iura ad id magiſtraliter (de more) expendit *Reg. Valenz. conſ. 71. n. 92.* & dùm de inexpertis loquuta eſt Pragmatica, Nos non compræhendere nemo negabit.

Eòq; magis: ſi verba Pragmaticæ diſpoſitiua attendamus ibi, *Hà parecido para preuenir los enconuenientes, que de lo referido pueden reſultar*, Et ſatis eſt in propatulo, quod inconue-
14 niẽtia reſultare poterunt ex aſſumptione ad officia iuuenum inexpertorum, theorim, & praxim minimè callentium, non autem Noſtratum, qui diù, noctuq; inter Leonem, & Caniculam, Hybernialiaq; tempora defatigati, vtriſq; incubuimus, vt re-
15 ctè ſedeat theſis approbata, quod ſtatuentes ſi quæ reformant, cætera confirmant, aiente *Bal. in l. noſtram n. 2.* verſ. *Nota quod iſte, C. de teſta. Iaſ. in l. nummis n. 13. ff. de in lit. iur. & in l. fin. n. 10. ff. quod quiſq; iur. Caſſan. conſ. 13. n. 8.* & benè notandum dicit *Felin. in cap. nonnè n. 1. de præſum. & in cap. ſuper literis n. 9. in fin.* verſ. *Similiter de reſcr.*

Et quatenus (ambas daremus manus) Pragmaticam toties recenſitam generaliter eſſe intelligendam, itaut omnes includeret, doctos pariter, & indoctos, Tyrones, & veteranos, adhuc aſſerimus, quod dum Excellentiſs. Prorex ea qua præſtat rerum, & Noſtratum notitia, vti habiles ad
16 iudicandi munus ſe legit, examini ſubijci non debemus, *textus* ad hoc profero, qui non recipiunt cauillum, in *cap. qui Epiſcopus*, iuncta *Gloſ. 2 diſt. 23. cap. nullus 24. diſt.* & ibi *Gloſ. vnic. Felin. in cap. fin. n. 28.* multis congeſtis *de præſum. Dec. per tex.* ibi, *in cap. conſtitutis 46 n. 2 notab. 4. de appell. Lamberten. de iur. patronat. par. 1. quæſt. fin. art. 3. n. 1. Greg. Lopez in l. 15. tit. 16. par. 1. Gloſ. 1.* abundè *Mandoſ. in regu. 24. de malè promotis quæſt. 3. n. 4. cum plurib. ſeqq.* quibus innixus *Epiſcop. Ricc. dec. Cur. Archiepiſcop. 139. n. 1. & dec. 140. n. 3.* eam deduxit con-
17 cluſionem, quod examinari non debet, qui eſt notoriè literatus, & habilis, *Franc. Marc. dec. 468. n. 2. in fin.* quod etiam comprobat *Anton. Scapp. de iur. non ſcript. lib. 5. cap. 112. n. 4.* di-
18 cens, quod notoriè peritus, poteſt doctorari ſine examine.

Et propriùs in terminis Pragmaticæ tradit benè doctus *Nouar.* (quẽ collaudãt quamplura ſui ingenij typis edita monumenta) in *Collectan.* ad ipſam *n. 4.* verſ. *Signabis tamen*, quod licèt examen eſſet de forma, ſi conſtet de habilitate examinandi, etiam remittendo examen, dicitur approbatus, ea nempè ratione, quia
19 rei demonſtratæ, fruſtrà fit demonſtratio, qualitas etenim perſonarum, leges variare facere debet, ad dicta per *Affl. dec. 13.*

Cui etenim non ſit obuium Excellentiſs. noſtrum Proregem ex informatione habita noſtrę ſufficiẽtię Nos ad ius reddẽdũ in hoc Regno, deſtinaſſe, & ſic ipſe Nos approbauit, verò exiſtente theoremate, quod
20 omnia noſtra facimus, quibus noſtra impartitur authoritas, *l. 1. C. de veter. iur. enucl.* vndè omnis euerruncandus venit ſcrupulus, attento maximè quod perplures Iudices Magnæ Curiæ examini ſe non ſubiecerunt, parùm refragantibus exemplis de Iudicibus, qui aliàs examinati fuerunt, nam exemplis non eſt iu-

di-

21 dicādum ad *tex. in l.nemo C.de sētēt. & interl.omn.Iud.l.sed licet, ff.de offic. Præsid.Abb.in cap.personas n.2.de testi. l.14. tit.22.par.3.* vbi *Gregor. Lopez glos.2.*& *in glos.1.in med.in l.14. tit.1. par.1. Bened.à Plumbin. in l. an apud,*
22 *ff.de manum.vind.* Nec Princeps adstringitur, quo minus possit, aliter, atq; aliter vt iustitia suaserit, iudicare vt inquit *Afft.dec.383.n.8.* & probat *tex.in cap.licet de spons. duor. Ferrer.par.3. obseruantiar. cap.361.* vers. *Sciendum, Alber. in dictionar.* verb. *Curia Romana, Gomez. ad regu. Cancellar.de trienn.possess. quæst.53. Cæsar de Graff.dec.Rot.67.n.10* facit *tex. in cap.cum ex literis de in integr.restit. l. iure nostro,ff.de testam. tutel. l.quāuis, ff.de reb.cor.Menoch.de præsumpt.lib.1. quæst.1.n.21.& seq.*

Hęc tangunt omnes, fortunamq; communem Nos sequi, par est, dum ab eodem Domino Regni Moderatore, eodem tempore, ad eadem penè munera, ab ijsdem extracti Tribunalibus, vt illi inseruiamus, toto
23 corde addicti sumus. Verùm pro ijs, qui libros typis ediderunt, Pragmaticam minimè operari, vt examini subijciantur, audiamus *D.Nouariū in 1.tom. de Grauam. vassallor. Grauam. 191.n.3.* per hæc verba loquentem, ex quibus nedum quid iuris, verùm etiam, quid in facto obseruatum fuerit, luce meridiana clariùs elucescet,
24 *Quamuis* (inquit *Nouar.*) *de mandato Excellentissimi Ducis de Alcalà paulò post promulgationem dictę Pragmaticæ fuerim Ego admissus ad exercendum officium Auditoratus in Prouincijs Capitanatæ, Apuleæ, & Comitatus Molisij, absq; vllo examine, non obstante quod esset tunc temporis in maiori rigida obseruantia prælibata Pragmatica, fateor me tanto Principi debere, quod pręter meritum, maximoperè honorare dignatus est, Priuilegiare vtiq; voluit, quia satis constabat Excellentissimo Domino, Me per plures in legali scientia edidisse libros, & habilitatem ostendisse, & qui libros, ad communem vtilitatem (receptos tamen, & vtiles) promulgarunt, facilè mereantur dispositionem Pragmaticæ ad instar Doctorum eminentis sciētiæ, qui merentur dispensationem legū, Canonum, & statutorum.* Hæc *Nouar.* qui ad id probandum allegat *Leuxand.in tract.de priuil. Doctor. par.2. n.3.* pet *tex.in l. sed & reprobari, §. amplius n.4. ff. de excus.tutor. Luc. de priuileg.Scholar.priuil.84. per tex.in l. ad bestias, ff.de pæn. Intrigl. sing. 96. n.10. lib.2.*

25 Quare igitur Collega meus doctissimus *Donatus Antonius de Marinis*, & *Ego*, qui plura husq;modo legalia edidimus volumina ad praxim, & theorim Tribunalium satis collimantia, quæq; (*absit iactantia*)
26 toto penè Europæ ambitu fuerunt recepta, & in dies in Regni Tribunalibus tum superioribus, cùm inferioribus allegantur ad decisionem causarum, & modò plura alia edenda paramus volumina examini subijci debemus?

Et cur potiùs *Nouarij* vices sustinere in spem non ducimur, qui Authorante sibi Excellentissimo Alcalanorum Duce, dum Prouinciæ vti Auditor fuit destinatus, & Tribunalium praxi minimè vacauit, ab onere examinis fuit exemptus; quādo Excellentiss. noster Regni Prorex à *Nouario* non absimiles Nos agnoscit, imò quatenus forensi puluere versati sumus aliquantulum priuilegiatiores, adeò quod protinùs ab onere hoc examinandi immunes euadamus. Sunt enim *DD.* qui libros edi-
27 derunt quasi tadia Solis, *cap. multi de pænit. dist.2.* & velut luminaria in
28 Orbe splendere dicuntur, *cap. 1. de reliq.& venerat.Sanctor.cap.super specula de Magistr. Gabr. Sayr. in Annotat.ad Matthes.sing.59. n.4. cap.multi dist.*

dist.2.§.siquis omnem 1.quæst.7. Rom. in sermone habito in Consil. Basilee n. 25.& seq. Reg. Valenz. cons.34. n.62. lib. 1. non tamen silentio obruentes;
29 quod in simili *D.Iulius Cesar Gallupp.* qui typis libros ediderat, dum Auditor apud Fogiam fuisset destinatus, dum de examine impetebatur, allegando libros edidisse, fuit pariter exemptus, ex quo Scriptores
30 omni æuo à Principibus in honore habiti, ingentemq; curam adhibuerunt ad eorum ingenia alenda, ac fouenda, dignisq; adaugere præmijs fategerunt, vndè laudata extitit Sigismundi Imperatoris digna vox, *Ego illos amo, quos Natura alijs an testari voluit*, hinc refertur de Gratia-
31 no de Constātino patre quando doctis viris præmia, & honores conferebat solitum dicere, *Solui quod debui; & adhuc debeo quod solui*, & pulchrè de laudibus Scriptorum ceci-
32 nit *Carol.Scriban.in tract. de institut. Politic.Christian. lib.*1. *cap.*14. *in fin.* quem collaudans, extollit *D. Larr. allegation.fiscal. lib.*2. *alleg.*118. *n.*23. vers. *Deniq; circa med. & Anton. Bullaus in Epistol.ad Christophor. Cros. in tract.de Indic.par.*1. *pag.mihi* 15.

Maiori tamen magnitudine, ac benignitate Nos prosequuturos Excellentissimum Dominum, haud diffiteri valemus, & concurrere quoque Dominos Regentes, qui tot, & reiteratis vicibus omnes Nos examini
33 subiecerunt, & approbarunt dum causarum defensioni tum in facto, cùm in iure elaborauimus, & causas perorati sumus coram ipsis.

Præterquamquod: respectu eorũ qui libros typis ediderunt, apertè fa-
34 uet Pragmatica, dũ excipit ab examine eos qui à Collaterali Consilio approbati fuerunt, Et quid aliud peregit tantum Tribunal quando nostris operibus applaudentes, mandauit esse opera nostra typis edenda, & imprimẽda? Hæc tamen quæ vnius horæ interstitio saltillante calamo, parauimus, censuræ Excellentissimi Domini, & Supremi Collateralis subijcimus.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap.die 12. Maij 1654.

DECISIO.

STatim ac Mihi, Meisq; honorandis Collegis innotuit de prætenso examine, visum fuit supplicem porrigere libellum Excellentissimo Domino, nostraque iura indicare, alligatamq; exhibere Pragmaticam de examine verba facientem, quibus perlectis, nulla interiecta mora, idem Excellentiss.Dominus eius diplomate mox inserendo, Nostram sustinens aciem, mandauit absque vllo examine ad possessionem Officij esse Nos admittendos, itaq; exequutum extitit, Vtq; propensam Principis erga Nos voluntatem agnoscas Lector, quæ paraui, scripto commendaueram die 12. *Maij, ignarus rescripti Dom. Proregis, qui processerat die* 9.*eiusdem Mensis, tenoris subsequentis.*

Rescriptum S. E. directum Illust. Duci Canzani Regio Consiliario, Regniq; Secretario.

EL Conde mi Señor hà entendido, che se difficulta el despacho, que hà ordenado se de por Cancellaria alos Doctores Francisco Maria Prato de Iuez Criminal de Vicaria, y à Raymo de Aponte, Donato Antonio de Marinis, y Francisco Roco de Ciuil; respeto que no estan esaminados en conformidad de la Pramatica, y por que esta dize, que para reparar lo que muchas vezes hà sucedido de que se nombren para dichas Plazas hombres mozos sin esperiencia, y sin hauer plaƈticado en los Tribunales deste Ciudad, lo que no milita en estos sugetos, supuesto, que hà tantos años, que siruen de Abogados en los referidos Tribunales, con aprobacion vniuersal, que es el motiuo, que hà tenido S. E. para valerse de sus personas en la administracion de la Iustiçia, y este mismo le obliga à dispensar (si menester fuere) por esta vez à qualquer Pramatica, que le ostare, y tiene por bien, que con efeto se les dè el referido despacho en forma Cancellariæ, no obstante, que no esten aprouados dala Iunta diputada para este esamen de Doctores, y assi lo auiso à V. S. à quien guarde Dios. Palacio 9. de Mayo 1654.

Rubricado de S. E.

Francisco Antonio Manzolo.

Responsorum Criminalium ad Reorum defensam

FINIS.

RESPONSA
IN FAMIGERATO PATROCINIO
EDITA
AD ENVCLEATIONEM RITVVVM Magnæ Curiæ Vicariæ de præſentationibus Inſtrumentorum.

Quæq; exceptiones opponi queant ad ipſorum Rituum rigorem euadendum, præmaximè ſi inſimul cum patre quis obnoxium in Inſtrumento præſentato, ſe fecerit, quiq; locus pro carcere Nobilibus ſit aſſignatus, vt eiſdem Ritibus ſatisfiat, innumeris alijs ad materiam exaratis, ex quibus ſtudioſus Lector in caſibus praxi forenſi accommodatis, ſibi, ſuiſq; Clientibus conſulere valeat.

SVMMARIVM.

1 *FActi ſeries recenſetur.*

2 *Dilationes debitoribus conceſſa ad tempus, in modico lædunt creditores.*

3 *Dilationes conceſſa debitoribus, procedunt etiam pro debito Eccleſiaſticarum perſonarum.*

4 *Dilationes paſſim conceduntur debito-*

ribus per Sacrum Consilium, verùm non consueuerunt excedere quinquennium.

5 *Scriptura aduersus liquidationem instrumenti, non recipiuntur, nisi Curia pro Tribunali sedente.*

6 Pragmatica 4.de instrum.liquidat. *procedit tam in Reo, quàm in Actore.*

7 Decisio Sac. Conf. *apud* Dom.de Franch. 420. *expenditur.*

8 *Actor debet esse certus, antequam prouocet ad iudicium.*

9 D. Franciscus Sarmiento, *fuit Rotæ Romanæ Auditor.*

10 *Pari in causa, pro Reo semper est iudicandum.*

11 *Dispensatio obtenta quod instrumentum reassumatur in formam libri, strictè est accipienda.*

12 Decisio Sac.Conf.*apud* D.de Frãch. 623. *expenditur.*

13 *Scriptura producta ad liquidationem instrumenti, debet esse æquè authentica.*

14 *Monachi prohibentur comparere in Iudicio, absq; expressa licentia Superioris.*

15 *Dictio negatiua præcedens actum potestatiuum, aufert potentiam ab actu.*

16 *Negatiua dictio inducit necessitatem, & formam, & resistit actui à principio.*

17 *Negatiua priuat potentia actum gerẽdi, quia continet in se decretum irritans, & annullatiuum.*

18 *Actus factus à Religioso absq; Superioris licentia, est nullus.*

19 *Monachus in iudicio, absq; licentia, nulliter agit.*

20 *Lex siue prohibeat simpliciter, siue vlteriùs procedendo, actum annullet, actus redditur nullus.*

21 *Licentia Superioris vbi requiritur, debet præcedere actum.*

22 *Forma non seruata, actus redditur nullus ipso iure.*

23 *Monachi non possunt esse in iudicio, quia carent velle, & nolle.*

24 *Monachus ratione contractus nec agere, nec conueniri potest.*

25 *Monachus habetur pro mortuo mundo.*

26 Frecc.in tractat.de præsent.instrumen. *magnam facit fidem.*

27 *Monachus dum est in alterius potestate non habet integram personam, & habetur loco filijfamilias.*

28 *Iudicium liquidationis instrumenti est iudicium criminale.*

29 *Pœna olim contra debitores, contra quos instrumentum liquidabatur, erat amputationis manus ratione periurij.*

30 Galter. de instrum.liquid.1.par.2. par. n.11. *verf.* Sed hic libet pag. 98.in paru. *reijcitur.*

31 Allegationes Belisarij Clementis, *typis traditæ à* Galter. de liquidat. instrum.loc.cit. *impugnantur.*

32 D.Reg.Sanfel. dec. 230. par.1. *inquiens Iudicium liquidationis instrumenti, esse ciuile, non criminale, impugnatur.*

33 D.Reg.Sanfel. *inquiens Iudicium liquidationis instrumenti esse ciuile, non criminale, videtur sibi parum constans.*

34 DD. *adstruentes Iudicium liquidationis instrumenti esse criminale, non ciuile, enumerantur.*

35 *Pœna amputationis manus olim indicta contra debitores, patientes liquidationem instrumenti, licet fuerit in pecuniariam transfusa, non efficit quin Iudicium dicatur criminale, nõ autem ciuile.*

36 *Iudicium, vtrum dicatur ciuile, vel criminale, quid sit attendendum.*

37 *Causa, origo, & principium attenditur, non autem finis, & effectus ad sciendum an Iudicium sit ciuile, vel criminale.*

38 *Iudicium dicitur criminale, quando pœna applicatur Fisco.*

39 *Ciuiliter si agitur pro crimine, ad pœ-*

nam

nam tamen pecuniariam, causa reputatur criminalis, dummodò pœna applicetur Fisco.

40 *Originaria causa, & primitiua attẽdi debet ad diiudicandum, an causa sit ciuilis, vel criminalis.*

41 *Instrumentum nequit à filio contra patrẽ præsentari via ritus, quia criminaliter proceditur.*

42 Ill. March. Torell. D.Reg. Capyc. Latr. *laudatur.*

43 Authòr *allegatur cum laude ab* Ill. Marchion. Torell. Reg. Capyc. Latr.

44 *Causæ liquidationum Instrumentorum, cur hodie per Iudices ciuiles,& non per crimi nales tractentur.*

45 Mercurialis Merlinus dec. 96. *post* tract. de pignor. & hypoth. *tradit* Rotam *tenuisse Iudicium liquidationis instrumenti esse criminale,non ciuile.*

46 *Iudicium liquidationis instrumenti, dicitur criminale, quia per car.erationem criminalem ex causa periurij, irrogatur infamia.*

47 *Causa liquidationis instrumenti via ritus non potest exerceri à filio contra patrem, quia est Iudicium famosum.*

48 *Procurator non admittitur in causa liquidationis instrumenti, quia Iudicium est criminale.*

49 *Mulieres citatæ super tenore instrumenti via ritus, tenentur comparere personaliter, & in carcerem nisi soluerint, detrudantur.*

50 *Mulieres de iure communi non possunt pro debito carcerari de iure communi, secus verò si fuerit contra ipsas liquidatum instrumẽtum via ritus.*

51 *Procurator non admittitur in criminalibus.*

52 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*

53 *Subrogatus ad rem, censetur etiã subrogatus ad qualitatem adhærentem ipsi rei.*

54 *Communis vsus loquendi, attenditur in instrumentis.*

55 *Obseruantia, quaslibet euadat ambiguitates.*

56 *Vsus interpretatur priuilegium,statutum, & similia.*

57 D.Reg.Scipio Rouit.in prag.1.de Officio Baiul *expenditur, & contra eius scripta decisum, affertur.*

58 *Monachus æquiparatur filio,seu seruo.*

59 *Monachus quicquid acquirit, Monasterio acquirit, nec momento temporis, penes ipsum quæsita esse possunt.*

60 Tex.in l.placet,ff.de acquir.hæred. *expenditur.*

61 *Religiosus æquiparatur seruo, & filiofamilias.*

62 *Iudicium non potest fundari in fauorem, vel contra filiumfam. & seruum.*

63 *Processus factus cum Monacho est nullus, & de ratione.*

64 *Monachus nullo modo per viam Iudicij contentiosi agere potest.*

65 *Agere sine actione, nulli permittitur.*

66 *Iudex ex officio repellere debet actione carentem etiam in Iudicio exequutiuo.*

67 *Monachus statim ac actionem acquirit, occultato actu medio in Monasterium transfert.*

68 *Decisio Sac. Consilij adducitur contra* Religiosum *præsentantem instrumentum via ritus.*

69 Franciscus Antonius de Iudice Robert.de liquid. Instrum. consider.3.n.10. *impugnatur.*

70 *Monasterium dicitur propter Monachos, non sine Monachis.*

71 *Iuramentum nisi fuerit præstitum de facie ad faciem, liquidari non potest via ritus instrumentum.*

72 Frãciscus Antonius de Iudice Robert. *nihil validi adducit ad quæstionem propositam.*

73 *Erubescimus sine lege loqui.*

74 *Doctori sibi ipsi parum constanti, non est adhibenda fides.*

113 *Eccleſia dicitur perſona miſtica.*
114 *Poteſtas, & voluntas requiruntur ad perficiendos actus humanos.*
115 *Eccleſia contractus ſi fuerit nullus, an ab ipſa Eccleſia tãtùm poſſit allegari.*
116 Deciſio Sac. Conſil. *apud* D. de Frãch.dec.35. *vti ſingularis adducitur ad caſum indicatum.*
117 *Sacrum Conſilium determinauit cõtractum de re Eccleſiæ nullum, ob defectum ſollemnitatum poſſe allegari à contrahente.*
118 *Contractus quandoq; claudicant.*
119 *Eccleſia, & minor, in quibus differant circa contractus claudicationem.*
120 *Contractus cum minore initus abſq; ſollemnitatibus, habet ſpem reconualidationis ob minorem ætatem.*
121 *Contractus cum Prælato Eccleſiæ initus, nullam habet ſpem reconualidationis.*
122 *Prælatus non tenetur habere ratum factum ſui prædeceſſoris.*
123 *Iudicatura ſi bona fuerit, facta eſt eſt lex in* Regno *ità paſſim iudicandi.*
124 *Recedendum non eſt à rebus aliàs deciſis.*
125 *Eccleſia tenetur aſſenſum expetere ſuper contractu, aliàs contrahens poterit ab eo recedere.*
126 *Contrahens cum Eccleſia, non debet diù ſtare in ſuſpenſo, ob defectum aſſenſus.*
127 *Declaratio actus non adhibitis ſollemnitatibus, laborat eodem nullitatis morbo, quo actus principalis.*
128 *Iudex præcipit vt infra certum tẽpus procuretur aſſenſus expeditio.*
129 *Sollemnitates ex poſt facto interuenientes, ſatisfaciunt menti legislatoris.*
130 D. Alexander Sperellus Epiſcopus Eugubinus *laudatur.*
131 Deciſio Sac.Conſil. *apud* D. Reg. Sanfel. 280. par. 2. *vti ſingularis affertur.*
132 *Aſſenſus in actu ſi requiritur, licèt dicatur (quatenus opus ſit) non per hoc reputatur non neceſſarius.*
133 D. Franciſcus Salgado Valliſoletanæ Cancellariæ Senator, *laudatur.*
134 *Beneplacito Sedis Apoſtolicæ reſeruato, an & quando poſſit pœnitere de contractu, eo non impetrato.*
135 *Contractus, ſi in eo reſeruetur Beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, intèrim eo pendente, dicitur nullus.*
136 *Iuramentum in contractu adhibitũ, non ſanat nullitatem ipſius ex defectu aſſenſus.*
137 *Aſſenſus ſi non requiritur in actu aliquo, & tamen partes contrahũt ſaluo aſſenſu, ſi deindè non impetratur actus corruit.*
138 Deciſio Sac. Conſil. *apud* D. Reg. Sanfel. dec. 281. n. 6. *vti peculiaris expenditur.*
139 *Iuramentum aſſecurationis vaſſallorum in* Regno *inductum fuit pro forma, ac validitate alienationis rei feudalis.*
140 *Iuramentum aſſecurationis vaſſallorum, ſi non præſtetur, cuiuſuis culpa procedat, contractus, ſiue alienatio feudi corruit.*
141 *Contractus de re minoris, ſi deficiat ex vna tantùm ſollemnitate, annullatur, quoad omnes contrahẽtes cuiuſuis culpa procedat omiſsio.*
142 *Pretium eſt de ſubſtantia contractus emptionis, & venditionis.*
143 *Solutio ſi aſſeratur facta per Tabulas nummularias, non prodeſt, niſi producatur fides ſolutionis è Tabulis prædictis.*
144 *Conuentiones emanant à conſenſu.*
145 *Conſenſui nihil magis contrarium, quàm error.*
146 *Contractus ſub falſa cauſa factus nõ tenet.*
147 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi poteſt infra biennium.*
148 *Exceptio non numeratæ pecuniæ infra*

fra biennium opposita, dicitur probata.

149 *Instrumenti liquidatio impeditur, opposita exceptione non numerata pecunia.*

150 *Pecuniam fuisse numeratam, opposita exceptione, incumbit onus probandi ad creditorem.*

151 *Metus amissionis honoris annullat contractum.*

152 D.Scipio Theodorus Regius Cōsiliarius, *laudatur.*

153 *Metus dedecoris superat quemlibet alium in annullatione contractus.*

154 *Censualis cōtractus requirit de substantia submissionem corporum.*

155 *Exceptio quod non sit instrumentum, semper opponi potest.*

156 Bulla Nicolai V. *redacta* in prag. 1. de censib. *quę requirat ad validitatem contractus censualis.*

157 *Contractus censualis ad formā Bullæ, requirit vt fiat constitutio super certo corpore fructifero.*

158 *Corpus designatum in contractu censuali debet esse specificum, & fructuosum.*

159 *Census constitutus sub obligatione generali omnium bonorum, dicitur nullus, & vsurarius secundùm formam Bullæ.*

160 D. Carolus Brancacius Regius Consiliarius, *laudatur.*

161 *Pignus in re propria consistere nequit.*

162 *Æquitas, non rigor, à Magistratibus sectanda est.*

163 *Instrumentum dicitur liquidum, quādo nulla exceptione ex ipso resultāte, potest Actor submoueri.*

ARGVMENTVM.

Scripturæ aduersus instrumentum præsentatum via *Ritus Magn. Curiæ Vicariæ* 266. non recipiuntur nisi Curia pro Tribunali sedente, attenta dispositione *Pragm. 4 de instrum. liquid.* quæ locum sibi vindicare fuit determinatum, tam in Actore, quàm Reo, imò magis in Actore, in cuius potestate cùm sit ad Iudicium prouocare, instructus properare debet ad Iudicium, quo loci expenditur *decisio D. de Franch* 420.

Scripturæ ab Actore, seu creditore productæ ad liquidationem Instrumenti via ritus, debent esse æquè validæ, ac in publicam formam redactæ, sicuti & instrumētum ipsum, alioquin nullā faciunt fidem.

Monachus non potest præsentare instrumentum via ritus, tum quia non habet velle, neq; nolle, & in iudicio cōtentioso esse non potest, nec agere, aut conueniri; tum quia assimilatur seruo, seu filiofam. cum quibus agendo,

do,& excipiendo conſiſtere nequit; ac etiam quia Monachus quicquid acquirit, Monaſterio acquirit, nec momento temporis penès ipſum reſidet, ac tandem, quia Iudicium liquidationis inſtrumenti, eſt Iudicium criminale, licet hodie pæna Fiſco applicanda in pecuniariam transfuſa fuerit, quæ antiquitùs amputationis manus erat ob reatum periurij, & pleno exaratur calamo, vndè originem trahat liquidatio inſtrumenti, quæq; concurrere debeant ad actum liquidationis explendum,quaq;de cauſa Religioſi à liquidationibus p̃dictis de iure repellantur,& in quo lapſus fuerint *Franciſcus Antonius de Iudice Roberto* in ſede indicata,& qualiter ſit practicatum in Supremis Tribunalibus.

Sollemnitates requiſitæ in alienatione rerum Eccleſiæ, neceſſariò interuenire debent in tranſactione; nam, & ipſa alienationis eſt ſpecies, quæq; eæ ſint ſollemnitates, & an valeat Eccleſia ob defectum ſollemnitatum aſſerere velle ſtare cõtractui,nec nullitas ex defectu ſollembitatum prouenienſ, poſſit ab alio opponi, niſi ab Eccleſiamet, non autem à contrahente cum ipſa? & expenditur pro affirmatiua opinione ſingularis *deciſio Sac.Conſ.*apud *D. de Franch.dec.35. & dec. 163.* ad quam comprobandam quamplura adducuntur, & expenduntur, ac in contrarium adducta enucleantur, & ad verum, & germanum ſenſum adaptantur.

Contractus cenſualis ad formã *Bullæ Nicolai V. Summi Sacrorum Antiſtitis* redactæ *in prag. 1. de cenſib.*, plura requirit ad validitatem actus, præſertim quod corpus ſubmittatur ſpecificum, ac fructiferum, æquiualens ad annualitates perſoluendas, ad quod plura afferuntur, ac authoritate rerum iudicatarum, comprobatur opinio.

Titulati in Regno, citari nequeunt in Iudicio criminali (quale eſt præſentatio inſtrumenti via *ritus*)niſi prçuia licentia Excellentiſſimi Regni Proregis.

Contractus metu geſti, nullius

Sſ ſunt

sunt roboris, eò magis si metus sit ex causa amissionis honoris, & illati dedecoris, pluribus ad id adductis, atq; congestis, nec alia perpauca fasceatim *Author* ad theses propositas confirmandũ, silentio obliterauit.

P R O

Illust. Duce Acheruntiæ.

C V M

Venerab. Monasterio Sancti Martini.

RESPONSVM XXXI.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

PAucis rem attigimus, dũ in Magna Curia Vicariæ agebatur, (nam veritatem in paucis consistere edocti sumus) ad defensionem Ill. Ducis Acheruntiæ Cosimi Pinelli, aduersus præsenta-
1 tionem instrumenti factum in ipsa Magna Curia, pro parte Regalis Monasterij Sancti Martini, seu per Admod.RR.PP.D. Ioseph de Martino, & D. Ioannẽ Scalsum eiusdẽ Monasterij, siue Religionis, Monachos professos, qui vti adiecti, in instrumento prædicto, quibusq; *Proprio, priuato, principali nomine, & insolidũ fuit promissa solutio*, quantitatum in eodem instrumento contentarum, virtute *Ritus Magnæ Cur.* 166. secundum computationem *Couar.* ad prædictam instrumenti præsentationem, vel (vti Pragmatici aiunt) liquidationem, properarunt. Decreuit Magna Curia, Iunctis Classibus die 4. Septembris instantis anni, quod *Il. Illustr. Dux rectiùs citetur*. A quo sanè decreto, vtraq; Pars appellauit, porrexitq; supplicationem de verbo faciendo in Sac. Consilio; Patres Reuerendi, eò sub quæsito colore, quia instrumentum omni ex parte liquidum insinuantes, id decretationis genus expetebant, quod *Remaneat condemnatus*, (iure nè, vel iniuria, mox elucidabimus) Dux verò, quod ageretur ordinariè, decernendum fore censebat, ex pluribus ordinata methodo congerendis; Annuit Sac. nostri Consilij nunquam satis laudatus Spectabilis Præses, præcipuus Dominus meus, iussitq; fieri verbum ad relationem Magnæ Curiæ in eodem Sac. Consilio Iunctis Aulis; Iteratò igitur ad arenam descendimus, calamumq; arripimus ad eorum comprobationem, quæ voce coram Dominis protulimus, scribendiq; Prouinciam assumimus, vt pro virili, quæ ex aduerso parantur, reuincamus. Aequo etenim animo diglutienda nobis hæc erit molestia, vt Illust. Clienti, absenti, operam nostram præbeamus, facti tamen speciе præmissa, quæ sic se habet.

Galeatius Pinellus Dux Acheruntię de anno 1621. die 12. Octobris vendidit Regali Monasterio Sancti Martini ann. duc. 1713. pro sorte capitali duc.

duc. 28500. quos confeſſus fuit recepiſſe per medium plurium Bancorum, ſeu per tabulas nummularias, cum pactis executiuis,& reſciſſorijs in forma, cui obligationi ſubmiſit ſtarſiam ſitam in Caſali Iuliani, vulgariter dictam *Campanile*, domum magnam, ſitam in hac Fideliſſima Ciuitate, propè Regionem Sedilis Nidi, & ann. duc. 857. cum eorum ſorte capitali duc. 11436.quos tenebat emptos cũ Gabella Serici Principis Biſiniani *fol.2.at. & in inſtrum. num.* 4.

De ann.1633.die 3.Nouemb. idemet Dux Galeatius vendidit eidem Monaſterio alios ann.duc.446.2.10. pro ſorte capitali duc. 4700. quos confeſſus fuit recepiſſe in pecunia numerata exceptis duc. 200. debebantur vti tertiæ, & conuerſæ fuerunt in ſortem capitalem ſuper eiſdem corporibus, *fol.* 7. *at. &* 8.

Poſtmodum de ann.1636.die 16. Aprelis,pręfati Duces Galeatius,& Coſimus pater, & filius inſolidum vendiderũt præfatoMonaſterio alios ann. duc. 544. pro capitale prætio duc. 6800. quæ ſumma erat debita pro tertijs maturatis ex cauſa præfatorum antecedentium contractuum, *fol.* 12. *in inſtrum.*

Cùmq;de ann.1645.& 1646.fuiſſet inſtatũ liquidari inſtrumẽta prædicta pro ſumma due. 6000. circiter pro tertijs decurſis,& non ſolutis, *fol.* 14.

Fuit iudiciũ liquidationis ad cõcordiã redactum, & inſtrumentum tranſactionis initum inter Monaſteriũ,& Ducem Coſimum,omnibuſq; coaceruatis quantitatibus, præfatus Dux paternis obligationibus ſeſe noxium præbens,debitorem ſe conſtituit in duc.33.m. proq; illis in ann. duc. 2159. 2. 10. factoq; computo tertiarũ decurſarum ad ſummã vſq; duc.13981.recipit Monaſterium in ſolutum domum magnam, ſitam in dicta regione Sedilis Nidi, & aliam pariter ſitam in hac Fideliſſima Ciuitate pro prætio duc. 8500. *fol.* 20. *at.* verſ. *Reliquos.*

Pactis initis, quod Dux renũciare habeat delegationi obtentæ ab Excellentiſſ. Regni Prorege, in perſonam Illuſtr.Regen.Caraccioli Marchionis Sancti Sebaſtiani, cui fuit iniuncta, & commendata domus præfati Ducis circa diſpoſitionem introituum ipſius erga creditores per modum Gubernij (quod ſæpè ſæpius in alijs perſonis Illuſtribus practicatum ſcimus) vt potè qui;eiuſmodi di-
2 lationes in modico dicuntur lædere creditores, ex diſpoſitione *tex. in l. vniuerſa*, *C.de precib.Imperat.offerẽd. Theſ.dec.*186.*n.*3. *Lancellott.Conrad. in Templ.omn.Iudic. lib.*1. *cap.*1. §. 4. *Cucch.de morator.reſcript.n.* 14. *Burg. de Laudim.par.*3. *inſpect.*22. *n.*1. *Carroc.de excuſſ. cap. vltim. n.* 5. vbi ait, *id Principem ſine cauſæ cognitione facere poſſe*, *Galerat. de renunc. centur.* 2.*cap.*196.*n.*2. *Maſtrill. dec.*16. *n.*1. *Natt.conſ.*591.*n.*18.*Afſl.dec.*371.*in princ.Roder.de ann.reddit. lib.*3. *quæſt.* 9. *n.*26.*Dom.*Reg.*Tap.inr.Regn. lib.*4. *tit.*19.*n.*3.*Anton.Fab in Codic.eius nominis, d.tit.de precib. Imperat. offeren. deſinit.* 18. alijq; nonnulli adducti per *Honorat.Leotard.in tract.de vſur. quæſt.*85.*n.*1.*&* 3. *D. de Franch. dec.* 179. *n.* 4. *Reg. Sanfel. dec.*187. *n.*17.
3 vbi quod gaudent obtinentes dilationem prædictam,etiam pro debitis Eccleſiæ, ſeu Eccleſiaſticarum perſonarum, & conceditur etiam dilatio quinquennalis per Sacr. Conſil.
4 eius arbitrio, verùm non conſueuit excedere quinquennium, teſte *Dom. Sanfel.d.dec.*187.*n.*18. *in fin.* omniq; dilationi, ſeu moratorię,ac omni legum auxilio (quodq; magis eſt) beneficio inuentarii, decretiſq; omnibus Sac.Conſil. quibuſcùm fuit pro-

Sſ 2 ſpe-

spectum ijs, qui hæreditaria agnoscunt onera, vt de proprio non teneantur, remisitq; Monasterium in beneficium Ducis duc. 6800. debitos vigore instrumẽti declarati nulli, & vsurarij per Curiam Romanam, *fol.* 14. in quo instrumento nonnulla alia pacta leguntur in beneficium Monasterij, totq; clausulæ, & reseruationes, quot valuit (seu mauis) voluit Monasterium, eiusq; Aduocati, excogitare, in nihilo Duce ipso repugnante (impedimentum etenim præstiterat Monasterium professioni emittendæ à Duce Galeatio Patte in Religione Clericorum Regularium, in qua dicens, *Benè vale mundo*, mundana despexit omnia, & non modicum vtriusq; existimationi detrahebatur, ni professionem emisisset.)

Hoc igitur transactionis instrumentum à præfatis RR. Patribus Monachis professis præsentatum, siue (vti Pragmatici aiunt) liquidari petitum, vigore *Ritus Magnæ Curię Vicariæ* 166. esse illiquidabile, & nõ nisi ordinariè agendum ex eo fore, quodq; in nihilo Magna Curia grauauit Partem, dùm censuit *Rectiùs esse Ducem citandum*, quoad ordinò, iustascripta suadent, Et

Primò, quia in instrumento, & citatione sit mentio licentiæ obtentæ pro ipso stipulando à Priore Monasterij, tunc absente, necnon Conclusionis per dictum Monasterium capitulariter factæ, ac etiam asseritur fuisse promissam ratificationem Reu. P. Prioris infra duos menses, quæ sanè scripturę nullatenus fuerunt pręsentatæ Curia pro Tribunali seden-
5 te, sicuti necessariò requiritur inspecta dispositione *Ritus Magn. Cur.* 167. vbi *Caran. n.* 30. & fuit appositè Pragmatica sanctione sancitum de anno 1587. die 14. Aprelis, redacta
6 modo in *volum. Pragmaticarum sub tit. de instrum. liquid. prag.* 4. quæ tàm in Reo, quàm in Actore fuit practi-
7 cata, ad tradita per *D. de Franch. dec.* 420. & per *D. Reg. Sanfel. dec.* 313. *n.* 1. *par.* 2. vbi adducit *D. de Franch. d. dec.* 420. vbi *n.* 2. tradit fortiùs in Actore vigere dispositionem Pragmaticæ prædictæ, ea nempè ratione,
8 quia cùm in eius potestate sit experiri in Iudicio quando velit, debet rem diligenter explorare, & de suo iure certiorari, antequam prouocet ad iudicium, de quo est *tex. in l. qui in alterius, ff. de regul. iur.* vbi plenè *Dec. D. Reg. Rou. in d. prag.* 4. *n.* 3. pulchrè, & subtiliter *Franciscus Sarmien.*
9 dignissimus Rotæ Romanæ Auditor, *selectar. interpretat. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 2. inquiens ex hac ratione veteres nonnullos constituisse in problemate quodam Aristotelis illud effatum,
10 *In pari causa pro Reo semper iudicandum*; quasi quod, dùm Actor paratus, & præmeditatus ad causam accedat; Reus verò non suo arbitrio, sed alterius, ad iudicium compellatur, sibi in hoc magis sit prospiciendum.

Ad quem obicem euitandum satêgit Monasterium, quod Notariusmet rogatus de instrumento transactionis iam pręsentato, post reassumptum instrumentum in forma libri ex speciali licentia Collateralis Cõsilij, ac post descriptos testes, omnẽque expletam sollemnitatem, attestarctur licentiam penès ipsum conseruari, fuisseq; sutam in instrumento transactionis, *fol.* 30. *at. in instrum.* vbi pariter fidem adstrinxit suâ Reu. Priorem ratificasse contractum mediante instrumento, notato in margine instrumenti transactionis, *d. fol.* 30. *at.*

Atqui hoc casu tantum abest, vt eiusmodi Notarij assertionibus sit standum, vt veriùs dicendum sit totaliter ipsius fidem labefactari, nam

sili.

ſi licentia eſſet ſuta in inſtrumento, vtique cum inſtrumento ipſo fuiſſet præſentata, & ſi ratificatio notata eſſet in margine contractus transactionis, pariter cum contractu ipſo fuiſſet reaſſumpta, ſed quoniam omnia fuerunt addita poſt reaſſumptũ inſtrumentum, nullam præſtant fidẽ, quia non integrè inſtrumenta præſentata fuerunt ad hoc, vt inſtrumẽtum transactionis illiquidum, liquidari potuerit ex præcitatis. Et aduerterunt Domini nullum remanſiſſe ſpatiũ in papyro, in quo potuiſſet Notarius atteſtari pariter penès ipſum conſeruari inſtrumentum concluſionis capitulariter factæ, de qua in princip. inſtrumẽti fuit facta mentio, & neceſſariò interuenire debebat, ad hoc vt inſtrumentum potuiſſet liquidari.

Præterquamquod: etiamſi Notarius fuiſſet rogatus de prædicta licentia, ratificatione, & conluſione, nequidem opitularetur eius atteſtatio facta in inſtrumento reaſſumpto
11 in formam libri, nam diſpenſatio obtenta per Collterale Conſilium, quòd liceat reaſſumere inſtrumentum in formam libri, reſpexit ad inſtrumentum transactionis, vti ex ſuppliti libello porrecto pro parte Monaſterij, *fol.* 31. quæ non poteſt extendi ad alia inſtrumenta, ex *tex. in l. cõmodiſſimè, ff. de liber. & poſth.* & in *l. quicquid adſtringendæ, ff. de verb. obligat. cum concordan.*

12 Et ità iudicatum recenſet, re plenè diſcuſſa *Dom. Praeſes noſter, dec.* 623. *n.* 21. ſecundum quam ſucceſſiuis temporibus ſemper extitit determinatum, & fuit in caſu, quo citatio inſtrumenti, regia diſpenſatione vallati proceſſit, diſpenſatione ipſa minimè præſentata, nec ſufficit pręſentare ſcripturam informem, quando ex ea intenditur liquidari
13 inſtrumentum, quia debet eſſe æquè authentica, ſecundùm *d. Rit.* 167. vbi *Caraa. d. n.* 30. *Anna ſing.* 257. Eò fortius, quod in citatione ſuper tenore inſtrumenti fit expreſſa mentio licentiæ, & ratificationis.

Secundò aſſerimus, alteram licentiam Prioris fuiſſe neceſſariam ad hoc, vt PP. ipſi præſentantes inſtrumentum, potuiſſent præſentationis actum explere, & in iudicio agere (quando tamen ex alio non fuiſſet inhibita comparitio in foro vti modò indicabimus) Etenim abſque li-
14 centia vetitum eſt illis omninò in iudicio comparere, vti ex *Concil. Tarracon. cap.* 11. relato in *cap. Monachi el* 2. 16. *quæſt.* 1. ibi, *Similiter, vt nullus Monachorum forenſis negotij ſuſceptor, vel executor exiſtat, niſi quod Monaſterij expoſcit vtilitas, Abbate ſibi nihilominus imperante*; quod confirmat in *cap.* 2. *de poſtul.* & declarat *Gloſ. in d. cap. Monachi* in figuratione caſus *Innoc. in d. cap.* 2. *n. vnic. Hoſtĩẽſ. n.* 10. *Io. Andr. n.* 2. *Cardin. n. vnic. quæſt.* 2. & eſt *tex. de procuratoribus*, loquens *in Clem. Religioſus*, ibi, *Non poteſt ſine ſui Superioris licentia procurationis officium ſuſcipere*, vbi *Gloſ.* verb. *Religioſus, & Abb. n.* 1. *Imol. n.* 6. & 10. quorum memoriam habuit *P. Sanch. in ſumm. tom* 2. *lib.* 6. *cap.* 13. *n.* 1. vndè
15 quia dictio negatiua pręcedit actum poteſtatiuum, aufert potentiam ab actu, ſecundum *gloſam* communi ſẽſu receptam in *cap.* 1. *de regular. in* 6. *Couarr. in cap. tua n.* 2. *de teſta. Gloſ. in cap. diſpendioſam de iud. & in l. Gallus in princip. ff. de liber. & poſth.* vbi *Bart.* alijq; in *cap. teſtimonium, & in cap. fin.*
16 *de teſti.* quodq; inducat neceſſitatẽ, & formam, & reſiſtat actui à principio, *Tiraq. de legib. connubial.* verb. *Emponit gloſ.* 4. *n.* 1. *Menoch. de recup. remed.* 14. *n.* 3. *Carpan ad Statut. Mediolan. cap.* 305. verb. *Non poſſit, vol.* 1. *Conſil. Paſchal. de virib. patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 4. *n.* 256. imò quod inducat

prę-

17 præcisam necessitatem, & priuet potentia, & potestate gerendi, quia cõtinet in se decretum irritans, & annullatiuum, & actum in contrarium gestum, reddit nullum, in terminis tradit *Castill. de vsufr. cap. 54. n. 36. & 37.* per *tex. in l. non potest, ff. de furt.* & ex *Peralt. Guttier. Aldroban. Aluaro Valasco, Paciano,* alijsq; nonnullis ad id per ipsum relatis, cuius memor fuit *D. Salgad. in tractat. Labyrinth. creditor. par. 1. cap. final. n. 76.* vers. *Et iterum,* punctuatim *D. Reg. Sanfel. dec. 195. n. 13. Adden. ad singul. 95. Bartholom. de Capua,* idem *D. Reg. Sanfel. d. dec. 195. n. 18.* vers. *Huius opinionis,*
18 qui eam laudat sententiam, quod actus factus à Religioso sit nullus, & vti benè aduertit *Gloss. in d. Clem. Religiosus,* verb. *Suscipere,* exceptio hęc
19 dicitur peremptoria quòad Religiosum, vti mortuum mundo.

Nec hæsitari potest Monachos in hoc Iudicio, licentiam nullam attu-
20 lisse, vndè egisse nulliter, ad *tex. in l. non dubium, C. de legib. cap. 2. de testi.* siue lex prohibeat simpliciter, siue vlteriùs procedat annullando, nam vtroq; casu actus redditur nullus, ex doctr. *Bartol. in l. non dubiũ in 2. notab. C. de legi. D. Reg. Tap. dec. 3. Senat. Ital. n. 47. Reg. Sanfel. dec. 295. n. 12. & 17.*
21 vbi subdit licentiam debere præcedere actum, ad *tex. cum glos. in cap. licèt de regular.* nam lex præcipit sollemnitatem certam adhiberi ante, vel tempore celebrationis actus, & ideò forma producit actum in esse,
22 & dicitur substantialis, adeò quod illa non seruata, actus reputatur nullus ipso iure, ad *tex. in l. cum hi, §. si Prætor, ff. de transf. l. hac consultissima circa princip. C. de testa. Auth. Hoc ius porrectum, C. de Sacrof. Eccles. cap. cum dilecta de rescrip. Bal. in l. comparationes in 3. opposit. C. de fid. instrum.* cum alijs per *Vantium*, congestis in *tract. de nullitatib. tit. quot. & quib. mod. nullit. in Iudic. n. 52.* vers. *Idem foret etiã,* benè, & magistralitèr *Reg. de Pont. cons. 3. n. 17. Farin.* qui latè prosequitur *in fragm. crimin. 2. par. lit. L. à n. 170. & n. 103.* vers. *Quartò forma, D. Ioseph Vela iuriscontrouersi differt. 21. n. 37. & 38.*
23 Et scitum est, Monachos in iudicio esse non posse, quia carent velle, & nolle, *cap. si Religiosus de elect. in 6. cap. Religiosus de testam. in 6. cap. fin. de sepult. & cap. non dicatis 12. quæst. 1.* vbi
24 *glos.* ait, quod Monachus ratione contractus, nec agere, nec conueniri potest, benè *P. Oñat. de contractib. tom. 1. tract. 2. disput. 4. sect. 3. n. 137.* vers. *Probatur*, vbi inquit eiusmodi theorema multis iuribus probari, *Carroc. de effectib cleric. effect. 12. n. 6.* vbi quod nec etiam proprio nomine in iudicio stare possunt, imò sententia super tali iudicio, lata est ipso iure nulla, etiamsi oppositum de hoc non fuerit, ex *tex. singulari* secundùm vnum intellectũ *in l. seruus,* vbi *Ang.* notat, *C. de iud. & in l. fin. C. de noxal. action.* ea ratione, quia pro mortuo habetur, *cap. placuit 16. quæst. 1. l. Deo nobis, C. de Episc. & Cler. Reg. Sanfel. d. dec. 195. n. 8.* vers. *Et ad hoc,* inquiens
25 esse de forma, quod Monachus agat de licentia Superioris, quæ debet præcedere, & ideò quicquid sine ea agitur, nulliter agitur, per *tex. in d. cap. Monachi,* vti adnotauimus *hoc eod. Respons.* vers. *Nec hæsitari potest,* & plenè per *Glos. Bald. Salic. & DD. in Auth. Causa, quæ fit in Monachis, C. de Episc. & Cler. glos. & DD. in l. si longiùs, ff. de iud. glos. & Canonistæ in cap. ex parte de accus.* benè *D. Reg. Sanfel. dec. 55. n. 19.* ibi, *Ea ratione, quia cum Monachus habeatur pro mortuo, cap. placuit 16. quæst. 1. cũ concordan. actio quæsita est Monasterio, maximè criminalis,* secundùm *Felin. in Clem. Exiui de Paradiso,* vbi *Canonistæ* communiter, & in *d. Clem. Religiosus de procur.* vbi

vbi *gloſ.*in verb.*Licētia,Frecc.in tract. de præſent. inſtrum. par.*13. *quæſt.*1. *à n.*7. verſ. *Pro hac opinione ad fin. vſq; quæſtionis*, vbi pluribus, validiſq; ar-
26 gumentis rem inſinuat,cuiq;permaximè in materia eſt credendum, adducens *tex. in cap. poſtulaſti de homicid.*&*cap.*2.*eod.tit. in.*6.qui ex prædictis tradit Clericum non poſſe actionem criminalem inſtituere,& eſt *tex. in cap.* 1. & *cap. fin. de poſtul.* & poſt *Belleſt.Henriq.Roſell.Ang.Sylueſt.Tabien.Armill.Gulielm.Roderic.* & *Sayr.* tenet P *Sanchez in ſumma tom.*]2. *lib.* 6. *cap.* 13. *n.* 4. ac pariter quia dùm
27 Monachus eſt in alterius poteſtate, non habet integram perſonam,& dicitur medius homo ad inſtar filijfam. exiſtentis ſub patria poteſtate, ad *gloſ.in l.fin.* verſ.*In neceſſitate*, in verb.*Imponenda*, *C.de bon.quæ liber.*& ibi *Scribent. Afſl. dec.* 160. *n.* 5. verſ. *Sed qui eſt in alterius poteſtate*,D.*Reg. Sanf.dec.*190.*n.*1.verſ. *Eò quod par.*2.
28 Tertiò: inſtrumenti liquidatio nequit fieri à Monacho profeſſo, quia iudicium liquidationis eſt iudicium
29 criminale, ſoluitur etenim pęna ratione periurij, quę prius erat amputationis manus, ex dictis per *Afſl. in Conſtit. Eos,qui ſcienter, quæſt.* 8. & *in Conſtit.Statuimus,vt magna* 17.*notab.*
30 *n.*14.*Carau.in Rit.*109.& 171.quicquid dixerit *Galter.de inſtrum.liquid.* 1.*par.* 2. *par. n.*11. verſ. *Sed hic libet pag.mihi* 98.*in paru.* vbi inſeruit al-
31 legationes cuiuſdam Doctoris Belliſarij Clementis, qui tenuit potuiſſe pręſentare inſtrumentum via Ritum, quemdam Fratrem Alexandrū Neapolitanum Ordinis Diui Auguſtini, qui in ſęculo de propria, imò dotali pecunia eius matris,emit ann. duc.34. pro capitali duc. 400. de licentia ſui Superioris, ijs ductus rationibus,quia de licentia Superioris potuit retinere iura liquidandi, aliaque facere, parùm refragante, quod iudicium liquidationis ſit criminale & cōtrariū ſuadet, ex quo pęna olim impoſita transfuſa eſt in pecuniariā.

Nam licèt cauſa illa non fuerit deciſa, & videatur diuerſa ſpecies ab ea, quam *Nos* defendimus,in qua non adeſt licentia Superioris;attamen ſatis debilibus nititur funda-
32 mentis,quę ex adductis per *Nos*, & inferiùs adducendis, facilè deſtruūtur, & mirandum quomodo *D. Reg. Sanfel.dec.*230. *n.*6. *par.*1. (licèt perfunctoriè) aſſeruerit,Iudicium liquidationis inſtrumenti eſſe ciuile,non criminale, nulla facta mentione adductorum per *D.de Franch.in deciſionibus* mox *allegandis* , vbi neruosè probat Iudicium eſſe criminale,quāuis in caſu *Reg.Sanfel.*nulla appareat determinatio , & poſt hæc delineata viſus idemet *D. Reg.Sanfel. dec.*184.
33 *n.*8 dicit iudicium liquidationis eſſe iudicium,ſeu cauſam criminalem, vndè non dari reconuētionem affirmat,& *de* .299 *n.*4.indubitanter ſuſtinet illis verbis, *Aliter non poteſt agere de periurio*, & pro indubitato tenet *Frecc.de præſent.inſtru. par.*13. *quæſt.*1.*n.*15.non dari ſcilicet reconuentionem in iudicio prædicto, & cum *D.de Franch.* concurrit *Epiſcop.*
34 *Rics.dec.*170.*n.*3. inhærendo placito *D.Io.Franciſc. Capiblanch.* emeritiſſimi Iudicis Magnæ Curiæ Vicariæ in *prag.*8. *in* 2. *repetit. n.*58. & aduertit Collega noſter doctiſsimus *D. de Marinis* , nunc emeritiſſimus Pręſes Reg.Cam. *quotidianar.reſol.lib.*1.*cap.* 58. *n.*14. etenim licèt pęna poſtmodum in pecuniariam fuerit transfu-
35 ſa, non ex hoc natura , & origo ex mutatione ſuperueniēti dicitur mutata , vti benè tradit *Carau. in Ritu* 109. *n.*2. & 3. vbi reddit rationem *Blanch.in pract.crim.* verſ. *Viſis indicijs* poſt *n.* 158. verſ. *Secunda opinio*,
36 inquiens ad cognoſcendum, an Iudicium dicatur ciuile,vel criminale, non

non esse inspiciendum, vtrum pæna
applicetur Fisco, vel parti, sed mo-
dum agendi, per quem dignoscitur
37 Iudicium ciuile à criminali, nec in-
spiciendus est finis, vel effectus Iu-
dicij, sed eius causa, origo, & prin-
cipium, *l. ictus fustium, ff. de his qui no-
tan. infam. l. si tãtùm, ff. ad Maced. Reg.
Sanfel. dec.* 218. *n.* 1. *&* 6. inquiens
mutationem superuenientem non
attendi, secundùm *glos. 1.* in verb.
*Cõmissa in fin. C. vbi de crim. agi oport.
Farin. in pract. crim. quæst.* 8. *n.* 105. *Au-
frer. ad Cappel l. Tholos. dec.* 377. *Grass.
de effectib. clericat. effect.* 1. *n.* 648.
Giurb. cons. crim. 15. *n.* 12. *& seqq. D. de
Franch. dec.* 366. *n.* 13. *& dec.* 162. *n.*
15. inquiens dici iudicium crimina-
38 le, quia pęna applicatur Fisco, *Frecc.
de præsent. instru. par.* 6. *n.* 2. post *Bart.
in l. agraria, ff. de termin. mot. Alex. in
l.* 3. *ff. de sepul. violat. Dec. & Aret. in
rubr. extra de iud. Carau. Rit.* 182. *n.* 9.
Affl. dec. 64. vbi *Addent. Farin. lib.* 2.
quæst. crim. 59. *n.* 6. tradens, quod li-
39 cèt ciuiliter ageretur pro crimine
ad pęnam tantùm pecuniariam, cau-
sa reputatur criminalis, dummodò
pæna applicetur Fisco, *D. Reg. Sanfel.
dec.* 212. *n.* 7. vers. *Pro affirmatiua*, ibi,
40 *Et attẽdi debet causa originaria, & pri-
mitiua, D. Consil. Pascal. de virib. patr.
pot. p.* 2. *c.* 9. ibiq; *nostra Annot.* vbi fir-
mata conclusione, ꝙ pater ad instan-
tiam filij carcerati non potest, infert
n. 1. nequidem posse à filio contra
41 patrem instrumentum via ritus li-
quidari, adducens *D. de Franch. d.
dec.* 162. & dum *n.* 4. conclusionis ra-
tionem reddere satagit, eam in per-
iurio fundat ibi, *Et ratio est nam in
liquidatione instrumenti criminaliter
proceditur ratione periurij adnotata in
cap. debitores de iureiur. & per Glos. in
l. qui cum vno, §. ignominia, ff. de re mi-
lit.* quam refert *Hipol. sing.* 107. Hæc
D. Pascal. quibus fauet *Ill. D. March.*
42 *Torell. Reg. Capic. Lat.* (cui plurimum
me debere profiteor, ob eius ingeni-
tam humanitatem, eo præsertim no-
43 mine, quod in eius ingenij monu-
mentis posteritati traditus, minimè
est dedignatus meos cohonestare
labores, illos allegando) *dec.* 58. *n.* 8.
par. 1. inquiens causam liquidationis
instrumenti esse criminalem, licèt
pęna in pecuniariam hodie sit trans-
fusa, & *n.* 9. curiositati satisfacit cur
44 hodie eiusmodi liquidationum cau-
sæ, per Iudices ciuiles, & non per
criminales tractantur.

Et post hæc delineata, reperi quod eã-
dẽ sustinuerit sententiam perdoctus
ille vir Regiæ Cam. Locumtenens *D.
Alonsus* X*uarez in respons.* edito pro
semetipso, quod imprimi curauit *D.
Reg. Sanfel. inter suas recollectas deci-
siones par.* 1. *dec.* 62. *n.* 38. per hęc ver-
ba, Y *como en la liquidacion de los in-
strumentos, y via exequtiua se procede
criminalmente via ritus en Napoles ra-
tione periurij, por haçerse los instrumẽ-
tos de obligaciones cum iuramento ob
illud non seruatum, de ay es, quod in hoc
casu potest sustineri doctrina Reg. de
Pont. de potest. Proreg. tit. de assens. reg.
§.* 7. *fol.* 337. *& in tit. de elect. Official.
§.* 7. *fol.* 127. & adamussim *Mercurial.*
45 *Merlin. de pignor. & hypoth. in deciss.
Rot. Rom. impressis post tractat. dec.* 96.
n. 28. *in vna Baren. de anno* 1645. *die*
26. *Maij*, vbi *Rot. n.* 28. vers. *Compro-
batur*, inquit, Iudicium esse crimi-
nale ratione periurij exercibile con-
tra debitorem, illum in carceres de-
trudendo, & in pecuniariam pęnam
condemnando, adducens *Affl.* Ca-
*rau. D. de Frãch. D. Rouit. D. Capyc.
Latr. & Episcop. Ricc. in sedib. per ipsum
46 indicatis*, & *n.* 30. ponderat esse Iu-
dicium criminale, quia per carcera-
tionem criminalem ex causa periu-
rij irrogatur infamia, ad *tex. in cap.
infames 6. quæst.* 4. *cap. querelam*, vbi
glos. & Canonistæ, communiter *de
iureiur. l. si quis maior*, vbi *DD. C.*

de

de tranſ. idemmet *Mercurial.* poſt *Rip. in cap. ex parte n.* 2. *de reſcrip.* & *n.*31. tradit in terminis aſſetere *D. de Frãch. d. dec.* 162. *n.* 8. dùm inquit hoc
47 iudicium via Ritus Magn. Cur. eſſe Iudicium famoſum, & indè exerceri non poſſe à filio contra patrem.

Vlteriùs: ad tantorum virorum placita comprobandum, ponderabã *Ego* Iudicium præſentationis inſtru-
48 menti eſſe criminale, quia non admittitur procurator, ſecundùm *Rit.* 166. ibi, *In ipſa Curia perſonaliter comparecant*, & obſeruat *Carav. in princ.* inquiens, etiam mulieres per-
49 ſonaliter comparere teneri, & in carceres niſi ſtatim ſoluerint, detrudi, corrigendo in hoc ius commune
50 in *Auth. Sed nouo iure*, C. *de custod. reorum*, & *Auth. Sed hodie*, C. *de offic. diuerſ. Iudic.* quibus diſponitur mulieres pro debito carcerari non poſ-
51 ſe, & verum eſt dogma, in criminalibus procuratorem non admitti, ad *tex.* vulgatum, ſed inſignem in *l. penul.* §. *ad crimen*, *ff. de publ. iud.* quem more ſuo exornat *Bart. in repetition.* vbi tres rationes aſſignat, & eſt *tex. in cap. veniens de accuſatio.* communiq; ferè ſenſu approbarunt vbique Criminaliſtæ, *Clar. in pract. crim. quæſt.* 32. *n.* 1. adducens *tex. in l. ſeruũ quoq;* §. *publicè*, *ff. de procur.* ſubdens *n.* 3. communem eſſe Scribentium opinionem, quam rationibus quoq; conuallat, ibiq; *Addentes*, nonnulla obſeruant, *Foller. in pract. crim.* verſ. *Et ſi comparent ante cõtumatiam examinẽtur, n.* 14. *ad fin. Bertaz. conſ. crim.* 432. *n.* 13. *vol.* 2. *Afſl. d. dec.* 64. *n.* 2. verſ. *In dicta cauſa*, *Boſſ. in pract. crim.* verſ. *An in criminali iudicio, n.* 1. *Menoch. de arbitrar. quæſt.* 80. *D. de Frãch. dec.* 470. *n.* 8. & *dec.* 131. *n.* 1. vbi plura per *Addent. Caball.* qui *D. de Frãch.* adducit in *locis modo allegatis reſol. crim. cap.* 23. *n.* 13. *D. Reg. Rou. in prag.* 1. *n.* 34. verſ. *Nec dicant in fin. Cenall. commun. cõtr. commun. quæſt.* 237. *n.* 1. poſt quos *Ego ipſe in* 1. *practicar. obſeruat. cap.* 30. *n.* 12.

Præterea, ſi totũ conſtituunt fundamentum ij, qui aſſerete non dubitarunt, Iudicium præſentationis inſtrumenti eſſe ciuile, non autem criminale, in eo, quod pæna amputationis manus fuit ſublata, eiuſque vice, pæna pecuniaria ad rationem decem pro centenario fuit impoſita, Fiſco exoluenda, Nonnè ſuimet macerie eiuſmodi aſſeueratio confunditur, deſtruiturq; ? Quis etenim ex Scribentibus (quotquot illi fue-
52 rint) in cõtrouerſiam deduxerit ſubrogatum non ſapere naturam eius, in cuius locum ſubrogatur ? ſi de hoc formatus eſt *tex*, *in l. ſi eum*, §. *qui iniuriarum*, *ff. ſi quis cautio.* cum concordan. adductis per *Cyriac. controuerſ.* 287. *n.* 40. *par.* 3. *Mart. Venturin. conſ.* 36. *n.* 66. & ad theſim noſtrã punctuatim inſignis Aduocatus Romanus *Peregrinus Ianuinus* inter *cõſilia Farinacij cõſ.* 85 paulò ante *n.* 44 verſ. *Quandoquidem tom.* 1. firmè ſuſtinens, quod ſubrogatus ad rem,
53 cenſetur etiam ſubrogatus ad qualitatem adhærẽtem ipſi rei, ad quod laudat *Felin. in cap. dilecta n.* 53. *de reſcrip.* quem ſequutus fuit *Lancellott. de attent. par.* 2. *cap.* 4. *tit. de attent. lit. penden. in præfat. n.* 165.

54 Et nè longiùs abeam; nonnè ex ipſomet inſtrumento per Religioſos præſentato eiuſmodi veritas elucescit? Inibi etenim legitur peculiari pacto ſibi Monachos proſpexiſſe agendi criminaliter, ſecundùm formam *Ritus fol.* 18. *at. in inſtrumento*, & iterum *fol.* 25. *lit. N.* adeò quod in cunctis ferè inſtrumẽtis cùm paſſim aſſeratur liquidationem criminaliter fieri, communis iſte vſus attenditur,
55 ad *tex. in l. librorum*, §. *quod Caſſius*, *ff. de ſuppellect. legat.* inſpiciendumq; in primis erit quomodo in vſu fue-

rit, nam ex obseruantia quælibet enodantur ambiguitates ad *tex. in l. si de interpretatione cum l. seq. ff. de legi.* vndè *D. Reg. de Pont. cons. 1. n. 33.*
56 inquit vsum interpretari priuilegium, statuta, & similia, adducens *vulgatum consil. Bart.* 59. incip. *Commune Spoleti,* & *Rom. cons.* 271. quic-
57 quid in contrarium dixerit consulendo *D. Reg. Rou. in prag. 1. de offic. Baiul.* pro Cæsare de Nobilibus Baiulo Ciuitatis Catanzarij, nam contra suas allegationes fuisse iudicatum, ipsemet fidem præstat initio dictarum allegationum, de qua decisione meminit *Ill. March. Belmont. D. Reg. Tap. in 3. lib. iuris Regn. tit. de liquid. instrum. sub n.* 30. quam editam fuisse in anno 1604. tradit, & de illo meminit *Ill. March. Torell. Reg. Capyc. Latro dec. 58. n. 9. par. 1.*

Quartò ad idem (si vltrò concedamus) iudicium liquidationis instrumenti esse iudiciũ ciuile, ex alio arcentur Monachi à præfato liqui-
58 dationis actu, nam Monachus æquiparatur filio, seu seruo, de qua æquiparatione serui ad Monachum quatuor sunt glosæ. Vna *in l. Padius,* & ibi tangitur per *Bart. ff. de arbitr.* Alia est in *l. ex pænalibus, ff. de reg. iur.* Tertia est in *cap. non dicatis 12. quæst. 1.* & Quarta in *l. cũ hæredes, §. fin.* vbi *Imol. & Alex. ff. de acquir. possess.* idemque *Alex.* fusiùs in *l. 1. §. Item acquirimus, & §. per seruum, ff. eod.* benè *Euerard. in topic. legal. loco à seruo ad Monachũ n. 2.* vers. *Pro liquidatione,* punctuatim *Farin. in prax. crim. par. 1. tit. de accusat. quæst. 13. n. 14.* vbi allegat *tex. in Auth. Causa, quæ fit cum Monacho, C. de Episc. & Cleric.* & sic quicquid
59 acquirit, Monasterio acquirit, nec momento temporis per ipsum quæsita possunt esse penès ipsum, secundùm *D de Franch. dec. 40. n. 3.* qui ad
60 id expendit *tex. in l. placet 78. ff. de acquir. hæred.* cuius verba subnectere libet, vti ad rem peculiaria, *Placet quoties acquiritur per alium hæreditas, vel quid aliud ei, cuius quis in potestate est, confestim acquiritur ei, cuius est in potestate, neq; momento aliquo subsistere in persona eius, per quam acquiritur, & sic acquiri ei, cui acquiritur,* quibus arrident tradita per *Euerard.* loco mox citato *n. 3.* vers. *Hinc videtur,* adducens *Panor. in cap. quod à te de cleric. coniug. & in cap. fin. de regular.* ibique aduertit *Euerar.* de hoc esse *tex.* singularem *in l. quod seruus, ff. de acquir. possess.* vbi *Paul. de Castr. & Alex.* quam conclusionem exornat *P. Sanch. in 2. par. summ. lib. 6. cap. 12. n. 1.* ea ratione, quia Religiosus æ-
61 quiparatur seruo, & filiofamilias, contra quos, vel pro quibus non po-
62 test fundari iudicium, per *tex. in l. seruus, C. eod. tit.* adducens *Speculator in tit. de actorib. §. vnic. n. 48. & tit. de Reo, §. vnic. n. 19. & tit. de stat. Monachor. in princ. n. 2. Nauarr. commen. 2. de Regular. n. 64.* et *Euerar.* modò allegatus *Farin. de accusat. quæst. 13. n. 24. in 2. conclus.* per *tex. in l. quod attinet, ff. de regu. iur. l. seruus, C. de iud.*
63 *Reg. Sanfel. dec. 195. n. 15.* subdens processum factum cum Monacho esse nullum, licèt non opponatur, per æquiparationem factam de seruo ad Monachum, ex doctrina *Ang. in l. cũ Prætor, §. non autem, ff. de iud.* nouissimè *D. Francisc. Salgad. in Labyrinth. creditor. par. 1. cap. 27. n. 27.* vers. *At verò,* inquiens per viam iuris, atque iudicij contentiosi, seruum, seu Monachum nullo iure posse petere, nec in iudicio comparere, nec agendo, nec defendendo, quia carent actione, nec sunt personæ legitimæ comparendi in iudicio sine licentia Superioris, adducens nonnullos alios.

Quo fit: vt in ipso actu, quo promissa fuit solutio RR. Monachis in instrumento, statim actio illa, siue ius quodlibet, quod in ipsos translatum fuit,

fuit, ſeu transferri potuit, conniuentibus ſanè oculis acquiſitũ fuit Monaſterio, & ſic dùm hodie intendere agunt Religioſi, abſq; actione expe-
65 riuntur, quod vtiq; nulli permittitur, ad *tex. in l. ſi pupilli, §. videamus, ff. de negot. geſt. cum concordan. Bart. in l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pact.* & Iu-
66 dex ex officio repellere debet actione carentem, ſicuti docet *Aret. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. §. Item ſi fulloni*, etiam ſi eſsemus in iudicio executiuo, ſecundùm *Bald.* & alios *in l. fin. quæſt. 5. C. de edict. Diu. Adrian. toll. Oſaſc. dec. 5. n. 35. D. Præſ. de Frãch. dec. 692. in fin. D. Reg. Rou. in prag. 1. n. 2. de ord. iud.* benè *D. Reg. Sãfel. dec. 338. n. 2. ad n. 8. par. 3.* vbi rationem affert, aliiq; plures à *Me* congeſti in *1. diſcepta. forenſ. cap. 24. n. 3. & ſeq.* & actio illa, quę in Monachum transferabatur, occultato actu medio, con-
67 feſtim in Monaſterium tranſiuit, legis virtute, ad *tex.* celebrem, *in l. ſingularia, ff. ſi cert. petat. l. 3. §. pen. ff. de donat. inter vir. & vxor. cum concordan.*

Nec *Nos* hæc quidem ex noſtro Marte ſcribimus, ſed freti authoritate Sac. Conſ. per quod de ann. 1632. die 27. Maij fuit pro hac opinione (quam defendimus) iudicatum, vi-
68 ctoriam aucupamur, teſte etenim *D. Thor. in 3. par. compen. deciſſ. Regn.* verb. *Inſtrumentum col. 1. pag. mihi 560.* cum caſus accidiſſet inter P. Io. Antonium Albinum Clericum Regularem Miniſtrantiũ Infirmis, præſentantem inſtrumentum via Ritus contra Io. Andream de Franco, per quem fuit oppoſitum non poſſe procedi ad liquidationem, quia vti Monachus ſeruo aſſimilaretur, & agere non poterat, cùm per Magn. Cur. fuiſſet ordinatum, quod remaneret condemnatus prędictus Io. Andreas, & ſic potuiſſe procedi ad liquidationem inſtrumenti inſtante Religioſo, attamen facta relatione in Sac. Conſ. per Iudicem D. Ioſeph Herrera in Aula D. Regen. Sanfelicij, tunc Regij Conſiliarij vnius Aulæ Præfecti, per viam appellationis, interueniente Spectab. D. Præſide Sac. Conſ. fuit reuocatum decretum Magn. Cur. & ordinatum eidem Magn. Cur. quod prouideret, *iterum eſſe expediendam citationem per perſonam legitimam, penès Actuar. Seraphin.* vbi igitur, aut quomodo hæſitandum venit modo in ſimili facti ſpecie?

69 Ex qua determinatione manifeſtè lapſus videtur *Franciſcus Antonius de Iudice Rober.* (pace ipſius dixerim pro veritate tuenda) quem magnifaciunt Aduerſæ partis Defenſores in libello, quem edidit *de liquidationib. inſtrumentor. conſiderat. 3. n. 10.* verſ. *Vlteriùs pono*; dùm tradit poſſe Monaſterium præſentare inſtrumentum via Ritus, nedùm per illos Monachos, qui interfuerunt in actu ſtipulationis, verùm etiam per alios Monachos, etiam ſi non interuenerint, ea ratione quia ſtipulatio eſt facta in faciem Monaſterij repræſentati per
70 Monachos, quia Monaſterium dicitur propter Monachos, nõ ſine Monachis, adducens *Bald. in l. 1. 2. col. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub cond. fact.* adeò quod ſecundum dictum *de Iudice Rober.* quicumq; Monachi repræſentantes Monaſterium poſſunt interuenire in liquidatione inſtrumenti, quia non conſiderantur Monachi ex eorum perſona, vt ſinguli, ſed tanquã vnum corpus faciens Monaſterium.

Ficulneum herclè effatum? quod ſi attenderetur, totius liquidationis inſtrumentorum materia funditùs euerteretur; Si præcipuum requiſitũ liquidationis conſiſtit in periurio, eò quod contrahens promiſſa cum iuramento non adimpleuit vti verba expreſſa dictimet *Ritus 166.* continuataq; & inconcuſſa praxis Tribu-

nalium obseruat, de quo attestatione facit *Frecc. de præsent. instrum. par.* 11. cuius verba sunt eiusmodi, *Substantiale requisitum in liquidatione in-*
71 *strumenti est, quod iuramentum sit præstitum de facie ad faciem, inoleuit communis mos, tam in Magn. Cur. quàm in alys Regni Tribunalibus ex dispositione ritus, quod non fit præsentatio instrumenti, neq; potest ad eius interrogationem procedi, si instrumentum non reperitur iuratum de facie ad faciem, prout quotidiè videmus esse in viridi obseruantia.* Hactenus *Frecc.* quo laudato se subscribit *D. Reg. Sansel. dec.* 299. *n.* 3. vers. *Fundabat par.* 2. ipsismet verbis *Frecc.* transcriptis, sicuti *Ego* plena manu insinuaui in 1. *discept. forens. cap.* 15. *n.* 43. *cum duob. seqq.* quo pacto ij, in quorum faciem iuramentum non fuit præstitum, liqui-
72 dationis limitem attingent? Non etenim ponderat iudicium præsentationis instrumenti, esse criminale, non aduertit Monachos, neque velle, neq; nolle habere, ideòq; in Iudicio esse non posse; Minus olfacit Monachum seruo æquiparari, idcircoq; quicquid acquirit, Monasterio acquirere, adeò vt neq; momento temporis penès ipsum actio resideat, & per consequens absq; actione neminem experiri posse, nec quid validi adducit in articulo tàm celebri, sicuti modò à Nobis allata demonstrant, quapropter erubescendum ei
73 erat; dùm sine lege loquebatur, ad *tex. in* §. *Cõsideremus, in Auth. de trien. & semiss. collat.* 3. *l. si seruus seruum*, §. *non dixit Prætor, ff. de acquir. hæred.* §. *optimum*, *Auth. de non eligen. secund. nuben. collat.* 1. imò paruifaciendum illius opinamentum, quod peculiari Sac. Consilij determinationi repugnat, ad dicta satis lepidè per *D. de Franch. dec.* 363. *n.* 3. Quodq; profectò est mirandum, idemet *de Iudic. Rober.* sibimetipsi in hoc parum constans videtur, dum in sede mox in dicanda, contrariam tutatus est sen-
74 tentiam, vndè vti sibiipsi contrario, nulla adhibenda est fides.

Nec dicatur posse igitur Monasterium agere via *Ritus* ad præsentationem instrumenti, dùm in ipsum translatum fuit ius acquisitũ à Monachis, nam in promptu sese offert responsio, nempè instrumentum non fuisse stipulatum de facie ad faciem cum Monasterio, quod est præcipuũ
75 requisitum in materia liquidationis, seu præsentationis instrumenti via
76 *Ritus*, sicuti tradit *Affl. dec.* 64. *n.* 2. inquiens fuisse de mente *Bart. in l. qui bona*, §. *si alieno, ff. de damn. infect. circa fin.* ibiq; tradit *Affl. n.* 3. fuisse confirmatam sententiam Magn. Curiæ, per quam fuit ordinatum non esse liquidandum instrumentum, ex quo iuramentum non fuit præstitum de facie ad faciem, *Carau. rit.* 163. *& rit.* 286. *D. Præs. de Frãch. dec.* 553. *Bernard. Pand. de præsent. instr. declarat.* 23. idem *de Iudic. Rober. de liquid. instr. in* 3. *consider. principal. D.* Reg. *Sansel. dec.* 213. *n.* 1. *&* 2. & *dec.* 299. *n.* 3. *&* 4. *par.* 2. plura per *Me in* 1. *discep. forens. d. cap.* 15. *n.* 48. *& seqq.*

77 Quintò: ponderabam *Ego* (nec os in Cælum posuisse arbitror) fuisse nulliter expeditam citationem absq; licentia Excellentissimi Regni Proregis contra personam Ducatus titulo decoratam, nam existente iudicio liquidationis instrumenti criminali (vti modò probauimus) *in tertio assumpto* licentia expetenda erat ab Excell. Regni Prorege, ad hoc vt potuisset citari, per *tex. in l. si grauius*, *C.*
78 *de dignit. lib.* 12. itaq; practicatum ob prærogatiuam dignitatis, tenet *Frecc. de subfeu. tit. quis dicat March. n.* 9. vbi ità seruasse de anno 1545. testatur, & *n.* 44. *Ann. cons.* 112. *n.* 39. *vol.* 2. *Surgen. de Neapol. illustrat. cap.* 23. *n.* 3. *Mastr. de Magistrat. cap.* 13. *n.* 5. & scripsi

scripsi *Ego in 1.practicar.obser.cap.81. per tot.*

Cui obiecto vt occurreret Pars; adstruit abijsse in desuetudinem, ad
79 quod suadendum insinuat esse de mente *Reg.Sanfel. dec. 290. n.8.* vers. *Necnon*, subdens adeò veritate niti suum hoc dicterium, quod adduxerit magni nominis Authores aientes
80 Tribunal Magn.Cur.procedere etiã contra habentes septem officia Regni, *D.Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.7. per tot. D.Marth.Belmontis dec. Suprem.Senat.Ital.3.n.34.D.Reg.Rou. in prag. 1. de situlor.abus.à n.1. ad 23.* qui determinationẽ adducit in Magno Admirato.

At eiusmodi assumpta (si verum amamus) tum ieiuna sunt, tum vires habent nullas, siquidem respectu Authoritatis *D.Reg.Sanfel.* si Pars excussiori velit impendere iudicio, est merum figmentum, nam *d.dec. 290. in 2.par.* minimè è Minerua *D. Sãfel.*
81 manauit, sed tantùm fuit responsum Regij Consiliarij Iulij Mastrilli, iurisdictionem Magn. Cur. tuitantis, tempore quo Aduocati Fiscalis ipsius Magnæ Curiæ, munere fungebatur, nec rerum iudicatarum authoritate comprobat, sed perfunctoriè loquitur, cui in hoc minimè standum est.

82 Quod autem asseritur Magnam Curiam procedere etiam contra habentes septem officia Regni, satis è longè deducitur, nec inficias Nos imus, sed procedere intelligitur obseruatis adamussim obseruandis, nempè præuia licentia Excellentiss. Regni Proregis, nec vnum depẽdet ab alio, sed omninò separatum est, & disiunctum, adeò quod ex separatis non benè inferri cecinit *tex.in l.Papinianus exuli, ff.de minor.*

Et si adhuc instet Aduersarius interceffisse licentiam Excellentissimi Proregis, dum adsunt rescripta, quod procedatur in causa, *fol.7. 14.& 15.* non aduertit, vel animaduertere noluit, Aduersarius quod rescripta processerunt ad hoc, vt in causa procederetur, vti ex eorum lectura Dominis de Sac.Consil.innotuit, dum impedimentum præstabat in procedendo Delegatio in personam Ill. Marchionis Sancti Sebastiani, nullum autem verbũ in rescriptis quoad per-
83 sonam Ducis citandam, vndè actus non potest operari vltrà intentionem
84 agentis, ad *tex.in l.nõ omnis, ff.si cert. petat.* cuius dispositioni innixum Sacrum Consilium ità suum præbuisse calculum in casu ferè simili, tradit *Gram.dec.66.n.25.cum duob.seqq.*

Sextò: redditur quoq; nulla, & prorsùs inutilis citatio respectu quãtitatis, pro qua fuit expedita, nempè pro summa duc. 40890.vt *fol.2.& 3. penès acta liquidation.* nam dum Magna Curia expediri iussit citationẽ vigore rescripti S. E. inserti de verbo ad verbum in citatione prædicta, ex eo apparet, non nisi pro summa duc.8000.fuisse iniunctum expediri citationem, *d.fol.7.*ibi, *Por quãto han*
85 *caydo ochomil ducados*, & expeditum est apud Hispanos dictionem illam, *Por quanto*, esse restrictiuam, ad dicta per *Sess. dec. Aragon. 126. n.39.* vers. *Neq; his obstat par.2. Portol.ad forum de appręhensionibus*, incip. *Por quanto*, verb. *Apprahensio n.69.ad 75.* inquiẽs fuisse iudicatum; Idq; eò magis asserendum est, nam aliàs frustratoria redderetur moratoria, concessa ab Excellentiss.Regni Prorege, de qua memoriam fecimus *hoc eod. Respons.* vers. *Pactis initis*, nam si pro tota summa d.duc.40890. voluisset permittere, quod præsentaretur instru-
86 mentum, censeretur se incontinenti Princeps correxisse, quod non est dicendum, cùm tritum sit, mẽtis,
87 seu voluntatis mutationem minimè pręsumi, *l.3.ff.de prob.l.Lucius Titius*

in

in fin.ff.de lega.2.l.Paulo §.1.*ff.de lega.3.l.eum qui ff.de probat.* cum alijs adductis per *Menoch. de presum. lib. 6. presf.*165.*n.*1.*Rot.dec.*192.*n.*21.*par.*5. *recent.Episcop.Sperell. decis.fori Ecclesiast.dec.*107. *n.*69. *par.*2. vndè dum excessit in citando, perperam citatio processit, minùsq; legitimè ad liquidationem acceditur.

Hęc sunt, quę iustum reddunt decretum Magnę Curię in themate huius responsi descriptum, quo fuit prouisum *Rectiùs esse Ducem citandum*, vtpotè qui ad ordinem tantùm oculos habuit, non autem ad iustitiam, vt hinc secernatur malè Partē aduersam appellasse à decreto prędicto; Ducem verò extitisse grauatum, dùm in spem erat fore decernendum, quòd *ageretur ordinariè* attento instrumento pręsentato, tot scatens nullitatibus, vt instrumenti nomen vix mereatur, idcircòq; iustè appellasse, reparationem expectans à Sac. Consilio, quod vt assequamur infrascripta adducimus. Et

Primò, quod in hoc transactionis instrumento deficiunt sollemnitates à iure requisitę, ad hoc vt valeat in-
88 strumentum alienationis rerum Ecclesię, nempè causa, necessitas, & vtilitas, siue vti *Canonistæ* docent in *cap.*1.*de reb.Eccles.nō alien. in* 6.*Clem.*1.*eod.tit. cap.fine exceptione* 12. *quæst.*2. quorum meminit *Quaran.* in d. verb. *Alienatio n.*2. Causa iusta in casu licito, & forma, idest sollemnitas legum, ibiq; *n.* 3. declarat, quę, & quot sint causę iustę, quotq; & quæ requiruntur sollemnitates, benè *P. Bordon.in* 1.*variar. resol. regular. resol.*27.*n.*21.*& plurib.seqq.* vbi dilatatis fimbrijs materiam exorditur, nec
89 ambigi potest transactionem esse speciem alienationis, *glos.in l.*1. *C. si aduers. trans. & in l.non solum, C.de*
90 *pred. minor.* vndè prohibita alienatione, censetur quoq; prohibita transactio, *Bart. in l. nulli n.* 3. *ff. de transact.* vbi *Ias n.*2. *Federic.de Sen.cōs.*94. *Grau.cons.*323.*sub n.*1. vers. Dico, *Rimin.cons.*129. *n.*5. *lib.*1. *Gratian. discept.forēs.tom.*3.*cap.*476.*n.*16.*cū seqq.* & pleniùs *cap.*846.*n.*8. *tom.*5. vbi de communi, ibiq; *n.* 13. adducit nonnullas Rotę decisiones, *Barbos. Episcop de iur.Ecclesiast.lib.*3.*cap.*30.*n.*40. *Rot.Rom.*apud *Coccin.dec.*301.*n.*1.*& in recent.dec.*755. *n.*2.*par.*2. *Sperell. decis.for.Ecclesiast. par.*2. *dec.* 154. *n.*26. iterùm *Barbos. de offic. & potest. Episcop. par.*3. *alleg.*95. *n.*63. *Bald.& Salic. in d. l.* 1. *C.si aduers.trans.Rot.Rom.*apud *Paul.Aemil.Verall.dec.*106. *n.*1.*lib.*1.*& in decis.*318 *n.*1.*&* 2.*lib.*3. appositè *Quaran.* d.verb. *Alienatio n.*20.*in* 5.*ampliat.* inquiens sollemni-
91 tates prędictas requiri, nedùm in alienatione rerum Ecclesię, sed etiā in transactione, ac cessione iurium, actionum, litis, & causę, ex dictis per *Abb.in cap.*1.*n.*8.*de deposit.in cap.* *Cū pridem n.*4.*de pact. & in d.cap.nulli n.*9.*de reb. Eccles.alien. Armill.* in verb. *Alienatio n.*16. facitq; *tex. in l.honorū la* 1.*ff.de verb.& rer.signif.* & adducta per *Quaran.in* 11.*ampliat.* ex quibus iuribus Scribentes vtrobiq; notarūt eandem sollemnitatem requisitam in alienatione rei, requiri etiam in transactione, per quam res remittūtur, & inferunt ad minores; mulieres maritatas, & Prælatos Ecclesiarum
92 transigentes, quia transactio est alienationis species, & est *tex.in l.*1. §.*de officio, ff.de offic. procur. Cæsar in l.sed & si* §.*litis, ff.de publician.& in l.*1.*& l.litis, ff.pro emptor. Alex.cons.*129. *col.*1.*in* 1. fusè *Tiraq. de retract. lignag.* §.1. benè *Pereg.in absoluto tract.de fideicom.art.*40.*n.*23. vers. *Sed an de re*, vbi inquit facere, quæ tradit *Alex.in l.sæpè n.* 126.*ff.de re iud. Episc.Ricc.in prax.rer.quotidian. tit.de alienat. rer. Eccles.resol.*43.*n.*1. vbi nullum in hoc esse apud ipsum controuersiæ locum
asse-

aſſerit, & rationem reddit pluribus citatis *n.2.* quia tranſactio dicitur ve-
93 ra alienatio, ibiq; poſt alios, *Rota deciſiones congerit in vna Auerſana tenimenti 27. Ianuarij 1583. coram Rubeo, & 23. Iunij 1594. coram Gipſio, & in Nauarien. decimar. 28. Maij 1593. coram Aragonio, & in Mediolanen. reſciſſionis permutationis 10. Iannarij 1597. coram Pamphilio*, eiſq; ſollem-
94 nitatibus deficientibus contractum eſſe prorſus nullum, vbiq; clamant
95 DD. tam Canoniſtæ in *lib. decret. 12. quæſt. 2. per tot.* præſertim in *cap. ſine exceptione, in lib. decretalium, tit. de reb. Eccleſ. alien. vel non, in cap. nulli, in lib. Sexti in Clem. & extrauag. Ambitioſè de reb. Eccleſ. non alien. & in cap. terrulas n. 9.* & in *Conc. Trid. ſeſſ. 25 de reform. cap. 11.* incip. *Magnam*, quàm Ciuiliſtæ in *Auth. Hoc ius porrectum, C. de ſacroſ. Eccleſ. Quaran. in Summa Bullar.* verb. *Alienatio bonorum Eccleſiæ in princ. Chriſtoph. Suelu. 1. vol. conſilior. deciſiuor. conſ. 87. n. 3.* ad *tex. in l. prohibitionem, & l. non dubium*, C. *de legi. & l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſit. lib. 11. cap. qui contra de reg. iur. in 6. Magon. dec. Floren. 69. n. 4. Gonzalez ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 56. n. 94. Dec. conſ. 142. n. 4.* latè *Couarr. lib. 2. variar. reſol. cap. 17. n. 2.* multis allatis, *Rolan. conſ. 15. lib. 1. Rimin. iun. cõſ. 364. n. 55. lib. 4. Hõded. cõſ. 31. n. 14 Garz. de beneſ. par. 12. c. 3. n. 3. & ſeqq.* vbi multas congerit determinationes, *Capic. dec. 105. & 113. n. 8. Gram. dec. 79. n. 13. Vin. dec. 145. n. 20. lib. 1.* & firmauit millies *Rot.* præſertim coram *Cardin. Seraphin. dec. 508.* & apud *Cardin. Mantic. dec. 41. n. 1.* duplicata *in dec. 203. par. 4. diuerſ.* inquiens ità pluries in Rota fuiſſe deciſum, & penès *Cardin. Canaler. dec. 288. n. 1.* & coram *Coccin. in dec. 145. n. 1. & 3. & dec. 374. n. 3.* quos memorat *D. Sperell. in 2. par. deciſſ. for. Eccleſiaſt. dec. 154. n. 11. & ſeqq.* vbi innumeros alios recenſet, rationeſq; adducit, & *dec. 155. n. 5.* verſ. *Quo ad po-*
96 *ſteriorem*, ibi, *Quamuis iuxtà veriorem ſententiam, contractus iſte abſq; beneplacito Apoſtolico celebratus, fuerit ipſo iure nullus*, adducens iura à Nobis modò congeſta, ſecundùm quæ in terminis noſtris iudicatum de anno 1531. die 18. menſis Februar. in Supremo Conſilio Mechlinienſi, atteſtatur inſignis Doctor *Paul. Chriſtin. dec. Belgica 75. n. 25.* verſ. *Contrarium, tom. 1. & n. 11.* inquiens eſſe
97 de forma conſenſum Abbatis, & ſingulorum de Capitulo, dein, præuius tractatus, vtrum expediat necnè, tertiò conſenſus Superioris, videlicet Epiſcopi in non exemptis, & in exẽptis, Summi Pontificis, & de tractatu *Gram. dec. 79. n. 13. 15. 16. 18. & ſeq.* & in ipſo Regali Monaſterio
98 (quocùm modò aciem ſuſtinemus) requiri ſollemnitates prædictas in eorum contractibus, adduco pũctuale reſponſum *Conſiliar. Ann. conſ. 38.* qui pro Monaſterio Sancti Martini allegauit, quiq; *n. 38.* verſ. *Ex quibus*, nullũ eſſe contractum adſtruit, eiuſque haud immemor fuit *Quaran. loc. cit. n. 3.* verſ. *Adde in fin.* vbi adducit quoq; *Reg. Lanar. conſ. 50. n. 6. & 7. D. Præſ. Amat. conſ. 63. n. 1* qui excuſare nixus fuit nullitatem contractus, eò quod ex lapſu 40. annor. præſumebantur ſollemnitates interueniſſe, non autem quod non erant neceſ-
99 ſariæ, aduerſus quod poſſumus aſſerere non eſſe Monaſterium audiendum, ſi modò contrarium attentet, obſtat etenim ſibi apertus *textus in l. 2. cum toto titulo, ff. quod quiſq; iur.* ſummaq; refragatur ęquitas, vti *Vlpianus* Iuriſconſultus ait, *Quis enim*
100 *aſpernabitur, idem ius ſibi dici, quod alij dixit, vel dici effecit?* eiſq; concinit *Sacer Canon cap. 6. extr. de Conſtit.* & Sapientis dictum: *Patere legem quam*
101 *ipſe tuleris*, & de eccleſiaſticis loquens

quens, indubitatum aſſerit Reg. Sã-
fel. dec. 187. n. 12. per tex. in l. ſi duo
patroni, §. ſi quis, & §. ſeq. ff. de iuretur.
quam exceptionem, ſeu retorſionem
iuris iniqui exornat Chriſtin. dec.
Belgic. 19. n. 11. & ſeq. lib. 1.

Vndè cùm ex defectu ſollemni-
tatum prędictarum, nullitatis labe
inſtrumentum ſcareat, ex prçallega-
102 tis, prçſertim ex ipſis verbis Ex-
trauag. Ambitiosè, ibi, Siquis au.em, vbi
imponitur quoq; pęna alienanti, vti
aduertit Quaran. in ſummar. d. verb.
Alienatio, n. 5. verſ. Item pro maiori ob-
ſeruatione, & ex diſpoſitis per Sac. Cõc.
Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 11. etiam
103 ſi contractus cederent in vtilitatẽ
Eccleſię, nam deficientibus ſollem-
nitatibus adhuc nulli ſunt, ex ijs,
104 quæ contra Gloſ. in l. cum hi, §. eam
transactionem, verb. Alimentarius, ad-
ducunt Bart. Aluar Bal Ang. Fulgoſ. &
Iaſ. ibi plenè Tiraq. de ll. connubial.
gloſ. 6. n. 56. cum ſeq. Pinell. eleganter
in repet. l. 1. C. de bon. mater. 3. par. n. 31.
cum ſeq. Sarmien. de reddit. eccleſiaſtic.
par. 1. cap. 2. n. 1. vbi eruditè, & n. 7.
verſ. Hæc autem omnia, inquiens prę-
dicta locum ſibi vindicare in foro
exteriori, & conſcientiæ, & iterum
n. 10. d. cap. 2. inquiens nullam eſſe
105 adhibendã differentiam inter con-
tractus minorum, & Eccleſiæ quòad
nullitatẽ Redoan. alijs citatis de reb.
Eccleſ. alien. quęſt. 46. & 24. Quaran. in
ſummar. d. verb. Alienatio n. 34. in 18.
ampliat. Et vltrà ordinarios proſe-
quuntur Couarr. lib. 2. variar. cap. 17.
Reg. Valenz. obſ. 3. Mantic. lib. 4. de ta-
cit. tit. 7. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ.
172. & conſ. 73. 125. 287. 217. & 872.
Guttier. lib. 2. canonicar. cap. 13. & lib.
2. practicar. quæſt. 22 Gregor. XV. dec.
52. Girond. de explicat. priuileg. n. 1119
Barboſ. Epiſcop. in Paſtoral. alleg. 95. in
princ. & lib. 3. iur. Eccleſiaſt. cap. 30.
per tot. appoſitè D. Salgad. in d. tract.
Labyrinth. creditor. par. 1. cap. vltim.
n. 79. verſ. Item, inquiens ſi clauſula
ſit prohibitiua perpetuam cauſam
habens (qualis ſecernitur in d. Ex-
106 trauag. Ambitiosè, de reb. Eccleſ. non
alien. vbi adeſt clauſula etiã annulla-
tiua) ſubſtantialem formam inducit,
qua deficiente, actus corruit, etiamſi
deficeret clauſula annullans, ſeu de-
cretum irritans, ad quod probandũ
expendit gloſſam in Clem. 1. verb. In-
hibentes, verſ. Item non obſtat, de iur.
107 patronat. & eſt tex. optimus in l. non
dubium, verſ. Nullum, & verſ. Quo ad
omnes, ibi, Licet Legislator fieri pro-
hibuerit tantùm, nec ſpecialiter dixerit,
inutile eſſe debere, quod factum eſt, vbi
notant Bart. notab. 1. Bal. notab. 4. Ful-
goſ. notab. 3. Caſtren. n. 2. Trentacinq.
variar. reſol. lib. 1. tit. de legib. reſol. 2. à
n. 3. vſq; ad n. 16. Caſtill. de vſufr. cap.
54. n. 36. qui & alios congerit, alijq;
plures, quos conſultim omittimus,
quis audebit dicere inſtrumentum
ipſum fore liquidandum? ſiquidem
Rit. Magn. Cur. 166. & alij quotquot
materiam liquidationis inſinuant,
108 dum ſtatuunt inſtrumenta eſſe li-
quidanda ad formam Ritus, intelli-
gunr de inſtrumentis validis, ad tex.
in l. 4. § cõdemnatum, ff. de re iud. Bart.
in l. nõ putauit, §. nõ quauis, ff. de bonor.
poſſeſſ. cõtra tab. D. de Frãch. dec. 86.
n. 5. Ego in 1. diſcept. forenſ. cap. 29.
n. 10.

49 Quin amplius: exceptio hæc dum
oritur ex facie inſtrumenti, impedir
illius exequutionem, ſicuti adamuſ-
ſim tradit D. de Frãch. dec. 623. n. 1.
verſ. Apparebat enim ex facie inſtru-
menti, Giurb. dec. 60. n. 10 Bartoli pla-
cito innixus in l. 1. §. & parui, ff. quod
vi, aut clam, etiamſi iuramentum in-
terueniat, Iaſ. in l. ſi duo, §. ſi quis iura-
110 uerit n. 4. ff. de iureiur. Oſaſc. dec. 51.
n. 20. quæ ſanè exceptio tanti eſt, vt
etiam parte non opponente, Iudex
ſupplere poſſit, Giurba d. dec. 60. n. 11.
Reg. Sanfel. dec. 162. n. 7. verſ. His diſ-
cuſ-

cussu, vbi bis decisum tradit, quod dum dubitaretur de iniustitia decreti, fuit denegata exequutio contra formam pacti.

111 Eò fortiùs, quia non præsumitur vtilitas Ecclesiæ, imò damnum, quãdo sollemnitates deficiunt, nam secundùm *Ann. d. conf.38. n.33.* integralis formæ congruitas non est seruata, quam diligenter præcisè, &
112 adamussim, siue (vti aiunt) ad vnguem seruandam esse tradunt communi sensu DD. *in cap. cum dilecta de rescrip. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. delegat. n. 91. & seqq. Natt. cõs. 430. n. 28. Grauat. ad Vestr. lib.3. cap. 9. n. 5. lib. 2. Gram.* in terminis *dec.79. n.14. Reg. Valenz.* ijq; permulti, quos Ego adduxi in *1. discep. forẽs. cap. 13. n. 10. D. Episc. Spereil. deciss. for. Ecclesiastic. par. 2. dec. 154. n. 8. cũ trib. seqq. Bal. in l. quicumq; C. de bon. quæ liber. Auendan. de exeq. mand. par. 1. cap. 4. n. 31. Sarmien. de redditib. Ecclesiast. par. 1. cap. 4. n. 1. & 2.* vbi expressè tenet alienationem rei Ecclesiasticæ, vel minoris, sine sollemnitate, licèt vtiliter fiat, inualidam esse, nam Ec-
113 clesia cum sit persona mystica, aliter velle non potest, nisi mediante eorum persona, quibus hæc res cõmissa est, nec minor perfectè, nisi & tutoris voluntate, seu administratoris, sua adiuuetur voluntas, quò fit, vt altero deficiente, inualidus actus
114 efficiatur, cũ actus cuiuslibet perfectio, duobus fundamentis nitatur, atq; firmetur, potestate, scil. & voluntate, vt in *cap. graue nimis, & in cap. stirpanda in §. qui verò*, ibi, *Velint, & possint, de praben. & dignit. in cap. superinordinata eo tit. in cap. cum in cũctis de elect.*

Nec vis fieri debet, si asseratur eo in casu ex defectu sollemnitatum, nullum esse contractum de re Ecclesiæ, quando ipsamet Ecclesia nollet
115 stare contractui, secùs verò si illũ approbaret, quasi quod hæc nullitas non possit ab alio allegari, quàm ab ipsa Ecclesia, secundùm *Inno.* cuius dicta comprobant *Host. Zabar. & alij in cap. 1. in princ. de his quæ fiũt à Prel. sin. consens. capit. Panor. in cap. diuersis fallacijs n.6. de cler. coniug. Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum n.31. in fin. de Constit.* alijq; allati per *Menoch. de arbit. Iud. cas. 172. in addit. n.62. & seq.* quos congerit *Quaran. loc. allegat. n. 34. vers. Declara*, & lato congerit calamo *Alexan. Sperell. in 2. par. deciss. for. Ecclesiast. dec. 155. ex n. 9.* nam ex antiquitate repetitis casibus, Synodalẽ
116 adducimus determinationem factam per Sac. Conf. apud *D. de Frãch. dec. 35. in fin. vers. Ex his*, vbi apparet prædictis minimè refragãtibus contrariam fuisse receptam sententiam per Sac. Conf. non obiter, & per transennam, sed re maturè discussa, perpensoq; iudicio, fidemq; adstringit
117 suam iterum, D. *de Franch. in dec. 163. n. 14. & 15.* quem ad hoc laudat *Christin. d. dec. 75. n. 15. & D. de Frãch. eadem dec. 35.* inquit determinationẽ factam de ann. 1573. referente Cõsiliario Cæsare Vitello, & in gradu reclamationis ipsomet Præside existente Commissario confirmatam, & impositum perpetuum silẽtium, fuisse conformem iustitiæ, & æquitati, dùm per prius *n. 3. & seqq.* excitata quæstione. An liceat Ecclesiæ dicere, velle approbare contractum, minùs refragante, quod sollemnitates non interuenerint, quodq; contra-
118 ctus, quandoq; possint claudicare, sicuti respectu minorum est *tex. in l. Iulianus, §. si à pupillo, ff. de act. empt. l. sicut, §. si interdum, ff. locati*, & facit *tex. in l. 1. ff. de rescin. vend. & in l. si id quod, ff. eod.* aliaq; iura perspicaciter ponderata *à Sarmien. d. tract. de reddit. Ecclesiast. cap. 2. n. 17. & seq.* tandem *D. de Franch. in d. dec. 35.* resoluit contra Ecclesiam *n. 8.* quia sol-

Vu lem-

lemnitates requiruntur pro forma, *Illust.D.March.Torell.dec.19.n.8.* qui verba faciens de minore, & Ecclesia, licèt perfunctoriè, & obiter, tamen *D.de Franch.* non allegat, & in
119 *dec.* 35. idemet *D. de Frãch.* reddit rationem diuersitatis inter Ecclesiã, & minorem, permittitur namq; claudicatio in contractu minoris præcitatis iuribus, quia adest spes recon-
120 ualidationis ob lapsum temporis, & maiorem ætatem, ad *tex.in l.1.in fin. C.si maior fact. rat. habuer. alien.* in Ecclesia verò nulla subest spes re-
121 conualidationis, & si Prælatus suas non adhibet sollemnitates, semper concessionarius est in suspenso, & Ecclesia dum semper est eadem, &
122 mutantur Prælati successiuis temporibus, quorum vnus non tenetur habere ratum factum alterius, idcircò etiam si vellet Ecclesia stare contractui nõ adhibitis sollemnitatibus, non per hoc euadit contractus nullitatem, sicuti quæstionem excitat *D.Reg.Sanfel.dec.191.n.1.par.2.* per *tex.* adductum ab ipso in argumentum in *l.Præses,C.de transact. l.prohibere,§.plenè,ff.quod vi,aut clam,* & est *tex. in cap. 2. de donat.* & congruunt dicta per *Ann.alleg.*51.id quod videtur sentire *Quaran.loc.cit.n.31.*adducto *Capic. dec.113. & Redoan. de reb. Eccles. alien. quæst. 78. cap. 2. n.13.* &
123 dum in hoc habemus geminatam iudicaturam Sac. Cons. facta est lex in Regno, ità passim iudicandi, sũ *Affl.dec.190. D. de Frãch. dec. 54. sub n.5.& 238.n.3. D.Reg.Rou. in prag.2. de admin.Vniuersit.n.21.* & alibi passim, à qua sanè approbata determi-
124 natione recedere nefas erit, *l.minimè,& l.de quibus,ff.de legib.*ac præfatæ *decis. D. de Franch.*35. arrisit *Menoch. de arbitr. Iud. cas.* 171. *n.63. in addit.* expendens dicta per *Præsid.* nostrum etiam in minore, cumq; sectatur *Amed.de Pont.in commentar.ad tit.de his qui feud. dar. poss. n.*148. & insignem appellat *Quaran. decis.35. Præs.de Franch.loc.toties recens. n.34. in* 18. *ampl.*

Præterquamquod: etiam in casu, quo contraria esset amplectenda sẽtentia, nempè quod contractus esset nullus, quatenus Ecclesia vellet (quod expressè negamus) nequidem in-
125 strumentum poterit liquidari, nam optio datur Ecclesiæ, approbandi contractum, eritq; reputatus validus, dummodò Ecclesiamet post initum contractum, illi stare volens, parata, & sollicita sit adhiberi facere legitimas sollemnitates, verèq; ac cum effectu, eas adhiberi faciat, seu Pa-
126 pæ assensum super contractus validitate obtineat, nè cõcessionarius, seu contrahens perpetuo stet in suspenso, & Ecclesia semper in tuto, vt appositè tradunt præcitati *DD.hoc eod.Respons.* vers. *Nec vis fieri debet,* præsertim *D.de Franch.d.dec.35. n.4.* vers. *Fuit declaratum,* quo adducto per *Cancer.variar.resol. lib.2. cap.13. de empt.& vend.n.92.in fin. & n.seq.* firmè sustinet declarationem voluntatis approbationis, vel reprobationis contractus esse faciendam adhi-
127 bita ea sollemnitate, quæ in initio cõtractus interuenire debuisset, aliàs eodem morbo laboraret talis declaratio, quo actus principalis adducẽs in argumentum *tex. in l. doli,* verb. *Idemq; ibi, Rursus circumuenitur, ff. de nouat. Sayrus in addit. ad Matthes. sing.155. Paul.de Castro in l.Iulianus, §.si quis à pupillo n.1. ff. de actio.empt.* & hanc esse praxim Sac.Cons. iuxtà tradita per *D. de Franch. d. dec.* 35. nempè quod Iudex (nè contrahens
128 cum Ecclesia, sit semper in suspẽso) præcipiat, quod infrà certum tẽpus procuret assensum, refert *D.Reg. Sanfel. dec.* 309. *n.* 8. qui est *finalis;* adeò quod admissa pro vera hac opinione, ni sequatur ratihabitio sol-

ſollemniter facta, & ab ijs omnibus, quos oportuit ab initio actum geſtū fuiſſe, nulla competat actio ex contractu prædicto, nec ius aliquod ex eo metiri poſſit Eccleſia, ſicuti eleganter de more tradit *Sarmien. de reddit. Eccleſiaſt. par. 1. cap. 3. n. 1.* verſ. *Tamen id*, per *tex.* quem in argum. facere aſſerit in *l. quiadmitti ff. de bonor. poſſeſſ. & in l. qui aliena, ff. de acquir.*
129 *hared.* ea nempè ratione moti, quia dum interueniunt ſollemnitates ex poſt facto, videtur, menti, ac fini legiſlatoris ſatisfactum, ac proindè contractum conualeſcere adſtruunt, *Abb. in d. cap. 1. n. 6. de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. capit. Tiraq.* de more plures congerens *de legib. connubial. gloſ. 8. n. 92. Pinell. in l. 1. par. 3. n. 32. C. de bon. mater. Guid. Pap. dec. 159. n. 2. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 56. n. 81. Redoan. de reb. Eccleſ. alien. quæſt. 51. cap. 7. ſub n. 21.* verſ. *Niſi Eccleſia, Villagut dec. 52. n. 143. Matthæſil. ſing. 155.* ibiq; *Addent. n. 13. & 14, Montan. de tutor. & curator. cap. 23. n. 460. Canale. eod. tract. ſub n. 170. Ant. de Pratis, de iuriſd. Epiſc. cap. 5. n. 17. Corſet. ſing. 220.* verb. *Pupillus, Io. Domin. Gait.* nuper vita functus, *de credit. cap. 2. tit. 7. quæſt. 5.* quos habui ab in-
130 ſigni Iureconſulto *D. Alexan. Sperell. Epiſcop. Eugubino*, qualibet ſumma dignitate honorando *in 2. par. deciſſ. for. Eccleſiaſt. dec. 155. n. 15. & 18.* verſ. *Vndè vera, & numeris ſeqq.* vbi ſatis laborat in eiuſmodi theſi pro vera inſinuanda, quem conſuli rogo, nam omnia ponderat ad materiam.

Vtq; ponamus ſecurim ad radicē in eiuſmodi articulo nōne determi-
131 nationem habemus Sacri noſtri Conſilij apud *Reg. Sanfel. dec. 280. par. 2.* qui diſputatum enarrans articulum inter Religioſum profeſſum Ordinis Prædicatorum de Nobili Minutulorum familia tranſigentem ſuper portione petita in multiplico erecto per Io. Baptiſtam Capycium Minutulum, qui hærede inſtituta Sacra Domo Annunciationis Fideliſs. Ciuitatis Neapolis, cui onus erectionis multiplici demandauit, an in tranſactione requirantur ſollemnitates, de quibus modò egimus, verſ. *Primò*: tradit tutiorem fuiſſe habitā ſententiam, quod requirantur ſollēnitates, & hanc eſſe veriorem ſentētiam, vndè petita interpoſitione decreti Sac. Conſ. ſuper tranſactione prædicta, ſubdit *D. Reg. Sanfelic. ſub n. 4. Et iuxtà hanc tutiorem ſententiam eùm partes inſtitiſſent in Sac. Conſ. pro interpoſitione decreti ſuper tranſactione, fuit dictum, quòd impetrato priùs aſſenſu Apoſtolico, prouidebitur.* Quæ omnia adeò vera ſunt, vt idem Monaſterium Ducē onerauerit ad procurādam expeditionem aſſenſus Apoſtolici infra ſex menſes à die contractus, *fol. 19. in princ.* verſ. *Ac etiā*, agnoſcens eſſe neceſſarium ad validitatem contractus.

132 Et licèt aſſeratur ex Aduerſo fuiſſe conuentum, quod impetretur aſſenſus Apoſtolicus, quatenus opus ſit, ad maiorem cautelam, non exindè oritur aſſenſum Apoſtolicum nō fuiſſe neceſſarium attentis ijs, quæ plena manu adduximus *hoc eod. Reſponſ.* verſ. *Primò*, eiſq; ſubnectimus modò *D. Frāc. Salgad. digniſſimum*
133 *Valliſolitanæ Cācellariæ Auditorem, in celebri tract.* cui nomen indixit *Labyrinthus creditor. par. 1. cap. 33. n. 21.* verſ. *Quibus adde, & n. ſeq.* vbi, pluribus Rotæ determinationibus allatis,
134 inquit quod beneplacito Sedis Apoſtolicæ reſeruato, ſi fuerit obtentum, nullus ex contrahentibus poteſt pænitere, ſi autem obtentum nō fuerit, ante illius obtentionem pænitere poterit, ſubdens, id quod fieri non poteſt abſq; beneplacito Sedis
135 Apoſtolicæ, eſſe nullum, & ſi ſit reſeruatum, interim anteaquam ſit

Vu 2 ob-

obtentum, quod sit nullum, itaut quilibet ex contrahentibus possit liberè pœnitere,& à contractu resilire, itaq; pluries Rotam determinasse, tradit *Salgad.*apud *Pnt.dec.*353. *n.*7. *lib.*1.*Achill. dec.*2. *de pact. Farin. dec.* 337.*n.*2.*par.*1.*in Nouiss. Mangil. de euictio.quæst.*125. *n.*20. *Marescot. variar.resol.lib.*1.*quæst.*14.*per tot.*qui nõnullas Rotæmet decisiones cõgerit, *Merez de maiorat.par.*1.*quæst.*2.*n.*48. pluribus allatis, eaq; locum sibi vindicare insinuat *Salgad.d.n.*22.etiamsi
136 contractus fuerit iuramento vallatus, afferens *Caputaq.dec.*12.*n.*3.*par.* 3.*Farin.dec.*755.*n.*2. *in recent. par.*1. *& in posth.dec.*189.*n.*2.*tom.*2. *Garcia de benef.*2.*par. cap.*1. *n.*36. *& Corset. cõs.*1. *n.*9. qui in materia feudali ratiocinatur.

137 Quinampliùs: censuerunt DD. quod si assensus non requiritur in actu aliquo, & tamen partes contrahant saluo assensu,si deindè non impetratur, actus corruit, *Consiliar. Georg. alleg.*5. *n.*56. *Castill. dec.*106. *n.*4.vbi actum esse nullum inquit, & haberi pro resoluto, in casu quo est necessarius pro validitate actus, & non impetratur *D.Reg.Rou de titulor. abus.n.*152.*Loffr.cõs.*17. *n.*53. *cũ seqq.* vbi adducit casum in venditione facta filio Regis Duci Calabriæ, quæ fuit nulla declarata ex defectu regij assensus reseruati, & non subsequuti, itaq; docet *Gamer in cap.Imperialem pag.*55.*lit.Q col.*4 & est memorãda decisio Sac.Consil. apud *D. Reg. Sanfel.dec.*281.*n.*6.vers.*Aduersus*,qui *in fin.* tradit Sacrum Consilium, hãc *Camerarij* opinionem sectatum fuisse sub die 10.Mẽsis Februarij 1640. in causa Francisci Grui, cùm hęredibus quond. Francisci Lauri eorum Tutoris.

Nec ex eo quod onus Ducis erat impetrare assensum Apostolicum, adstrui poterit, quod eo non impetrato instrumentum liquidari queat, nam instrumentum remanet nullum ex defectu formę, & ex eo nulla oritur actio, nec obligatio,sicuti exarauimus *hoc eod.Respons.*vers.*Eò fortiùs*; pluribus coacernatis, quibus addo pũctualem determinationem in casu ferè simili excerptã è fęcundissima pęnu communis in Regno Pręceptoris *D.Reg.Rou.in prag.*23. *de feud. n.*29.*&* 30.vers.*Ratio est*,vbi tradens pręstationem iuramenti assecuratio-
139 nis introductam esse pro forma,ac validitate alienationis rei feudalis, &translationis dominis,subdit(qua-
140 tenus rei nostrę collineat)*Et ea non seruata, cuiusuis culpa procedat, corruit actus l.cum hi, §.si Prętor, ff. de trans. cap.cum dilecta de rescr.& cap. Pisanis de restit. Spoliator.* idque locum sibi
141 vindicare adstruit etiam in alienatione rerum minoris, in qua dum plures requiruntur sollemnitates, si vna tantùm deficiat, corruit alienatio in totum quòad omnes contrahentes, nec inspicitur, cuius culpa procedat defectus, itaq; DD. omnes affirmare in *l.magis puto, § nõ passim, ff.de reb.eor.*& in specie *InnocHostien. Io.Andr.& Batr.in cap. 1. extr. de sacram.iteran.vel non,Ang.& Ias.in d.l. cum hi,§.si Prętor,ff.de trans.* & si qua actio contra Ducem competeret ex promissione facta impetrandi assensum, esset ad interesse,non vt instrumentum nullum, valeat liquidari contradicente Rit. Magn. Cur. qui loquitur de instrumentis validis.

Secundò: vndè emanare possit eiusmodi liquidatio instrumenti, ex alio non capit crassa mea Minerua, siquidem contractus de anno 1621. duc.28500.si benè inspiciatur, contractus nomen non meretur, quia cũ sit contractus emptionis,& venditionis, de cuius substantia est pretium,
142 ad *tex.in §.pretium, & in §. Item pretium, Instit.de empt. & vendit. l.*2. *ff. de*

ff. de contrahen. empt. & in l. empti fides, C. eod. tit. prętium non interuenit, etenim ibi pecunia non apparet ſoluta, & licèt dicatur per medium Bancorum, attamen vſq; modo de talibus ſolutionibus nō edocuit Monaſterium, vndè minimè Ducem teneri ad illorum exolutionem, eſt *tex.*
143 famigeratus in *l. ſi literarum Auxenonis, C. de ſolut.* & ſic inſtrumentum, in quo cōfitetur pecuniam fuiſſe ſolutam vti ex falſa cauſa procedens, dicitur nullum, ex dictis per *Bart. in l. ſi is ad quem, ff. de acquir. hared. D. de Franch. dec.* 623. *n.* 9.

Id quod benè aduertens Monaſterium voluit, quod Dux confiteretur duc. 1000. debitos Auguſtino Lomellino, fuiſſe verè ſolutos, licèt inſtrumentū ceſsionis iurium in ipſius Monaſterij beneficium, quod pręambulam habebat ſolutionem, non exhiberetur vti ex inſtrum. *fol.* 2. *lit. B.* & dùm per errorem proceſſit
144 confeſsio, inſtrumētum non tenet, quia abeſt conſenſus, ex quo cōuentiones emanant, ità punctuatim *Rol. à Vall. conſ.* 13. 1. *vol.* & de tranſactione loquens *Rimin. iun. conſ.* 77. itidem 1. *vol.* per *tex. in l. ſi per errorē,*
145 *ff. de iur. & fact. ignor.* cū nihil magis contrarium ſit conſenſui, quàm error, *l. ſi per errorem, ff. de iuriſd. omn. Iudic.* eſt *tex.* ad hoc factus *in l. cum falſa, C. de iur. & fact. ignor.* quē exornat *Reg. Valenz. conſ.* 27. *n.* 10. *& ſeq. tom.* 1. & ſecundùm prędicta obtinui Ego in S.C. cum interuentu nūquam ſatis laudati *Ill. D. Præſid. Merlin.* in qua adduxi quamplura alia, pręſertim *tex. in l. nec error* 7. *C. de iur. & fact. ignor.* & *tex. in l. confeſſionibus* 14. *ff. de interrogat. actio.* ad infirmandam confeſsionem erroneam, quę (ſi Dominis libet) reperient *in* 1. *practicar. obſeruat. obſer.* 68. *per tot.* & decretum indicaui *n.* 41. verſ. *Ex quibus*, eiſq; collimant tradita per *D. Salgad. in practit. oper. Labyrinth. creditor. par.* 2. *cap.* 10. *n.* 21. *&* 22. poſt *Antonin. Amat. variar. reſol. cap.* 67. *ex n.* 62. *& ſeqq. & à n.* 97. *Mart. conſ.* 96 *à n.* 40.
146 vbi de contractu facto ſub falſa cauſa, falſoq; ſuppoſito, quod ſit nullus ex defectu conſenſus *Rota* apud *Cenc. dec.* 373 *per tot.* & *dec.* 412. poſt *tract. de cenſib.* ac etiam renūciationē habuit Monaſterium Quinti deducendi in beneficium Ducis, vigore decreti generalis de anno 1623. ſtāte quod pecunia fuit de moneta reproba, & legitur in inſtrumento *fol.* 12. *at. in princ.*

Nec ex obligatione Ducis Coſimi nouum in ius quęſitum fuit Monaſterio, ſed tantùm addidit ſuam obligationem proprio nomine, dùm non tenebatur, niſi vti hęres, remanſit tamen tutus exceptione nullitatis inſtrumentorum, dùm pecunia in eis non interuenit, quę exceptio tāti eſt habita, vt transferat onus probandi in emptorem cenſus, *Maſcar. de prob. concl.* 385. poſt *Dec. conſ.* 421. *n.* 11. & *Cardin. Pariſ conſ.* 75. *lib* 4 & benè opponi poteſt exceptio non numeratę pecunię, dùm ſimus intra biēnium, per *tex. in l. fin. C. de non nu-*
147 *mer. pecun.* cū concord. adductis p *DD. in l. in contract bus, § Sed quoniā, C. de non numer. pecun. Caual. commun. contr. comm. quaſt.* 38. & in terminis liquidationis tradit *Carau.* in toties recenſito *rit.* 166. *n.* 47. exceptionem non numeratę pecunię talem eſſe, vt eò ipſo quod opponitur infra bien-
148 nium, dicatur probata, ad *tex. cum gloſ. in l.* 2. *C. de non numer. pecun. & in l.* 1. iuncta *gloſ. C. de condict. ob turp. cauſ. Roder. Suarez in Repet. l. Poſt rem indicatam, §. ſed prouidentia verſ.* 1. *n.* 13. adeò quod dixerit *Carau.* ibi *n.* 48. ſatis eſſe ad impediendam in-
149 ſtrumenti liquidationem ſolā allegationem exceptionis non numeratę pecunię, nam data Rei negatione,

tionis,non probatur verus actus numerationis, idcircò actus probandi
15 numerationem incumbit creditori,ex iuribus præcitatis,& docet *Bal. in l.si ita stipulatus,§. Chrisogonus, ff. de verb. oblig.* quò fit vt cum instrumentum ipsum ex parte creditoris probationem requirat, efficitur illiquidum, secundùm *Bal. in l.in rebus, C.de iur. dot. & Affl.in Constit. Regn. causas*, vers. *Et ideò pridiè n.6.*

Tertiò: instrumentum liquidari nequit, quia absq; consensu processit cōtractus obligationis Ducis, imò ob metum amissionis honoris,& existimationis, vti notorium est, nam cum Dux Galeatius pater impediebatur à Monasterio Sancti Martini in emittenda professione in Religione Clericorum Regularium, in qua ab anno 1647.vti Nouitius extiterat, nec aliter impedimento reperari poterat, nisi noua antecedente Ducis Cosmi obligatione, quam totis viribus expetebat Monasterium, annuit
151 obligationi quasi per vim,& metū, qui sanè metus amissionis existimationis, & honoris præbet aditum rescissioni contractus, de quo est *tex. in l.si quidem*, ibi, *Cum viris bonis iste metus maior esse debeat,quàm mortis, ff. de eo quod met. caus. glos. in cap. cum dilectus*, verb. *Metum mortis,ff.de his, quæ vi,metusuè caus.fiunt,D.Consi-*
152 *liar.Theod.*(quem adhuc mortuum summè veneror, vti de me optimè meritum) *alleg.19. n.5.* inquiens ex metu dedecoris annullari contractū,
153 plusquam ex quolibet alio metu, *Gramm. dec.5.n. 10. & dec. 18.n.12. Gizzar.dec.18.n.1.& 33. Surd.dec.59. n.2.*& est *tex. in l.iusta, ff. de manum. vindict.* quod pluribus exornat *Cordub.in l.si quis à liberis in princ. n.30. ff.de liber.agnosc.Pref.Amat. consf.30. n.12.cum seq.lib.1. D.Reg.Sanfel. dec. 199. n. 18.*

Quartò: occlauditur aditus liquidationi instrumenti, eò quod non sunt specifica corpora submissa sufficientia ex perceptione fructuum ad soluendum annualitates, quę qui-
154 dem corporum submissio est de substantia contractus censualis etiā seruata dispositione *Bullæ Pij V.* circa hoc in Regno passim receptæ, sicuti fidem præstat *Dom Reg.Rouit. in Commentar.ad prag.1. n.22. de censib. Rodriquez de ann. reddit. lib. 1. quæst. 7.n.13.Auend.de cēsib.cap.57.* D.*Reg. Capyc.Latr.consul.124.n.32.tom.2.*vndè nullum adest instrumentum, quæ
155 sanè exceptio, quod non sit instrumentum, tanti est, vt semper obijci possit, vti reseruata in statuto, *Dec. cons.10.n.7.cons.458.n.1. & cons.499. n.14.Alex.cons.33.in* 1.& pro absoluto tradit D.*Reg.Sanfel. dec.215. n.2. par.2.* quam sententiam sustinet *Nauar.in cap.1.14.quæst.5. Molina Iesuita de contractib.lib.2.disput.383.lit.* D. D.*March,Corlet. Reg.Constan. in l. 3. ante n.42.C.de vsur. fiscal. lib.10.* in-
156 quiens *Bullam Nicolai V.* redactam *in prag.1.de censib.*tria requirere, Primum, quod non excedat decem pro centum, Secundum, quod adsit pactū affrancandi, & deniq; quod constituatur super re stabili certis finibus designata, D. *March. Belmont. Reg. Tap. lib. 4.iuris Regn. tit.de censib. n. 111.* tradit formulam constitutionis census hodie eam esse, vt super certo corpore fiat venditio ann. introituum cum hypotheca generali omnium bonorum, iterum D. *Reg. Roa. dec.9 n.2.*vers.*Sed quia*,inquiens inter cæteras conditiones necessarias,quæ in hoc censuali contractu per Bullā
157 in Pragmatica insertam, requiruntur, est illa, vt scil. hi census constituantur super rebus, & facultatibus, ac emolumentis constituentium,nec satis est obligatio generalis super omnibus bonis, sed requiritur specialis obligatio certi corporis fructi-

ctiferi, ex quo reditus ille percipiatur, adducens *Foller. ad Bullā*, in verb. *Huiusmodi censualia n. 48. Thes. tun. quæst. 104. lib. 3. Auendan. de censib. cap. 17.* quibus pro coronide addendus est *D. Marcb. Ramon. Præs. Merlin. cōtrouers. forens. cap. 55. n. 18.* vers. *Rursus*, vbi firmè sustinet instrumentum ad formam Bullæ sustineri minimè posse, quando nullum certum corpus specialiter suis finibus designatū pro sortis securitate fuit, prout necessariò requiri autumat ad cēsus validitatem, adducens *Rot. Rom. dec. 671. n. 1. inter nouissimas collectas per Farin. par. 1. tom. 2.* quodq; corpus
158 designatum debet esse fructuosum, subdens in genere constitui nō posse super quibusuis bonis, nec etiam in personam venditoris cum obliga-
159 tione omnium bonorum, quia esset nullus, & vsurarius contractus (quodq; rei nostræ quadrat adamussim) tenet quod si aliàs constituatur in sui natiuitate, & in actu formationis ipsius, esse ipso iure nullum, adducens *D. de Franch. d. dec. 623. n. 8. Borrell.* & alios: idq; procedere etiam in terminis *Extrauag. Pauli II.* incip. *Ambitiosè de reb. Ecclesiæ non alien.* de qua superiùs verba fecimus.

Vtq; signet hanc veritatē, idem et *D. Præs. Merlin. in fin. d. cap. 55.* hæc protulit verba, *Vndè in Sac. Cons. iustissimum Iudicatum est decretum Magnæ Cur. quod ordinariè agatur Me referente in Aula Consiliarij Carauitæ*, à qua sententia nec latum quidem vnguem, recessit *D. meus Consiliar.*
160 *Carolus Brancatius*, dùm Aduocationis munere magno cum plausu fungebatur, in *Respons. edito pro Ill. Principe Octaiani*, quod modò imprimi curauerunt inter *Commentar. ad pragg. Regni editos per D. Reg. Ron. in tit. de censib. Addentes ad ipsum.*

Vndè igitur hanc sibi persuadere poterit Aduersarius sententiam, vt possit instrumentum præsentatum liquidari, neutiquā patet (ni me Clientis fallit amor) vt exindè pateat reformandum esse decretum Magnæ Curiæ, & per Sac. Consil. decernendum, quòd agatur ordinariè, vel rectiùs, quod causa remanet in eodem Sac. Cons. vbi coram D. meo Consiliario Francisco Antonio Muscettula Iudicium nullitatis instrumenti cæptum est, sicuti ferè omnibus in similibus facti speciebus, passim extitit obseruatum.

Et benè callebat Monasterium fuisse alienata corpora submissa in prioribus instrumentis, dùm in citatione super tenore ipsorum expedita de anno 1645. de qua memores extitimus *hoc Respons.* in themate facti, peculiaris fit mentio, quod liquidatio petebatur etiam ob alienationē corporum submissorum *fol. 12.* & cōstat ex postremo instrumento *fol. 12. in fin. in pergamen.* ac de alienatione Starsiæ sitæ in Casale Iuliani, dicta *Il Campanilo*, satis vulgata est ipsarū alienatio, quando de anno 1639. venditum fuit Casale prædictum Ill. Principi Petræ Elcinæ, & ann. introitus duc. 857. cum eorum sortē capitali apparent alienati *fol. 17.* Domus verò magna, siue Palatium situm in Regione Sedilis Nidi datur insolutum eidem Monasterio, vndè in re
161 propria pignus consistere nequit, *ad tex. in l. neque pignus, ff. de reg. iur. cum concord.* Ruit igitur liquidatio funimet maceriē cum instrumento.

Quò fit, vt non immeritò Dux supplicatione mediante petierit in Sac. Cons. annullari contractum prædictum die 31. Maij 1651. *fol. 25.* vbi apparet de commissione causæ in personam D. Consiliarij Francisci Antonij Muscettulę, coram quo Monasterium fuit notificatum.

Hæc digitotenus insinuantur ad suadendam iniustitiam petitæ liqui-

da-

dationis respectu personarum, ad quarum instantiam expedita fuit citatio super tenore instrumenti, ac etiam respectu ipsius instrumenti, ex quibus satis liquidè de illiquiditate constat.

Quorsum plura? canamus receptui, Quando hæc omnia deficerent, *Bone Deus?* Quis ex Dominis Ius dicentibus, non agnoscit Monasterij rigorem in liquidando instrumentū anni circulo vix expectato, pro tàm ingenti quantitate, ex qua domus tam antiqua, tam benemerita, natalium splendore conspicua, quæq; Serenissimo nostro Regi omni tempore fidelis, vitam, & bona, plebicularijs præsertim vigētibus commotionibus dedicauit, inspecta temporum clade ad exitium deduci poterit?

Temperandum igitur eiusmodi rigorem ab æquitate, quàm Magistra-
162 tus præseferre debent, ad *tex. in l. quod si Ephesi, ff. de eo, quod certo loc. cum concordan.* in spem ducitur Dux Acheruntiæ, agitur etenim de instrumento, quod nulla ex parte meretur executionem, & quando vigore *Ritus* præsentatur, adeò debet esse li-
163 quidum, vt sit lucidum, & clarum, quod nulla exceptione ex ipso instrumento resultāte possit actor submoueri, sicuti post *Bald.* docet *Frecc. in celeb. tract. de præsent. instr. par. 7. n. 13. & seqq.* Salua tamen censura Dominorum Iudicantium, quibus hæc submittimus.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 16. Octobris 1651.

DECISIO.

R*Eferente Magnæ Curiæ Vicariæ Iudice Magnif. Carolo Amato, interuenientibus Spectab. D. Regente Decano Bernardo Zufia (qui & Sacri Consilij Præsidatum agebat) ac DD. Consiliarijs duarum Aularum, Francisco Antonio Muscettula Decano, Aloysio Gamboa, Marco Antonio Cioffi, Io. Baptista Amendola, Io. Francisco Marciano, Illust. Duce Canzani Donato Coppola, D. Stephano Carrillo, D. Andrea de la Torre, Antonio Capiblanco, & D. Felice Lanzina, & Vlloa, fuit interpositum decretum,* Remissa est eidē Magn. Cur. quæ prouideat, quod Ill. Dux Acheruntiæ remaneat cōndemnatus, & pæna ponatur.

Penès Magnif. Secretarium Sac. Consil. & Actuar. Magnæ Curiæ *Marcum Salernum.*

SVMMARIVM.

1 Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 166 *agit de præsentationibus, siue liquidationibus instrumentorum.*

2 Author *dum causa votabatur, præsagiens malum illius euentum, formauit nullitates.*

3 *Dispositio* ritus Magnæ Curiæ 166. *enucleatur.*

4 Ritus Magn Cur. 166. in 2. par. *quid disponat.*

5 Ritus Magn. Cur. 166. in 3. par. *quid disponat.*

6 Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ *sunt adamussim obseruandi.*

7 *Lex semper loquitur.*

8 Regina Ioanna II. *fuit conditrix rituum Magnæ Curiæ Vicariæ.*

9 Ritus *dicitur ab adiectiuo* Ratus, *idest* Firmus.

10 *Debitor quotiescumque, ante perfectam liquidationem instrumenti, admitti debet aduersus instrumentum in vinculis.*

11 Ritus Magnæ Cur. *vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*

12 *Verba vniuersaliter prolata, sunt vniuersaliter accipienda.*

13 *Ratio non affertur in ritu, quare licitum est debitori in vinculis causam dicere.*

14 Freccia de præsentationibus instrumentorum, *dubitatur an illius operis fuerit Author.*

15 Authores *recensentur, qui de præsentationibus instrumentorum, tractauerunt.*

16 Author *rationem affert, quare debitori permittitur in vinculis se defendere aduersus liquidationem instrumenti.*

17 *Carcer est mala mansio, & species tormenti.*

18 *Carcer continet præiudicium irretractabile.*

19 Prosper Farinacius *Criminalistarũ Princeps dicitur* ab Authore.

20 *Carcer dicitur sepultura viuorum, Consumptio bonorum, Consolatio inimicorum, Experientia amicorum.*

21 *Carceratus petens audiri in exceptionibus, non videtur ad finem differẽdi iudicium agere, nec calumniosè.*

22 *Personæ qualitas excludit præsumptionem calumniæ.*

23 *Libertate velle, quem se priuare, non facilè credendum est.*

24 *Libertas est facultas viuẽdi vt velis.*

25 *Libertate omnium bonorum, expetendum est vti maius bonum.*

26 *Libertatis desiderium in omnibus innatum est.*

27 *Homines naturaliter libertati studẽt, & conditionem seruitutis oderunt.*

28 *Libertas auro præferenda.*

29 *Palatium, vel domus in Nobili, habetur loco carceris.*

30 *Statutum disponens, quem carcerari pro aliquo delicto, si assignetur domus, vel Palatium, dicitur satisfactum statuto.*

31 *Pęnę non dantur vniformes Nobilibus, & Plebeis.*

32 *Nobilis non eadem coerceri debet pęna, qua Plebeus.*

33 Decisio Sacri Cons. de anno 1643. in causa Ill. Ducis Vetri cum D. Francisco de Tufo *recensetur.*

34 *Diuerso iure censeri non debent, quæ eandem habent facti speciem.*

35 Ratio *vbi est eadem, idem ius statui debet.* X x 36 Con-

36 *Contrariorum idem est iudicium.*
37 *Perfectio liquidationis instrumẽti, ex quibus suaderi potest.*
38 *Liquidatio instrumẽnti via ritus, fundamentum desumit à citatione super tenore ipsius.*
39 *Actus nullus, non dicitur actus.*
40 *Sententia nulla, nequidem sententiæ nomen meretur.*
41 *Actus nullus nequidem nominari debet.*
42 *Nullitatis remedium dicitur extinctiuum iudicati inspecto statu præsenti, suspensiuum verò inspecto futuro,* & n. 48.
43 *Appellans, pendente appellatione debet esse status integri.*
44 *Sententia, dum pendet appellatio, habetur pro non data.*
45 *Appellatio à sententia, quos effectus producit.*
46 *Appellatione interposita, non videtur iudicatum.*
47 Reclamatio *ad instar appellationis suspendit, & extinguit iudicatum.*
49 *Nullitas ità deuoluit causam ad Superiorem, sicuti iniquitas.*
50 *Nullitas est maior modus suspensiuus iudicati, cæteris alijs.*
51 Excellentiss. Comes Montisregij *laudatur.*
52 *Pragmatica de anno* 1632. sub tit. de dilat. prag. 8. *enucleatur.*
53 *Nullitates admittuntur aduersus liquidationem instrumenti.*
54 *Non entis non sunt partes.*
55 *Decretum Magnæ* Curiæ *quod ponatur in libro Inferni pœna, debet præcedere ad perficiendum actum liquidationis.*
56 *Attentata ante omnia sunt reuocanda.*
57 *Iniustè agitur, si attentata ante omnia non reuocantur.*
58 Io. Angelus Pisanellus *laudatur.*
59 *Nullitate pendente nihil est innouandum.*
60 *Effectus suspensiuus vbi datur, ibi etiã dantur attentata.*
61 *Attentatum dicitur, lata sententia, super qua pendet dubitatio nullitatis, vel infirmationis.*
62 Decisio Sac. Consil. *apud* Gizzar. 72. *adducitur pro singulari ad iudicandum quando actus liquidationis instrumenti dicitur perfectus.*
63 Prag. 8. de dilation. *nimis rigorosa fuit visa Sacro Consilio.*
64 Prag. 8. de dilation. cap. 7. *expenditur.*
65 *Coniecturis non opus est in claris.*
66 *Interpretatione, non potest quidpiam à lege eximi.*
67 *Casus legis vbi est expressus, ibi nulla est dubitatio.*
68 *Stylus habet vim legis.*
69 *Maiorum authoritas induxit stylum.*
70 *Iudicandum non est contra stylum, quia pro lege habetur.*
71 *Stylus quamlibet rationem superat.*
72 *Stylus nihil aliud est, quàm practica confirmata.*
73 *Exemplum adductum de liquidatione instrumenti contra* Falicem Basile, *explanatur.*
74 *Iudicis officium non impertitur, nisi petenti.*
75 *Illatio non fit ex diuersis.*
76 *Ius mutatur ex qualibet leui facti specie.*
77 *Sententia iustificatur ex actis, quę rem notoriam efficiunt.*
78 *Iudex cogitur ad ferendam sententiã ex allegatis, & probatis.*
79 *Iudicare, de quibus non fuit cognitum, Iudex nequit.*
80 *Decisum dici non potest, quod non fuit discussum.*
81 *Attendi debet quod fit, non quod fieri debet.*
82 Iusti Lipsij *verba recensentur.*

AR-

ARGVMENTVM.

Debitor citatus ſuper tenore inſtruméti vigore Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 166. ſi compareat, actu præſentationis, non perfecto, & inſtet audiri in carceribus aduerſus inſtrumentum prædictum, quaſcumq; oppoſuerit exceptiones, eſt audiendus, & impertiẽdus terminus ad illas probandum, cuius termini tela cõtexta, ſi oppoſita probauerit, abſoluitur, ſin autem ſuccubuerit, condemnabitur erga creditorem ad ſolutionem debiti, & erga Fiſcum ad pænam, ritumet dictante, qui ſecundùm veros terminos enucleatur, & germana illius diſpoſitio adducitur.

Liquidationis inſtruméti actus tunc dicitur perfectus, quando in libro Inferni pæna deſcribitur, præuio decreto Magnæ Curiæ Vicariæ, non aliter: itaq; deciſum affertur determinatio Sacri Conſilij, apud *Conſiliar. Giz Zar. dec.* 72. & aliàs paſſim, de quo exempla afferuntur.

Prag. 8. *de inſtrum. liquid.* edita de anno 1632. dum Regni clauum ſuſtinebat nunquã ſatis laudatus Princeps Excellentiſs. Comes Montiſregij §. 3. & 7. adhuc debitorem admittit aduerſus inſtrumentum præſentatum, eius rigorem dumtaxat inſinuans eo in caſu quo liquidationis actus fuerit perfectus, & in libro Inferni pæna notatur, id quòd haud obſcurè eiuſdem Pragmaticę Sanctionis verba innuũt, eiuſq; diſpoſitio nimis rigoroſa, ac Reipublicæ exoſa, aliàs fuit viſa Sacro Conſilio, ad peculiarem determinationem recenſitam per *Conſiliarium D. Ferdinandum Arias de Meſa in Sede indicata.*

Nullitatis oppoſitio extinguit inſpecto ſtatu pręſenti iudicatum, & inſpecto futuro ſuſpendit inſtar appellationis, & reclamationis, adeò quod nullitate pendente, decretum habetur pro non interpoſito, ac abſtractum remanet, id quod pluribus commonſtratur.

Carcer in Nobili dicitur totum Palatium, & domus, itaut ſi ſtatuto quem mini-

mè admitti sit determinatum, nisi in carceribus causam dixerit, illi satisfactum erit, si domus, vel Palatium assignetur, & recens affertur Sacri Consilij placitum. in causa *Illust. Ducis Vetri, cum D. Francisco de Tufo.*

Decretum ab inferiori Iudice interpositum in exequutionem decreti lati à Iudice Superiore, pendente discussione nullitatum ab eo propositarum, attentatum erit; & ante omnia reuocandũ, ac prorsus nullam præbere efficaciam, ostenditur.

Exemplum adductum ex Aduerso in causa D. Aloysij Freitas de Pinto cum Fælice Basile expēditur, & ad rem de qua agimus, minimè collimare, quinimò plures diuersitates præseferre à currenti facti specie, perpenditur.

PRO

Illust. Duce Acheruntiæ.

CVM

Regali Monasterio Sãcti Martini.

RESPONSVM XXXII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 VT *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ* 166. secundùm computationem *Prosperi Carauitæ de præsentationibus*, siue (vti Pragmatici aiunt) *liquidationibus instrumentorum*, rigorem euaderet Ill. Dux Acheruntiæ, aduersus instrumentum præsentatum per Admod. Reuerendos Religiosos Professos Regal. Monasterij Diuo Martino dicati huius Fidelissimæ Ciuitatis, pro summa duc. 40890. in quo partes ipsius Magnæ Curiæ in decernendo fuerunt, quod *Rectiùs citetur*, & interposita appellatione tam ex parte ipsius Monasterij prætendentis fuisse grauatum, ex quo prouisionē fieri expetebat. quod remaneat condemnatus, quàm ex parte ipsius Ducis expetentis fore decernendum, quod aga-

aga-

agatur ordinariè, dum Sac. Conſil. iunctis Claſsibus decretum interpoſuit *remittendo eidem Magn. Cur. quæ prouideat, quod remaneat condemnatus,*
2 *& pæna ponatur*, extemplò dum cauſa votabatur, præſagiens *Ego* Ducis partes vti eius Aduocatus ſuſtinens, dubium iurgij euentum, vt meo defenſionis muneri facerem ſatis, ante decreti publicationem, & antequam in libro Secretarij Sac. Cōſ. (vti moris, & iuris eſt) deſcriberetur, de nullitate dixi, facto depoſito ſecundùm iuris municipalis diſpoſitionem, nōnullaq; nullitatum capita propoſui, quæ præſentata fuerunt, & admiſſa, de quibus incontinenti Magnif. Iudex Magnæ Curiæ certiorem fecit Spectabilem Dominum meum Sacri Conſilij Præſidem, ex quibus in ſuſpenſo inauguratum (malo quidem omine) decretum permanſit: eiuſdē rituali diſpoſitioni innixus Dux, petijt in Sac. Cōſ. audiri aduerſus præſentationem inſtrumenti, in carceribus, ſe ſuaq; ſpontè in ijs detinendum, donec inſtructo iudicio, præuio termino, de ſuis edoceret iuribus; quorum loco domum aſſignari inſtetit, cuiq; petitioni tam iuſtæ, non abnuens idem Spectab. Dominus, Præſes, iuſſit de re agi, manauit tandem decretum (Fato nō impari) die Veneris 22. Martij inſtātis anni, quod *Procedatur ad diſcuſſionem nullitatū*, à quo ſanè decreto interpoſita reclamatione, ac decretatione obtenta, quod *Fieret verbum loco reclamationis*, iterum Ducis iuſtitiam inſinuandam aſſumo, vtq; nonnullis ex Dominis votantibus iubentibus, vt quæ voce in Aula protuli, papyro commendem, reiteratò ad arenam conſcendo, vt quantum in me eſt, hæſitationem praxi forenſi accomodatiſsimam, quæq; poſteris in exemplum facilè trahi poterit, diſpungam, & Clientis iuribus aditus non occludatur.

Vtq; ordinata procedam methodo, infraſcripta probanda propono aſſumpta, ex quibus culpiā obuiam fieri in ſpem ducor; quàm iuſtè reuocationem decreti ex eodem Conciſtorio valeam aucupari.

Primum, ex ipſamet ritus diſpoſitione, imò ex nō obſcuris eius verbis ſuaderi iuſtitiam Clientis fundabo.

Secundum erit aſſumptum, nullū parari obicem ex decretomet Sacri Conſilij remittens Magnæ Curiæ, quæ *prouideat*, *quod remaneat condemnatus*, *& pæna ponatur*, quaſi extrà tempus modò opponatur, ſicuti Aduerſarij autumant.

Tertium: conuallatam vndique inſtantiam exurgere ex authoritate rerum non ſemel iudicatarum.

Quartum: in nihilo refragari determinationem allatam in cauſa liquidationis inſtrumenti pro parte D. Aloyſij Freitas de Pinto contra Fælicem Baſile.

Initium faciamus à primo aſſumpto de rituali diſpoſitione, quæ adeò clarè patet, vt nihil magis? Siquidem
3 diſponit *ritus*, quod præſentato inſtrumento per creditorem, ſuper quo reſponſurus veniat debitor, ſi compareat, & inſtrumentum, omniaque in eo contenta, vera eſſe fateatur, quantumcumque aſſerat creditori ſatisfeciſſe, attamen niſi in promptu, & in ipſo inſtanti doceat de ſatisfactione ipſa, ſtatim incarceratur, & datur debitori terminus ad probandum ſatisfactionem prædictam, & ſimiliter datur terminus dicto creditori ad probandum ſi qua ei competunt ad præmiſſa, debet in vinculis cauſam dicere, quam ſolutionem ſi infra dictum terminum nō probauerit tenetur ad pænas pecuniatias, & iuramentorum, contentas in iuſtrumento prædicto. Et nihilominus ſatisfacere debet creditori de de-

debito memorato. Hæc eſt vna
pars ritualis diſpoſitionis.
Et ne videretur omiſſum fuiſſe à ritu
4 ſi quando debitor, nedum ſatisfa-
ctionem, ſed alia exceptionum ge-
nera proponere voluerit aduerſus
inſtrumentum, *in 2. parte ipſius*, verb.
Et ſi forte, ſtatuit quod ſi debitor in-
ſtrumentum præſentatum fortè fal-
ſo modo confectum aſſerat, vel ali-
ter voluerit dicere, & allegare,
quod inſtrumentum ipſum non
valet, detur etiam ei terminus ad
probandum falſitatem prædictam,
qui ſi falſitatem prædictam, vel de-
fectus alios eiuſmodi infra ipſum
terminum nō probauerit, tenetur
propterea ad pænam debitam, prę-
ter dictas pænas in inſtrumento
cōtentas, prout hactenus in Curiis
ipſis, & qualibet ipſarum extitit
laudabiliter obſeruatum.

5 Pergens deindè ritus ad alteram
partem (ſic etenim ordinatè ipſam
diuidere ſedet animo) in verb. *Et ſi
debitores*, claudit, & ſigillat eius di-
ſpoſitionem, inquiens, quod ſi de-
bitor incontinenti, vel in vinculis
exiſtens probauerit ſolutionem, fal-
ſitatem, vel defectus prædictos, tūc,
& eo caſu creditor punitur pro
qualibet vncia in vno Auguſtali,
quæ pęna pro medietate applica-
tur Fiſco, & reliqua medietas par-
ti lęſę perſoluitur, & eo facto debi-
tor ipſe de facto liberatur. Huc uſq;
diſponit ritus.

Modò ex ſecūda parte ritus eli-
citur inſtantia Ducis, ipſe etenim
cùm in carceribus audiri ſategerit,
ritus aſſiſtit, non denegat audien-
tiam, illiq; terminum impertiri iu-
bet, vndè fit, quod grauamen intu-
lit decretum, quo fuit prouiſum
procedi debere ad diſcuſſionem
6 nullitatum, ſpreta inſtantia ipſius;
eſt etenim ritus adamuſſim obſer-
uandus, ſicuti & lex quæ ſemper lo-
7 quitur, ad *tex. in l. Arriani, C. de hære-
tic. Alex. in l. cum quidam, §. ſuum n. 5.
ff. de acquir. hæred. Bart. in l. vētre n. 2.
ff. eod. Card. in Clem. fin. de reſcrip. col. 3.*
verſ. *Venio ad primum, Mandoſ. ad reg.*
3. *Cancellar. quæſt. 7. n. 22. Cephal. in l.
idem Offilius n. 2. ff. de ædil edict. Ioan.
Oroſc. in l. omnes populi n. 188. & in l.
iuſtitia n. 14 ff. de iuſt. & iur.* & de riti-
bus Magnę Curię obſeruandis in
8 vim legis inſinuat *Regina Ioanna II.*
eorum conditrix in *rit.* ibi, *Harum
Sacrarum noſtrarū Conſtitutionum edi-
cto irrefragabili, ac firmiter valituro
ſancimus, decernimus, ſtatuimus, & mā-
damus*, & paulò poſt ibi, *Quod omnes
infraſcripti ritus obſeruantia in noſtris
Magnæ Curiæ Vicariæ Curijs, & qua-
libet earum, de cætero inuiolabiliter ob-
ſeruentur*, ibiq; *Carau. n. 12.* aduer-
tit *Ritum* dici ab adiectiuo *Ratus*, ſeu
10 *Firmus*: & dum *Ritus* nullum prę-
ſcribit terminum, in quo debitor
valeat in vinculis cauſam dicere,
credendum eſt quoties ille voluerit
ante liquidationem perfectam, ſit
admittendus etiam ex interuallo,
11 ſicuti obſeruat *Seſſ. de inhib. cap. 4.*
§. 9. Et cum ritualis diſpoſitio in
hoc non diſtinguat, nec nos diſtin-
guere debemus, *l. de prætio, ff. de pu-
blician. in rem action. l. non diſtingue-
mus, ff. de recept. arbitr. Crau. conſ. 3.
n. 1. & conſ. 227. n. 13.* inquiens, quod
verba vniuerſalia, & ſimplicia com-
prehendunt omnia, quę poſſunt
excogitari, & ſunt ſimpliciter acci-
pienda, vt ſonant, nec eis dari aliū
intellectum, *l. de ętate*, §. *qui interro-
gatus, ff. de interrogator. actio. Zaſ.
conſ. 15. n. 116. lib. 1. Amat. deciſ.
March. 204. n. 53. & 55.* maximè ta-
lem, qui impediat effectum diſpo-
ſitionisq; in ſimili obſeruat Reg. *Va-
lenz. conſ. 63. n. 119. cum ſeq lib. 1.*

Amabò: in quo defecit Dux A-
cheruntię, vt ritus tam clarè lo-
quens, tam apertè diſponens, eſſe
au-

audiendum debitorem,qui in vin-
culis vult causam dicere, sibi soli,
suppetias non ferat?

Et licèt in ritu ratio non affera-
13 tur, quare permittatur debitori in
carceribus se defendere,& *Commen-
tantes ad ipsum*, sicuti *Prosper Carau.*
14 *Bernardinus Pandus*, *Marinus Frec-
cia* (si ipse est) nam reperi *Camillum
Borrellum* non modicę eruditionis
virum in *opere*, cui nomen dedit,
*Summa decis. Vniuers. Orbis par.2. tit.
de instrum.liquid.* asserere tractatum
illum fuisse compositum à *Bernardi-
no Siriphilio* eius Auunculo, & à
Paulo Fusco post obitum *Marini* in
lucem editum, vtporè manuscri-
ptum inter suos Codices repertū,
15 *Francisc. Anton. de Iudice Robert. An-
nibal Troisius*, *Ioan. Franciscus Sta-
glionus*, *Ioan. Bernardinus Muscatellus*,
Io. Paulus Galterius, *Illust. Marchio
Belmontis*, D. *Reg. Tap.* D. *Reg. Scipio
Rouitus*, idemet *Borrellus*, qui ex
professo materiam pertractarunt,
alijq; non pauci, qui obiter de pręę-
sentationibus instrumētorum ver-
ba fecerunt, quos in fonte vidi, in-
nixi verbis ritus pro absoluto rem
16 pertransierunt, perscrutari eam
17 mihi libuit, nam cum carcer sit
mala mansio, & species tormenti, *l.
si hominem, ff. depos. Bal. in l.1. C. de in
integrum restit.* & post eum *Felin. in
cap. legebatur n.1. tit. de maior. & obed.*
18 contineat pręiudicium irretracta-
bile, *Carau. in d. rit. 166. n.*53. imò
secundùm *Farin.* Criminalistarum
19 facile Principem in *tit. de carcerib.
& carcerat. n.* 2. dicatur *Sepultura*
20 *viuorum*, *Consumptio bonorum*, *Conso-
latio inimicorum*, *& Experientia ami-*
21 *corum*, pręsumptio est, quod petēs
audiri in exceptionibus ipso exi-
stente carcerato, non ad finem dif-
ferendi Iudicium, nec calumniosè
22 se egisse: excludit etenim qualitas
personę pręsumptionem calumnię

vti notanter aduertit *Bal. in l.2. C. de
fals. & in l. quoties, §. sed non in corpo-
re, ff. de her. instit. Io. Andr. & Butr.*
*post Host. in cap. finem litibus de dol.
& contum. Alex. in l. properandum, §. sin
autem alterutra*, C. *de iud. Anton. de
Butr. & Abb. in cap. postremo de appell.
Dec. cons. 175. 5. col. vol.* 1. sed tantùm
ad ius suum tutandum, nec facilè
23 credendum est velle quempiam
libertate se priuari, quę est facultas
24 viuendi, vt velis, *Cicer. 5. officior.*
cuius proprium est, vt cunctis re-
bus pręferatur secundùm *Xenoph.
de reb. gest. Grec. lib.*4. & sine libertate
nihil bonum esse, nihil expetendū
hominibus scribit *Plutar. in Agesilao*,
quęq; satis habet dulcedinis *Liu.
decad. lib.*6. & omnium humanorū
bonorum maximum putatur, *Dio-*
26 *nys. Hal. lib.5. & lib.6.* vbi quod in
omnibus, libertatis desiderium in-
natum est, & *Cesar lib.3. de bell. Gal-
lic. Omnes homines natura liberta-
ti student, & conditionem seruitu-
tis oderunt*, hinc *Diogenes* interro-
gatus quid esset in vita optimum?
respondit *Libertas*, *Laert. lib.2. cap.8.*
DD. plura effundūt *instit. de iur. per-
sonar. in princ.* vndè satis lepidè Va-
tem cecinisse scimus.

28 *Non benè cum toto libertas ven-
ditur auro.*

Nam contexta indicij tela, si de suis
non edoceret iuribus, adhuc post
carceris squallorem, ad debitum
erga creditorem, & ad pęnam erga
Fiscum sese obnoxium reddidit
ritumet dictante.

Nec sine fundamento institit
Dux Acheruntię domum sibi assi-
gnari loco carceris, nam ità statu-
tum est, vt domus, vel palatium sit
29 Nobili carcer, ex dictis per *Gram.
dec.14. n.4. & 5.* post *Ang. in l. qui in
carcerem, ff. de eo, quod met. caus.* tradē-
30 tem, quod si statutum, aut Prin-
ceps iubeat, quem carcerari pro
ali-

aliquo delicto, si fuerit assignata tota Ciuitas, vel totum palatium pro carcere, dicitur satisfactum statuto, *Iason in l. si pecunia, § si accepit in fin. ff. de condict. caus. dat. non secut.* quod si statutum diceret pro crimine, quem in carceribus conijci, dicitur satisfactum, si daretur domus, vel Ciuitas pro carcere, quod dictum extollit *Gram. d. dec. 14. n. 4. & 5.* vbi alios adducit, & *dec. 33. n. 13. & cons. 55. n. 4. Farin.* post multos *d. tract. de carcer. & carcerat. quest. 33. n. 61. Ioan. Lup. in rep. cap. per vestras pag. 8. ext. de donat. inter vir. & vxor. Ang. in l. in bona fidei, C. de rei-uen. Laufran. de Orian. in repet. cap. quoniam contra*, verb. *Confessionis*, 10. *col.* vers. *Quero subsequenter, Gramm. dec. Lusitan. 318. ante n. 1.* Nec mirū

31 videri debet, nam penè adhuc diuersitatem recipiunt in Nobilibus, & plebeis, sicuti fidem prestat *Bal.* per illum *tex. in l. seruos, C. ad l. Iul. de vi publ.* & ibi etiam *Salic.* & affertur communiter *tex. in l. pedius, ff. de incen. ruin. & naufrag. & in l. 3. §. pen. ff. ad l. Iul. de Sicar. & in l. aut damnū*, vbi *glos.* §. *in ministerium, ff. de pęn. Luc. de Penn. in l. 2. C. de desertor. lib.* 12. ad quod communiter expenditur *Cicer. lib. 2. Rhetor.* ibi, *Hęc ignoscendi ratio quęretur ex his locis, si plura, aut maiora officia, quàm maleficia videbitur constare, si qua virtus,*

32 *aut nobilitas erit in eo, qui supplicabit*; benè *Gram. dec. 32. n. 2.* inquiens facere ad hoc *tex. in l. splendidiores, C. de diuers. offic. lib. 12. & Luc. de Penn. in l. mulieres in 2. priuilegio, C. de dignit. lib. 12.* idem *Gram. vot. 23. n. 22.* post *Affl. in proem. Constit. Regn. §. his itaq; in 6. notab. & in Constit. Minoribus in 3. notab. 3. quest.*

Et in terminis in ipsamet materia presentationis instrumenti, nōnè peculiarem habemus determi-

33 nationem Sacri Consilij editam de anno 1643. in causa Ill. Ducis Vetri debitoris D. Francisci de Tufo, de qua memoriam habuit doctus *Consiliar. D. Ferdinādus Arias de Mesa n. 18.* qui est *finalis*, inquiens fuisse decisum, *Non esse ad vlteriora in causa procedendum, nisi facto deposito quantitatis debita per dictum Ducem, vel in vinculis constituto, pro quibus valeat detinere domum loco carceris.*

Et licèt subdat nouam visam fuisse determinationem in ea parte, qua Sac. Consilium domum pro vinculis subrogauit, id tamen fecit iustis de causis quas tunc exprimere non licuit, fas sit mihi asserere non posse contrarium in nostra facti specie prebeti calculum, siquidem causę potuerunt considerari, vel respectu quantitatis debitæ, vel respectu condemnationis personę debitoris, vel respectu exceptionū propositarum aduersus instrumentum, quę sanè probè casui nostro collineant, adeò vt non debeant

34 diuerso iure censeri, ad *tex. in l. cū qui ędes, ff. de vsucap.* Potritum siqui-

35 dem est, quod vbi eadem viget ratio, idem ius statui debet, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. à Titio, ff. de verb. obl. cap. inter cateras de rescript. Alex. cons. 53. n. 3. lib. 4.* Et contrariorum idem

36 est iudicium, *cap. quanto de iud. cap. prætereà de transf. cap. de iure, de iur. patron. cap. translato de constit. Abb. in cap. querelam 24. n. 8. de elect. Paul. de Cittadinis par. 3. caus. 6. acquirendi n. 25. Pau. de Castro cons. 12. n. 14. lib. 3. Reg. Valenz. cons. 18. n. 77. lib. 1.*

Et ex his remanet absolutum primum assumptum.

Quatenùs verò ad secundum attinet assumptum, veritas elicitur ex eodem *Ritu* 166. mox enucleato, dum nullo arctatur tempore debitor ad dicēdum velle in carceribus se defendere, nisi perfecto iam actu liquidationis; quocirca ea nobis di-

glu-

glutienda erit molestia, vt insinuemus liquidationem, neq; per vmbram fuisse perfectam; Id quod vt è voto accidat, in primis asserimus
37 perfectionem ex Aduerso suaderi posse, vel à decreto interposito per Magnam Curiam Vicariç in facti themate prçmisso, & quidem figmentum est, nam decretum ab ea manauit, quod *Rectiùs Dux citetur*, vndè citationis actum nullum reputauit, tantùm abest, vt adstrui queat liquidationem approbasse,
38 quinimò citationem ipsam super tenore instrumenti, à qua secundũ Commentantes ritum prçdictum, fundamentum desumit liquidatio, inefficacem, & inualidam declarauit, adeò quod si non fuisset à decreto prçdicto appellatum ad Sacrum Consilium, & obtentum fieri verbum, oportebat nouam expedire citationem. Vel etiam metitur perfectio liquidationis à decreto Sacri Cõsilij iidem initio *huius Responsi* enunciato, & multò minus; Nam licèt remiserit Magnç Curiç, quç prouideat, quod remaneat cõdemnatus, & pçna ponatur, attamen ex duobus assumptis est in propatulo actum liquidationis non fuisse perfectum. Primo, tum quia propositç fuerunt nullitates ex parte Ducis aduersus decretum prçdictum facto deposito seruata forma Reg. Pragmaticarum, & admissç, ac etiam interposita reclamatio, & per Spectab. D. meum Prçsidem ordinatum, quod intimetur Parti, tum quia ad perficiendum actum liquidationis, vltra decretum, plura alia requiruntur, quç minimè interuenerunt.

Dixi ex nullitatibus propositis liquidationis actum fuisse suspensum, Iura sunt aperta, & *tex.* est peculiaris *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. cum concordan.* quod actus nul-
39 lus non dicitur actus, sententia nulla, nequidem sententiç nomen
40 meretur, imò esse prorsus extra actus humanos, nullumque producere effectum, tradunt *DD. in cap. non prçstat de reg. iur. in 6. Glos. magistra*, vbi plenè *Repeten. in cap. ex tenore de rescrip. Azeu. in l. 1. n. 48. tit. 1. lib. 5. Recopil. Reg. Valëz. cons. 32. n. 37. Escob. de purit. & nobil. proban. quçst. 4. §. 4. art. 2. tit. Ex quibus tres actus n. 66.* vers. *Similiter, D. Franc. Salgad. in Labyrinth. creditor. concurrent. par. 1. cap. 37. n. 26.* vers. *Vera namque, Pelaez de maiorat. 3. par. quçst. 15. n. 158.*
41 inquiẽs de actu nullo non esse opus mentionem facere, *glos. in cap. cum nostris*, verb. *De facto de concess. praben. & in cap. si subiectum posterius de iur. patron.* cum alijs congestis per *Salgad. loc cit.*

42 Est enim remedium nullitatis ad instar appellationis, suspensiuum inspecto statu futuro, & extinctiuum, inspecto statu præsenti ad *tex. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. eod.* vbi *Ias. col. 4.* vers. *Veritas est, ff. de pact. Abb.* latè post *Antiquiores in rub. extr. de appell. in 2. quçst. Affl. Valasc.* & alij in sedibus indicatis per *D. de Franch. dec. 370. n. 14.* qui ad rem nostram satis notabiliter animaduertit ap-
43 pellantem interim esse status integri per *tex. in l. furti § 1 ff. de his qui notan. infam.* in tantum quod senten-
44 tia, dum pendet appellatio habetur pro non data, per *tex.* quem ad literã esse tradit *D. de Franch. d. dec. 370. n. 14. in l. 1. §. final.* vbi *glosa finalis* omninò videnda secundùm *ipsum ff. ad Senatusc͠ōs. Tertull. Muscatell.* magnus practicus in *prax. Sac. Cons. par. 1. glos. 1. n. 37. Affl. in Constit. Appellationum tempora in 1. notab. & dec. 188. n. 5. dec. 296. n. 3. Capic. dec. 202. n. 8. Cacher. dec. 5.* post *n. 1.* iterum *D. de Frãch. dec. 602. n. 2. Lancell. de attent. cap. 12. in prçfat. n. 108.* insignis *Padill. in*

l.si causa cognita 1. *notab. C. de transf. Cald. in l.si curatorem habens, glos. per quod in pristinum, C.de restitut. in integrum*, fusè *Schrader. de feu. par.* 9. *cap.7.n.* 120.*Giurb.dec.*19. *n.* 2. & cócinnis sanè verbis *D.Reg.Valenz.cōs.* 76. *n.* 29. inquit appellationem duo
45 producere, scilicet, prouisionis rescissionem, & causæ deuolutionem, & expenso *tex.in d. l. furti*, subdit *n.* 33.*&*34.appellationem auferre præsumptionem sententiæ,aut prouisionis, à qua fuit appellatum,& nedum rescindere iudicij finem, sed suspendere omnia præcedentia, & sicuti pronunciationem ipsam, ita & pariter eius effectum remanere per appellationem suspensum,ex doctr. *Io. Monach.in cap.licet n.*1.*&* 2. *de appellat. in* 6. & iterum *cons.* 60. *n.* 13. *vol.* 1.

46 Quinimò: appellatione interposita non videri iudicatum *glosas* affero *magistras in l.fin ff. de re iud.* verb. *Dandam*, ibi, *ità sententiam appellatione suspensam vt hic, quia non videtur pronunciatum*, allegat *tex.in d.l.*1. *in fin. ff.ad Turpill.* Altera quam expendimus,*Glosa* est in *l.sciendum*, §. *si fundum,ff.qui satisd.cogan.* in verb. *Possit*, ibi, *Quia nec condemnatus videtur,vt infra de pæn.l.*2. §.*fin. Ego in* 1.*forens.cap.*1.*n.*29.

47 Eiusmodi effectum suspendendi, & extinguendi respectiuè iudicatū, operari reclamationem docet *Iser.in cap.Imperialē*, §.*præterea si inter duos* 6.*col.in princ.*ibi, *Sed pone quod potest, de prohib.feu. alien. per Feder. Affl. in prælud.Constit.Regn.quæst.*10.*n.*7. ijsque adductis punctuatim *Reg. & Præs.Sac.Consil. Lanar. cons.*64.*n.*25.
48 *&* 26. Ac pariter nullitatem idem operari testis est locuples *D. Reg. Rou. dec.*44. *n.*4. ibi, *Aut per viam reclamationis, aut per viā nullitatis, quæ possunt infringere decretum*, & fuit de mente *Bartol. in l. si expressim, ff. de appellat.* quem inibi refert *Mynsing. cons.*8.1. *decad. n.*20. inquiens nullitatem ita deuoluere causam ad superiorem, sicut iniquitas, quod repetijt *cons.*47.5.*decad.n.*21. *Io. Bapt. Ferrett.cons.*44.*in princ.lib.*1.*Felin.in cap.per tuas col.pen.& fin.* vbi affirmat hanc esse veram, & communem opinionem, & secundùm eam aliàs se obtinuisse, quibus se subscribit *Lancellott. de attentat. nullit.pendent. cap.*17.*n.*10.*& seq.* itaq; expresè tenuit *Iason in l.*1. 1.*notab. C.de bonor. possess. secund. tab. Muscatell. in prax. Sac.Cons.par.*2. *par.* 1.*glos. nullitatis*,
50 vbi, inquit nullitatem esse maiorem, & efficaciorem modum suspensiuum omnibus alijs. Quæ sanè nullitatis exceptio adhuc in terminis pragmaticæ editæ de anno 1632. dum Regni clauum sustinebat *Excellentiss.*
51 *Comes Montisregij*, nunquam satis laudatus Princeps omni extollēdus æuo, Præcipuus Dominus,ac Mæcenas meus,qui exantlatos à Me labores suo dicatos nomini in legali sciētia,perquàm læto excepit super-
52 cilio, situata in *Codice Pragmaticarum,sub tit. de instrum. liquid. prag.*8. §. 3. *in fin.* dilucidè admittitur ibi, *Restando però libera facultà alle parti di posser dire de nullità, e vsare dell'altri remedij, che di ragione l'aspettano, conforme alle legi communi, Riti, e Pramatiche di questo Regno*, & punctuatim in Supremo Collat.Consilio, cuius Proceres Regiam Cancellariam Regentes consulto Prorege pragmaticas edunt, fuisse admissas nulli-
53 tates aduersus decreta liquidationis instrumenti, tradit *D.Reg. Sanfel. dec.*299.*par.* 2.

Ex quibus secernitur, quod si pars inni titur decreto Sac. Consil. dum pendet ab eo nullitas, illud nullum producit effectum; nam vel fuit extinctum, vel suspensum, vel non la-
54 tum, vel abstractum,& sic non entis

non

non ſunt partes, *l.eius qui in Prouincia, ff.ſi cert.pet. l.qui ſuperſtitis, ff.de acquir. hęred. Gomez. variar. tom. 1. cap.1.n.9. & in l.27. Taur. n.19. Ceuall.commun.contr.comm.tom.4. quęſt. 905. n.80. Guttier. practicar. lib. 3. quęſt. 35. n.30. Valaſc. axiomat. iuris lit.N. n.52. D.Larr. alleg.fiſcal. alleg. 16.n.2. tom.1.*

Dixi pariter non fuiſſe perfectum
actum liquidationis, quia deficiunt
requiſita, ex quibus actus liquida-
tionis ſiſtitur, atq; firmatur, nempè
55 decretum Magnæ Curiæ, quod po-
natur in libro Inferni, quod interpo-
ſitum non fuit, & ſi adſtruatur ex
Aduerſo, eiuſmodi decretum fuiſſe
interpoſitum, mirandum quippè eſt,
quo iure potuit interponi nullitati-
bus pendentibus? eſſet ſanè attenta-
56 re, & ſcitum eſt, attentata ante om-
nia eſſe reuocanda, *cap. non ſolum
in fin. cap.* Romana, *§.quod obijciatur
de appellat.in 6.*& ex *Oldrad.conſ.206
n.1.*tradit *Gayll.lib.1.obſeru. cap.146.
n.5.& ſeq.Berlich. dec.131.n.1. & 2.
Guid. Pap. dec. 113. n.1. Borrell. in
ſumm.deciſ. par.2. tit.36. n. 3. Valaſc.
conſult. 156.n.1. Farin. dec. 870. n.1.
Coſt.conſ.21.n.2.*vt benè dixerit *Affl.
dec.98. n.5.* iniuſtitiam fieri, ſi atten-
57 tata ante omnia non reuocantur,
quem ſequitur in *Addit.Io.Ang.Piſa-*
58 *nellus* ſua tempeſtate Aduocatus
maximus, & ſatis doctè Reg. *Valenz.*
ex pluribus *Rotę* Rom. *deciſionibus,
cõſ.44.n.14.*verſ. *Et cum in noſtro caſu
lib.1.Rot.Rom.*apud *Martin.Andream
dec.34.per tot. Lancell.* plena manu rẽ
inſinuans in *celebri tract. de attentat.
d.cap.17. de attentat. nullit. pend. n.9.*
verſ. *Prima fuit,* tradens, quod pen-
59 dente nullitate, non permittitur in-
nouatio, idq; probari, iure, ratione,
& authoritate, & eſt *tex.in l.ſi Prætor,
§.Marcellus, ff.de iud. Ang.in l.4.§.cõ-
demnatum, ff.de re iud.*ibiq; *Rip.n.26.
Vital.de clauſul.*|*clauſ. Nil nouari nul-
litat.penden.ſub n.8.col.fin.* verſ. *Fallit
tamen,* & ſecundùm *Lancellot. loc.cit.*
eſt *tex.in elem.1.de ſent. & re iud.* ar-
gumentum ſumẽdo à contrario ſen-
ſu, vel à ſpeciali, *Alex.in d.§. condem-
natũ n. 14. Veſtr.in prax. Curiæ Rom.
lib.8.cap.1.n.11.* verſ. *Introducta autẽ
cauſa nullitatis, Philipp. Franc.in cap.*
60 *bona n.36.de appellat.* inquiens, *quod
vbi datur effectus ſuſpenſiuus, ibi etiam
dantur attẽtata, Couarr.practicar.cap.
24.ſub n. 5. Innoc. in cap. cum olim in
gloſ.Canonicè de dol. & contum. Anton.*
61 *de Butr.in cap tenor n.4.de re iud.* ibi,
*Attentatum dicitur lata ſententia, ſuper
qua pendet dubitatio nullitatis, vel in-
firmationis,* punctuatim *Affl.dec. 131.*

Or ſi Sac. Conſ. ſummum Regni iuſtitiæ Prætorium, propoſitis nullitatibus ſuperſedet in executione decreti, quomodo Iudici M.C. permittendum erit, vt ſuſpenſo decreto Sacri Conſilij, ipſe exequi illud demãdet? dum totaliter in hoc abdicata eſt ab eo iuriſdictio? & quãdo haud eſt ignotum, vix decretum fuiſſe publicatum, & nullitates in ipſo inſtanti à Me fuiſſe propoſitas? & quod cum effectu in eo deſcribatur, & ponatur, quorum neutrum interuenit, nec potuit interuenire in theſi, de qua agimus, quia propoſitis nullitatibus, decretum Sac. Conſ. fuit ſuſpenſum, & extinctum, & erit probatum tertium aſſumptum.

Nec prędicta à mea tenui proficiſcuntur Minerua, ſed ex eiuſdem
62 S. C. placito de anno 1604. de quo
peculiarem edidit deciſionem in
cauſa Ducis Burgentiæ *Conſ. Gizz.*
quæ eſt 72. in ordine, in qua appa-
ret, quod facta maxima indagatio-
ne, ac habita informatione ab Anti-
quioribus Magiſtris Actorum Ma-
gnæ Curiæ de obſeruantia ad finem
decernendi quando liquidatio dica-
tur legitimè facta, vel aliquid ſupe-
reſt agendum fuit relatum, & inno-

tuit, quod nunquam dicitur actus liquidationis perfectus, & consumatus, nisi precedat decretum indicatum, quod Magister Actor. Magnæ Cur. ad quem spectat, ponat in libro Inferni, & quod cum effectu fuerit posita pena, & descripta, itaq; stylo, & obseruantie predicte innixum Sacrum Consilium censuit actum liquidationis non fuisse perfectum, & consumatum, ex quo non aderat decretum, quod secundùm ipsummet Gizz. n. 5. (notētur verba rogo) *Clauditur, & perficit actum liquidationis, & proindè presentando se carceratum ante dictum decretum interpositū, dictus Reus debendi poterat, & debebat audiri aduersus instrumentū, & liquidationē, prout iussit, & decreuit Sac. Consil. de mense Aprelis 1604.* Hec *Consil. Gizz.* Quid clariùs? quid apertiùs? ad rem nostram conuincendum? Cui determinationi aliam adduximus editam de anno 1615. in qua patet, quod existente creditore virtute instrumenti quond. Consil. Fabio Riccardo, Cæsaris Palatucij, dum presentasset instrumentum via ritus, & debitor se in carceribus constituisset petens audiri, Sac. Consil. referente Magn. Cur. decreuit *stante carceratione supradicti Cæsaris Palatucij infra dies quatuor audiatur.*

63 Rursus rigorosa illa pragmatica mox indicata, vers. *Que sanè*, que ritui Magn. Cur. adauxit contra debitores rigorem, queq; S.C. nimis dura, & acerba fuit visa, publicèq; exosa in causa illa D. Francisci de Tufo cum Ill. Duce Vetri, fidem de hoc attestante suam *D. Cons. Arias de Mesa lib. 3. variar. d. cap. 45. tom. 1.* nonnè iudicaturam habitā apud *Cōs. Gizz. d. dec. 72.* approbauit, dupliciq; nexit funiculo? Ecce verba Pragm. in albo Prætoris describenda, in *cap. 7.* ibi,

64 *E non possa più essere inteso aduerso l'instrumento già liquidato, ne in vinculis, fatto deposito conditionato, se prima non hauerà pagato integramente tutto il debito, e la pena con le spese fatte dal debitore, &c.* Et paulò post, *Purche al tempo, che si presentarà la supplica, non sia posto nel libro dell' Inferno, perche dopò posto nel libro dell' Inferno, nō hà altro rimedio se nō solamēte col pagamēto esplicito, &c.*

65 *Deum immortalem?* In claris non est opus coniecturis, *l. continuus, §. cū ita, ff. de verb. obl. Ceph. cons. 28. n. 55. tom. 1. & cons. 254. n. 32.* nec hoc in casu per coiecturas procedimus; sed Clientis iustitia clara, iuris munici-

66 palis decisione fulcitur, nec per interpretationem ritus potest restringi, quia vti docet *P. Suarez de legib. lib. 6. cap. 5.* per interpretationem, nō potest aliquid eximi à lege *D. Larr. allegat. fiscal. alleg. 18. n. 21.* vers. *Quo-*

67 *ties autem lib. 1* & quando casus legis est expressus, nulla cadit dubitatio, *l. ancilla, C. de furt. l. illam,* & ibi *Dec. C. de collatio. l. quod labeo, ff. de Carbon. edict. Rol. à Vall. cons. 69. n. 18. & cons. 80. n. 4. lib. 1. D. de Franch. dec. 228.*

Obseruantia, & stylus Tribunaliū ità passim obseruauit, exclamat *Consil. Gizzar.* Quorsum modò labefa-

68 ctatur eiusmodi stylus, qui vnanimi Doctorum consensu legis instar est? vtq; ex permultis, paucos congetamus, hāc posteritati fidem quasi hypothecæ nexui submiserunt *Affl. dec. 88. in fin. dec. 135. n. 3. Caran. rit. 1. n. 23. in fin.* quem stylum, Maiorum

69 nostrorum inducit authoritas, quæ satis est ad illum insinuandum, teste *D. de Franch. dec. 470. n. 4.* vers. *Moti fuerunt, Reg. Rou. in prag. 3. de cessien. bonor. n. 23.* inquiens non posse con-

70 tra stylum iudicari, sed esse pro lege seruandum, *Fontanell. dec. 420. n. 11. &*

11.*& seq.*vbi tradit, rationem quam-
71 libet fortissimam prosterni à stylo Senatus, qui vrget in contrarium, quia is semper est attendendus, nam pro lege est seruandus, *Gonzal. ad regu.Cancellar.glos.6.n.*210. *& glos.7. proem. n.*136. *& seq. Rot. Rom.* apud *Sanctiss. dec. 126. n. 2. & dec.484.tex.* est capitalis *in l.fin.in fin.*ibi, *Mos iudiciorum, qui hactenus obtinuit, in posterum seruetur intactus, C. de iniur.* cui cõcinit *tex.in l.labeo 21.ff.de manum.testa.* ibi, *morem agentium sequi debemus*, idest secundum *glos.* ibi, *verb. Agentium*, *Morem obtentum in similibus*, vndè erudité *Euerar. in Topyc. legal.loc. A stylo Curiæ,n.*1.vers.*Et hinc*, tradit quotidie quæstiones decidi per stylum Curiæ, & *n. 4.* quod
72 nihil aliud est stylus, quàm practica confirmata, *D.Larr.dec.Granat.*41.*& 47.n.13.& 14.& Allegation. fiscal. alleg.22.n.26.cum duob.seqq. Salazar.de vsu, & consuet.cap.7.per tot. Reg. Valenz.cons.94.n.90.& cons.78. n.3.lib.* 1. quamplures alij à *Me* congesti in 1. *practicar. obseruat. cap. 44. per tot.* optimè *D.Larr.allegation.fisc.al.alleg.* 51.*n.*34.*&* 35.

Transgrediamur nunc ad exemplum adductum ex aduerso in causa liquidationis instrumenti contra Fœlicem Basile ad instantiam D. Aloysij Freytas Pinti, quod ad Cœlum vsq; extollere non desinunt Aduersarij, vt quartum à Nobis præpositũ assumptum, expleamus.

73 Et quidem(si veritatem amamus) adeò elongatur illa facti series à nostra, vt nihil deduci, aut probari queat, Ecce acta liquidationis à *Me* perlecta quid continent,Citatur Basile super tenore instrumenti sub die 13.Martij 1647.pro sũma duc.3650 ad instantiam præfati D. Aloysij *fol.* 1. Comparet Curia pro tribunali sedente debitor, & opponit de inualiditate instrumenti, quod pecunia non fuerit numerata, & quod vsurariæ labis macula contractus laborabat *fol.*7. Die 30.Maii 1650.decreuit Magna Curia, quod *remaneat condemnatus, verùm pœna, non ponatur, nisi facta relatione in Sac.Cons.fol.*22. Dicitur de nullitate pro parte debitoris *fol.* 23. Causa remansit in paritate votorum, idcircoq; datis adiunctis, pro creditore, & Fisco decretũ manauit reiciens nullitates die 15. Nouembris 1650.*fol* 51. Obtinetur à debitore fieri verbum in Sac. Cõs. à decreto Magn. Curiæ reiciente nullitates *fol.*33. Interim ex actis secernitur supplex quidã libellus porrectus pro parte creditoris Excellentissimo Regni Proregi, in quo asserebat fuisse impeditum procedi ad vlteriora in causa liquidationis à Spectab. D.Reg. Gasanate, ad cuius relationem adstruebat fuisse interpositum decretum à Collat. Consilio impedimentum præstante expectens pro reuocatione decreti,& sublatione impedimenti, remisso negotio ad Sac.Consil.vbi lis vertebatur, & annuens supplicatis Excellentiss. Prorex, mediante eius diplomate, expedito die 10. Decembris 1650. rem in Sac. Consilio determinari iubet *fol.* 35. & à Spectab. D. Præside exequitur ordo, *fol. eod.* Citatur debitor super verbo faciendo à decreto reiiciente nullitates eodem die 10.Decembris *fol.* 35. *at.* Et iterum die 12. in quo citationis actu replicat eius procurator Hieronymus de Maio, quod intimetur Fœlici Basile principali detento in carceribus intus Castrum nouum, *d.fol.*35. *at.* decretatio obtinetur à Dom. Præside, quod relatio fiat iũctis Aulis *fol.*36. & tandem die 28. Ianuarij 1651.decretum manauit *Visis supplicationibus fol.*20.*& fol.*33. *Remissa est causa eidẽ Magnæ Curiæ fol.*37. Et ne in ambiguo versemur supplicatio indicata, *fol.*

fol. 20. erat ab indebita citatione; Alia verò *fol* 33. à decreto reiciente nullitates, in cuius decreti exequutionem Magna Cur. eodem die decretum interponit, quod *pena ponatur in libro Inferni, expediantur literæ executoriales, & depositum pro pena nullitatum liberetur Regio Fisco, & expediatur mandatum Banco, fol.* 40.

Hunc laborem capessimus, vt veritati morem gereremus, vtq; agnoscatur, quàm è longè deducitur eiusmodi exemplum, vt nostro comparari queat, & in primis diuersificatur, quia non apparet fuisse pro parte Felicis Basile instatum audiri in

74 vinculis, & clarum est Iudicis officium minimè impertiri, nisi petenti *Glos. in l. vniuersa, C. de precib. imperat. offeren.* vbi *Castr. & Ias n.* 1. *& col.* 1. *&* 2. quatuordecim similibus exornat, *Ruin. cons.* 91. *n.* 10. *lib.* 2. *& cons.* 7. *n.* 2. *lib.* 4. *Socc. cons.* 19. *in fin. lib.* 2. *Dec. cons.* 607. *n.* 3. *Rip. in l.* 1. *§. sublata n.* 4. *ff. ad Trebell. Boer. dec.* 134. *n.* 31. *Alciat. respons.* 46. *&* 76. *Tiraquell. de retract. consang.* §. 1. *glos.* 10. *n.* 106. *Crau. cons.* 121. *n.* 10.

Iterum: diuersificatur, quia in casu illo Magna Curia iam decreuerat, quod debitor remaneat condēnatus, in re autem nostra decretum protulit, quod rectiùs citetur, Quid

75 igitur mirum si ex aduersis non benè inferatur? ad *tex. in l. Papinianus exuli, ff. de minor. l. fin. ff. de calumniator. l. cum necessitatem, C. de fideicomm. Decian. tract. crim. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 4. *Mar. Anton. variar. resol. lib.* 1. *resol.* 3. *n.* 4. *Menoch. cons.* 436. *n.* 7. & ex

76 qualibet leui facti specie ius mutatur, *l. si ex plagis, §. in cliuo, ff. ad leg. Aquil.* optimè *Thes. dec.* 88. *n.* 7. vers. *Nec mirum.*

Innotuit tamen in Aula tempore discussionis causæ, Aduocatum partis Aduersæ adstruxisse, ex nonnullis scripturis extra processum liquere de contrario in causa præindicata Felicis Basile, quas quidem scripturas nec declarauit, ad hoc vt respōsum dare potuissemus, nec significauit quid in ijs tam reconditum includebatur; Dico tamen ex prædictis scripturis extra acta, vti extra mundum nullam esse habendam rationē; Nec decretum emanatum in causa illa super ijs scripturis fundari po-

77 tuit, quandoquidem sententia iustificatur ex actis, quæ rem notoriā faciunt, *Bald. in l.* 1. *C. si de momen. possess. fuer. appell. Neuiz. cons.* 81. *n.* 32. *Paris. cons.* 111. *n.* 7. *lib.* 4. *Socc. iun. cons.* 16. *n.* 18. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 55. *n.* 7. *lib.* 1. *ex Felyno, Aretino, Decio, Putec*, & alijs *Gratian. discept. forens. cap.* 501. *n.* 20. *D. Larr. allegat. fiscal. alleg.* 19. *n.* 13. *par.* 1. non autem ex ijs, quæ

78 sunt extra acta, nam Iudex cogitur ad ferendam sententiam, ex allegatis, & probatis, *l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præsid. Less. de iust. & iur. lib.* 3. *cap.* 29. *dub.* 10. *n.* 84. *Ludou. Torres in* 2. 2. *Diu. Thom. de iustit. disp.* 48. *dub.* 2. *n.* 4. *&* 5. *Valasc. axiomat. iuris*, verb. *Iudex n.* 115. nec de aliis iudicare

79 potest, de quibus non fuit cognitum, *l. si cum dies, §. plenum, ff. de recept. arbitr.* & ibi *Bar. Bal. & Rom.* idē *Bal. in l. de rebus, ff. eod.* sequitur *Ang. cons.* 218. *n.* 8. *Reg. Valenz. cōs.* 11. *n.* 24. *lib.* 1. & vti perbellè inquit *Couarr. lib.* 1. *variar. cap.* 1. *n.* 7. vers. *Testium*, etiam si Iudex supremorum esset Tribunalium, nequidem ex propria scientia iudicare poterit, sed ex ea quam acta demonstrauerint, quam sententiam comprobat *Hermosill. in scholijs ad leg. Partitarū l.* 56. *tit.* 5. *par.* 5. *quæst.* 7. *n.* 33. *&* 34.

Et si demus, per omnia, facti spe-

80 cies fuisse exequatas, eritnè iudicatum si non fuit discussum? *Baldum* in medium profero in *l. petens n.* 3. *C. de pact.* aientem *minùs decisum dici, quod non est discussum*, coq; approba-

to

to tenet *D.de Franch.dec.*367. & ali-
81 bi paſſim: Nec quod fit, ſed quod fieri debet, eſt attendendum *ad tex. in l.nemo*, C. *de ſenten. & interl. omn. Iudic.Cran.conſ.*320.*n.*5.*Feder.de Senis conſ.* 152. *n.*3. verſ. *Item quia per hoc, Alex.conſ.*3. *n.*5. *lib.*1. *Rota Rom. dec.*252.*n.*2.*par.*1.*in recollect.per Farin.*aliàs *par.*3.*in recentior.*

Siſto igitur calamum; mutuanda mihi ſanè ſunt verba famigerati illius viri *Iuſti Lipſii*, Europæ iubaris in *Epiſtol.ad Dominicum Baudium*, *Neſcio quò fatalis quadam rerum mearũ calamitas me perduxerit, vt ſi negem patiar; ſi annuam, obiurger?*

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap.die 6.Aprelis 1652.

D E C I S I O.

DIE Mercurij 29. Menſis Maij 1652. Referente Magna Curia Vicariæ in Sacro Conſilio coram Dominis duarum Aularum, in quibus præerant Domini Conſiliarij Franciſcus Antonius Muſcettula; & Aloyſius Gamboa, cum interuentu Spectab. Domini Regentis Decani Bernardi Zuſia, eiuſdem Sacri Conſilij Præſidis vicem ſuſtinentis, ac aliorum Dominorum prædictarum Aularum, nempè Io. Baptiſta Amendolæ, Io. Franciſci Marciani, Ill.Ducis Canzani Donati Coppola, D.Andreæ de la Torre, D. Stephani Carrillo, D. Falicis Vlloa, & Antonij Capobianchi (Non interuenit Dominus *Conſiliarius Brancatius, quia abſens à Ciuitate) aſſiſtente, & Patrocinante (vltra ordinarios* Cauſarum *Patronos) pro Monaſterio.* Domino *Honufrio de Palma Fiſci Patrono Magnæ Curiæ Vicariæ ſolertiſſimo, fuit interpoſitum decretum eiuſmodi.* Conſtituto in carceribus Magnæ Curiæ Vicariæ infra ſex dies, Illuſt. Dux Acheruntiæ audiatur, quo termino elapſo, & non conſtituto in carceribus prædictis, procedatur ad diſcuſſionem nullitatum, ſeruata forma decreti lati per Sac. Reg.Conſilium ſub die 22.Martij inſtantis anni.

Penès *Magnif.Secretarium Sac.Conſ.* & *Actuarium Magnæ Curiæ Salernum.*

SVMMARIVM.

Decretum Sacri Consilij, quod audiatur Dux Acheruntiæ aduersus instrumenti præsentationem, dummodò in carceribus Magnæ Curiæ se constituerit, refertur.

2 Nobili si assignetur domus, vel palatium loco carceris, dicitur satisfactū Ritui Magnæ Curiæ Vicariæ 166.

3 Statuto si fuerit prouisum Nobilem pro delicto esse carcerandum, dicitur satisfactum, si eidem fuerit assignata domus, vel palatium loco carceris.

4 Nobilitas haberi debet in consideratione, quando agitur de carcerando Nobilem, ad distinctionem Plebei.

5 Carceratus is dicitur, qui non potest ire quo vult.

6 Arrestatus de non recedendo, datis ad hoc fideiussoribus, dicitur carceratus.

7 Carceratus ille dicitur, cui locus pro carcere assignatur, à quo impunè exire non potest, nec ire quò vult.

8 Carcer dicitur omnis locus alicui pro carcere assignatus.

9 Carceratus, cui assignata fuit domus, vel palatium loco carceris, ità censetur carceres fugisse, si aufugit, sicuti si esset in carceribus, quia locus ille est subrogatus loco carceris.

10 Carceratus in aliquo loco sub præcepto pænali, ità dicitur carcerem fregisse si aufugit, sicuti si esset in proprio carcere.

11 Carcerem frangens, siue ab eo aufugiens, habetur pro confesso.

12 Tex. in l. succurritur, ff. ex quibus causis maiores, enucleatur.

13 Districtus, seu quoquomodo detentus, vt euadere non possit, dicitur carceratus.

14 Arrestatus per Ciuitatem dicitur aliquo modo districtus, ex quo ad libitū haberi potest.

15 Persona dignitas efficit vt palatium loco carceris assignetur.

16 Ritus Magnæ Curiæ 166. inspexit ad modum, non ad effectum quando disposuit debitorem in vinculis esse audiendum.

17 Carceratus dicitur, qui sub præcepto adstrictus est stare in palatio, vel domo, seu Ciuitate, sicuti qui est in vinculis, aut carcere stricto.

18 Borgninus Caualcanus dec. 15. n 3. vti singularis affertur ad probandū, quod detentus per palatium dicitur verè carceratus.

19 Ritui Magnæ Curiæ Vicariæ, dicitur satisfactum si assignetur debitori palatium, vel domus loco carceris, etiamsi taxatiuè disposuerit.

20 Glosa in l. ob æs, verb. Tantùm, C. de præd. minor. adducitur ad casum Ritus Magn. Cur. 166.

21 Statuta strictè, & in vero significatu sunt accipienda.

22 Statuta recipiunt interpretationem à iure communi.

23 Prosper Carau. ad Ritum Magnæ Curiæ 166. n. 27. impugnatur.

24 Doctoribus in terminis terminantibus materiam agentibus magis est credendum, quam ijs, qui obiter transeunt.

25 Doctor perfunctoriè loquens, non facit numerum.

26 Prosper Carauita non tangit quæstio-

stionem in Nobili carcerando in carceribus Magn.Cur. in rit. 166.

27 Loffred. cons. 17. *punctuatim tradit Nobili assignandum esse palatium, vel totam Ciuitatem loco carceris.*

28 *Doctrina punctualis affertur, quod in terminis* ritus Magnę Cur. 166. *dicitur satisfactum, si debitori Nobili detur tota Ciuitas pro carcere.*

29 Iason *vixit longè post tempora* Bartholomei de Capua.

30 *Instrumentum si presentetur ad formam ritus contra Nobilem, satis dicitur cautus si datur tota Ciuitas ei pro carcere.*

31 *Illatio non fit ex diuersis.*

32 *Sacrum Consilium inhęret determinationibus punctualibus ad casum, non autem generalibus.*

33 D. Andreas Marchesius *Sac. Consilij Preses in suis Aduersarijs approbauit opinionem, quod Nobili assignatur palatiũ, vel Ciuitas loco carceris quando presentatur contra ipsum instrmentum ad formam* ritus 166. Magnæ Curiæ Vicariæ.

34 *Decretum Sacri Consilij Iunctis Aulis in causa D. Francisci de Tufo cum Ill. Duce Vetri, quo fuit prouisum debitori citato super tenore instrumenti ad formam ritus esse assignandam domum loco carceris, refertur.*

ARGVMENTVM.

Ritus Magnæ Cur. Vicariæ 166. secundùm computationem *Prosperi Carauitæ*, quo extat prouisum debitorem citatum super tenore instrumenti, aduersus illud sese opponentem, non esse audiendum nisi in articulis, esse satisfactum si debitori Nobili assignetur domus, Palatium, vel tota Ciuitas loco carceris, ad quam thesim probandam, plures congeruntur Authores, præsertim in *Annotation.* ad ritum prædictum.

Statuto si caueatur, vel Princeps iubeat, in carceribus quem conijciendum, satis erit factum si Nobili assignetur domus, Palatium, vel Ciuitas loco carceris, Est etenim in consideratione habendum Nobilem à Plebeio esse distinguendum; Præterquamquod: carceratus quisquis dicitur, qùi nequit ire quò vult, vndè arrestatus de non recedendo, datis ad hoc fideiussoribus, censetur carceratus, Qui etenim de loco non potest recedere, parum differt à captiuitate, & videtur spoliari libertate sua, quod sanè théorema pluribus comprobatur similibus.

Prosper Carauita in commentarijs ad ritum prædictũ 166. *n.* 27. inquiens carceribus mancipandum esse debitorem impugnatur ex pluribus, præsertim quia persun-

ctoriè materiam pertractat, nec de Nobili verba facit, quinimò ſingularis doctrina in contrarium affertur, ac rei iudicatæ Authoritas adducitur, ex quibus labefactatur fides *Carauitæ*.

P R O

Illuſt. Duce Acheruntiæ.

C V M

Regali Monaſterio Sancti Martini.

RESPONSVM XXXIII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 DEcreto *Sac. Conſ.* de quo in calce *præced. Reſpõſ.* cùm nnperrimè fuiſſet prouiſum, *Eſſe audiendum Ill. Ducem Acheruntiæ aduerſus præſentationem instrumenti via ritus factam per RR. Religioſos* Regalis *Monaſterij Sancti Martini, dummodò ſe carceratum exhibuerit in carceribus Magnæ Cur. Vicariæ infra ſex dies, quo termino elapſo procedatur ad discuſſionem nullitatum, ſeruata forma alterius decreti*, ab eo reclamatione interpoſita pro parte præfati Ducis, & obtenta decretatione de verbo faciendo, in ſpem ducitur fore decernendum, quod loco carceris aſſignetur domus, vel palatium, vti viro Nobili, ex qua aſsignatione
2 de iure ſatisfactum erit R*itui Magn. Cur.* 166. ſecundùm computationem *Carauitæ*, per quem diſponitur in vinculis cauſam dicere debere debitorem aduerſus inſtrumẽtum præſentatum audiri ſatagentem, *Gamm. dec.* 318. *n.* 1. *Caball. reſol. crim. n.* 1. *Hering. de fideiuſſor. cap.* 10. *n.* 170. *Suarez de fideiuſſor. in cauſ. crim. n.* 12. *Epiſc. Ricc. dec.* 226. *n.* 1. *par.* 2. *Cardin. Tuſc. lit. C. concl.* 87. *n.* 3. *Rim. iun.* 738. *n.* 1. *& ſeqq.*

Et nè moremur: ità punctuatim docet *Ang. in l. in bonæ fidei, ff. de rei-uen.* & propriùs in *l. qui in carcerem, ff. de eo, quod met. cauſ.* inquiens ſi extaret ſtatutum, vel Princeps iubeat, Nobilem pro delicto eſſe carcerandum, ſi tamen eidem aſſignata fuerit domus, vel palatiũ loco carceris, dicetur ſatisfactum ſtatuto, quod dictum laudat, & ſequitur, ac vti ſingulare, & menti tenendum extollit *Iaſ. in repetit. l. admonendi n.* 177. *in* 1. *col. ff. de iureiur.* vbi affirmat eſſe cordi tenendum *Lanfran. de Orian. in repetit. cap. quoniam contra*, verb. *Confeſſionis*, verſ. *Quæro ſubſequenter, extr. de teſtib. Ioan. Lup. in repetit. cap. per veſtras* §. 9. *n.* 13. verſ. *Ex his etiam infertur de donat. inter vir. & uxor.* quibus conferunt exarata per *Alex. in l. ſi ut certus*, §. *Cuſtodiam, ff. commod. Cott. in ſuis memorab.* verb. *Carcer*, & verb. *Nobilitas*, inquiens haberi in
4 conſideratione Nobilitatem quando agitur de carcerando Nobilẽ, adhoc vt fiat diſtinctio à Plebeio, *Capic. dec.* 154. *n.* 4 verſ. *Sed eſto*, vbi refert verba *Angel. in d. l. qui in carcerem*, ibiq;

Io.

Io. Iacob. Mafull. in Addit. n.2, commendat hanc propofitionem *Barbat. in cap.1.col.4.de commod.& in cap. accedens col.2. vt lit. non conteft. & conf. 62.col.4.*verf.*Facit elegãs lib.1. Curt. fenior in d.l.admonendi col.*48.vbi pro mirabili allegat, idem *Iaf. in l. fi pecuniam, §. final. in fin. ff.de condict.ob cauf.Felyn. in cap. cum contingat col.3.* verf. *Prima conclufio de refcript. Petr. Gerar.* qui hoc dictum fingulare dicit, *in fing. 30.Hippol.de Marfil.in l.1. §. Ad quæftionem col. 4.* verf. *Et facit notabile verbum Angeli, ff.de quæftion. Alciat.in regul.1.præfum.48.n.2. Luc. de Penn.in l.mulieres col.5,* verf.*Octauo, C.de dignit.lib.12. Gram. dec.14. n.4.& 5.& dec.33. n.fin.*

Rursùs: fatisfactum dicitur Ritui fi Marchioni domus,vel palatium asfi-
5 gnatur loco carceris, carceratus etenim quifquis dicitur, qui non poteft ire quò vult, fecundùm *Glof. in l.qui neque*, verb. *Cuftoditur, ff. de verb. fig. Suarez de fideiuffor. in cauf. crim. n.12.Ang.de malefic.*verb. *Qui Iudex n.16. Boer.dec.215. n.15. Mafull.loc. cit.n.3. Auend.cap.5. Prætor.n.22. lib. 2.Caball.refol.crim. caf.8. n.14. Azeu. l.15.n.13.tit.6. lib.3. Recopil. Cardin. Tufc.lit.C.concl.32.n.2. Caualc.dec.14. n. 1. 2. 6. par. 5.* pluries allegandus *Giurb. conf.crim.34.n.1.* verf. *Cum carcer*, vndè inquit *Guid. Pap. dec. 253.& dec.563.* quòd arreftatus de
6 non recedendo,datis ad hoc fideiusforibus, cenfetur carceratus, & eft de mente Doctorum in *d.l.qui carcerem, ff.de eo quod met.cauf.*vbi *Bart.*& facit *Glof. in cap. de raptoribus 36. quæft.1.* inquiens, *Qui de loco non poteft recedere,parum differt à captiuitate,& videtur fpoliari libertate fua*,imò *Inno. in cap. nuper de fenten. excomm.* docuit omnem illum dici carceratũ,
7 cui locus pro carcere affignatur, ità quod illum locum exire non poteft impunè, & ire quò vult, quem fequitur *Catald.* magnus Practicus *conf. 56.n.4.& 5.vol.1. confil. crim. diuerf. Bal.in l.fin.* verf.*Collige,C.de poftlim. reuerf.Hipolit.* prædictorum nonnullos referens *in pract.crim. §.attingam n.24.25.& 26.& in l.fi quis percufforẽ n.8.C.ad leg.Cornel. de Sicar. Loffred. conf.17.n.10. Ang. in tract. de malefic.* verb. *Qui Iudex dictum Caium n.16.* ex mẽte *Bart.in l.2. C.de exhiben.reis,*
8 tradens omnem locum affignatum alicui pro carcere, carcerem effe, *Bertaz.conf.crim.35. n.3.* ibiq; *Claud. eius filiusin addit.lit.A.* qui tradit eũ,
9 qui detinetur in aliquo carcere, palatio, aut Ciuitate,ità cenferi carceres fregiffe fi aufugit,ficuti fi effet in carceribus, quia locus ille eft fubrogatus loco carceris, *Becc. conf. 44. n. 36.Gram.conf.crim.57.n.4.*quod quã-
10 do eft affignata Ciuitas, vel Caftrũ, aut Territorium alicui pro carceribus fub præcepto pænali cum fideiusfione de foluendo pænam in cafu contrauentionis, dicitur fub arrefto pofitus, & fic carceratus; Ideò fi recedit, & aufugit, dicitur ità carcerẽ fregiffe, ficuti fi effet in proprio car-
11 cere, & habetur pro confeffo, *Menoch. de arbitrar.Iudic.lib.3. centur.4. caf.311.n.9. & 10.* poft *Oldrad. conf. 65.Ioann.Andr.in Addit. ad Specul. in tit.de præfum. §. 2. col.1. Guid. Pap.d. dec.253.Vulpell.conf.139.per tex. in l. fi quis reum,* verb. *Sed fi neq; ff.de cuftod.reor.Salic. in l. ad commentarienfẽ n.3.C.eod. Cepol.conf.crim.25. Caccialup.de debitor.fufpect.quæft.1.n.2. Farin.in prax.crim.quæft.30.n.73.& 76. Baiard.ad Clar.in prax.crim.quæft.21. n.105.Card.Tufc.concl.323.lit.F. n.1. Ambrof. dec.49. n.9. Galuan. conf. 15. n.8. Mafcar. de probat. concl.266. n.3. Claud.Bertazol.ad Genitor.conf.80.lit. A.Rim.iun.conf.135.à n.11.* aliàs *cõf. 82.tom.2.criminal.diuerf. Marc. Ant. Genuen.in prax. cap.34. n.11.Giurb. conf.crim.34.n.2.* verf.*Primafuit*,Reg.

Sanfel.dec.363. in princ. ibi, *Et sic per palatium carceratus existēs*, & hoc innuens, quod detinens palatium dicitur carceratus, & in peculiari materia est *tex.* secundùm *Borgnin. Ca-*
12 *ualcan.dec.14 n.2.*vers.*Et quod ille,in l.succurritur,ff.ex quib.caus.maior.* vbi
13 *Consultus* dicit, quod ille, qui aliquo modo distringitur, vt euadere non possit, dicitur carceratus, vndè arguit *Borgnin.* ex hoc *tex.* probari,
15 quod arrestatus in Ciuitate,dicitur aliquo modo districtus,ex quo ad libitum haberi potest,vndè in carceribus esse dubitandum non est,& si nō proprijssimè, tamen propriè, quia plus, & minùs non differunt specie.

Hinc apud DD.non paucos tradi-
16 tum est, pro dignitate personæ,totā aliquam Ciuitatem,vel palatium loco carceris assignari solere,prout in viris Nobilibus,& alijs egregijs personis fieri passim consueuit id quod mihi probat adamussim *tex. in l. 1.* verb. *Vel pro dignitate, ff. de custod. reor.*vbi *Glos.*prçter alia iura adducit *tex.in l.si grauiùs,& l.quoties,C.de dignit.lib.12.*& est notabilis *glos.in l.fin. C.de accus.*verb.*Habita tamen dignitatis æstimatione*,vbi *Glos.*inquit,*Quia aliter in dignitate positus custoditur, quam alius, vt hic, & ff.de custod.reor. l.1 & l.Diuus 1.*& affirmat *Ias.in locis citatis,Card.Tusc.tom.1.pract.conclus. lit.C.concl.79.n.7. & seq. & concl. 82. n.1.& seq.Coler.de proc.execut.par.1. cap.6.n. 112.*vers.*Vel etiam totam Ciuitatem,Gayll.lib.1.de pignor.cap.9.*incip.*Sæpè fit, vt pignorator n.4.* vers.*Et huiusmodi carceres publicos, Rutger. Rulan. tract. de commiss. par. 2.lib.5. cap.1 .n.7.*vers.*Ac liberum est Iudici*,& ex multis probat *Matth. Berlich.practicab.conclusion.concl.28.tit.de carcer. publ.n.69.* vers. *Vel etiam tom.2.* ...
16 Præterea: Ritus Magnæ Curiæ dùm disponit in vinculis esse audiendum debitorem se defendentē, non inspexit modum, sed effectum, iussit etenim non audiri debitorem in libertate positum, nè ritus rigor eluderetur, non autem tenaciter voluit, quod per detentionem debitoris in domo, vel palatio, repellatur; siquidem edocti sumus ex *præcitatis*,
17 ità carceratum dici eū,qui sub præcepto adstrictus est stare in palatio, domo, seu Ciuitate, sicuti eum, qui est in vinculis, aut carcere stricto, & perbellè insinuat *Borgnin. Caualc. d.*
18 *dec. 14. n. 3.* vers. *Quæ causę*, ibi, *Quæ causæ,& rationes,ità militant in eo, qui sub præcepto adstrictus est stare in Palatio, vel Ciuitate, sicut in illo, qui est in vinculis, aut carcere stricto, quia potest detineri eodem modo ad beneplacitum Iudicis, cum non possit aufugere sine pœna, & nō habeat authoritatem abire, & redire ad propria, vt patet sensui, & notat tex. in d.l.succurritur,& ibi Bart. & DD. cum ista ratio finalis sit causa impediendi huiusmodi recommendationem pro debito ciuili,& in casu isto reperiatur, dicitur decidere hunc casum, & leges, ac authoritates loquentes de capto carcerato, ac detento propriè loqui, & habere locum in isto, cui pro carcere sub arresto, & præcepto absq; custodia fuit Ciuitas assignata per supradeducta in terminis loquentia, si apud maturos, & graues viros, & practicos hæc diglutinentur*. Hæc *Caualcan.* ex quibus satis solidè, & fundamentaliter nostram sustinet aciem.
19 Eisq; subnectimus, quod etiam in casu quo Ritus per dictionem taxatiuam disposuerit aures occlaudendas esse per Iudicem debitori aduersus

sus præsentationem instrumenti sese
oppugnanti, dummodò in vinculis
causam diceret, adhuc per carcera-
tionem domi, vel per palatium dice-
tur satisfactum, cum eadem vigeat
20 ratio, ad *glos. celebrem in l. ob as*, verb.
Tantum, C. *de præd. minor. in l. si mora*,
verb. *Dumtaxat*, *ff. sol. matr. & in l. vl-
tim. C. de reuoc. donat. Bar. per tex.* ibi
*in l. seruum nomine n. 2. ff. de vsucap.
Dec. in rubr. de constit. lectur. 1. n. 18.
Zas. in l. 1. § per seruum n. 14. ff. de ac-
quir. possess. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 2.
n. 10. Menoch. cons. 432. n. 36. Sanchez.
de matrim. lib. 7. disp. 31. n. 6. Cald. Pe-
reir. de empt. & vend. cap. 14. n. 23. D.
de Franch. dec. 123.*
21 Quidquod: statuta quælibet licet
strictè sint accipienda, & in casu ve-
ro, *l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. gest. l.
quicquid adstringendæ, ff. de verb. oblig.
Auth. quas actiones*, C. *de sacros. Eccles.
Cephal. cons. 59. n. 26. tom. 1. Reg. Va-
lenz. cons. 75. n. 83. lib. 1.* Attamen re-
cipiunt interpretationem, prout de
iure communi disponitur *l. 2. de no-
xal. l. vt gradatim, ff. de mun. & honor. l.
quamuis, ff. de in ius voc.* ex quibus
iuribus passim obseruant DD. statu-
ta eò modo esse interpretanda, quo
iura communia, benè *Bald. in l. Gal-
lus, §. & quid si is, ff. de liber. & posth.
cum alijs* apud *Card. Paris. cons. 84. n.
11. vol. 2.* & recipiunt à iure commu-
ni interpretationem, *Bart. & alij in
l. 1. § sublata, ff. ad Trebell. Surd.* qui &
multos congerit *cons. 4. n. 49.* adeò
quod dum Ritus disponit non esse
quem audiendum, nisi in vinculis,
rectè illi est satisfactum per carcera-
tionem domi, vel per palatium, ad
tradita per Nos hoc *eod. Respons.* vers.
Rursus, & est de mente *Loffred. cons.
17. n. 16. & duob. seqq.* & quampluriũ
DD. quos adduximus ad probandũ,
quod carcer in Nobili verificatur, si
detur domus, Palatium, vel Ciuitas.
Vt hinc luce meridiana clarius
elucescat, paruifaciendam esse do-
23 ctrinam *Prosperi Carauitæ* viri alio-
quin doctissimi, & oculatissimi, præ-
sertim in enucleatione Rituum Ma-
gnæ Curiæ, dum in *d. rit. 166. n. 27.*
vers. *Ex quo sequitur*, inquit, debitorẽ
aduersus instrumentum præsentatũ
se defendentem, esse sub claui deti-
nendum, eò quod statuerit Ritus in
vinculis audiendum fore.

Nam vt illi occurramus breui ver-
borum compendio.

In primis dicimus; opinionem *Ca-
rauitæ* repugnare quãplurimis *DD.*
à *Nobis* modo adductis, numero, &
pondere illi haud inferioribus, qui-
24 bus magis credendum est, vtpotè
qui in terminis terminantibus ma-
teriam tractarunt, secundùm *Salic. in
l. filiæ cuius pater*, vers. *Expeditus*, *C. fa-
mil. hercisc. Glos. in l. apud antiquos, C.
de furt. Ang. cons. 376. Silu. nuptial. lib.
5. tit. quomodo iudicandum n. 32.* maxi-
mè quando alij DD. perfunctoriè lo-
quuntur, sicuti fecit *Carau.* vndè non
25 facit numerum ex dictis per *Abb. in
cap. bona lo 2. n. 3. de postul. prælat.* cum
alijs adductis per *Reg. Rou. cons. 21.
n. 1. lib. 1.*
26 Secundò asserimus: *Carau.* nullã
fecisse mentionem, nec quæstionem
proposuisse in Nobili (circa quam
thesim nostra versetur indagatio) sed
tantùm simpliciter, & sic non potest
in contrarium allegari. Vltra quod
27 ex nostris *Loffred. cons. 17. numeris
designatis* contrariũ apertè sustinuis-
se videmus, dũ tradit per hæc verba.
*Quamuis enim ille non fuerit vin-
culis ligatus, neq; in aliqua aula,
vel camera reclusus: tamen ex quo
non dabatur ei libera recedendi fa-
cultas; imò non poterat discedere,
obstante mandato, sequitur ipsum
fuisse non liberum, sed in carcere
detentum, vt in l. qui neque, iuncta
glos.*

glos. in vers. Seruatur, ff. de verbor. sign. l. verum, & l. vinculorum eod. tit. l. succurritur, & l. necnon, ff. ex quib. caus. maior. & dixit Bald. in l. fin. ff. de captiu. & postlim. reuers. quod ille dicitur inuitus, & in carcerem detineri, cui non permittitur abire, & propriam domum redire, & facit notabilis doctrina Angeli in l. qui in carcerem, ff. quod met. caus. qui dixit, quod in carcere est ille, qui de loco ad sui libitum recedere non potest; vndè dicit assignari posse vni Nobili pro carcere totum palatium, vel totã Ciuitatẽ. Hæc *Loffr.*

28 Tertiò: nè punctualis desit doctrina in terminis ritus, siue *Bartholomeum de Capua* habeat Antesignanũ,
29 (quod mihi non arridet, nam allegat *Iasonem*, qui fuit longè post tempora, in quibus floruit ipse *Bartholomeus*) siue alios Maiores nostros magnæ doctrinæ, & æstimationis ad ritus nonnulla adnotantes, ità reperio *in d. rit. 166.* inter Regni Cõstitutiones, indicatum *n. 50. pag. mihi 388. 1. col.* vers. *Tu pro intelligentia*, ibi, *Tu pro intelligentia huius ritus, Item quod si qui debitores, &c. In quãtum dicit, quod debitores incarcerantur, dic quod incarceratus dicitur ille, qui ad sui libitum de loco recedere non potest, ità dixit Ang. in l. 1. C. de de priuat. carcer. Imol. &* DD. *in cap. nuper de senten. excomm. Bal. in l. 1. in* 10. *col.* C. *de confess. & propterea dixit Ang. multum singulariter in d. l. qui in carcerem, quod stante statuto, quod quis debeat poni in carcere pro delicto, si aliquis Nobilis accusatus venit carcerandus; satisfactum erit statuto, si assignetur sibi pro carcere amplus locus, putà Palatium potestatis, vel tota Ciuitas, quod dictum sequitur, & dicit esse singulare, & cordi tenendum, Ias. in repetit. l. admonendi in 16. cart. in 1. col. ff. de iureiur. & Bonnus de Curt. in tractat. de Nobilit.*
30 *in 16. car. in 1. col. quod tene menti, præcipuè, quia si præsentatur instrumentum, secundùm formam ritus contra quendam Nobilem, satis diceretur cautus si datur tota Ciuitas, ei pro carcere. Et nota, quia pauci sciunt, & faciet tibi honorẽ. Hanc doctrinam Angeli sequitur, & summè commẽdat Ias. in l. si pecuniam, §. fin. ff. de condict. ob caus.* Quid amabò clariùs? quid rogo apertiùs? ad nostram sustinendam aciem, & victoriam hoc in articulo aucupandam?

Quin ampliùs: contra *Carau. loc. cit.* irruit *D. Donat. Anton. de Marinis* Collega noster, nunc emeritissimus Præses Reg. Cam. Summariæ, post hæc scripta visus in *1. quotidianar. resol. cap. 194. n. 24.* vbi pro Nobili carcerato, quod si detur domus, vel palatium, loco carceris, vel si sub fideiussoribus relaxetur, fit adamussim ritui satisfactum ex pluribus sustinet, & casus decisos recenset.

Ex quo sanè placito labefactatur adstructio *Carauitæ*, vtporè qui de Nobili verba non habuit, vndè ex
31 diuersis non benè infertur, *l. Papinianus exuli, ff. de minor.*

Et pariter arridet nobiscum *D. de*
32 *Franch. dec. 363. n. 4.* dùm inquit Sacrum Consilium decisionibus peculiaribus conformem se reddere in determinando, non autem consulta-

tationibus generalibus.

Quam sanè doctrinam (herclè magnopere lætatus sum) nunquam satis laudatus perdoctus ille vir *Spe-*
33 *ctab. D. Andreas Marchesius Præses noster*, in suis Aduersarijs manuscriptis, vti singularem propria manu descripsit, & adnotauit, & cum tanti viri manus, & caracter peruium sit omnibus, in promptu exhibemus, sub silentio tamen minimè prætermittimus, quod etiam in causa D. Francisci de Tufo cum Illust. Duce Vetri, relata à *D. Consiliar. Arias de*
34 *Mesa lib. 3. variar. cap.45.* fuit assignata domus loco carceris præfato Duci; & licèt fuerit ex causis, vti ipsemet asserit, causæ modo rediguntur ad notoriam iustitiam pro Cliente, pro quo raptim prædicta exarauimus sub auspicijs Dominorum meorum doctrina, & integritate cõspicuorum.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 19. Iunij 1652.

DECISIO.

DIE Iouis 20. *Mensis Iunij* 1652. *fuit confirmatum decretum aliàs interpositum, quod* Audiatur Ill. Dux Acheruntię constitutus tamen in carceribus Magnæ Curiæ Vicariæ, *absente Spectabili* D. *Zufia Regente Regiam Cancellariam, & Officium Præsidis Sac. Conf. votantibus Dominis Consiliarijs duarum Aularum Francisco Antonio Muscettula, Aloysio Gamboa, Io. Baptista Amendola modò ad munus Præsidentis Reg. Cam. translato, Io. Francisco Marciano, Ill. Duce Canzani Donato Coppola, Carolo Brancatio, D. Stephano Carrillo, D. Andrea de la Torre, D. Felice Lanzina, & Vlloa, à quo decreto cum fuisset dictum de nullitate, quid inde sequutum fuerit, habes* Respons. *ab hinc* 3. *vbi totius patrocinij historiunculã contexere posteritati cõsuluisse sum mihi persuasus, nec minus veritati.*

Penès Magnif. Secretarium Sac. Consil. & Actuar. Magnæ Curiæ *Marcum Salernum.*

SVMMARIVM.

1 Nullitates propositæ aduersus decretum Sac. Conf. in causa Ill. Ducis Acheruntiæ referuntur.

2 Ritus Magn. Cur. Vicariæ 166. de vinculis verba faciens, qualiter sit intelligendus.

3 Vinculorum appellatione, quòd carcerum genus comprahendatur.

4 Tex.in l.qui neque 48.ff.de verbor. sign. expenditur.

5 Libertate sua spoliatus videtur, qui ad sui libitum recedere non potest.

6 Tex. in l. 1. §.hoc autem, ff.de custod.reor. enucleatur.

7 Persona attenditur circa modum carcerum.

8 Carceratus domi, in vinculis esse dicitur.

9 Titulati extra carceralem custodiam sunt detinendi.

10 Glos.in l. 1.verb. Vel pro dignitate, ff.de custod. reor. expenditur.

11 Tex in l.si grauiùs 16.C.de dignit. lib.12. loquitur de Titulatis.

12 Authores loquẽtes de priuilegijs elargitis Titulatis, enumerantur.

13 Loffred.conf.17.n.12. explicat quomodo quis intelligitur carceratus.

14 Decretum inaudita Parte latum est nullum.

15 Merita negotiorum, Partium assertione panduntur.

16 Tex.in l. in eadem 10. §. in vinculis, ff. ex quib. cau. maior. expenditur.

17 Tex in l.necnon §.1.ff.ex quib.cau. maior.enucleatur.

18 Andreas Marchesius Sac.Conf.Præses in suis Aduersarÿs pro singulari adducitur.

19 Nullitates in Regno quibus in casibus admittuntur.

20 Pragmatica de anno 1622.4.sub tit. de instrum.liquid. quid disponat.

21 Pragmatica 3.de instrum.liquid. de anno 1585.enucleatur.

22 Sacrum Consilium debet ex officio denegare exequutionem decretis notoriè nulli etiam parte non opponente.

23 Sententia notoriè nulla, semetipsam nullam declarat absq; Iudicis interlocutione.

24 Nullitas notoria nedùm impedit exetionem sententiæ, verùm etiam rei in iudicatum transacta.

25 D. Hector Capyc. Latro Regens Marchio Torelli laudatur.

26 Destructo fundamento, corruit ædificium.

27 Iudex supplere debet ÿs, in quibus Aduocatus deficit.

ARGVMENTVM.

Nullitates propositæ aduersus decretum Sac. Conf. quo extitit prouisum Constituendum esse in carceribus Magnæ Curiæ Vicariæ Ill. Ducem Acheruntię, adhoc vt aures sibi præbeantur in exceptionibus propositis contra instrumentum via ritus præ-

pręſentatum pro parte Venerabilis Monaſterij Sancti Martini, ſeriosè, ordinatèq; recenſentur.

Texx. plures, ijq; peculiares *ab Authore* expenduntur, ad inſinuandum, carceris locũ non vnum, eumdemq; eſſe debere in Nobilibus, permaximè ſi Titulari præfulgeãt dignitate, ac in Plebeis, eò fortiùs ſi de debito ciuili agatur.

Vinculorum appellationẽ, qui carceres veniant? pluribuſque expenſis iuribus, de vinculis alloquutis, ſuſtinet *Author*, nedùm eũ in vinculis detẽtum dici, qui carcerali detinetur cuſtodia; verùm etiam eũ, cui domus, Palatium, ſeu tota Ciuitas loco carceris aſſignatur, itaque *Ritui Magn. Cur. Vicariæ 166.* alijſq; *Pragmaticis Regni Sanctionibus* de vinculis verba facientibus, eſſe ſatisfactum, ſi Nobili loco carceris prædicta loca aſſignentur, pluribus commõſtratur.

Sententia notoriè nulla; non indiget vt talis declaretur parte inſtante, nam illamet nullam ſe declarat, Iudicijſq; partes eſſe debere eam non exequi, etiamſi in iudicatũ tranſiuerit peculiari *Ludouic. Rom.* placito, *Rotæq; Romanæ* ſcito, inſinuatur.

P R O

Illuſt. Duce Acheruntiæ.

C V M

Regali Monaſterio Sancti Martini.

RESPONSVM XXXIV.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 NVllitates propoſitę aduerſus decretum Sacri Conſilij, quo fuit cõfirmatum aliud decretum iubens audiri Ill. Ducem Acheruntiæ aduerſus inſtrumentum præſentatum via Ritus Magnæ Curiæ Vicarię ad inſtantiam Venerab. Monaſterij Sancti Martini, dummodò ſe carceratum cõſtituerit in carceribus eiuſdem Magnæ Curiæ, de quibus memoriam habuimus in *anteceden. Reſpon.* vt pateant legentibus,

vtq; silentium meum in conscientiã non deducant, hæ sunt propemodum,

2 Prima Nullitas est, quia licet *ritus Magn. Cur. 166.* secundùm computationem *Carauit.* statuerit, debitorem oppugnantem instrumentum, & exceptiones aduersus illud proponentem, teneri in vinculis causam dicere; attamen quando debitori assignatur locus pro carcere, ex quo ad sui libitum recedere non potest, dicitur esse in carceribus, sicuti si assignetur domus, palatium, seu tota Ciuitas, & est satisfactum per hoc rituali dispositioni, per *tex. in l. succurritur* 9. ibi, *Vinculorum autem appel-*
3 *latio latiùs accipitur*, *ff. ex quib. caus. maior.* & peculiarem esse in materia præcitatum *textum* tradit *Borgnin. Canalc. det.* 14. *n.* 3. *lib.* 5. vbi improbat *Carau.* aliter dicentem in *d. rit.* 166. & iterum vers. *Qua causa, & rationes*, *Becc. cons.* 44. *n.* 36. *Gram. cons. crim.* 57. *n.* 4. Vndè decretum iubens esse constituendum d. Ill. Ducem intus carceres Magn. Cur. dum petierit assignari sibi domum, est contra *tex.* prædictum de vinculis loquentem, etiam in terminis *ritus*, & sic nulliter.

4 Secunda Nullitas est, quia decretum præfatum est contra *tex. in l. qui neq;* 48. *ff. de verbor. sign.* per quem disponitur non dici solutum, qui sine vinculis publico seruatur, ibi, *Ac ne eum quidem intelligimus solutum, qui publicò sine vinculis seruatur*, quò fit, vt in vinculis existere dicatur, qui ad sui libitum recedere non potest per *Glos.* singularem in *cap. de raptoribus* 36. *quæst.* 1. ibi, *Qui de loco recedere*
5 *non potest, parum differt à captiuitate, & videtur spoliari libertate sua*, benè *Bertaz. cons. crim.* 35. *n.* 3. ibiq; *Claud. eius filius in Addit. lit. A.* Vndè dùm ritui statuenti in vinculis esse quem audiendum, est satisfactum per assignationem domus loco carceris, decretum sæcernitur nullum, vtpotè contra ritum.

6 Tertia Nullitas est, quia decretum est contra *tex. in l.* 1. *§. hoc autem, ff. de custod. reor.* vbi *Vlpian. Consultus* discrimen adhibens circa modum car-
7 cerationis, attendendam esse personam inquit, ibi, *Hoc autem vel pro criminis, quod obÿcitur, qualitate, vel propter honorem, vel propter amplissimas facultates, vel pro innocentia personæ, vel pro dignitate eius, qui accusatur: facere solet*; quò fit vt dùm Dux
8 Acheruntiæ sit in probatis de eius dignitate, vincula debent intelligi, vt domi detineatur, vel palatium sibi, aut Ciuitas loco carceris assignetur, non autem quod in carceribus Magn. Curiæ, in quibus plebeus quilibet conijcitur, detineatur.

Quarta Nullitas præcedenti probè collineans, ea est, quia Dux Acheruntiæ titulari præfulgens dignitate, non potest in carceribus publi-
9 cis detineri, ad *tex.* synodalem *in l. si grauiùs* 16. *C. de dignit. lib.* 12. ibi, *Extra carceralem custodiam sub fideiussione habita superillustribus quidem Nobis suggeri iubemus*, quem *tex.* ad
10 hoc adducit *Glos. in l.* 1. *ff. de custod. reor. in anteceden. nullitate adducta*, in verb. *Vel pro dignitate*, vbi vt casum ad rem de qua agimus clariorem exprimeret, inquit, *Vel pro dignitate, quam habet sine administratione*, ad quod theorema probandum allegat, nedùm *tex. in d. l. si grauiùs*, verùm etiam *tex. in l. quoties*, *ff. eod. tit. de dignit. lib.* 12. *& in Auth. Vt ordo præfe-ctur. coll.* 3. *& l. ad similitudinem*, *C. de Episc. & Cler. l. si seruum* 17. *ff. de occusat. l. minimè*, *C. de appell. l. si vindicari*, *C. de pæn. & l.* 3. *C. de custod. reor*
11 qui sanè *tex. in d. l. si grauiùs* non recipit cauillum, quin sit intelligendus de Titulatis, sicuti appositè fidem de
12 hoc adstringit suam, *Frece. de subfeu. tit.*

tit. quis dicat. Dux, Luc. de Penn. in rub. de Comitib. Conſiliar. lib. 12. Io. Garſ. de Nobilit. gloſ. 48. §. 3. Parlador. lib. 2. rer. quotidian. cap. 13. Bellug. in Specul. Princip. rubr. 6. n. 22. inſignis *Bouadill. lib. 2. Politic. cap. 16. per tot.* præſertim *n.* 25. vbi de origine Titulatorum plura effundit *D. Garſ. Maſtrill. de Magiſtrat. tom. 2. lib. 4. cap. 13.* vbi practicabilia multa in materia percurrit, *Surg. de Neap. Illuſtr. cap. 23. n. 23. & cap. 18. ſub n. 2. Io. Anton. de Nigr. in cap. Regn. Subditorum n. 16. Affl. in Conſtit. Humanitate notab.* 3. iterum *Frecc. eod. tract. tit. Quis dicat. Marchi n. 9. & in tit. de different. inter feuda regalia, & alia, differ. 25. Baeza de non melioran. dotis ration. filiab. cap. 23. ſub n. 4. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par. 8. quaeſt. 16. de iure conceden. licent. n. 16. Zaſ. in Epitom. de feu. par. 5 n. 25. Roſenth. de feud. cap. 2. Reg. de Pont. conſ. 1. n.* 7. Iudex olim Magn. Cur. peritiſſimus *Io. Franc. Capibl. de author. Baron. in proem. n. 15. Scribētes in cap. 1. tit. Quis dicat. Dux, Comes, vel Marchio, & in rubr. totaq; legum contextura, C. de dignit. lib.* 12. & in *Auth. Si qua Illuſtris, C. ad Orphician.* aliiq; plures à *Me* congeſti in 1. *Practicar. Obſer. cap. 81. n. 1. &* 2. apud quos plures præheminentiæ Titulari præfulgentibus dignitate, elargitæ dignoſcuntur, inter quas minor eſt, vt pro debito ciuili aſſignetur domus, palatium, ſeu tota Ciuitas loco carceris, vti in re præſenti, de qua
13 pulchrè *Loffr. conſ. 17. n. 12.* in eiſdē terminis.

Quinta Nullitas eſt, quia decretum prædictum manauit inaudito protinùs, & indefenſo d. Illuſt. Duce, vndè redditur nullum, vtpotè contra
14 *tex. in l. de vnoquoq;* verb. *Quos cauſa,* vbi *Gloſ. ff. de re ind. l. nam adoptiuus, ff. de adopt. Clem. Paſtoralis, §. caterum de re iud. clem. Sæpè de verbor. ſign.* Nec extrinſeca indiget probatione eiuſmodi Nullitas, nam ijdem et Domini votantes atteſtati fuerunt in gradu reclamationis per Nos exarata minimè conſuluiſſe, vndè intrat diſpoſitio Imperialis in *l. fin. C. de accuſat. in finalib. verbis,* vbi, *Gloſ.* in verb. *Panduntur,* adducens contrarium de *tex. in l. inſtè, ff. de acquir. poſſeſſ.* dat reſolutionē obiecto ex *Gloſ. Marginali,* per hæc verba, quæ theſi noſtræ maximè conducunt, *Dic quod ibi Iudex fecit legitimè, & parte citata, cognitoq; de negotio, hic verò non ſatisfecit.*

Sexta Nullitas eſt, quia decretum
16 prædictum eſt contra *tex. in l. in eadem* 10. *§. in vinculis, ff. ex quib. cau. maior.* ibi, *In vinculis autem eos accipimus, qui ità alligati ſunt, vt ſine dedecore non poſſint in publico apparere,* ibiq; *Gloſ.* in verb. *Non poſſint,* inquit, *Licet detur facultas abeundi, vel quia nudi, vel quia iurauerunt, vel ſub fideiuſſoribus ſunt,* vndè dum ritus de vinculis loquitur, & in vinculis ex *tex.* prædicto quis dicitur detineri ſtando ſub fideiuſſoribus, ſecernitur decretum eſſe nullum, vtpotè contra diſpoſitionem legis municipalis, id
17 quod confirmatur ex altero *tex. in l. necnon, §. 1. ff. eod. ex quib. cauſ. maior.* quem ad propoſitum expendit *D. de Franch. dec. 709. n. 2.* & inſectatus fuit Spectab. alter Sac. Conſ. Præſes *D.*
18 *Andreas Marcheſius in ſuis Aduerſarijs ad pennam,* in verb. *Carcer,* quem in Aula Sac. Conſ. legendum tradidi.

Hæ ſunt Nullitates, quas propoſimus, ex quibus ſimul iunctis, imò ex vnaquaq; ipſarum in ſpem ducimur decretum nullitatis labe maculatum, nullum fore declarandum, attentis quoq; ijs, quæ pro ſumma iuſtitia in *præcedentib. Reſponſ.* ponderata à Nobis fuerunt.

Ad eiuſmodi nullitates euadendas quid ex Aduerſo opponatur de-

Aaa 2 ſpi-

spiciamus, Adstruunt etenim Aduersarij nullam earum fore habendam rationem, ex Edictali Pragmatica Regni Sanctione edita de anno 1612 die 11. Mens. Maij, tempore quo Regni clauum sustinebat nunquam satis laudatus Prorex Excellentiss. Comes de Lemos iunior, quę modò secundùm compilationem Pragmaticarum Regni de ann. 1633. situata est in *rubr. de dilation. 4. in §. 20.* vbi disponitur respuendas esse nullitates propositas ex capite noto-

19 riæ iniustitiæ, nisi in duobus dumtaxat casibus, Vno scil. quando decretum, aut sententia manarunt contra expressum casum legis communis, aut municipalis, Altero, quando secernitur manasse contra scripturam publicam Authenticam, ante determinationem in actis productam, quę omnia cessare in re nostra acerrimè sustinebant.

Deum immortalem? Quando digitotenus insinuauimus, Pragmaticam

20 de anno 1632. 4. *sub tit. de instrum. liquid. in cap.* 7. nostram sustinere aciē, nam vt debitor audiatur aduersus instrumentum præsentatum via ritus, nihil disponit de loco carcerum, sed tantùm se remittit dispositioni *ritus* 166. in quo non nisi de vinculis loquitur? quando tot punctuales determinationes conuincunt domum, palatium, seu Ciuitatem esse assignandam Nobili, & erit satisfactum ritui? Nonnè decretum secernitur contra ritum processisse? & contra Pragmaticam?

21 Iterum? Quando altera *Prag. 3. eod. tit. de instrum. liquid.* cui Aduersarij innitebantur ad suadendum ibi verba fieri de carceribus Magnæ Curiæ. Fuit detecta in casu satis diuerso disponere, non autem in casu nostro, in quo peculiarem habemus *d. Pragm. 4. in 7. cap.* & quando adeò clarè demonstrauimus *Pragmatica* illius 3. cōditores minimè supplicātium partibus annuisse, sed tantùm determinasse esse seruandam dispositionem ritus, qui non loquitur nisi de vinculis, quæ sanè vincula carceralem custodiam omnibus communem è fæce plebicularijs constitutā hominibus in Nobili discrimen cōstituunt; dum decernitur in carceribus Magn. Cur. Ducem Acheruntię esse conijciendum ad hoc vt audiatur, Cui non fit obuium, decretum manasse contra legum municipaliū dispositionē, nempè ritum, & Pragmaticam, non nisi de vinculis alloquentem? Crassa mea Minerua non capit.

Rursùs aiebam, Sac. Consilij partes fore in omni quippè casu, in quo nullitates notoriæ non sunt, quæ ad-

22 uersus sententias, & decreta tanti Tribunalis adducuntur (quod vtique in hac controuersia afferi minimè potest, cum vndiq; luce meridiana clariores secernuntur nullitates) etiā absq; partis instantia, vel oppositione super ipsis pronunciare, ità mihi probat *Ro. Rom. dec. 666. n. 4. par. 1.*

23 *diuers.* & eruditè *Ludou. Rom. cōs. 51. in fin.* inquiens quando sententia est notoriè nulla, Iudex, non ille ipsam nullam declarat, sed ipsa sentētia ex sui facie seipsam notoriè nullam reddit, argum. *tex. in l. veteres, ff. de itiner. actuq; priuat.* qua ratione etiamsi Pars de nullitate sententiæ non opponeret, Iudex ex officio suppleret, reijciendo calumniosam petitionem exequutionis sentētiæ nullæ, id quod pleno calamo fundat *Horat. Mandos. in addit. ad Rom. d. cōs. 51. lit. B.* vers. *Excusationem*, vbi post *Bald. in Margarit.* vers. *Iudex à quo*, & alios, inquit, Nullitatem notoriam, nedum impedire sententiæ exequutionem, verùm etiam exequutionē

24 rei in iudicatū transactæ, nam *Clem. Vt calumnijs de reiud.* locum sibi nō vin-

vindicat in nullitate notoria, veluti illa, quæ ex eiſdem actis apparet, *Gram. conſ. ciuil.* 43. *n.* 2. quam ſanè doctrinam ex Minerua *Ludouici Romani* profectam collaudat *Ill. Dom. &*
25 *Preceptor meus*, omnium quippè virtutum genere decoratus, cui ob eius humanitatem, multum me debere profiteor, *Marth. Torell. dec.* 69. *n.* 25. *&* 26.

Modò: vt eanamus receptui, ſi Sacrum Conſilium ea qua præſtat benignitate palàm fecit, decretum protuliſſe innixum Pragmaticalibus diſpoſitionibus, & apertè ſecernitur Pragmaticas quorquot adductas nobis ſuffragari, deſtructo fundamento determinationis cur & ipſa determinatio non corruat? Ecce *tex. in cap. Paulus* 1. *quaſt.* 1. *& in l. eum qui ades, ff. de vſucap.* quibus cauetur deſtru-
26 cto fundamento, & ædificium corruere neceſſe ſit. Et ſi idemet Sacrū Conſilium indubitanter agnoſcit in gradu reclamationis Ducem Acheruntiæ non fuiſſe in ſuis iuribus, ſeu exceptionibus defenſum, quomodo ſaltim euadere poteſt Aduerſarius poſtremæ nullitatis vim, atq; efficaciam, de *tex. in l. de vnoquoq; ff. de re iud. cum alijs concordantibus*, quod decretum reddatur nullum? Cur ſpe-
27 randum non erit Sacrum Conſil. ius, in quo *Ego* fortasſis, vti Aduocatus defeci fore ſuppleturum ad *rubr. Vt qua deſunt Aduoc. Iudex ſuppleat*?

Hæc ſunt, quæ peruigili nimirum cura hoc in patrocinio elaboraui, difficiliorem quam exiſtimaueram Prouinciam nactus. Cętera ſuppleat Deus.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 25. Iunij 1652.

Deciſionem *ſequen. in Reſponſ.* indicatam inuenies.

SVMMARIVM.

1 PRagmatica *edita de anno* 1632. 8. ſub tit. de inſtrum. liquid. *recenſetur.*

2 *Caſus vbi eſt legis, ibi nulla dubitatio.*

3 Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 166. *admittens debitorem oppugnantem inſtrumentum, nullum verbum egit de loco carceris, ſed tantùm in vinculis eſſe audiendum inſinuauit.*

4 Pragm. 8. de inſtrum. liquid. §. 1. *ſtatuit debitores teneri expediri facere ſupplicationes de verbo faciēdo porrectas in Sac. Conſil. niſi infra eoſdē dies quindecim fecerint depoſitum, vel in vinculis Magn. Cur. Vicariæ ſe conſtituerint.*

5 *Statuta ſunt ſtricti iuris, & veluti odioſa ſtrictè interpretanda.*

6 *Pragmaticę non extenduntur ad alios caſus, etiamſi ex lata, & impropria verborum ſignificatione valeant in eorum diſpoſitione comprahendi.*

7 Prag. 8. cap. 7. de inſtrum. liquid. *admittit debitorem opponentem aduerſus inſtrumentum, dummodò faceret depoſitum, vel in vinculis ſe conſtitueret, iuxtà diſpoſitionem* Ritus Magn. Cur. 166.

8 *Verbum* In vinculis, in ritu 166. Ma-

gnæ

gnæ Curiæ Vicariæ *appositum non importat in Nobili carcerationem intus carceres Magn. Curiæ, sed quod assignetur loco carceris domus, palatium, vel Ciuitas.*

9 Borgninus Caualcanus dec.15.n.3. *in terminis* Ritus Magn.Cur.Vicariæ 166. *verba faciens, extollitur.*

10 Bartholomeus de Capua *magnæ authoritatis vir in Regno extollitur.*

11 Pragm.8.de instrum.liquid.§.7.circa fin. *dum agit de debitore carcerãdo non aliis vtitur verbis, nisi quod in vinculis se constituat.*

12 *Vbi noluerunt, non dixerunt statuentes.*

13 *Pragmatica verba vbi cessant, cessare debet & ipsa Pragmatica.*

14 *Verba statuti vbi non congruunt, nec ipsius dispositio congruit.*

15 *Casus in verbis omissus, pro omisso habetur in dispositione.*

16 *Carcer, & vincula ponuntur vti diuersa.*

17 *Pragmatica pœnalis est restringenda.*

18 *Verborum proprietas attendi debet in statutis, vt ad alia præter expressa eorum dispositio non extendatur.*

19 D.Ferdinandus Arias de Mesa Regius Consiliarius *laudatur.*

20 Pragm.8. de instrum. liquid. *Sacro Consilio visa fuit rigorosa, & Reipublicę exosa.*

21 *Decisio Sac. Cons. de anno* 1643. *in causa D.Francisci de Tufo cum Ill. Duce Vetri, cui domus assignata fuit loco carceris pendente termino ei dato ad se defendendum aduersus instrumentum præsentatum via ritus, recensetur.*

22 *Causa quæ plures tangit, censetur ardua, & grauis.*

23 *Causa quæ nobilitatem tangit, pondere, & grauitate grauissima censenda est.*

24 *Arbitrium à Iudicibus maxima cum deliberatione, & æquitate præstandum est.*

ARGVMENTVM.

Pragm.8 de instrum.liquid. circa debitorem in carceribus Magn. Curiæ constituendũ ad hoc vt audiatur aduersus instrumenti præsentationẽ, siue (vti Pragmatici aiunt) liquidationem, in vno tantũ casu verba fecit, nempè in §. 1. *At in* §. 7. nihil innouauit contra dispositionem *ritus Magn.Cur.* 166. imò illi expressim se retulit, atque remisit, eaq; rigorosa nimis visa fuit Sac. Cons. ac Reipublicæ exosa.

Pragmaticæ extra casus prouisos, ad alios non extenduntur, nam stricti iuris sunt, idcircòq; odiosæ, & restringendæ, vndè casus in verbis omissi pro omissis habentur in dispositione.

Carcer, & vincula ponũtur vti diuersa, & diuerso sanè modò sunt accipienda in materia *ritus Magn. Cur.* 166. secundùm computationem *Carauitæ*, & ab *Authore* expenditur ad hoc *tex. in l. Nemo 3. C. de Episcop. aud.en.* vti ad rem singularis.

PRO

PRO

Illust. Duce Acheruntiæ.

CVM

Regali Monasterio Sācti Martini.

RESPONSVM XXXV.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

ITeratò cum suum præberent calculum Domini mei, confirmãdo decretum aliàs interpositum per Sac. Consil. Iunctis Classibus, quod *Ill. Dux Acheruntiæ audiatur aduersus instrumentum præsentatum vigore Ritus Magn. Cur. Vicariæ ad instantiam RR. PP. Venerab. Monasterij Sancti Martini, constitutus tamen in carceribus Magn. Cur.* de quo mentionem egimus in calce *præced. Respons.* protinùs explosis ijs, quæ *Nos* in contrarium, non quidē ex nostro Marte; sed ex plurium Scriptorum suffragijs punctuatim ad thesim cōglomeratis adduximus, pro insinuando, quod Ritui esset satisfactum, si domus, palatium, vel tota Ciuitas Nobili assignetur loco carceris, sicuti erat instatum; iactasse Aduersarius eo vicisse nomine, quia peculiariter ità extat dispositū
1 per *Reg. Pragm.* editam de ann. 1632. situatam in *nouissimo Pragmaticarum Codice, sub tit. de instrum. liquid. 8. in ordine*, adeò quod asserere fortassis non desinat, quod habeat pro se casum legis, idcircòq; nulla suboriri
2 possit dubitatio, *L. ancilla, C. de furt. l. illam, C. de collat. cum concord.*

Sciscitamur Nos in gradu Nullitatum, de quibus seriosè in *anteced. Respons.* actum est, quod semel tutati sumus placitum, pro Illust. Duce Acheruntiæ, eiusdem Pragmaticæ sanctionis verbis perpensis, & ponderatis, comprobare, & impensiùs exquirere, atq; profecte.

3 En in comperto sumus, *Ritum Magn. Cur. 166.* topycum in materia præsentationis instrumentorum, admisisse debitorem aduersus instrumentum exceptiones opponentem, nec vllum verbum de loco carceris insinuasse, solùm dixisse in vinculis causam dicere teneri, hinc factum est vt Maiores nostri etiam in terminis ipsiusmet Ritus apertè adstruxerint, debitori Nobili domum, palatium, seu totam Ciuitatem fore assignandam, quia Ritui factum satis erit, sicuti in prioribus scriptis indicauimus, & repetere cordi non est, nè actum agere videamur.

Videndum quid noui introduxerit *Pragm.* modò indicata, & qualiter fuerit ab eodem Sac. Conf. Pretorio, interpretata.

4 Et fanè; si litera vetax est, & Codex meus mendis non scatet, de nouo statuit *Pragmatica in §. 1. col. 2.* debitores noxios esse infra dies quindecim satagere, quod fiāt relationes in Sac. Conf. supplicationum obtentarum, quibus non factis, exequantur instrumenta in beneficium Regii Fisci pro pœna, & creditoris pro credito,

dito, præstita cautione de restituendo in casu retractationis, quando verbum fieret in Sac.Cons. : subdit postmodum Pragmatica, *Verum se frà li detti giorni quindici il debitore farà il deposito della quantità dimandata, ò si constituirà in vinculis dentro le carceri della Vicaria, si soprasederà all' esecutione, insino che sarà fatta la relations in Consiglio.*

In hoc igitur casu dumtaxat dierum quindecim, Pragmatica mentionem facit de debitore constituendo in carceribus Magn.Curiæ, vndè fit, quod dum certum sit ius, & om-
5 nibus commune, statuta esse stricti iuris, & velut odiosa strictè interpretanda, ad *tex.in l.1.§ hoc interdictum 4.ff.de fonte, l.eum quidam 15.ff.de liber.& posth. l.3. §.hac verba, vbi DD. ff.de negot.gest.l.constitution.bus 14.ff. ad municip.l.si verò 64.§.de viro, ff.sol. matr.l.1.C.de iur.dot. l.præcipimus 32. C.de appellat.l.sancimus 27.C.de testa. Bart.in l.omnes populi n.60.ff.de iustit. & iur.& in l.si constante n.39. 43. & 49.ff.sol.matr.* vbi etiam *Rip.Alber.de Ros.lib.5. de statutis quæst.9. Natt. de statut.repellen.famin. quæst.9. 3. quæst. princ.Tiraq.de legib.connub. glos.2. n. 21. & in l.si vnquam*, verb. *Libertis n.73.C.de reuoc.donat. Dec. cons.438. n.5.& cõs.587.n.3.tom.2.Gerar.sing. 7.n.20.Rol.à Vall.cons.95.n.7. lib.3. Mexia ad leg.Tolet. 2.par.fundam. 1. n.20.& 21. Surd. dec.191. n.6. Gratian.dec.45.n.14.Sarmien.selectar.lib. 1.cap.12. n.5. Parlador. quotidianar. tom.3.differen.39.n.10.Villagus de extens.leg.quæst.vnic.de extens.leg.corrector.& pænal.simul n.92. 134. & 144.* cum aliis adductis à *Burgoz de Paz in l.1.Taur. n.584.* non potest Prag-
6 matica extẽdi ad alios casus, etiamsi ex lata, & impropria verborum significatione in eorum valeant dispositione compræhendi, vti punctuatim probant *Perez de Lara de Cappell.lib. 2.cap.4.n.40.& 41.Reg. Valenz. cons. 90.n.203.& cons.91. à n.4. cum seqq. lib.1. Barbos. Episcop. de Offic. Episcop. glos.17.sub n.27.in fin.* vbi alios Doctores in id aggregat, & *numeris seqq.* plura exempla huiusce rei affert.

7 Quidquòd : casus noster vertitur in eo, qui sese opponit aduersus instrumentum, exceptionumq; clypeo se defendit, & fuit pariter expressè ab eadem Pragm. præuisus, & prouisus in 7. *cap. pag. mihi 288. col.1.* & propriè *col. 2. circa med.* ibi, *Con dichiaratione, che in questo caso se lo debitore in actu interrogationis allegasse sodisfattione, ò nouatione, ò nullità, ò altra eccettione, che impugnasse l'instrumento, si sospenderà l' esecutione in bonis, restando carcerato in vinculis, ò fatto deposito, conforme stà disposto per lo medesimo Rito.*

Ecce quomodo claris verbis casus noster recipit determinationem à Ritu, cui se refert, At iam proba-
8 uimus, verbum illud *In vinculis* non importare in Nobili, nisi quod assignetur loco carceris domus, palatiũ, vel Ciuitas, vt rituali dispositioni sit satisfactum, reuideantur rogo, quos in *anteceden. Respons.* indicauimus, nempè *Ang.in l.bonæ fidei, ff.de reiuen. & in l.qui in carcerẽ, ff.de eo quod met. caus. Ias.* qui Angeli dictum extollit *in l.admonendi n.177.ff.de iureiur.Capic.dec.154.n.4.* vers. *Sed esto, Gram. dec.14.n.4.& 5.& dec.33. n.fin. Bor-*
9 *gnin.Caualc.dec.15.n.3.vers. Quæ causa*, qui in terminis ritus sermonem habet, *Loffred. cons.17.n. 10. & seqq.* & præcæteris *Batholom.de Capua*, ma-
10 ximæ in Regno Authoritatis si ipse est, nam vti in *præced.Respons.* indicaui satis vereor, quod ille non fuerit, qui in *Annotation. ad Ritum* pro singulari à Nobis fuit adductus, quorũ Doctorum verbamet in alio *Respons.* transcripsimus, vti animaduersione di-

digna, & securim ad radices quæstionis ponentia, quę iterum repetere Nobis fastidium, Dominis verò Iusdicentibus nauseam affetre poterunt.

Vtq; obuium sit, Pragmaticam in primo tantùm casu dierum quindecim præfixorum ad expediendas relationes in Sac. Cons. voluisse, quòd debitor in carceribus Magn. Cur. se constitueret, ponderandum censeo, quod in alio casu dum admittitur debitor ad appellandum ab interloquutoria Magnę Curię, quod visis scripturis prouidebitur *eod. cap. 7. circa fin. pag. 289. col.* 1. tradit formam
11 decretationis ibi, *La decretatione sarà constituto debitore in vinculis, vel fatto deposito, verbum faciat*, referens se rituali dispositioni, vbi igitur voluerunt Conditores Pragmaticæ arctare debitorem audiendum aduersus instrumentum præsentatum viritus, quod in carceribus Magnæ Curiæ se constitueret, dixerũt, & fuit in vno tantùm casu; In alijs verò, inter quos est casus noster, non dixerunt, quia noluerunt, ad *tex.* famigeratum in *l. vnic. §. fin autem, C. de caduc. tollen. l. cum Prætor, ff. de iud. cap. nonnè de præsum. cap. qualis 25. dist. cap. ex eo 15. quæst. 13. l. ob res, §. 2. ff. de pact. dotal. Barbos. Episcop. axiomat.* 136 *n. 5.* vbi plures allegat *Escob. de purit. & nobil. prob. quæst. 3. §. 2. n. 10. Reg. Valenz. cons. 5. n. 83. & cons. 91. n. 18.*
13 *lib. 1.* Et vbi verba Pragmaticę cessant, cessare debet, & ipsa Pragmatica *l. illam* 19. vbi *Bal. in princ. C. de collat. Mexia ad d. leg. Tolet. 2. par. fundam. 1. n. 11. Dec. cons. 669. n. 6. Paris. cons. 98. n. 30. lib. 1.* quibus conducit *tex. in l. 4. §. toties, ff. de dam. infect.*
14 quod vbi verba non congruunt, non congruit statuti dispositio; imò casus
15 in verbis omissus pro omisso censetur in dispositione, *l. si extraneus 6. ff. de condict. cau. dat. d. l. si verò, §. de viro, ff. sol. matr. & in l. apud Labeonem, §. hoc edictum, ff. de iniur. Burgos de Paz. cons. 28. n. 21. Crau. cons. 161. n. 10. Barbos. Episcop. axiomat. 39. n. 2.*

Iam tędio res est, quę etenim exarauimus locum sibi faciunt in casu dubio, in quo per cõiecturas, vel præsumptiones esset prodedendum; At Nos sumus in claris, Pragmatica expressè statuit audiendum debitorẽ aduersus instrumentum excipientem in vinculis; Vincula autem in Nobili verificari etiam quando domus, palatium, vel Ciuitas assignatur est plenè à Nobis deductum, & nũc superaddimus *tex.* synodalem à nemi-
16 ne ad hoc ponderatum *in l. Nemo 3. C. de Episcop. aud.* ibi, *Nullũ teneat carcer inclusum, omnium vincula dissoluantur*, vndè fit, quod carcer differt à vinculis, & sic diuerso modo accipienda est Pragmatica quando loquuta est de carceribus Magn. Cur. aliter quando de vinculis remittens se ritui. Quid igitur vagati oportet, dùm sumus in claris ad *tex. in l. continuus, ff. de verb. oblig.*

Et nè longiùs abeam; posito quod casus noster fuerit omissus à Pragmatica, quo pacto posset attentari, vt in Nobili, de quo verbum nullum habetur in ea, verificetur? dùm incomperto est Pragmaticam esse pæ-
17 nalem, idcircòque restringendam, *cap. in pœnis de regu. iur. in 6. l. si praces, l. pen. ff. de pæn. Cap. cons. 140. n. 24. tom. 1. Rol. à Vall. cons. 90. n. 15. lib. 3. Reg. Valenz. d. cons. 4. n. 41. Napod.* in simili in *Consuet. Si quis, vel si qua*, verb. *Praterquam, n. 182. in fin. Ann. alleg. 117. n. 6. cap. Eã te de rescrip.* vbi *Glos. Abb. n. 7. Felin. n. 12. Rip. n. 19.* vers. *Vltimo noto, Lamberten. de iur. patronat. lib. 2. 1. par. quæst. 2. art. 19. Perez de Lara de Cappell. lib. 2. cap. 4. n. 40. & 41.* iterum *Reg. Valenz. cons. 90. à n. 201. cum seqq. & cons. 91. n. 37. & 76. Episc. Ricciull. de Neophyt. cap. 7. n. 1. Barbos.*

Episcop. de Offic. Episcop. par. 1. tit. 2. glos. 17. n. 29. vbi ad id plures Rotæ Romanæ decisiones cumulat, *Gabr Valusc. de priuileg. pauper. 2. par. quæst. 65. §. 2. n. 199. Petr. Pekius de testam. coniug. lib. 4. cap. 3. n. 6.*

Oppidòq; Nobis suppetias fert *Escob. loc. mox indicato de nobil. & purit. proban. quęst. 3. §. 2. n. 5.* inquiens
18 in restringendis statutis, ità verborũ proprietatem esse attendendam, vt ad alia prçter expressa non extendatur dispositio, adducens *tex. in l. 1. §. si is qui nauem 19. vers. In re igitur, ff. de exercitor. act. & in l. non aliter 69. in princ. ff. de legat. 3. Dec. in l. factum, §. in pęnali n. 10. & in l. semper in obscuris n. 3. iuncto n. 11. & in l. in cõtrahenda n. 13. ff. de regu. iur. Alciat. de pręsum. reg. 3. pręs. vltim. n. 7. Villagut de extensione legis pęnal. respectu merę pęnę n. 10.*

Hæc itaq; præfati ad præpositæ Pragmaticalis dispositionis cognitionẽ reuertamur. Agnoui etenĩ Aduersariũ, mente, & oculis nullam aliam legẽ, nullum aliud Placitum, rationẽ, nullam aliam attulisse, quàm Pragmaticam ipsam pro omnium dictorum per ipsum compendio, eiusq; dispositionem adeò extollit quoties de re agitur, vt eius nodum (ceù alter Gordius) ità difficilem paret, vt secundùm ipsũ profligari vix queat, Euellamus Nos cardinem hunc. Nonnè hæc ea est Pragmatica, de qua doctus
19 ille vir *Reg. Consiliar. D. Ferdinandus Arias de Mesa, Vespertinæ Cathedrę in Almo Studio Neap. (nõ sine nomine Antecessor) in 3. var. cap. 45. n. 5.* ità fatur,
20 *Nihilominus tamen totum Sacrum Consilium, vnanimiter sibi persuasit illam nouissimam Pragmaticam nimis duram, & acerbam esse, publicèq; exosam; interim dum non antiquatur intra suos proprios cancellos, ac fines esse circumscribendam, iuxtà l. si verò 65. §. de viro, ff. sol. matrim. cum vulgar.*

Hæc *ille*, qui pariter fidem adstrinxit suam *n. 18.* qui est *finalis*, lunctis Au-
21 lis de anno 1643. in causa inter D. Franciscum de Tufo, cum Ill. Duce Vetri declarasse *procedendum non esse ad vlteriora in causa, nisi facto deposito quantitatis debitę per Ill. Ducem, aut in vinculis constituto, pro quibus valeat detinere domum loco carceris.*

Quid clariùs? vt insinuemus rigorosam illam Pragmaticam à Sacro Cons. fuisse interpretatam, vt domus assignetur loco carceris, & tamen de Nobilitate debitoris non fuit oppositum.

Nec obicem facit si dicatur eundem *D. Arias d. n. 18.* asserere nouã fuisse visam determinationem in ea parte, qua Sacrum Consilium, domum pro vinculis subrogauit, nam id fecit iustis de causis, quas nunc exprimere non licet; Nam causæ illç (vti aliàs ponderauimus) adhuc in pari iurgio vigere possunt, Nec veritati consonat aliud Partis assumptũ, quòd in illa causa Excellentiss. Regni Prorex dispensauit; nam vtiq; si Domini Proregis diploma intereessisset, non erat cur exprimi non debuerat, imò oculatissimus ille vir palàm asseruisset, vndè decisio manauit, vt omnibus innotesceret, & posteritati consuleretur.

Et si post Pragmaticam pro vinculis domus debitori fuit assignata, cur ità strictè, & acerbè modo illa interpretatur, vt in angustiam, Clientem Nobilitate conspicuum bona suæ creditori offerentem in satisfactionẽ crediti, deducant, & in carceribus Magn. Cur. cõstitutum velint, eo sub velamine, vt omni prorsus defensionis spe frustetur?

Sistamus calamum, non tamen silen-

lentio obruamus causam hanc, non tantùm Ducem Acheruntiæ tange-
22 re, verùm etiam omnes Nobiles, vndè fit, quod causa grauis,& ardua reputatur,& sic attentiùs trutinanda est, ex dictis per *Alciat.respons.306.n. 4.aliàs cons.2.n.5.lib.7. Viguer. Instit. Theologic.cap.20.n.9.* & adeò grauissima cēsenda est, vt pondere,& gra-
23 uitate cæteras antecellat ad *tex.in l. si inimicitiæ 9. §. si autem status, ff. de his quib.vt indign.Cassan. in* Cathalog. *Glor.Mūd.lib.1.consider.2.n.2.* & arbitrium præstari debere à Iudicibus
24 maxima cum deliberatione,& æquitate tradunt *Barbat. cons.54. lib. 1. Caph.cons.76.n.41. lib.1.*

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ.Neap.die 9. Iulij 1652.

Rei euentum expete *Respons.*ab hinc 3.

SVMMARIVM.

1 Aduersarius prag.3.de instru. liquid. *dispositioni innixus, suadet Nobilem aduersus instrumenti liquidationem audiri non posse, nisi in carceribus Magn.Curiæ Vicariæ se carceratum constituat.*

2 Pragmatica 3.de instrum. liquidat. *quid statuat.*

3 Pragm. 3. de instrum. liquidat. *uti antiquata, fuit ad obseruantiam redacta de anno 1632.*

4 Tex.in l.vnica,§.fin autem ad deficientis, C.de caduc. tollen.*adducitur.*

5 *Pragmatica dispositio strictè est accipienda, non extendenda.*

6 Pragm.8.cap.7. de instrum. liquid. *quid statuerit circa carcerationem debitoris admissi aduersus instrumenti liquidationem.*

7 *Verba* prag.8. cap.7. de instrum. liquid. *adducuntur, & expenduntur circa carcerationem debitoris citati super liquidatione instrumenti, petentis aduersus illam audiri.*

8 Author *repetitos habet Authores in præcedētibus capitibus adductos circa carcerationem Nobilis citati super tenore instrumēti via ritus Magna Cur.Vicaria.*

9 *Sententia sunt casus fortuiti.*

10 *Aduersarius dulcedine fati allectus facilem effingit casum, quod Nobilis debeat carcerari in carceribus Magna Curia Vicaria ad hoc vt possit audiri aduersus instrumenti liquidationem.*

11 Gregor. Lopez *laudatur.*

12 *Nobiles in delictis in carceribus poni non debent.*

13 *Carceres ex personarum qualitate variantur.*

14 *Nobilis accusatus pro delicto, pro carcere debet habere palatium, vel Ciuitatem.*

15 *Iudex potest statuere accusato pro carcere vnam Ciuitatem quando persona Nobilitas hoc requirit.*

16 D.Preses de Franch. dec.709. n.2. *pro singulari affertur.*

17 *Palatium tenens loco carceris, dicitur verè carceratus, quando iurauit ab*

eo non recedere.
18 *Verbum* In vinculis,*quid importet.*
19 *Decisio Senatus* Portugalliæ *apud* Melchior.Phęb.dec.3.tom.1.*pro singulari adducitur,quod Nobilis domi detentus, dicitur verè carceratus.*
20 *Nobilis domi detentus debitor,& pauper, debet habere alimentâ à creditore, quia dicitur verè carceratus.*
21 Glosa in l.fin.*verb.*Agnoscere,C.de erogation. militar. annon. lib. 12. *procedit etiam in Nobili domi carcerato.*
22 Glosa in l.fin. *verb.* Agnoscere, C. de erogat. militar. annon. lib. 12. *est exorbitans à iure, ideòq; non debet extendi ad alios carceratos,quàm ad illos, qui sunt in publicis carceribus.*
23 *Creditor tenetur prastare alimenta carcerato Nobili in domo,eodem modo, quo tenetur illa subministrare carcerato in publico.*
24 *Nobilis domi carceratus verè carceratus est, ac si esset verè; & realiter in carcere publico detentus.*
25 Tex.in l.eadem,§.in vinculis, ff.ex quib.caus. maior. *expenditur.*
26 *Carceratus etiam dicitur,qui sub fideiussoribus est relaxatus.*
27 *Extensio non datur ex identitate rationis, sed comprahensio etiam in materia exorbitanti.*

ARGVMENTVM.

Prag. 3. *de instrum.liquid.* quid disposuerit, quoq; tempore antiquata extiterit,& quando ad obseruantiam redacta fuerit? quemuè sensum habeat in debitore se defendente aduersus instrumenti liquidationem, vt in carceribus Magn.Cur.Vicarię detineri debeat? Et quid in Nobili sit dicendum? Quodque satisfactũ sit ritui eiusdem Magn.Cur.166,si Nobili assignatur domus, palatium, vel tota Ciuitas loco carceris, adhoc vt valeat aduersus instrumentum se defendere quamplura adducuntur, præter alia, pleraque in præcedentibus Responsis exarata.

Glosa in l fin. verb. *Agnoscere, C. de erogat mil tar. annon. lib.* 12. quę vti singularis adducitur,& secundùm quam in omnibus Europæ Tribunalibus passim indicatur, nempè Debitori inopi, & carcerato esse alimenta à debitore præstanda,aliàs Iudex teneatur illum è carceribus liberare, licèt exorbitans à iure videatur, Attamen parat sibi locum in Nobili panpere domi detẽto per viam compręhensionis, vt illi etiam à creditore alimenta sint subministranda, parùm refragante, quod in vinculis publicis detẽtus non sit, cuius rei adducitur

tur

tur Synodalis determinatio Senatus Portugalliæ apud *Melchior. Phæb. dec. 3. tom. 1. per tot* vbi rationes expẽduntur eò collimãtes, quod Nobili etiam vigore statuti pro delicto aliquo carcerãdo, si assignetur domus, palatium, vel tota Ciuitas loco carceris, factum satis erit statuto, quam determinationẽ *Ritui Magn. Cur. Vicariæ 166.* de instrumentorum liquidatione agenti, vti perbellè quadrantem, ad casum *Author* adaptat.



PRO

Illust. Duce Acheruntiæ.

CVM

Regali Monasterio Sancti Martini.

RESPONSVM XXXVI.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

PErsuasum mihi habui, ex ijs, quæ in prioribus Allegationibus exaraui ꝑ Illust. Duce Acheruntiæ audiendo, aduersus instrumenti præsentationem factam in Magna Curia Vicariæ per RR. PP. Venerabilis Monasterij Sancti Martini extra carceres ipsius Magn. Curiæ, quorum loco domus, palatium, vel tota si assignetur Ciuitas, satis superq; rituali dispositioni fore satisfactum, multis aggregatis tùm iuribus, cùm rationibus, ac Doctorũ peculiaribus placitis, ac ex nullitatibus ipsis propositis, de quibus in *Respons.* rem ipsam ferientibus, ac punctuatim determinantibus victorem existere, canereq; triumphum, Sed quoniam Aduersarius dùm ni-
1 hil (vt viderim) aduersus scripta, & perorata per Nos validi attulit, solùm iterùm (Hydriæ instar, cuius vno

vno reciso eapite, septena resurgũt) *pragmatica 3.de instrum.liquid.*dispositioni innixus, ex ea victoriam causæ sibi auspicatur, Nobisq; è manibus eripere autumet, sedulitas quædam adhibenda est, studiumq; à Nobis præstandum, quasi verticoso aliquo freto æstuantes, portum attingere valeamus, ad eam insinuandam veritatem, quam nemo ex Nostratibus non agnouit, Esse nempè statuto factum satis si quando in carcerem, quem conijci statuatur, illi domus, palatium, vel tota Ciuitas (si Nobilitate corrusceet) pro carcere assignetur. Est igitur diligenter, accuratèq; videndum, *Pragmaticam* illam 3. in ordine an nostram, vel Aduersarij sustineat aciem, ne sic errorem aliquẽ animi turbulentia insectemur, vt in alium subitò perniciosè dilabamur.

2 Statuit *Pragmatica* de anno 1585. seruandum esse ritum Magn. Curiæ Vicariæ de præsentationibus instrumentorum agentem, quodq; pendẽtibus relationibus faciendis in Sac. Cons. ad instantiam debitorum postulatorum super tenore instrumenti, & si infra dies quindecim relationes ipsæ factæ non fuerint, Magna Curia procedat, non obstante relatione facienda.

Quid indè ad rumbum disputationis nostræ? Benè fatemur petitũ fuisse in *d.Pragmatica* in casu dierum quindecim debitorem esse constituendum intus carceres Magn.Cur. Vicariç, sed minimè annuit prouisio, imò denegauit, dùm ritum seruari iussit, & ad nauseam vsq; probauimus in antecedentibus capitibus, in ritu nullum verbum de carceribus Magn. Curiæ fuisse euomitum, sed tantùm de vinculis mentionem factam, quæ sanè vincula etiam extra carceres detentum compræhendere nõ obscurè inibi indicauimus, quinimò in Nobili peculiare ponderauimus placitum in terminis ritusmet, quod erit illi satisfactum, si domus, palatium, vel tota Ciuitas loco carceris assignetur, nec de carta in papyrum transcribere, cordi modò est.

3 Rursùs: dispositio *d. Pragm.*3. vti antiquata, Nonnè de anno 1632. per *prag.3.eod.tit. de instrum. liquid. §.1. col.*2. ad obseruantiam redacta fuit, in illo tantùm casu, quo infra 15. dies relatio in Sac. Cons. facta non fuerit? hisce verbis, *Verùm se frà li detti giorni quindici il debitore farà deposito de la quantità dimandata, ò si constituirà in vinculis dentro le carceri della Vicaria, si soprasederà all' essecutione, insino che sarà fatta la relatione in Consiglio*, & hic non est casus noster.

4 Vbi ergo *Pragmatica* voluit, dixit, in alio omisit *textus* est ad literam in *l.vnic.§.sin autem ad deficientis, C. de cadue. tollen. & in l. cum Prator, ff. de*
5 *iud.* Eò fortiùs, quia Pragmatica strictè est accipienda, nec extendenda, sed dispositione iuris communis enucleanda, *Auth.Quas actiones, C.de Sacros. Eccles. l.quod verò contra, ff. de legi. l.si verò, §.de viro, ff.sol.matr. l.si extraneus, ff.de iur.dot. Bart. in l. omnes populi n.*60.*ff.de iust. & iur. cum concordan.* plena manu per *Nos in primis responsis* conglomeratis.

6 Parum hoc? si in medium attuli *Prag.*8. *cap.*7. in ipsamet facti specie, in qua versamur de debitore se opponente aduersus instrumentum, nullum verbum fecisse de carceribus Magn.Curiæ, sed se remisisse rituali dispositioni, quorsum plura? Hęc protinùs verba sunt aliàs à Nobis transcripta, ibi, *Con dichiaratione, che in questo caso, se lo debitore in actu interrogationis allegasse sodisfattione, ò nouatione, ò nullità, ò altra eccettione, che impugnasse l'instrumento, si sospenderà l'essecutione in bonis, restando carcerato in vinculis, ò fatto deposito, conforme*

forme stà disposto per lo medesimo rito.
Præterea: si Pragmatica ritui se conformans, de Nobili non fuit loquuta, in quo peculiaris est determinatio ex tot Iureconsultorum placitis, quo pacto Aduersarius eam contra Nobiles extendere cogitat (rectiùs dixerim) contra omnia iura
8 mundi, totq; ac tantos Doctores, qui in terminis ritus sunt alloquuti? quos iterum memorare nõ fert animus, hic etenim repetitos habemus, nè occupemus membranas; Vt indè fit in propatulo, libratam vndiq; nostram firmari sententiam, & Pragmaticam de anno 1585. in medium adductam, esse prorsùs extra quęstionis aleam.

Quomodo igitur Aduersarius ab hac erga Nobiles conclamata sentētia audeat resilire? haud facile crederem, ni experirer, ea sanè mente,
10 vt Nos reluctantes, planèq; inuitos denuò ad arripiendum calamū propelleret. Ni dicamus blandientis fati in hac causa dulcedine allectus (sunt etenim sententię casus fortuiti, fidem ad hoc adstringente suam insigni illo viro omni ęuo memorando *D.Reg.de Pont.dec.*40.*Collat.Cons. in fin.*& alibi pasim) Clientis inopinatum casum, vt in carceribus Magnę Curię detētus audiatur facilem adeò effingit, vt per *Nos* exarata despiciat, atq; contemnat, iuxtà illius sententiam

Luxuriant animi, rebus plerumque secundis.

Cùm pręsertim haud quaquam animus deficit, vt vim veritatis edocti, & alia nonnulla sanè cespitanter ad nostram conuallandam iustitiam de nouo visa, pręter alia, pleraq; aliis in *Responsis* adducta subnectamus, ac ad ancipitem fortunę aleam benè pręparatum pectus ostendamus.
11 Prodeat in medium insigne illud Hispanię decus *Gregor.Lopez*, quem in hoc *Respons.* Antesignanum volumus, in eius elaboratissimis *Scholijs ad ll.Partitar.par.*7.*tit.*29.*de la Guarda de los presos*, *l.* 4. verb. *Ome de buen lugar n.*5.*lit.B.* cuius verba sunt, *Defertur Nobilibus circa modum carceris vt hic, & in l.* 1. *ff. de custod. reor. Et Nobili accusato potest pro carcere assignari totum Palatium, & Ciuitas, & satisfacit rectè statuto disponenti, quòd accusatus ponatur in carcere, notabiliter Angel.in l. qui in carcerem, ff. quod met. caus. allegat pro singulari D.Ias.in l.admonendi col.* 75. *ff.de iureiur. & idem Ang. in l.*2.*C.de exhib.reis, dicit quod vidit multoties Iudicem statuere accusato pro carcere vnam Ciuitatē, & dicit, quod potest licitè hoc facere quando persona Nobilitas hoc requirit*, &c.

*Andreas Tiraquell.in peculiar. tractat.de Nobilit.cap.*20.*n.*28. vbi tradit *Angel.* excusasse quendam Officialem, qui Nobili viro, quem Aritiani Bononiæ ei custodiendum tradiderant palatium pro carcere assignauerat, à quo ille aufugit, quasi non esset præsumendum, quod vir Nobilis aufugeret, & *n.* 29. ibi, *Potestas non solùm potest assignare Nobili totum palatium pro carcere, sed & totam Ciuitatem, & ità faciens satisfacit statuto disponenti, quod accusatus de delicto, debeat poni in carceribus, & n.*30. inquit
12 hoc esse generale, vt Nobiles non ponantur pro delictis in carceribus.

Idem *Tiraq.de pæn.temperan. caus.* 51.*n.* 10.*& seqq.*

*Andreas Barbatia in cap.*1. *col.*4. *de commod. & in cap.accedens col.*2. *vt lit. non contest.in tract.de prestan. Cardinal.in* 1.*quæst.*2.*par.in* 1.*memb.ad fin. & in*

& in consf.62.col.4. vers. *Facit elegans lib. 1.*

Franciscus Curtius *senior in l. admonendi col.*48. *ff. de iureiur.* vbi hoc dictum pro mirabili allegat.

Falinus in cap. cum contingat col. 3. vers. *Prima conclusio de rescrip.*

Catellian. *Cott. in memorial.* verb.
13 *Carceres*, ibi, *Carceres variantur ex personarum qualitate, & ideò licet statutum disponat, quod accusatus ponatur*
14 *in carceribus; tamen Nobili accusato pro carcere poterit dari totum palatium, vel etiam Ciuitas, & satisfactum erit statuto*, quod idem reperit in verb. *Nobilitas*.

Gerar. sing. 30. incip. *Pro Nobilibus.*

*Roder. Suarez in tit. de fideiussor. in caus. crim n.*11. vers. *Et dicit Angel.* &
15 ibi, *Iudex potest statuere accusato pro carcere vnam Ciuitatem, quod licitè potest fieri quando persona nobilitas hoc requirit.*

Conrad. in Curial. breuia. lib.1. cap. 9. §. 3. *n.*7. *pag. mihi* 274.

*Baeça de inope debitore cap.*16. *n.*27.

*Castillo Bouadilla in sua Politica, lib.3. cap. 15. tit. de la visita de carcel. n.*9. ibi, *y de aqui es lo que dezian Casteliano Cotta, y otros, que las carceles, ò logares, que se llaman Carcel se varian por aluedrio del Iuez, segun la calidad de las personas presas, y delictos, porque al que es Noble, pudende dar per carcel toda vna fortaleza, y toda vna Casa de cabildo, y toda vna Ciudad, &c.*

16 Et pro Coronidè, vt hanc signet veritatem omniscius *Præses noster*, quem in prioribus scriptis non allegauimus, *dec.*709. *n.* 2. ibi, *Tenentem*
11 *palatium loco carceris, à quo etiam iurauit non recedere, dici verè carceratū*, per *tex. in l. in eadem* 10. §. *in vinculis iuncta glos. final. & in l. neenon* §. 1. *ff. ex quib. caus. maior.*

Alios plures consultim prætcrimus, nè in re tam clara tempus conteramus, hoc vno admonito, quod si loquimur de iure communi res clara se habet, quod verbum *In vincu-*
18 *lis*, quibus ritus vtitur, admittit in Nobili domum, palatium, vel Ciuitatem loco carceris, idemq; in terminis statuti, cuius vicem ritus sustinet plura adduximus in *præcedentibus Responsis*, nec Pragmaticæ sanctiones husq; modò adductæ contrarium suadent, imò expressim nobis suppetias ferunt, vndè pro Cliente iudicandum in spem venimus.

19 Sed nè rerum iudicatarum authoritate destitutum nostrum videatur patrocinium, singularem affero determinationem, eamq; binam Senatus Portugalliæ apud *Mel. hior. Phab.*
20 *dec.* 3. vbi ex facto fuit tractatum, Vtrum Nobili pauperi carcerato, & posito in domo pro debito ciuili, sint administranda alimẽta per eius creditorem, sicut tenetur præstare carcerato in vinculis publicis? qua in re allegante creditore, *glosam* illam
21 celebrem, & vulgarem in *l. fin.* verb. *Agnoscere*, C. *de erogat. milit. annon. lib.* 12. ex qua deducitur, (& secundùm *Pheb. n.* 1.) quotidiè iudicatur, quod si creditor noluerit debitorem alere, Iudex requisitus debet eum è
22 carceribus relaxare, quod illa *Glosa* est exorbitans à iure, & ideò non potest extendi ad alios carceratos, quã ad illos, qui sunt in publicis carceribus, adducendo *tex. in regul. quæ à iure de regul. iur. in* 6. quodq; omnes DD. super *d. glos.* asserunt illam solùm procedere in verè carceratis in vinculis publicis.

23 Nihilominus: Senatus censuit de anno 1613. creditorem non esse excusandum à præstatione alimentorũ carcerato Nobili in domo, eodem modo, quo tenetur illa subministrare carcerato in publico, vti videre est apud *Phab. n.* 2.

Rationes autem, quæ fecerunt, vt Senatus in ea sententia sisteret, eæ

sunt

ſunt adamuſſim, quas Nos in hoc patrocinio in prioribus ſcriptis exa-
24 rauimus, nempè quia Nobilis carceratus in domo verè carceratus eſt, tanquam ſi eſſet verè, & realitèr in carcere publico, adducens *tex.* quem
25 Egomet adduxi in *l. qui neq; §. ſolutũ, ff. de verb. ſign.* & pluribus adductis per *Phæb. n.* 5. adducitur *tex. in l. eadẽ, §. in vinculis, ff. ex quib. cauſ. maior.* quem *Ego* pariter allegaui, & pro ſingulari extollit *Phæbus ibi & n. 6.* do-
26 cet carceratum etiam dici, qui ſub fideiuſſoribus eſt relaxatus per *tex.* optimum in *l. necnon in princ. ff. ex quib. cauſ. maior. & n.* 3. pro indubitato ſuſtinet Nobili ſi aſſignetur palatium, vel Ciuitas loco carceris in cauſa ſtatuti diſponentis, quem carceri mancipandum, quod erit ſatisfactum ſtatuto, ſubdens hęc verba. *Vndè ſtante pro vero, quod Nobilis carceratus in domo ſit verè carceratus tanquam ſi eſſet in publicis carceribus conſtanter tenendum eſt, quod creditor illi tenetur alimenta ſubminiſtrare eodem modo, quo carcerato in vinculis publicis, & ſi recuſet præſtationem, è carceribus erit relaxandus.*

Et volens idemet *Phæb.* occurrere motiuo, adducto per creditorem de
27 exorbitanti diſpoſitione *gloſ.* in d. verb. *Agnoſcere*, inquit *n.* 8. ex identitate rationis nõ eſſe extenſionem, ſed compræhenſionem, pluraq; alia notabilia adducit, omninò videnda.

Quis tam præſtabilem determinationem non admiretur? vtq; caſui peculiarem non amplectetur? Herclè; Aduerſarius quid aduerſus proferat, videamus; dum interim calamum, hoc in Iurgio iam defeſſum, ſiſtimus ſub cenſura.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 22. Iulij 1652.

Determinationem in *ſeq.* agnoſce.

SVMMARIVM.

1 PRag. 4. in 7. & 8. cap. de instrum. liquid. *quid disponat.*
2 *Reus quatruplicat aduersus opposita per Actorem.*
3 *Carcer fuit inuentus custodiç loco, non pœna.*
4 *Carceri quem mancipari ob debitum ciuile, bonis aduersatur moribus.*
5 *Corium, & caro hominis in commercium deducitur, quando ob debitum ciuile in carcerem quis detruditur.*
6 *Ius libertatis infringitur ob carcerationem pro debito ciuili.*
7 *Libertas nullo æstimabilis est pretio.*
8 *Seruitutis instar est detinere quem, ità vt à loco deputato nō possit recedere.*
9 *Hominem ob ęs alienum seruire, durum est.*
10 *Carceratio est species torturæ.*
11 *Mortuus in carcere, dicitur mortuus in cruciatu.*
12 *Carcer quot modis affligat carceratum.*
13 Io.Maria Nouar.de elect.fori quęst. 36. n. 14. erga fin. *inquit in praxi non seruari Nobilem loco carceris esse per palatium detinendum, citatum super tenore instrumenti via* Ritus *Magn.*Cur.*Vicarię.*
14 Io.Maria Nouar. *nec Aduocatus, nec Minister fuit in Tribunalibus Neapolis.*
15 D. Vincentius de Franchis Sacri Consilij Pręses *laudatur.*
16 Prospero Carauitę *esse parum deferendum in attestatione, quàm facit de praxi Tribunalium Neapolis.*
17 Prosper Carauita, *nec Aduocatus, nec Officialis extitit in Ciuitate Neapolis, sed solùm Fisci Patronus in Prouincia Principatus* Citrà, *& tempore mortis erat tam prouisus pro Fisci* Patrono *in Magn. Cur. Vicarię.*
18 *Doctori attestanti de consuetudine creditur in his locis, in quibus ipse versatus est, non in alijs.*
19 Bartolus *non presumitur sciuisse consuetudines Curiarum, in quibus non fuit versatus.*
20 *Doctori attestanti de consuetudine nō est credendum, nisi constet aliundè.*
21 *Doctori attestanti de non vsu, fides minimè adhibetur.*
22 *Doctori perfunctoriè loquenti, & per transennam, non creditur.*
23 *Doctrina* Addent. ad ritum Magn. Curię 166. *de Nobili citato super tenore instrumenti minimè carcerādo sed loco carceris detinendo per palatium, falsò attribuitur* Bartholomęo de Capua.
24 Iason *floruit in anno* 1485.
25 Bartholomæus de Capua *floruit de anno* 1300. *diemq; suum obijt de anno* 1316.
26 *Carceratus dicitur, qui ad sui libitum discedere nequit.*
27 *Carceratus dicitur etiam habilitatus, & detentus per palatium.*
28 Io. Maria Nouarius *affirmat habilitatum per palatium, satisfacere ritui Magn.*Cur. 166.
29 *Doctor sibi contrarius amittit fidem, & pro neutra opinione est approbandus.*
30 *Carceratus quilibet dicitur, qui sub præcepto detinetur.*
31 Tex.in l.succurritur,ff.ex quib.cau. maior. *expenditur.*
32 *Carceratus is dicitur, cui assignata fuit*

fuit domus loco carceris, etiamsi condemnatus fuerit ad carceres publicos formaliter.

33 *Carcer dicitur omnis locus, à quo pro velle aliquis exire prohibetur.*

34 *Nobili carcerato, & posito in domo pro debito ciuili, an sint administranda alimenta per eius creditorem, si uti tenetur præstare carcerato in vinculis publicis.*

35 Io.Maria Nouarius *tenet Nobili in domo carcerato pro debito ciuili esse per creditorem ministranda alimenta, ac si esset carceratus in vinculis publicis.*

36 *Nobilis domi detentus carceratus est tanquam si esset verè, & realiter in carcere publico.*

37 Io. Franciscus Capiblancus *laudatur.*

38 *Domum esse loco carceris pluribus probatur* à Nouario.

39 Io.Maria Nouarius *transcribit verba* Phæbi dec. Lusitan.3.

40 *Aduocati quandoq; negant piper esse nigrum, & quandoq; affirmant esse album.*

41 Glosa in l.fin. *verb.* Agnoscere, C. de erogat.milit.annon. *est exorbitans, verùm quando sit extendenda.*

42 *Ratio vbi est similis, datur extēsio, seu manis comprabensio.*

43 *Carceratus domi, & in carceribus publicis æquiparantur, maximè si fuerit Nobilis.*

ARGVMENTVM.

Ioanni Mariæ Nouario attestanti non esse in praxi receptā interpretationem allatam ab vno ex *Addentibus ad rit.Magn.Cur. Vicariæ* 166. Nempè esse ritui satisfactum, & in vinculis coniectum dici Nobilem, si ei domus, palatium, vel tota Ciuitas assignetur, ac si in vinculis publicis detentus esset, minimè credendum esse, tum quia in Tribunalibus Neapolis, nec Aduocatus, nec Officialis vnquam fuit, tum etiam quia obiter, & per transennam materiam olfacit, ac pariter quia lapsus est in indicatione Authoris addentis, dum illum fuisse tradit *Bartholomeum de Capua*, vndè plura deducit theoremata *Author* ad cōuincendum non esse *Nouario* in hoc annuendū; Quinimò eundem *Nouarium* in loco allegato contrarium apertè substinuisse in fauorem Nobilis, vt domi detentus verè carceratus dicatur, ac si in vinculis publicis formaliter cōiectus esset, quodque Senatus Lusitani placitum apud *Melchior. Phæb. dec. 3.* in casu *glos. in l. fin.* verb. *Agnoscere, C. de erogat. militar. annon. lib.* 12. manifestè insectatus fuerit *Nouarius* ad oculum insinuat *Author.*

PRO

Illust. Duce Acheruntiæ.

CVM

Venerab. Monasterio Sancti Martini.

RESPONSVM XXXVII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

CLauum clauo trudimus: quæq; Nobis hoc in laborioso patrocinio pro Illust. Duce Acheruntiæ cum Venerab. Monasterio Sancti Martini, in illo articulo, *Num aduersus instrumenti præsentationem via ritus Magn. Cur. Vicariæ* 166. incip. *Item si qui debitores, audiendus sit debitor Nobilis tenendo domum loco carceris, vel de necessitate cõstituendus sit in carceribus eiusdem Magn. Curiæ?* sicuti decreuit Sac. Reg. Consilium innixum dispositioni *Pragmaticæ sanctionis* editæ de anno 1632. situatæ in *Codice Pragmaticar.* 4. *in rubr. de instru. liquid.* ex aduerso parata fuerunt, in spem ducebamur tribus in responsis quasi triplici funiculo pro Cliente plura colligasse, ac punctuatim ad materiam ea adduxisse theoremata, ex quibus eius iustitia inno-
1 tesceret, quodq; Pragmatica illa in 7. & 8. *cap.* nobis suppetias ferret, nõ iaculos inijceret: adhuc facessit negotium, vt quarta vice, ingenij viribus reassumptis, occurramus ijs, quę ex parte creditoris obijciuntur, Cõsentaneũ etenim erit, vt dùm Actor in triplica nostra responsione, pleraque opponit, vt Sac. Cons. animum in suas inclinet partes, animumque moueat, Nos sinistram de nostro patrocinio suspicionem remouere eni-
2 tamur, & quatruplicando, Aduersarij intentionem eludere satagamus, præsidio Imperialis dispositionis suffulti in §. *Et si rursus, Instit. de replicat.* & ex Consulti placito summoniti in *l. 2. §. replicationes, ff. de except. & Instit. de replicat. in princ. & §. Sed & contra replicationem eod. tit.* sicuti disertè admodum tradit *Coler. in tract. de except. in rubr. n.* 4. alijq; passim *Repeten. locis indicatis.*

Missa omnia facimus, quæ aliàs tum scripto ponderauimus, cùm voce perorati sumus; eo non præter-
3 misso, quod carcer custodiæ, non pęnæ loco fuit inuentus, *l. aut damnum, §. Solent, ff. de pæn.* & notat *Glos. in cap. quamuis eod. tit. in 6.* Si quis autem in
4 carcere ob debitum ciuile detineretur, in vitæ conijceretur periculum, quod bonis moribus aduersatur, *l. alia 14. §. eleganter, ff. sol. matr.* Et
5 quodammodò corium, & caro hominis in commercium deduceretur, vti tradit *Alber. Brun. de cession. bonor. 5. quæst. princip. quæst.* 20. *n.* 5. *Bald. in l. 1. n. 9. C. qui bon. ceder. poss.* Quod tamen ius libertatis infringeret, in qua
7 sumus nati, & quæ nullo prætio æstimabilis est, *l. libertas 106. & l. non est singulis 176. §. infinita, ff. de reg. iur. l. procurator, §. siquis à procuratore, ff. rem rat. haber.* Et seruitutis instàr habēn-
8 dum, detineri carceratum, ita vt à lo-

co

co deputato nõ poſsit recedere, *l.2.*
9 *ff.de liber.hom.exhib.* vbi *Bart.* Durum
autem liberum hominem ob ęs alie-
num ſeruire, vt dicitur *l.ob æs 12.cum*
Auth.ſeq.C.de actio. & oblig. cap. lator
10 *de pignor.* hinc *Bal.* quod carceratio
eſt ſpecies torturæ, & mortuus in
11 carcere, dicitur mortuus in crucia-
tu in *l.1.n.6. C. de his qui ad libert.* &
Gloſ. in verb. *Tormentis in Clem. 1. de*
12 *haret.* propter ſqualorem, ſcil. frigus,
tenebras, inedias, ſolitudinem, & diu-
turnitatem, vti pleno calamo ediſſe-
runt *Vueſembec. conſ.43. n.10. Feder.*
Schimidius conſ.91. n.26. & ſeqq.

In hoc ſupremi certaminis pen-
det fortuna, vt Aduerſarij tenaciſsi-
mè hæreant, Ducem Acheruntiæ in
carceribus Magnæ Curiæ eſſe conij-
ciendum, rerum geſtarum fortuna-
tos euentus, atq; exitus dimetientes,
ſed adhuc anceps iurgij euentus eſt,
& *Nos* ad rem plura non illepidè
fortaſsis inſinuauimus ad carceris
ſqualorem euitandum, modò vt no-
ſtræ Aduocationis conſulamus mu-
neri, vnicum illum euadere intendi-
mus ſcopulum ex aduerſo paratum
13 ex dictis per *Io. Mariam Nouarium*
in tract. de elect. for quaſt.36.n.14.er-
ga fin. ibi, *In tantùm quod in materia*
ritus Magn.Cur.Vicariæ, quo cauetur,
vt debitor citatus ſuper tenore inſtru-
menti non audiatur, niſi in vinculis, vel
facto depoſito, Nobilis carceratus dici-
tur, ſi ei aſsignetur tota Ciuitas pro car-
cere, vt ibi doctè notat Bartholomeus de
Capua, quamuis in praxi non ſeruetur.
Cuius placitum, adeò extollunt Ad-
uerſarij in eo quod affirmat in praxi
non ſeruari Nobilem citatum ſuper
tenore inſtrumenti via ritus eſſe per
Ciuitatem loco carceris detinendũ,
vt nedùm quęcumq; à Nobis in con-
trarium perpenſa, & elaborata fue-
rint dilabantur, verùm etiam ſuimet
macerie determinata per *Senatum*
Portugalliæ apud *Phab.dec.3.lib.1.* de-
ſtruantur.

Properemus ad certamen; ſi figũt
Aduerſarij pedem in enunciato per
Nouar. quod in praxi minimè obſer-
uetur dictum *Bartholomęi de Capua,*
quo adſtruit in terminis *ritusſmet*
Magn.Cur. 166. Nobilem domi de-
tentum dici verè carcerarum, & ſa-
14 tisfactum eſſe ritui, non poteſt hoc
teſtificari *Nouarius*, quippèqui de
praxi Sacri Conſ. in quo nunquam
15 vti Conſiliarius præfuit, imò nec vti
cauſarum Patronus ſedem conſtituit,
atteſtarionem facere non poteſt; Te-
ſtem ad hoc profero ſatis locupletẽ,
16 nempè *D.Præſid.Vincentium de Frã-*
chis, qui præter incomparabiles lau-
des ſibi à Scribẽtibus attributas, me-
ruit *à Dom.Reg.Rou. in conſ.7. in fin.*
lib.1. appellari *Summus Pręſes, qui ni-*
17 *hil ignorauit*, Ipſe etenim de *Carraui-*
ta verba faciens *in dec. 366.n.9.* vt il-
lius improbaret placitum in *rit.167.*
in quo pariter de probationibus, ex
quibus inſtrumentum ad formam ri-
tus, liquidum efficiatur, plenè agi-
tur, ità fatur, *Imò dicebatur ritum prę-*
dictum 167. loqui exemplificatiuè, non
autem reſtrictiuè, vt ex multis cõcludit
18 *Carau.in d. quaſt.2. qui licèt dicat fuiſ-*
ſe ſeruatum in Magna Curia, in illis
duobus caſibus tantùm, hoc ipſe dicere nõ
poteſt, quia ipſe non fuit Aduocatus, nec
Officialis in Magn.Cur. nec in alijs Tri-
bunalibus in hac Ciuitate reſidentibus,
ſed ſolùm Fiſci Patronus in Prouincia
Principatus Citrà, & tempore mortis
erat iam prouiſus pro Fiſci Patrono in
Magn.Cur.Vicaria, cui arrident tra-
dita per *Natt.conſ.277. n.1.* inquien-
19 tem Doctoribus atteſtantibus de
conſuetudine ſtandum eſſe in his lo-
cis, in quibus ipſi verſati ſunt, ſed nõ
in alijs, benè *Paris de Put. de Sindic.*
verb. *Doctor n.10. pag. mihi* 119. in-
20 quiens *Bartolum* non præſumi ſci-
uiſſe cõſuetudines Curiarum, in qui-
bus non fuit verſatus, *Stracc. de mer-*
catur. tit. de decoctor. par.5. n.6. Duran.
de

de art.testan. tit.de subStit. cautel. 35.
*Rol.à Vall.conf.*57.*n*.27.*vol*.4.*Caphal.*
conf.361.*n*.25. *Menoch. conf.* 54. *n*.5.
Becc.conf.67.*n*.32.*Surd.conf*.75.*n*. 14.
Burs.conf.16.*n*.37.*Horat.Giouagn.lib.*
1.*respons. respons*.21.*n*.12. Nec Iu-
dici creditur de obseruantia attestā-
ti,nisi quæsitum constet ex actis,ma-
ximè quando respicit decisoria,quia
obseruantia debet plenè probari,
Alex conf.6.in fin.lib.4. *Dec.conf*.603.
n 14.*Magon.dec.Luca* 87.*n*. 19.*& seq.*
Ossic. dec.21. *n*.17. *& seq. & dec.* 22.
n.3. *& seq.*

Et si daremus: in hac Ciuitate,
Tribunalium subsellia insectasse *No-*
21 *narium*, adhuc scitum est Doctori
attestanti de vsu,& consuetudine nō
esse credendum,nisi constet aliundè,
ità communiter tradunt *DD. in l. de*
quibus,ff. de legi. & multos congerit
Dec.in l.2.§.*mutui datio n*.8. *ff. si cert.*
pet. & in terminis Doctori attestanti
22 de non vsu, fidem denegari probat
Menoch.conf.1096.*n*.7.& 8. *lib*. 11.

Quinimò: ieiunè satis *Nouar.* de
non vsu doctrinæ *Bartholomai de Ca-*
pua, testem sese exhibet, nullo iudi-
caturæ exemplo adducto,aut indica-
23 to, per transennam; & perfunctoriè
rem olfaciens, quo casu minimè illi
annuendum, eiusq; assertionis nullā
habendam esse rationem tenet *Ne-*
uiz.in Sylu.nuptial.lib.5. *n*.29. *Alciat.*
de præsump.reg.1.*præs*.51.*& lib*.4. *Pa-*
rerg.iur cap.17.post *Dec. conf*.481. *in*
fin.Menoch.conf.51.*n*.93.*& seq.lib*.12
& conf.240.*n*.58. *D.Reg.Ron.conf*.21.
n.1.*& dec*.20.*n*.11.& ante illum *Abb.*
in cap.bone el 2. *n*.30. *de postul. Prela-*
tor. Fulgos. conf 101. *n*.3. *Card.Man-*
tic.de coniect.lib.1.*tit*.3.*n*.14. sed be-
nè ratio haberi debet eorum,quę as-
serit loco mox allegādo, vbi ex pro-
fesso quæstionem examinat,manuq;
plena nostram comprobat sententiā,
sicuti in simili tradit *Iaelmus Altegrad.*
conf.57. *n*.51.

Rursus,nō esse deferendum atte-
stationi *Nouarij*, ex eo, vel maximè
suadetur,quia ipse manifesto errore
lapsus, doctrinam illam de Nobili
domi detinendo loco carceris ad ri-
tum Magnę Curię inter Constituti-
tones Regni typis datam firmè tri-
24 buit celeberrimo viro *Bartholomæo*
de Capua, quod tamen prorsus erro-
neum est; nam Author illius doctri-
næ allegat *Iasonem in l. admonendi n.*
177.*ff.de iureiur.& in l.si pecuniam* §.
fin.ff.de condict.ob caus.& tamen *Iason*
25 floruit in anno 1485. vti fidem prę-
stat *Marc. Mantua de viris Illustrib.*
in 1.*tom.tractat.in meis de anno* 1584
pag.mihi 165.*col*.1.*n* iisdem 165.*Bar-*
tholomęus tamen *de Capua*,quem lau-
dibus extulit communis *Præceptor*
Bartol.in Auth Presbyteros, C.*de Episc.*
& Cler. in humanis agebat de anno
1300. diem 3. suum obijt in anno
1316. fidem de hoc (præter alios)
ad stringente suam *Io. Anton.Summōt.*
in Histor.Regn.Neap lib.3. *par* 2. *cap.*
3. *pag. mihi* 380. & sic non potuit è
26 Minerua *Bartholomai de Capua* eius-
modi doctrina proficisci,qui iam du-
centorum annorum curriculo, antè
Iasonem, vniuersæ carnis viam erat
ingressus.

Vt hinc facilè quispiam conijciat,
quantum sit deferendum hac in the-
si *Nouario*, etiam circa Kalendas tē-
porum decepto.

Labefactandam itidem *Nouarij*
attestationem contendimus, ex ijs,
quæ *Ipsemet* circa eandem thesim
scripto commendauit, nempè in 1.
par.quęst.forens. cap.138. *n*.4. *vers.*
De quo quidem,vbi decantatam assu-
mens palynodiam,non solùm carce-
27 ratum dici,qui sub clauibus,& clau-
sura detinetur; verùm etiam eum,
qui ad sui libitum discedere nequit,
exemplificans in eò, qui stat sub
pręcepto, vel fideiussione,non alia
adducit iura, nisi perpauca ex ijs,
quæ

q̃ *Nos* plena manu *alijs in Respõsis* indicauimus, vtpotè *Glos. in l. qui neque*, in verb. *Custoditur*, *ff. de verbor. sign.*
28 & punctuatim, quod detentus per palatium, & habilitatus dicatur carceratus, constare tradit ex *Gram. dec.* 14.*n*.4. & pro singulari allegat *Borgnin*. *Caualc*. (quem omninò videndum monet) *in dec*.14.*par*.5. *à Nobis* toties recensita, ac decisionem *D. de Franch*.709.*n*.2. quam Aduersarij (illepidè sanè) auertere conati sunt.

Quam sanè propositionem sectatum fuisse suum Genitorem, ac ipsumet filiũ approbasse de ann. 1623. in casu de quo fuit consultus, tradit *d. cap*.138.*n* 8. vers. *Quare in fin*. idẽ *Nouarius*.

Parum hoc? in terminis ritus Magnæ Curiæ verba faciens *Nouarius*, circa quem nostrę disputationis cardo vertitur, *n*.11 hæc ipsissima ver-
29 ba protulit, *Quibus veris existentibus, prout vera esse fateor, non esset ponere os in Calum, si affirmaremus, habilitatum per palatium satisfacere dispositioni ritus Magn. Cur. Vicaria* 166. *qui incipit, Item quod si debitores*; *licet Carau. ibidem in commentario, totum contrarium asseueret firmando, quod in casu ritus debitor in vinculis, & sub claue debet stare.*

30 Ecce igitur *Nouarius*, vel nostrum approbat patrocinium, vel sibi contrarius redditur, quo casu amittit fidem, vel pro neutra partium est dinumerandus, ex ijs, quę tradit *D. Pres. de Franch. dec* 240. *n*.46. *D. Reg. Rou. dec*.20. *n*.11.

31 Prænotandumque maximè est, quod in quolibet carcerato opinionem firmat *Nouarius*, censeri satisfactum ritui, si illi assignata fuerit Ciuitas pro carcere, vel sub pręcepto detentus extiterit, illum expendens
32 *textum*, quem *Nos* pluries insinuauimus in *l. succurritur, ff. ex quib. cau. maior*. quod is, qui aliquo modo stringitur, vt euadere non possit, dicitur carceratus, & hic ille *tex*. est, quem commendat satis *Caualcan. d. dec*.14.*par*.5.*n*.11. vbi contra *Carau*. irruit, & *n*.9. & *seq*. amplectitur *Nouar. d. quęst*.138.

Transgrediamur nunc ad alteram partem placiti eiusdem et *Nouar*. quidue ille senserit in Nobili carcerato perscrutemur, quamq; habuerit de *Phębo* opinionem, perpendamus, vt victoriam adhuc ex vocetenus per Aduersarios declarata *Nouarij* authoritate aucupemur; Ipsi etenim non ab exodio ad vmbiculum vsq; (vti par erat) *Nouarium* sunt introspecti.

Et quoad primùm: *in d. tract. elect. for. ead. quast*.36.*n*.9. vers. *Amplia*, iterum cum *tex. in d. l. qui neque*, vbi *Glos*. & cum *Caualcan. in d. dec*.14.*par*.5. eam conuallat opinionem *Nouar*.
33 q carceratus is dicitur, cui domus propria fuit assignata loco carceris, ẽtsi cõdẽnatus fuerit ad carceres publicos formaliter (notetur rogo verbum illud *Formaliter*) quod nõ aliud suadet, nisi vincula publica; eò quia
34 secũdum ipsum carcer dicitur omnis locus, à quo pro velle aliquis exire prohibetur, inferens *num*. 11. quod domi detentus, carceratus rectè dicitur, quia domus loco carceris habetur, adducens *Masull. ad Capyc. dec*.154.*nu*.3. quem in prioribus scriptis *Nos* aggregauimus.

Vsquemodò in quo Nobis cõtradicat *Nouar*. minimè sibi cõstat Aduersarius, vt mirandum profectò sit, quomodo sibi, aut alijs persuadere queat, pro se *Nouarium* aciem sustinere.

Propositã modò aggrediamur alteram partem de *Phębi* authoritate, apud *Nouarium*. Et herclè (ni oculi mei cęcutiunt) adeò elongatur Ad-
uer-

uersarius è veritatis semita, insinuãdo, quod *Nouarius* in *Phębum* irruerit, vt potiùs pateat euidenter eius placitum, & Senatus Portugalliæ scitum, approbasse, & in contingentia facti, ità consuluisse.

Casus, in quo suum reddidit responsum *Nouarius* hic est propemodum, de quo ipse testimonium per-
35 hibet in *d.quæst.36.in prax.elect.for. nu.*11. vers. *Quæritur, Vtrum Nobili carcerato, & posito in domo pro debito ciuili, sint administranda alimenta per eius creditorem, sicut tenetur pręstare carcerato in vinculis publicis?* Habetnè discrimen aliquod iste casus ab eo, quem proponit *Phœbus in d. dec. 3.* quem *Nos* recensuimus *in 3.Respons.* hac in causa edito? Certè nullum.

Audiamus *Nouarium* consulentẽ,
36 quam partem sustineat? Et *n. 13. d. quæst.* 36. vers. *Sed ego*, inquit, *Sed ego qui partes debitoris sustineo, prætendendo omninò esse subministranda dicta alimenta, non obstante quod in domo sua detineretur.* Et reddens causam, siue rationem, quibus impellitur ad ità consulendum, paulò post, subdit,
37 *Quia Nobilis in domo detentus carceratus est, tanquam si esset verè, & realiter in carcere publico.* Et dum iuribus suam comprobat consultationẽ, quæ iura profert dispiciamus, *Ad textum*, (inquit) *in l.qui neque, §.solutum, ff.de verbor.sign.* & inferiùs *n.14. textum in l.an eadem, §. in vinculis, ff. ex quib. cau. maior.* & pro sollemni adducit doctrinam *Angeli in l.qui in carcerem, ff.de eo quod met.caus.Tiraq.de nobilit. cap.20.n.29.Palat.Rub.de donat. inter vir.& uxor.§.9.n.13. Gerar.sing.*30. *Cott.in Memorial.* in verb.*Carcer*, remittens se ad ea, quæ scripsit in 1.*forens. quæst.* 138. quorum memores *Nos* extitimus *hoc cod. Respons. supra* vers. *Labefactandam*, quibus modò libet subnectere authoritatem *doctis-*
38 *simi viri Io. Franc. Capiblan. in 2. de Baron. quæst.93.n.20.& seq. & Consiliar.Philipp. Paschal. de virib.pat.pot. c.2. n.79 & seq.p.4.* vbi mea *Annotatio.*

Ex quibus ea reassumit dogmata
39 *Nouarius*, quod carcer dicitur domus, in qua quis detinetur, quod positus in domo, seu alio loco sub custodia, carceratus dicitur, quod is qui nequit ire quò vult, carceratus dicitur, quod stante statuto quo quis pro debito carcerari debeat, si aliquis Nobilis veniat carcerandus, vtique iuxtà statutum factum fuisse, si ei assignatus sit locus, putà palatium, vel Ciuitas, quæ sanè dogmata Authoritatibus præcitatis ornauit; Et erit ex his admittendus Aduersarius, vt asserat *Nouarium* nostrum esse Contradictorem? *O Tempora? O Mores?*

Quid quod: *Nouariusmet* quando lumen eius consultationi addere tẽtat, non ad alios, quàm ad *Phæbi* placita tanquam Solis radia recurrit,
40 *Phębiq;* ipsissima verba transcribit *n.15. Quare stante pro vero, quod Nobilis carceratus in domo, sit verè carceratus, tanquam si esset in publicis carceribus, tenendum est, quod creditor tenetur illi alimenta subministrare eodem modo, quo carcerato in vinculis publicis, & si recuset præstationem, benè poterit Iudex illum relaxare, prout ità reperio iudicatum per Senatum Lusitaniæ apud Phęb.in dec.3.tom.1.qui in terminis nostris loquitur, licèt post hęc scripta habuerim.* Hucusq; *Nouarius.*

Ità nè *Phæbus à Nouario* despicitur? negligitur? improbatur? Itaq; *Nouarius Phæbum* stomachatur? nausẽat, atq; exhorret? quando cum *Phębo* suum conuallat responsum? Memorandum quippè effatum *Claudij*
41 *de Seysell.* relatum *à Grammat. dec.* 104. n.1. *Sunt Aduocati, qui negant piper esse nigrum, & quandoq; affirmant esse album.*

Mutuat itidem sibi à *Phæbo, Nouarius n.16.* vers. *Ego tamen*, resolutionem

42 nem ad obiectum de *Glo. in l. fin.* verb. *Agnoſcere, C. de erogat. militar. annon.* quod ſcil. ſit exorbitans à iure, idcircòq; reſtringenda, quod vbi da-
43 tur ſimilis ratio, datur extenſio, ſeu mauis dicitur compræhenſio, ad *tex. in l. illud*, vbi *Gloſ.* in verb. *Alia, C. de Sacroſ. Eccleſ. Barboſ. in l. ſi conſtante n. 97 ff. ſolut. matr.* poſt *Rom. in Auth. Similier ſub n* 16. *C. ad leg. falcid.*

Et *n.* 16. verſ. *Vltra*, vt ſuam animi propenſionem in hoc articulo inſi-
44 nuaret, hæc profert verba, *Carceratus domi, & in carceribus publicis æquiparantur in iure, quia quoad Nobiles nullus alius carcer inuenitur, quàm domus ſua, iuxtà ſententiam Tiraq. de nobilit. cap.* 20. *n.* 30. *& ſeq.*

Et *in fin. Reſponſ. in d. quæſt.* 37. typis expreſsi exultat *Nouarius* de decreto, quo fuit prouiſum Nobili in domo carcerato eſſe alimenta ſubminiſtranda, aliàs quod debitor licetietur, iuxtà adducta per *Pheb. d. dec.* 3.

Hęc ſunt ex quibus conuinci Aduerſarium de elata eius opinione, quod *Nouarius* in *Phœbum* irruerit, quodq; in praxi non ſeruetur, vt Nobili pro debito detur domus loco carceris, elaborandum non eſt, nam contrarium ad oculum inſinuatur, nec Aduerſarius, niſi voce quid contra noſtra ſcripta clamitat, cuius opinio, nec proprijs, nec alienis iuribus ſuſtineri poteſt, cuiq; vt os clauderemus, quarta vice hoc in articulo calamum arripere enixi ſumus, ſub cēſura Sac. Regij Conſilij, Dominorūq; meorum in eo aſſidentium, quorum benignitatē ſemper experti ſumus.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 19. Auguſti 1652.

DECISIO.

DIE Iouis 5. *Menſis Septembris* 1652. *Eiſdem duabus Aulis iunctis cum eiſdem votantibus, quos memorauimus in calce* Reſponſ. 32. *vno tantum addito, nempè Reg.* Conſiliario *Io. Maria Campana, qui è munere Fiſci Patroni Prouinciæ Aprutij ad faſtigium Conſiliarij fuit euectus, deficiente Regio Conſiliario Io. Baptiſta Amendola ad munus Præſidentis Regiæ Cameræ aſſumpto, fuerunt* Reiectæ Nullitates; *Vtq; ſpectatæ huius determinationis, laboriſq; per Nos ſuſcepti in celeberrimo hoc articulo pro veritate inſinuanda pauca, quæpiam poſteritati commendemus, Te ſyncere Lector monitum, atq; certiorem facio, Ex aduerſo nihil aliud fuiſſe adductū, niſi illa ſanè placita, quibus Nos occurrere enixi ſumus per quatuor Reſponſa, ſcripto nihil tradidit, Voce quid fuerit adductum per Aduerſarium non habeo vnde tibi inſinuem; Quare igitur noſtra inclinata eſt acies? Quomodo tam acerrimè (ſi non ſtrenuè) Nobis digladiantibus, è manibus victoria erepta eſt? Profectò in omni re fortuna dominatur, adeò vt rectè Noſtrates illud commendarint effatum*, Sententias eſſe caſus fortuitos,

Quòt capita, tot sententiæ. Nimirum si vnus quam semel habuit determinationem articulus, à Successoribus Magistratibus diuersimodè dijudicetur; Vndè Aduocatorum miserens celeberrimus ille vir Supremi Collateralis Regens Decanus Ill. Marchio Morconi Io. Franciscus de Ponte in dec. 34. Collater. Conf. *ea sanè notanda verba protulit.* Quid enim in hac temporum inconstantia, atq; tempestate poterit prudens Aduocatus consulere, &c. *In spem igitur ducimur, quod eodem iterum agitato articulo minimè quæ scripsimus, quæ elaborauimus, despiciat posteritas, successoresque Magistratus ab ijs luces non retrahent. De quibus satis.*

Penès *Magnif. Secretarium Sac. Conf.* & *Actuarium Magnæ Curiæ Salernum.*

SVMMARIVM.

1 *Decretum Supremi Collat. Consilij in causa Ill. Ducis Acheruntiæ super venditione eius bonorum, refertur.*

2 D. Thomas Martinez Reg. Consiliarius *laudatur.*

3 Author *Clientibus totus addictus quid in causis patrocinandis secùm statuerit.*

4 *Aduocati, quæ* Clientum *defensionem tangere cognoscunt, tacere, & negligere non debent.*

5 *Liquidatio instrumenti via ritus, robur accepit ex mora, & periurio debitoris.*

6 Carauita *optimus rituum* Regni *enucleater enunciatur.*

7 Ritus Magn. Cur. 166. *ratione iuramenti, pæna, & periurij inhæret criminalitati.*

8 *Mora, & periurio debitoris deficiente, omnis occlauditur aditus liquidationi instrumenti.*

9 *Destructo fundamento, corruit ædificium.*

10 *Impossibilitas debitoris, præbet impedimentum liquidationi instrumentorũ via ritus.*

11 *Periurium facit liquidationem instrumenti via ritus.*

12 *Facto Superioris, si quis promissa seruare non potest, excusatur à periurio, & pæna.*

13 *Impossibilitas debitoris excusat à periurio.*

14 *Soluere non valens, non incidit in periurium.*

15 *Necessitas debitoris superueniens excusat à periurio, vt nequidem àbsolutio sit expetenda.*

17 *Promissio iurata intelligitur, Rebus in eodem statu permanentibus.*

18 *Debitorem omnibus suis bonis spoliatum, iniquum est à suis creditoribus*

bus molestari.

19 Sequestro pendente omnium bonorum debitoris, non est procedendum ad liquidationem instrumenti.

20 Iuramentum habere debet tres comites Iudicium, iustitiam, & veritatem.

21 Camillus de Medicis causarum Patronus eloquentissimus.

22 Iura omnia exclamant, à mora, & multò magis à pæna, & periurio excusare impossibilitatem.

23 D.Scipio Rouit.Reg. in prag.4. de instrum.liquid. n.17. expenditur.

24 D. Io.Bapt. Melior Reg. Consiljar. laudatur.

25 Decretum in causa Illust. Marchionis Polla cum Paolo Fràcono, recensetur.

26 D. Vincentius de Franchis dec. 672. dubitauit de iustitia decreti relati per Reg.Rou.

27 P.Andreas Molfesius consf.8. n.50. tradit D.de Franch.in dec.672. inclinasse quod agatur ordinariè.

28 Impossibilium nulla est obligatio.

29 Voluntas, & potestas copulatiuè requiruntur in omni actu humano perficiendo.

30 Impedimentum iustum, æquiparatur impossibili.

31 Impedimentum iustum excusat à residentia.

32 Impeditus impedimento facti, debet remanere illæsus.

33 Impeditus excusatur à pæna contéptus.

34 Negligentia non potest adscribi impedito.

35 Impeditus excusatur à contumacia.

36 Pæna, & mora non datur in impedito.

37 Impedito non currunt tempora à iure, vel ab homine statuta.

38 Bona penès Iudicem deducta, non potest Dominus disponere.

39 Excussio non requiritur, ubi notorium est debitorem non esse soluendo.

40 Erubescimus, dum sine lege loquimur.

41 Euentus rei ab Authore indicatur.

42 Exceptio qualibet, mediante Iudicis decreto est reijcienda.

43 Exceptiones fundatæ sunt in æquitate.

44 Iudicantes, summo iudicandi potiuntur munere.

ARGVMENTVM.

Instrumenti præsentatio, seu liquidatio vigore ritus Magnæ Cur. Vicariæ 166. fundatur in mora periurio, & pæna, vndè Nostrates criminalitati inhærere eiusmodi exequutiuum Iudicium tradiderũt, quibus cessantibus, minimè ad liquidationem, instrumenti procedi posse, pluribus insinuatur.

Sequestrum omnium bonorũ, impedit instrumenti liquidationem, suspenditq; literarum exequutorialiũ exequutionem, vtporè qui, impossibilitas in debitore superuenit, & creditori satisfacere nequit, qua de re in mora non dicitur, nec periurij reatũ incidit, quinimò nequidem absolutio iuramenti requiritur, ex traditis per D. Reg. Sanfel. dec. 370.

Impossibilium nulla est obligatio, quiq; effectus ex impossibilitate debitoris oriantur, & quo pacto impossibilitas

iusto impedimento æquiparetur.

Impedimentum iustum excusat à pluribus, à Residentia, à pęna contemptus, à negligentia, à contumacia, à pæna, & mora, vt hinc pateat negligentem in mora non existere, nec aduersus eum currere tempora à iure, vel ab homine statuta, ex multis comprobatur.

D. Reg. Rouit. in prag. 4. de instrum. liquid. Camill. de Medic. cons. 39. *Staiban. senior cons.* 30. *D. de Franch. dec.* 672. & *P. Andreas Molfes. cons.* 8. in *sedib. indicatis*, expenduntur, & enucleantur in thesi. proposita liquidationis instrumenti.

Excussionem bonorum debitoris non esse necessariam, vbi notorium est ipsum soluere non posse, & præsentis patrocinij occasione arrepta monet *Author*, Causarum Patronos, nihil ex ijs, quæ ad Clientum iura tutãda facere cognoscunt, tacere, aut negligere debere; quidq; ipse in eiusmodi Aduocationis munere subeũdo statuerit, atq; obseruauerit, indicat, aliaq; nonnulla tradit.

P R O

Illust. Duce Acheruntiæ.

C V M

Regali Monasterio Sãcti Martini.

RESPONSVM XXXVIII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

Difficiliorem quàm existimaueram, Prouinciam nactus, in assumpto patrocinio pro Illust. Duce Acheruntiæ cùm Venerab. Monasterio Sancti Martini, de quo plura exarata sunt à Nobis in antecedentibus *Responsis* indicata, cùm immineret discussio nullitatum propositarum aduersus decretum Sac. Cons. Iunctis Classibus interpositum, quo fuit prouisũ, *Remaneat condemnatus, & pęna ponatur*, superuenit decretum Supremi Collateralis Consilij instantibus, & vrgentibus creditoribus ipsius Ducis, referente Ill. Dom. meo Commissario Marchion. Torelli, quo fuit
1 iniunctum de hoc anno 1652. *Esse procedendum ad venditionem Terrarum Galatolę Cupertini, Leuerani, & Ve-*

Veliarum pro nunc premio appretio, ac etiam ad affictum Terrarum prædictarum, & fiat relatio creditorum, in cuius decreti exequutiouem, fuit ſeruatis ſeruandis proceſſum ad affictū pro annua mercede duc. 11500. non impedita interim venditione, perfecta itidem fuit relatio, & pro acceſſu deſtinatus extitit Reg. Cōſiliarius
2 D. Thomas Martinez, nunc emeritiſſimus Regens Reg. Cancellariæ, omni herculès doctrina refertus, & integritate conſpicuus, qui iam pro acceſſu faciendo in Terris prædictis
3 ſe contulerat, quare *Ego* totus Clictibus *de more* addictus (Certū enim, atq; deliberatum ſemper habui, poſtquam ſemel patrociniū ſuſcepi, quæ ad cauſam pertinere ſum arbitratus, omnia non modò dicere, verùm etiā libenter, audacter, liberèq; dicere; Nulla ſiquidem vis tanta exiſtit, vt poſsit vim mihi maiorem adhibere in cauſis patrocinandis, quàm fides; Et vt profitear ingenuè, à prima ſanè fori ſalutatione, ſic mecū ſtatui cauſas agere, adſtrictamq; exolui iam-
4 dudum fidem; Etenim quis ex Cauſarum Patronis, tam diſſoluto animo eſt, qui cum ex pluribus, Clientis cauſam defendi prænoſcat, ea tacere, ac negligere poſſit?) petij ante omnia decerni per Sacrum Conſilium, attento decreto prædicto Collateralis Conſilij, minimè ad inſtrumenti liquidationem ampliùs procedi poſſe, iactamq; pro Nobis eſſe aleam, ad obtinendum, quod creditorcommunem aliorum creditorum fortunam ſectatus, greſſus ſuos dirigat penès acta venditionis.
5 Fundamentum, mea hæc pétitio ex eo deſumebat firmum, ac ſolidū, nam cum inſtrumenti liquidatio vigore ritus Magn. Curiæ, in mora
6 & periurio debitoris conſiſtat, ad *ritum* 171.*&* 173. vbi *Carau.* diſertiſſimus rituum Regni enucleator *n.* 2. *Prect.de preſent.inſtrum.par.*6.*& par.* 11.*quaſt.*5.6.7.8.*&* 9.*Staiban.ſen. cōſ.* 30.*n.*15. vbi inquit, quod ratione iu-
7 ramenti, pœnæ, & periurij, ritus inhæret criminalitati, *Affl.dec.*64. vbi *Addent.Reg.Rou.in rubr.de inſtrum.liquid.n.*8.9.*&* 12. *Reg.Sanfel.dec.*299. *n.*3.*&* 4 *par.*3. deficiente modò mo-
8 ra, & periurio, nullus liquidationi inſtrumenti locus erat, imò omnis
9 occlaudebatur aditus, quaſi quod deſtructo fundamento, corruit ædificium ad *tex.in l.cum qui ædes,ff.de vſucap. cap. cum Paulus* 1. *quaſt.* 1. Noſtræq; huic petitioni oppidò ſuppetias ferre, aiebam, quæ ſparſim
10 DD. in terminis tradiderunt, nempè impoſsibilitatem debitoris, impedimentū prębere liquidationi *Gram. dec.* 85. ideòq; ceſſare periurium, à
11 quo pendet liquidatio, poſt *Parpal. in l.ſi quis maior n.*36.*&* 99.*C.de trāſ. Decian.lib.*6. *tract.crim. cap.*11. *n.*18. edocuit *Reg.Sanfel.dec.*370.*n.*4. verſ. *Dicebatur par.* 3. ſubdens *n.* 5. omni
12 tempore, quo facto Superioris, quis promiſſa præſtare non poteſt, à periurio, & pęna excuſatur, ex dictis per *Seraph.de priuileg.iuram. priuil.*74. *n.* 103.*& ſeq. & n.* 145. *Cardin. Tuſch. practicar.concluſ.*verb. *Iuramentum*, *concl.*511.*n.*21.*&* 53.*Simoncell. de decret.lib.*3.*tit.*8. *n.*186.
13 Quinamplius: & à periurio impoſsibilitatem excuſare, tradit inſignis *Proſper Farin. de falſit. & ſimul. quaſt.*160.*n.*124.*& ſeq.* quem ad hoc adducit *Reg. Sanfel. d.dec.*370.*n.* 8. vbi aduertit, adeò veram eſſe eiuſmodi propoſitionem, vt impoſsibilitas reſpiciens commoditatem exeu-
14 ſet à periurio, quantò magis excuſare debeat, & neceſsitas, quæ oritur in eo, qui nequit ſoluere, nec habet, vndè ſoluere poſſit? maximè quan-
15 do neceſsitas ſuperuenit antequam potuiſſet debitor creditoribus ſatiſfacere per *tex. in cap. quarelam* §. 1. ibi,

ibi, *Non necessitate de iureiur. Cardin. Tusch. concl.* 504. *n.* 25. *& concl.* 508. *n.* 1. verb. *Iuramentum, Vincent. Mācin. in tract. de iuram. par.* 4. *effect.* 1. *quest.* 6 *n.* 3 vers. *Etiam necessitas, Vin. dec.* 120. *n.* 7. *Scaglion. in rit.* 365. *n.* 5.
16 tantiq; esse eiusmodi impossibilitatem tradit *D. Sanfel. ibi n.* 9. quod neque requiratur absolutio, nam talis est necessitas, quę iurantem cogit ad contraueniendum absque eo quod possit Superiorem adire, ex adductis per *Farin. de falsit. & simul. quest.* 150. *n.* 129.

Facit rursus ad thesim nostram, quia promissio etiam iurata eatenus
17 promittentem, & sese obligantem cogit ad obseruantiam, quatenus res in eodem statu permanent, sicuti tradunt communiter Scribētes per *tex. in l. quod seruius, ff de condict. ob caus. dat. Corn. cons.* 102. *n.* 17. *vol.* 2. *Ceph. cons.* 187. *n.* 4. *&* 5. *tom.* 2 *Bald. in l. fin. n.* 5. *C. de non numer. pecun. Petr. Beninten. dec. Bonon.* 65. *n.* 14. *Morot. respon.* 3. *n.* 10. facit *l.* 1. *ff. si ex noxal. caus. agat.* *l. si filius, ff. de tutel. & ration. distrah.* & satis lepidè *D. Thom.* 2. 2. *quest.* 110. *art.* 3. *ad fin.* docet quemlibet excusari à promissorum obseruantia, quando sunt mutatę conditiones personarum, vel negotiorum, *Bart. in l. in confirmando n.* 2. *ff. de confirm. tutor. & in l. cum quis in princ. & in l. si cum Cornelio, ff. de solut. D. de Franch. dec.* 55. *Rot. Genue* 66. *n.* 2. *Nauarr. in Manual. cap.* 18 *n.* 4. *Tiraq. in l. si unquam in prefat. n.* 161 est *tex. in l. fin. C. de non numer. pecun. & in l. fin. ff. ad municip. Gregor. Lopez in l.* 34. *tit.* 5. *par.* 5. *glos.* 4. *circa med.* & de promissione iurata, quod non obliget stante mutatione status, sunt iura canonica in *cap. quemadmodum de iureiur.* & in *cap. cum Inter, & de renunt. Butr. in cap. veritatis* 8. *num.* 18. *post medium de dol. & contum.* optimus Cicero, *locus lib.* 1. *Officior. ibi, Incidunt sępè tempora, cùm ea quę maximè videntur digna iusto homine, eoq; quem virū bonum dicimus, commutantur, fiantq; contraria, vt non reddere depositum, etiamne furioso, promissum facere, quęque pertinent ad veritatem, & ad fidem, ea migrare interdum, & non seruare fit iustum, &c.* & *Senec. de benef. lib.* 4 *cap.* 35. ait, *Ad hoc quod homo teneatur facere quod promisit, requiritur quod omnia immutata permaneāt, alioquin nec fuit mendax in promittendo, quia promisit quod habebat in mēte subintellectis debitis conditionibus*, vndè obseruat *D. Thom. d. art.* 3. *ad* 5. non esse mentitum Apostolum, dum non iuit Corinthum, quò se iturum promiserat, vt habetur 2. *ad Corinth.* 1. & hoc propter impedimenta, quæ superuenerunt, quam propositionē ex pluribus exornat *Reg. Valenz. cons.* 16. *n.* 35. *& seqq.* Vndè iniquum est, inquit *D. Sanfel. d. dec.* 370. *n.* 10. omnibus suis bonis spoliatū à suis creditoribus esse molestandum, adducens *Butr. in cap. cum olim lo* 2. *de restit. spoliator. Gram. dec.* 85. *n.* 3. innuēs
18 communem esse opinionem, cui inhærens *D. Sanfel. n.* 11. tradit, ipsum
19 determinasse, quod pendente sequestro omnium bonorū Ill. Marchion. Pollæ, non procedatur ad liquidationem instrumenti, nec ad expeditionem literarum exequutorialium sub die 12. mēs. Aprelis 1646. quodque ità fuit exequutum.

Vndè *Staiban. sen. d. cons.* 80. *n.* 6. inquit liquidationem instrumēti, vti ex mora prouenientem, inhibitam, esse à iure si legitimum intercedat impedimētū, quia tunc omnis abest mora, intercedente impossibilitatē per *tex.* vbi *DD. in l. quod te, ff. si cert. pet. cap. breui de iureiur.* in quiens *n.* 19.
20 iuramentum habere debere tres comites, Iudicium, Iustitiam, & Veritatem per *tex. in cap. Et si Christus de iureiur.* quæ omnia cessant stante debi-

21 bitotis impossibilitate, idq; appositè sustinuit causarum ille Patronus eloquentissimus *Camill. de Medic.* in *respons.* edito pro Illust. Principe Bi-
22 siniani è typis edito inter *Consilia*, quod est 39. *n.* 16. inquiens omnia iura exclamare, vt à mora, & multò magis à pæna, & periurio excuset impossibilitas, cotas adducens, præsertim *Incertum in Commentar ad rit.* 166. *limit.* 11. *ad fin.* & iterum *n.* 19. & 20.

23 Insinuabam insuper, *Reg. Rou.* magni nominis Iureconsultum in *prag.* 4. *de instrum. liquid.* *n.* 17. calamum arripuisse pro liquidatione instrumenti ad instantiam Ill. Marchionis Pollæ cõtra Baronem Latigani Paulum Franconum bonis interdictum, qui vti talis impossibilitatus erat ad soluendum, idq; ex eo præsertim assumpto contendebat *n.* 21. quia instrumentum fuit initum antequam bonis esset interdictus, & sic ante impossibilitatem, quo tempore maior pars tertiarum debitarum erat maturata, Et tamen ipsomet attestante *n. final.* non aliud reportauit in eius beneficium decretum, refe-
24 rente eximio illo viro perceleberi Causarum Patrono, ac non sine ingenti omnium plausu, inter Consiliarios postmodum adscito Io. Bapti-
25 sta Meliore, tunc Magnæ Cur. Vicariæ Iudicatum agente, nisi quod *Proceditur ad liquidationem instrumenti contra Baronem Latigani, verùm supersedeatur in exequutione personali tam pro debito, quàm pro pœna donec alias fuerit prouisum.*

De quo sanè decreto licèt magnũ festũ fecerit idemet *D. Rou. in d. prag.* 4. *n.* 17. vers. *Ego tamen*, apparet haud obscurè, debitoris personam fuisse exemptam tam pro debito, quàm pro pæna.

Quid quod: nequidem decretum prædictum approbatum fuit per Sacrum Consilium, in quo fuit obtentum à debitore fieri verbum, sicuti ipsemet *Reg. Rou.* tradit ibi *in fin.* Longè etenim secus ei, quàm putarat, accidit, nam introducto nego-
26 tio in Sac. Cons. oculatissimus *Dom. Pes. de Fanch.* dubitauit vehementer de iustitia decreti prædicti, & formauit *decisionem* 672. ex qua dignoscitur Dominos de Sac. Cons. in eam inclinasse sententiam, quod ageretur ordinariè, & vltrà quod ex ponderatis in *d. decis.* constet de iniustitia decreti Magn. Cur. testem *Ego* profero
27 locupletem *P. Andr. Molfes. cons.* 8. *n.* 50. qui in terminis tradit, plura per *Me in* 1. *forens. cap.* 15. *n* 98. vbi aggregaui *Camill. Borrell. in Summ. decis. Vniuers. Orb. tit.* 19. *par.* 2. *n.* 81. qui de *Frecc. & Reg. Rou. in sedib. indicatis* meminit.

Post hæc spatiabar *Ego* in suadendo Dominis meis votantibus, hæc
28 omnia, illa inconcussa fulciri ratione, quia impossibilium nulla est obligatio, *l. impossibilium, ff. de reg. iur. l. si stipuler, ff. de verb. oblig. l. cum hæres* §. 1. *ff. de stat. liber.* §. *impossibilis Instit. de hæred. instit. cap. nemo de reg. iur. in* 6. *Camill. de Medic. d. cos.* 39. *n.* 19. & 20. *Staib. sen. d. cons.* 3. *n.* 6. *Reg. Sãfel. d. dec.* 370. *n.* 9. *Reg. Valenz. cõs.* 4. *n.* 77. *lib.* 1.
29 Nam in omni actu humano perficiendo duo copulatiuè requiruntur, voluntas scil. & potentia, *l. cum te, C. de donat. ante nupt. Affl. dec.* 205. *Reg. Sanfel.* vbi proximè *n.* 6. *Surd. dec.* 62. *n.* 29. & *dec.* 93. *n.* 24. *cap. cum super de offic. delegat. cap. ad hæc* 6. *de appellat.* & post *Boet.* notat *Bal. in l. cum testamentum* 7. *n.* 3. *C. de iur. & fact. ignor. Molin. de Hispan. primog. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 24. *Affl. dec.* 305. *n.* 7. *Cõsiliar. Theod. alleg.* 60. *n.* 1. *Reg. Valenz. cons.* 25. *n.* 52. *Ego in* 1. *forens. cap.* 8. *n.* 37.

Oritur namq; ex impossibili iustũ impedimentum, quod impossibili æquiparatur, vti tradit *Ias. in l. apud*, §. Con-

Constat n.7.ff.de legat.1. Bero.conf.88. n.35.vol.1. Petr. de Vbald.de canonic. portione cap.7.n.19.Flam.Parif.de resignat.benef.quæst.13.n.7. Reg.Valēz. d.conf.4.n. 77. verf. *Prætereà.*

Impedimentum autē iuftum operatur, vt excufetur quis à pluribus,
31 nempè à refidentia, *cap. inter quatuor*, vbi *Anton.de Butr.n.2. de cleric. non refiden.* vbi *Abb.n.3.& 4. & in cap.1.& 2.eod. tit. Trotius de perfecto cleric. cap. 44. n.4. Rebuff. de priuileg. fcholaftic.priuil.29.Affl.dec.289.n.11. Nauarr.conf.10.n.2. de cleric. nō refid.* itaq; difponit *Sacrofanctum Concilium Trident.feff.6.decret.1. Reg.Valenz.d. conf.4. n.70.*

32 Proin: impeditus impedimēto facti remanēt illæfus, *cap.fignificante de pignor.cap.imputari,de reg.iur.in 6.cap. quia diuerfitatē de conceff. præben. Rot. in antiq.dec.21. de præben. n.2.* Vndè
33 excufatur à pæna contemptus, fecūdùm *Bal.in l.cum dies, §.fiquis n.1.ff. de recept.arbitr.* Et à negligentia, nam
34 impeditus non dicitur negligens, *d. cap.quia diuerfitatem, Staphil.in tract. de gratia expectat. tit. de var.mod.vacat.n.53.Flamin.Parif. d.tract.de refignat.benef.lib.11.quæft.13.n.4.* Excu-
35 fatur etiam à contumacia fecundùm *DD.*communiter in *l.2. §. quod diximus,ff.fiquis Cautio, & in l. Sancimus,* vbi *Iaf.limit.2. C.de ind. Crau.* & alij relati à *Menoch.lib.2.de arbitr. Iudic. caf.153. n.3. Guttier. lib.3.practicar. quæft.34.n.20.Boer.dec.40.n.4. Soccin. iun.conf.120. n.2. vol.3.*

36 Quodq; thefi noftrę probè collineat, excufatur à pęna, & mora, *cap. ficut vltim.de iureiur.* vbi *Hoft.& Abb. l.fi vehenda,* vbi *Bart.,ff.ad l. Rhod. de iact.& in l.continuus,§.illud n. 7.ff.de verb.obl.Abb. conf.90. circa primum n. 1.par.1.Bal.in cap.quęrelam de iureiur. n.5.* inquiens impoffibilitatem excufare emphyteotam, qui non poteft foluere canonem propter inopiam, vt non cadat à iure fuo, *Rol. à Vall. conf.42.n.28.vol.1.* infignis *Couarr.in cap.quamuis pactum par.2. relectian.§. 5.n.4.de pact.in 6.* atq; ita cum mora fit exclufa, pæna per confequens ceffabit, *l.2.ff.fiquis cautio, l. Celfus, ff.de recept. arbitr.* & conducunt exarata per *Tiraq.de retrac.lignag.§.1.glof.10 n.124.in princ. Bal. in l. non exigimus in addition.n.3.ff.fiquis cautio.& in l.fi cum dies in addition. n. 3. ff. de recept. arbitr.Natt.conf.50. n.7. lib.2. Gregor. Lopez in l.37.tit.11.par.5. glof.4. Ioseph Ludou.dec.Peruf.105.n.9. Alber. in tract.Statutor. quæft.11. n.1. Flam. Parif.d.quæft.13.n.6.& 18. Cefar de Graff.dec.3. de Conftit.n.3. Reg. Valenz.d.conf.4.n.75.*

37 Nec impedito currunt tempora à iure, vel ab homine ftatuta, *cap. 1. de prefcr.cap.illud,& d.cap. quia diuerfitatem,de conceff.præben. cap. fi electio, de elect.in 6.clem.ficut in fin. de appell.* Rot.dec.2.de dilatio. in nou. *Boer. dec. 64.n.1. Nauarr.conf.8. de renunc. n.3. Menoch.conf.38.n.35.lib.1.Reg.Valēz.* haud immemor prædictorum *d.conf. 4. n.77.*

Obicem prædictis faciebat Aduerfarius clamoribus potiùs, quàm iuribus, afferendo quod in poffe Clientis remanebat Terra Acheruntiæ, & fic non erat bonis omnibus fpoliatus, & per confequens adhuc in mora perfiftere videbatur, & periurio, vt inftrumentum liquidari potuiffet, & de authoritate *Reg. Sanfelicij*, non effe curandum fubdebat, quia ab ipfo tantùm decretum erat interpofitum, non à Tribunali.

At extēplò replicabam *Ego*, quod licèt Terra Acheruntię non effet expofita venalis, attamen prætio minor erat cęteris alijs, & de ea nec mi-
38 nùs difponere poterat Dux illius, quia in poffe Iudicis erat, quo cafu manum apponere non poteft debitor, & poterat cras exponi venalis

ex-

explicando dictionem illam *Pro nūc* in decreto Collateral. Consil. appositam, nam alia Terra, siue alia bona præter prædicta non remanent in patrimonio Ducis, qui adhuc Iudicis facto impeditus venit de Terra Acheruntiæ disponere, & sic notorium
39 est, non posse soluere, nec excussio expetebatur bonorum, aiente *Bart. in l. fin. ff. si cert. pet. & in l. decem, ff. de verb. obl. Afflict. dec. 318. n. 3. Greg. Lopez in l. 14. tit. 13. par. 5. glos. 5. limit. 14. Gomez. tom. 5. variar. cap. 15. n. 14. Gabr. comm. conclus. concl. 1. de fideiuss. n. 50. Kircon. inter commun. opinion. Doctorum lib. 8. tit. 25. C. de fideiussor. n. 129. Azeu. in l. 13. tit. 5. lib. 3. Recopil. n. 4. Gattier. consil. 50. n. 21.*

Quodq; magis est ad hunc euitandum scrupulum, offerebam *Ego* Ducis nomine Terram Acheruntiæ in beneficium Monasterij.

Quatenus verò attinebat ad authoritatem *Reg. Sanfel. d. dec. 370.* satis iustum apparebat decretum per ipsum interpositum, quod stante sequestro omnium bonorum supersederetur in liquidatione instrumentorum, & expeditione literarū executorialium, attentis iuribus, Authoritatibus, & rationibus per ipsum adductis, quibus nequidem ad Corticem satisfaciebat Aduersarius, Nec adeò facilè cuipiam permittitur tantum virum obiurgare in legali disciplina, nihilo adducto, cùm edocti simus erubescendum esse dum sine le-
40 ge loquimur ad *tex. in Auth. de trien. & semiss.* §. *Consideremus collat. 3. l. si non seruus seruum, §. non dixit Prætor, ff. de acquir. hæred. Corn. consil. 178. n. 7. vol. 1.*

41 Quid indè euenerit, Lector ne ignores? Discusso negotio, nullo interposito decreto, accersito *Me* iterum in Aula, de consensu Patrum, insinuauit Spectab. D. meus Reg. Zufia Præsidis vicem substinens post obitum Illust. Marchionis Ramon. Sac. Consil. Præsidis, esse procedendum ad discussionem nullitatū propositarum. *O rem miseram, atq; acerbam?* eiusmodi opposita exceptio, siue dilatoria, siue peremptoria, siue anomala, *toto tit. ff. & C. de except. &*
43 *dilation.* decreti incapax euasit? Edocti etenim sumus exceptiones fundari in æquitate, ad *tex. in l. quia æquitate, ff. de dol. except. Abb. in cap. inter col. 2. de except. Rebuff. in tract. de except. n. 502. Hypol. de Marsil. in tract. de fideiussor. n. 278. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 10. n. 4.* Ità sanè Dominis, qui-
44 bus summum iudicādi munus à Rege nostro Serenissimo demandatum est, visum fuit, quorum placitis acquiescere, obsequij gloria Nobis relicta est.

Alij viam præstruant ad veritatem insectandam, quæ mihi in hoc Iurgio non patuit, & impensiùs exquirant, atq; proferant. Etenim alia excutere, neq; animus, neq; otium est.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 15. Decembris 1652.

DECISIO.

Sacrum Consilium, nullo interposito decreto super exceptione prædicta, eam per processum ad vlteriora reiecit.

SUMMARIUM.

1 *Veritati vis est adhibenda.*
2 *Filiusfamilias dicitur medius homo.*
3 *Potestati alterius, qui subiacet, personam integram non habet.*
4 *Filiusfamilias gaudet beneficio* ll.ff.& C. quod cum eo.
5 *Filiusfamilias effectus sui iuris, non tenetur nisi in quantum facere potest, deducto ne egeat de iure Praetorio, nam de iure ciuili, ad nihilum tenebatur.*
6 Tex.in l.2.ff.de capit dimin.*expenditur.*
7 Dom. Vincentius de Franchis *Sac. Cons. Praeses in* dec.181.& dec.221 *ponderatur respectu obligationum filiorumfamilias.*
8 *Beneficium ne quis teneatur, nisi in quantum facere potest, operatur ne quis debeat carcerari.*
9 *Filiusfamilias non patitur exequutionem instrumenti liquidati via ritus, nec liquidationem instrumenti.*
10 Scipio Rouitus Regens, *laudatur.*
11 Tex.in l.si filiusfamilias, ff quod cũ eo, *adducitur in beneficium filiysfamilias.*
12 *Beneficium* ll.ff.& C. quod cum eo, *opponi potest ad impediendam liquidationem instrumenti.*
13 Prosper Carauita in rit. 166. n.76. in 13. quæst. *ponderatur pro filiosfamilias non carcerando.*
14 *Instrumenta guarentigiata non habent exequutionem, contra filiosfamilias.*
15 Pragmatica Regni 1. de Senatusconsul. Macedon.*inhibet contractus quoslibet filiorumfamilias sine consensu patris expresso.*
16 *Instrumentum nequit liquidari cõtra filiumfamilias, etiamsi vis fiat in iuramento.*
17 P.Andreas Molfesius consl.4.n.1. & consl.42. n.1. *probat instrumentum contra filiumfamilias liquidari non posse, nec in carceribus detrudi.*
18 D. Io.Franciscus Sanfelicius Regẽs dec.190.*tenet contra filiumfamilias instrumentum liquidari non posse.*
19 *Filiusfamilias an possit renunciare beneficio* ll. ff.& C. quod cum eo.
20 *Renunciatio beneficio* ll.ff & C. quod cum eo, *per filiumfamilias nõ tenet.*
21 *Beneficium* ll.ff.& C. quod cum eo, *est personale, cui renunciari nequit etiam cum iuramento.*
22 *Filiysfamilias gaudent beneficio* ll. ff. & C.quod cum eo, *miserationis gratia.*
23 *Filiusfamilias obligari praesumitur reuerentia paterna, dum de pecunia ad eum nihil peruenit, quo casu videtur merus patris fideiussor.*
24 *Beneficio* ll.ff.& C.quod cum eo, *renunciari non potest, nisi in specie, & in indiuiduo.*
25 *Filiusfamilias obligans se ad debita patris absq; causa, nihilo accepto, ad nihilum tenetur.*
26 *Exceptione opposita quod quis sit filiusfamilias, nequit instrumentum via ritus liquidari.*
27 *Patris praesentia nihil operatur quãdo filius se obligat in rem patris.*
28 *Metus amissionis honoris, praesumit contractum meticulosum, & ideò rescindendum.*
29 *Contractus annullatur ex metu dedecoris*

coris pluſquam ex alio metu.

30 Ciceronis *locus expenditur in* Oration pro Pub.Quinct. *honorem ſupra omnia eſſe exiſtimandum.*

31 *Leſio, & reuerentia reddunt contractum nullum, vel ſaltim reſcindendum.*

32 *Mendaci nulla eſt adhibenda fides.*

33 *Notarius atteſtans vidiſſe inſtrumentum confectum cum Iudice, & teſtibus per alium Notarium, nullam prabet fidem.*

34 *Notarius atteſtans de alio inſtrumẽto initio per alium Notarium, non probat, etiamſi tota ſcriptura, vel priuilegium ſit inſertum, vel tranſumptum in dicto inſtrumento.*

35 Affl.dec.48. *pro ſingulari adducitur, quod ſi Notarius in inſtrumento capitionis poſſeſſionis faciat mentionem de alio inſtramento emptionis confecto per manus eiuſdem Notarij, non probat illud inſtrumentum enunciatum in eo.*

36 *Notarius inquiens prout conſtat in inſtrumento procurationis facto per manus mei Notarij, non probat.*

37 *Notarius non rogatus de inſtrumẽto, licet de eo atteſtetur, non probat.*

38 *Inſtrumẽtum liquidans aliud inſtrumentum præſentatum via ritus, debet præſentari* Curia *pro Tribunali ſedente.*

39 *Citatio dicitur lapis angularis iudicij.*

40 *Filius, qui in inſtrumento aſſeritur, pro tali eſt habendus, & aſſerenti cõtrarium, incumbit onus probandi.*

41 *Paternitas præſumitur, cùm nemo ſine patre naſcatur.*

42 *Patria poteſtas præſumitur, data paternitate.*

43 Carauita *impugnatur à* Conſiliario Paſchale in locis indicatis.

44 Prag.1. de Senatuſconſul. Maced. *excipit filioſfamilias emancipatos, vel viuentes ſeorſum ab eorum patribus.*

45 *Creditor debet probare filiumfamilias eſſe emancipatum, vel viuere ſeorſum à patre.*

46 *Status mutatio in filioſfamilias non præſumitur.*

47 *Facti quæ ſunt, non præſumuntur, ſed indigent probatione.*

48 *Filiusfamilias interim eſt quis iudicandus, dum patrem edocet.*

49 *Diſpoſitio* Prag. 1. de Senatuſconſul. Macedon. *verificatur in eo, qui habet præſumptionem, quod ſit filiusfamilias.*

50 *Filiusfamilias ob ingreſſum patris in Religione, eiuſq; profeſsionem, efficitur nouus homo.*

51 *Ratificatio contractus initi per filiumfamilias, excludit beneficium* ll.ff & C. quod cum eo.

52 *Filiusfamilias ſui iuris effectus, ratificans inſtrumentum aliàs à ſe factũ ſimul cum patre, pro debito ſpectante ad patrem gaudet beneficio* ll. ff. & C. quod cum eo.

55 *Initium, & cauſa attenditur in contractibus.*

54 Paſchalis *Conſiliarius adducitur* de virib.poteſt.cap 6.n.18. par. 1. *pro filioſfamilias ratificante contractum initum tempore quo erat ſub patria poteſtate, effecto iam ſui iuris.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumenti præſentationem, via ritus Magn.Cur.Vicariæ, non procedere contra filiũ. familias obligatum inſimul cum patre, ſuiq; iuris effectum, opponentem beneficium *ll. ff. & C. quod cum eo,* quinampliùs:liquidatio perfecta ſi fuerit, eſſe prorsùs

Eee 2 im-

impediendam, nedùm iuribus, & Authoritatibus, verùm etiam quãplurimis Sacri Regij Consilij determinationibus iudicatum recẽsetur.

Beneficio à lege introducto, ne filijsfamilias sui iuris effecti, conueniri queant ex cõtractibus initis insimùl cum patre, dum sub eius potestate erant, nisi inquantum facere possunt, deducto ne egeant, renunciari non posse, nisi in indiuiduo, & certiorati, renunciauerint ad oculum insinuatur.

Filiusfamilias obligans se in causam patris, siue ob eius iussum, nihilo sibi peruento ex obligatione prædicta, patre mortuo, vel per emancipationem ab eius patria potestate exutus fuerit, ad nihilum tenetur ex contractu prædicto, imò vti patris fideiussor, protinùs censetur liberatus.

Emancipatio non præsumitur, nisi per creditorem probetur, quilibet etenim filiusfamilias præsumitur, qua præsumptione stãte nequit creditor contra illum agere, nisi obligatus fuerit secundùm formam traditam à *Pragm. 1. de Senatusconf. Macedon.* aliaq; plura non iniucundè adducuntur, & ponderantur.

P R O

Illust. Duce Acheruntiæ.

C V M

Regali Monasterio Sancti Martini.

RESPONSVM XXXIX.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

VErum verè vt fatear; Teste etenim Eloquentiæ Principe *Marco Tullio Cicerone* in *Orat. pro Pub. Quint. Adhibenda vis est*
1 *veritati.* Perperam ne fortasse Ego fecisse existimer, in mea præstanda opera Illust. Duci Acheruntiæ, aduersus instrumenti præsentationem via ritus Magn. Cur. Vicariæ excitatam per duos RR. PP. Religiosos Professos Ordinis Carthusiensis, degentes in Venerab. Conuentu Sancti Martini huius Fidelissimę Ciuitatis, om-

omnes intendi curas, omnesq; obmolitus, sum vires pro victoria aucupanda, Cumq; post multos labores, multorumq; dierum longas disputationes, anceps diù Iurgij fortuna penderet, tandem inclinata Clientis acie, decreto Sac. Regij Consilij, quo fuit prouisum, *Remaneat Ill. Cliens cõdemnatus, & pœna ponatur*, penès Aduersarios victoria fuit, à quo sanè decreto, reassumptis viribus, dum nullitatum præsidio aduersus decretum prædictum Clientis iura tuendo, ad arenam descenderim, pluresque nullitatũ species proposuerim, ex quibus decreti reuocationem obtinere haudquaquam animus fluctuabat, dum de ipsarum nullitatum discussione indicta die (seu mauis) statis singulis diebus peculiari Excellentiss. D. Proregis diplomate, agendum erat, Necessitatem vigilijs superãdam, putauimus, vndè Actuarij vice, nouam in Aula proposui nullitatem, minùs antea indicatam, quæ vt ineuitabilis dignoscatur, non sum veritus breui verborum compendio comprobare, in spem ductus, Supremi certaminis fortunam Clienti aliquando secundam adstituram, sub auspicijs Dominorum meorum, qui eorum hac in Iudiciaria pugna calculum sunt subituri, præliumque dirempturi.

Nullitas hæc est propemodum, Nam Illust. Dux filiusfamilias, post ingressum patris in Religione Clericorum Regularium, in qua professionem emisit, effectus fuit nouus
2 homo (Scitum est enim filiumfamilias medium esse hominem non in-
3 tegrum, Nam qui in potestate alterius est, personam integram non habet, *Glosa* est notabilis in *l. fin.* vers. *In necessitate*, verb. *Imponenda*, C. *de bon. qua liber.* vbi communiter *Scribentes*, *Afft. dec.* 160. *n.* 5. vers. *Sed qui est in alterius potestate*, *Reg. Sanfelic. dec.* 190. *n.* 1. vers. *Et quoad reintegrandam par.* 2.) ideòq; in eius beneficiũ
4 facere *text.* apertos *in l.* 1. *&* 2. *ff. &* C. *quod cum eo*, & sunt iura concordãtia in *l. si dubitetur*, §. *filiusfamilias*, *ff. de fideiussor. & in l. exhæredatum*, vers. *Quemadmodum*, *ff. de reiud. & in l. diuus*, *ff. de reiud.* quorum memor fuit *P. Molfes. cons.* 42. *n.* 15. vers. *Quod attinet*, quibus cautum est filiumfam.
5 non teneri, nisi in quantum facere potest, deducto ne egeat inspecto iure prætorio, nam de iure ciuili ad
6 nihilum teneri statuit *Consultus in l.* 2. *ff. de capit. dimin.* quem *tex.* ad hoc more suo magistrali, adducit, & post *Odofr. Bart. Paul. de Castr. & Iason. in sedib. indicatis*, vti veram exornat pro-
7 positionem *D. de Franch. dec.* 181. *n.* 4. 5. 6. & *dec.* 221. *n.* 2. in qua *dec. in princ.* apparet casum euenisse in filiofamilias citato super tenore instrumenti, ibi, *Filiusfamilias, qui cum patre se obligauit, citatus super tenore instrumenti liquidi virtute ritus Magnæ Curiæ, contumax reputatus, & demum carceratus, instabat se liberari à carceribus, eo quia per dispositionem l.* 2. *ff. &* C. *quod cum eo, non tenebatur, nisi*
8 *in quantum facere poterat, quo casu nõ est locus carcerationi.* Hæc *D. de Frãch.* qui *n.* 13. qui est *finalis* subdit Sacrũ Consilium inclinasse pro filiofam.
9 (eius propria verba expẽdamus) *Sed quia creditor asserebat velle in facto nonnulla deducere, quod dolosè filiusfamilias se gesserit mandauit Magn. Cur. quod ipsum liberaret sub fideiussione de stando iuri in forma, & de se præsentando, & dares terminum in causa, non obstante quod debitum esset instrumentarium, pro quo seruata forma ritus, quãdo contra instrumentum opponitur, debitor deberet dicere causam in vinculis.*
10 Et nè longiùs abeamus, Nonnè peritissimus ille vir Iurium Regni enucleator *Reg. Rou. in Commentar.*

ad

ad Prag. de Senatusconf. Maced. n.24. post insinuatum *Carau.* placitum *in d.prag.1.§.12.post n.63.* tradit *n.25. & 26.* veritatem hanc quam tutamur, nitidioribus verbis, ibi, *Est sciendum, quod dictum beneficium potest opponi etiam post sententiam ad impediendum exequutionem sententiæ, ut est tex.*
11 *in terminis in l.si filiusfamilias, ff. quod cum eo, & latè cõsuluit Minad. conf.17. qui ità obtinuit ipsomet teste in Constit. In aliquibus notab 2.n.34 in fin. & n. 26.* idemet Reg. Rou. vt indubiam thesim hanc insinuaret, subdit, *Imò potest etiam opponi ad impediendum liquidationem instrumenti, ac executionẽ instrumenti liquidati, cum sit exceptio proueniens, ex eodem fonte, iuxtà tradita per doctiss. Præsid. de Frãch. dec.181.*
13 & in terminis *Carau. in rit. 166. n.76 in 13. quæst.* vbi format quæsitum, *Quid si debitor citatus comparet, & dicit se filiumfamilias, & sine præsentia, ac expresso consensu sui patris contraxisse, numquid hoc allegato, carcerabitur?* Et resoluens quæstionem, tam
14 de iure communi (inquit) instrumẽta guarentigiata nõ habere exequutionem contra filiosfamilias, secundùm *Bal. & Paul. de Castr. in l fin. §. necessitate n.8. C. de bon. quæ liber. Canar. de exequut. instru. quæst.18. Barz. de instrum. guarentig. par 3. quæst.6. Io. Bernard. Pand.* super *eod. rit.166. par. 2. declar.17. n 32.* tum etiam quia in Regno adest *Prag.* incip. *Per excellen-*
15 *tem Senatusconsul. Macedon.* quod cõtractus omnes filiorumfamilias fine consensu patris expresso non valeant.

Iisq; mirificè adstipulatur idemet *Carau. in Commentar.* super *d. prag. §. 12. n.70. in fin. Nunt. Tartagl. in pract. ciuil cap.1. n 30. in fin.* adeòq; veritate niti, prædicta, adstruit *Minad. cõs. 17.* vt etiam locum sibi faciant, etiãsi
16 instrumentum vallatum esset iuramento, quia eo non obstante, nequidem ad illius liquidationem procedi potest; vndè *P. Molfes. conf.4. n.1. & cons.42. n. iisdem 1.* tradit, omnium communem esse opinionem, & in iu-
17 re verissimam, quod contra existentem sub patria potestate, nec instrumentum liquidari possit, nec ipse in carceribus detrudi, *Giurb. dec.44. n.4. vers. Nec mirum,* vbi verba facit secũdùm praxim huius Regni, *Amendol. in addit. ad D. de Franch. d. dec.221. n. 3.* ibi, *Exceptio beneficij l. 2. quod cum eo, potest opponi ad impediendam liquidationem instrumenti, & executionem,*
18 *Reg. Sanfel. dec.190. n.8.* ibi, *Per prædictam exceptionem, impeditur etiam instrumenti liquidatio, iuxtà ritum Magn. Cur. D. Reg. Rou. d. prag.1 ad Macedon. n.26 vers. Item potest opponi, Præsid. Reg. Cam. Amat. cons.41. per tot.* vbi *in fin.* ita lunctis Aulis iudicatum recenset, nonnulla per *D. Thor. in Compend. par. 1.* verb. *Exceptio legis quod cum eo.*

Vno tantùm in casu, difficultas emersit secundùm præfatos Autho-
19 res numquid filiusfamilias potuerit renunciare beneficio *dd. ll. quod cum eo?* & qualiter renunciatio esset concipienda? qua in re ne fimbrias dila-
20 temus, satis erit vt indicemus *P. Molfes. d. cons.42. n.15.* non sine delectu legentium, ac ingenti eius labore, onus assumpsisse, determinationes editas varijs, discriminarsq; temporibus vnius æui peracto curriculo, in fauorem filiorumfamilias seriosè adducere ad *numerũ* vsq; 29. & *D. Reg. Rou. in d. Prag. 1. de Senatusconf. Macedon. n.35. vers. Sed vtrum* apertè sustinet non posse illi renunciare, eà nempè ratione, quia beneficium est
21 personale, *Glos. in l. quia tale,* alias *l. alia, §. eleganter in fin. ff. sol. matr.* Imò neque etiam cum iuramento ex traditis per *Cappell. Tholos. dec.258. Zas. in l. maritum n.35. ff. sol. matr. Alciat. in cap. cum contingat n 72. de iureiur. Cornarr.*

narr. in cap. quamuis par. 2. in princ. n. 4. vers. *Postremò*, & *n.* 8. vers. *Quinto de pact. in 6.* & in puncto *Couarr. de execut. instrum. quæst.* 24. *in finalib. verbis*, *Dom. de Franch. dec.* 181. *n.* 8.
22 inquiens beneficium prædictarum *ll. quod cum eo*, fuisse concessum filijs-
23 familias, miserationis causa, cùm filiusfamilias se obliget reuerentiæ paterna ad solutionem pecuniæ, de qua nihil ad eum peruenit, & vide-
24 tur merus patris fideiussor, vndè nō videtur posse renunciari, nisi in specie, & indiuiduo, *l.* 1. vbi *Cyn.* *C. quan. Imper. inter pupill. & viduas*, *Rom. cons.* 168. & facit *tex. in l. doli clausula*, *ff. de verb. oblig.* secundùm *D. de Franch. d. dec.* 181. *n.* 8. & plenè *Reg. Ron. in d. prag.* 1. *n.* 37. vbi formulam renunciationis edocet post *Giurb. dec.* 42. *n.* 3. *vsq. ad* 14. quæ quidem attingere satiùs putamus, dū extra nostrum institutum sunt, non etenim renunciatio aliqua secernitur valida ad metam iuris communis, & municipalis ex præexaratis.

Quin amplius: robur accipit nullitas de beneficio *dd. ll. quod cum eo* proposita, ex nullitate consisten-
25 te, quia Dux filius absq; causa se obligauit ad debita propria patris, nihilo accepto, imò in rem ipsiusmet patris, scil. vt impedimentum præstitum professioni emanandæ in d. Religione Clericorum Regularium per dictum Monasterium tolleret, & ex instrumento præsentato apparet Nouitium appellari Ducem patrem *fol.* 2. *in fin.* & ex alio instrumento eodem die 19. Nouembris 1649. corā eodem Notario, ijsdemq; testibus iam producto secernitur sublatum impedimentum, quò fit vt ex ipso instrumēto ad nihilum teneatur, nec iuramentum quicquam operetur ad illud validandum, vti apposité tradit *Menoch. d. cons.* 17 post *n.* 4. *Loffr. cōs.* 17 *n.* 37. *D. de Franch. d. dec.* 181. *n.* 8. & *dec.* 119. *n.* 5. *Gabr. comm. concl. tit. de iur. dot. cōcl.* 1. *n.* 8. & 10. *Couarr. Dec. Sess. Caph.* & *alij*, quos probat *Simonell. in tract. de decret. n.* 1. *tit.* 8. *n.* 131. *in* 6. *tom. tractatuum par.* 2. *pag.* 330. quos recenset *P. Molfes. d. cōs.* 4. *n.* 15. vers. *Nō omittimus dicere*, subdens q̄
26 eiusmodi exceptione opposita, non potest procedi ad liquidationem instrumenti, nec ad carcerationem, sed procedendum est via ordinaria cùm clarum sit, instrumentum, quod aliquam exceptionem patitur, non esse liquidum, vti omnes docent, & solidè affirmat *D. Reg. Ron. in d. prag.* 1. *n.* 47. vers. *Hæc quæ dicta sunt*, inquiens, exarata de beneficio *ll. Quod cum eo*, procedere attenta mera dispositione iuris communis, sed attenta dispositione d. pragm. nullum contractum valere nisi filijfamilias se obligent in præsentia patrum, vel sint emancipati, vel habitent seorsum cum familia, & si contractus cedit in benefi-
27 cium patris adhuc si præsens esset, nullus erit ipso iure, quia illa præsōtia patris nihil in hoc casu operatur *Consil. Paschal. de virib. patr. potest. cap.* 6. *n.* 2. *vers. Iam pleniùs.*

Vt indè pateat instrumentum nedùm in causam patris, & ob eius ius-
28 sum processisse, verùm etiam ob metum amissionis existimationis, & honoris, qui sanè metus saltim præbet aditum rescisioni contractus, de quo est *tex. in l. isti quidem*, *ff. de eo quod met. caus.* ibi, *Cum iste metus viris bonis maior esse debeat, quàm mortis*, *Glos. in cap. cum dilectus*, verb. *Metum mortis*, *ff. de his quæ vi metusuè caus. fiunt D. Consil. Theod. alleg.* 19. *n.* 5.
29 inquiens ex metu dedecoris annullari contractum plusquam ex quolibet alio metu, *Gram. dec.* 5. *n.* 10. & *dec.* 8. *n.* 12. *Giux. dec.* 18. *n.* 1. & 33 *Sur. dec.* 59. *n.* 2. & est *tex. in l. iusta*, *ff. de manum. vindict.* Quid etenim inquit
30 *Cicer. in Orat. pro Pub. Quinct. homini* pe-

test turpiùs, quid verò miseriùs, aut acerbiùs vsu venire? quòd tantum euenire dedecus? quæ tanta calamitas inueniri potest? pecuniam si cuipiam fortuna ademit, aut si alicuius eripuit iniuria: tamen dum existimatio est integra, facilè consolatur honestas egestatem.

Accedente quoq; reuerentia erga
31 Ducem patrem, & læsione enormissima, ex quibus contractus nullus iudicatur, vel saltim rescindendus venit, ad *tex. in l. 1. §. quæ onerãdæ*, vbi *Bart.* & *cæteri ff. quarum rer. actio non det. Barbat. cons. 60. vol. 1. Brunor. à Sole in Compen. resolutor.* verb. *Renunciatio lo 13. Rol. à Vall. cons. 100. n. 131. vol. 4. Ann. alleg.* 88. *D. de Franch. dec. 119. n. 5. Peguer. dec. 153. Thes. dec. 66. Anton. Fab. in Cod. eius nominis, diffin. 1. & 10. C. de in integr. restit. Reg. Rou. in d. prag. 1. de Senatuscons. Maced. in fin. Thes. dec. 223. n. 9. D. Capibl. in 2. vol.* super *prag. 3. de Baron. cap. 10. n. 8. & cap. 63. n. 9. Ego in 1 forẽs. cap. 27. n. 44. & seqq.* vbi quamplura congessi.

Nec facessit negotium, si dicatur ex instrumento apparere Ducem filium fuisse emancipatum, & sic omnia prærodinata in eius beneficium corruere: Nam facilis sese affert responsio, Etenim licèt in instrumento *fol. 2.* asseratur emancipatio mediante instrumento die 30. Mensis Septembris 1642. manu Notarii Caroli Gratiani de Neapoli, cuius copiam attestatur Notarius rogatus de instrumento præsentato, penès ipsum conseruari in præsenti actu, flocci pendenda est eiusmodi assertio, nam in primis mendacium asserit Notarius, qui in instrumento præsentato non inseruit, ideòq; illi vti mendaci
32 nulla est adhibenda fides, argum. *tex. in l. 1. §. quæsitum*, ibi, *Si enim docuerit, vel falsò, vel non ita se habere, quæ scripta sunt, nihil videtur impetratum, ff. de appellatio.* & facit *l. 36. tit. 18. par. 3.* ibi, *Que si carta fuesse ganada, diciendo mentira, y en cubriẽdo verdad, que no deue valer, Reg. Valenz. cons. 69. n. 91. vol. 1.*

33 Insuper nullam fidem facere eiusmodi assertionem Notarii, adduco *tex.* in terminis vulgatum, sed insignem in *Auth. Siquis aliquo, C. de eden.* canonizatum in Sac. Cons. apud *Affl. dec.* 273. qui refert decisum, quod Notarius attestans tale instrumentũ factum cum Iudice, & testibus se vidisse confectum per manus alterius Notarii nullam præbet fidem, & post *Castrens. in d. Auth.* tradit *Alber.* ibi in practica obtinuisse *Ang. in l. sciendũ, ff. de verb. obl. Abb. in cap. Abbate Sancti Siluani*, verb. *Fiat fides de verb.*
34 *sign.* vbi procedere tradit etiamsi totum priuilegium, sit inser-
35 tum, vel transumptum in dicto instrumento, idemq; *Affl.* notabiliter tradit *dec. 48. n. 2.* quòd si Notarius in instrumento captionis possessionis faciat mentionem de alio instrumento emptionis confecto per manus eiusdem Notarij, non probat illud instrumentum enunciatum in eo, inquiẽs benè dicere *Angelũ*, quod
36 si Notarius dicit in instrumento, prout constat in instrumento procurationis facto per manus mei Notarij, non probat per *tex. in l. si dona-*
37 *tio, C. de don.* ea ratione, quia Notarius non est rogatus de hoc.

38 Rursùs: Curia pro Tribunali sedente non fuit præsentatum instrumentum assertum emancipationis, sicuti pernecessè præsentari debuisset ad hoc, vt ex eo instrumentũ crediti liquidari potuisset ex dispositione *ritus Magn. Cur.* 167. vbi *Carau. n. 30.* & *Reg. pragm. 4. de instrum. liquid.* quam benè exornat *D. de Frãch. dec. 420. n. 2.* idcircò apocryphum erit existimandum, & inallegabile.

Prætereà; in citatione expedita
per

per RR. Monachos super tenore instrumenti, erat facienda expressa mentio instrumenti prædictæ eman-
39 cipationis, quia illa citatio dicitur lapis angularis executiui iudicij, §. *Omnium Instit. de pena temerè litigan. cap. gratum*, vbi *DD. de Offic. delegat.* post multos *Reg. Valenz. conf. 6. ex n. 1. lib. 1.* & tamen nullibi in d. citatione, nè verbum quidem de ea profertur, sicuti pernecessè erat, inconcussaq; praxis, eaq; quotidiana insinuat.

Qua de re: dum in instrumento præsentato ex Aduerso Curia pro
40 Tribunali sedente Dux filius asseritur, pro tali est habendus, & asserenti cõtrarium incumbit onus probandi ex dictis per *Fulu. Pacian. de probat. lib. 2 cap. 23.* vbi plenè, eumq; laudat, & amplectitur *D. Reg. Rou. in d. prag. 1 n. 1.* vers. *Ad materiam*, *Consiliar. Paschal. loc. cit. n. 7.* vers. *Veriùs enim est*, dum inquit, quod filiusfamilias asserens se sub patria potestate constitutum, habet intentionem
41 fundatam, nam paternitas præsumitur cum nemo sine patre nascatur, *l.*
42 *si quis patrem, ff. ad Macedon.* & data paternitate, præsumitur patria potestas, *l. filium diffinimus, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* & *l. si emãcipati*, eũ ibi notatis per *DD. C. collat.* quic-
43 quid in contrarium adstruxerit *Carau. in d. prag. 1 § 12. n. 1. & seq.* quẽ obiurgat *D. Paschal.* subdens fortiùs prædicta procedere attenta disposi-
44 tione *d. Prag. 1.* nam cum excipiantur duo casus, scil. quando filifamilias sunt emancipati, vel viuunt seorsum ab eorum patribus, ideò eum regula prohibitiua sit contra creditorem, certum est, quod si agit contra filiumfamilias, tanquam solutum à patria potestate per emancipationem, vel ex eo quod viuit seorsum à patre, onus probandi hanc quali-
45 tatem, incumbit ipsi creditori cum sit fundamentum suæ intentionis, nã
46 status mutatio in filiofamilias non præsumitur, *l. eum qui ff. de probat.* & modi, ex quibus vsus patriæ potestatis soluitur cum in facto consistant, probatio requiritur; Quibus addo *Ego* omninò probandam esse emancipationem, nam cum in facto con-
47 sistat, non præsumitur, ad *tex.* capitalem in *l. in bello, §. facti, ff de captiu. &*
48 *postlim. reuers.* Intereà Dux vti filiusfam. est dijudicandus, & habendus, & vti talis gaudere debet beneficio *ll. & C. quod cum eo*, & in eo pariter
49 verificari debet dispositio *d. prag. 1. Menoch. de præsump. lib. 6. pres. 55. n. 8. D. Consiliar. Paschal. vbi sup. d. n. 9. circa med.* vers. *Ideò.*

Pro coronidè: quo pacto negari potest Ducem filium sub patris potestate extitisse quando se obligauit insimul cum patre de anno *1636.* die *16.* Aprelis ad beneficium Monasterij pro sorte capitali duc. *6800.* pro quibus vendiderunt insolidum Monasterio ann. duc. 544? quod sanè instrumentum insertum in instrumento modo præsentato via ritus *fol. 12. eod. instr.* adhuc liquidari est petitũ, Vndè (si demus manus) emancipationem interuenisse (quod absurdum est asserere, dum de ea non constat) adhue instrumentum prædictũ duc. 6800. liquidari nequit, quia modò
50 effectus Dux per mortem patris ob professionem in Relig. nouus homo, ad *tex.* cum ibi notatis in *Auth. Ingressi, C. de Sacros. Eccles.* siue per assertam emancipationem gaudet beneficio *dd. ll. quod cum eo*, & instrumentum liquidari minimè potest ex dictis *hoc eod. Respons.* vers. *Nullitas hæc*, nam emancipatio asseritur facta de anno *1642.* & instrumentum prædictum fuit confectũ de anno *1636.* vti modò indicauimus.

Quod si quispiam excipiat, contractum de anno 1649. ideòq; ex no-

51 uo hoc contractu oriri obligationẽ, & amissionem beneficij, *quod tum eo, ex tex. in d. l. 2. C. eod.* ibi, *Vel sue potestatis constitutus*, & ex tex. *in l. fin. ff. eod.* & ex *l. filiusfamilias tutelam, ff. de tutel. & ration. distrah.* quæ iura allegat D. *Rou.* in toties recensita *prag. 1. n. 27.* vers. *Sed quid si filiusfamilias.*

Audiat amabò, excipiens (quisquis ille fuerit) exceptionẽ in facto claudicare; nam ex dictis vbi sup. proximè vers. *Pro coronide*, adhuc Dux in potestate Ducis patris existere fecernitur, & sic stat opposita exceptio.

Deficit itidem in iure; Nam etiãsi 52 filiusfamilias sui iuris effectus, instrumentum aliàs à se factum simul cum patre, pro debito spectante ad patrem ratificauerit, adhuc beneficio *dd. ll.* gaudebit, ea ratione, quia in 53 contractibus attenditur initium, & causa, de quo sunt iura expressa in *l. si procuratorem in princ. 1. respons. ff. mandat. l. 1. §. non solum in fin. ff. depos. l. Pomponius la 2. ff. de negot. gest. l. 3. C. ad Macedon.* quem in terminis esse, tradit doctissimus Reg. *Rou. in d. prag. 1. n. 28. & seqq.* vbi perbellè in proprio casu pro filiofamilias veriorem opinionem tradit, omninò (si libet Dominis meis) per ipsos reuidẽdus; Mihi etenim præfata cespitanter cõgerenti, tãti viri scripta transcribere, nec animus, nec otium est. Videndus 54 tamen est *Consiliar. Paschal. in d. cap. 6. n. 18. par. 1.* vbi ex pluribus hanc quoq; sustinet opinionem.

Laus Deo, Beatæque Virgini Mariæ. Neap. die 16. Mens. Decembris 1652.

D E C I S I O.

D*IE Mercurij 29. Ianuarij 1653. indicta extra statos dies Relationum Magn. Cur. Vicariæ per Spectab. Dom. Regentem Bernardum Zufia Præsidis Sac. Consil. munus etiam subeuntem, in executionem diplomatis Excellentiss. Dom. Regni Proregis, quo mandauit de ea tractari singulis diebus, Iunctis Aulis, donec determinatio suum vindicaret exitum, Interuenientibus prefato Dom. Præside, ac DD. Consiliarijs Francisco Antonio Muscettula, Aloysio Gamboa, Carolo Brancacio, D. Andrea de la Torre, Stephano Carrillo, Antonio Capiblanco, D. Felice Vlloa, & Io. Maria Campana (Non interfuit Io. Franciscus Marcianus, quia infirmus, nec Illust. Dux Canzani Consiliarius Donatus Coppula, quia occupatus in Officio Secretarius Regni) Referente Iudice Magnæ Curiæ Carolo Amato, manauit decretum* Nullitates non obstare, & proindè depositum pro pæna liberetur Regiæ Curiæ, & pto ea Magnifico Secretario Sac. Conf.

Penès Magnif. Secr. Sac. Conf. & Act. Magn. Cur.
Marcum Salernum.

Responsorum ad enucleationem Rituum Magn. Gur. Vicariæ de præsentationibus, seu liquidationibus Instrumentorum

F I N I S.

RESPONSA FISCALIA

AB AVTHORE EDITA,

Dùm pro Fisci Patrono Magnæ Curiæ Vicariæ breui dierum intercapedine, qua Dom. Fisci Patronus ægrotauit, munus, vicemque sustinuit, cum determinationibus indè subsequutis.

SVMMARIVM.

1 *Duellum in Regno damnatur peculiaribus Pragmaticis.*

2 *Duellum fuit inuentum à Diabolo.*

3 Prag. 1. & 2. de Duell. *quid disposuerint ad Duellorum execrationem.*

4 *Duelli pœna quæ sit hodie ex dispositione* Prag. 2. de Duell.

5 Comes Castrilli Regni Prorex Excellentissimus *laudatur.*

6 *Assumpta* Authoris *ad probandum Duella esse omni iure prohibita, & in Regno detestata, adducuntur.*

7 *Monomachia, siue Duellum est prohibitum de iure diuino.*

8 *Duellum nemo offerre potest, nec oblatum suscipere.*

9 *Prohibito uno, censetur prohibitum omne id, per quod peruenitur ad illud.*

10 *Duellum est inhibitum de iure canonico.*

11 *Deus tentatur ex Duello, ideò detestandum.*
12 Iulius II. *edidit Constitutionem ad execrationem Duelli.*
13 Leo X. *ad Duelli detestationem confirmauit Constitutionem* Iulij II
14 Clemens VIII. *confirmauit constitutiones Antecessorum ad detestanda Duella*
15 Concilium Tridentinum, *quid decreuerit aduersus Duella, & Duellatores.*
16 Pius IV. *Constitutiones ampliauit aduersus Duella.*
17 Gregorius XIII. *Concilij Tridentini ordinationem aduersus Duella ampliauit.*
18 Clemens VIII. *plura decreuit aduersus Duella, & Duellatores.*
19 *Duellum est prohibitum iure gentiū, & ciuili.*
20 *Ius gentium fundatur super naturali æquitate.*
21 *Duellum in Regno est prohibitum per* Constit. Monomachiam.
22 *Gens nulla ratione viuens, permisit Duella, nisi perrarò.*
23 *Duella olim in Hispania fuerunt tolerata, & postmodum reuocata.*
24 *Galli pluribus Regijs Edictis Duella prohibuerunt.*
25 *Lusitani Duella prohibuere, etiam sub pœna amissionis bonorum.*
26 *Duellum triplex dicitur.*
27 *Duella ad conseruationem boni publici quando admittuntur.*
28 *Duellum acceptatum à* Fratre Leonardo Prato *in seruitium Serenissi. Reipublicæ Venetiarum, quare licitum fuerit.*
29 Leonardus Pratus *Eques Hierosolymitanus quanti existimatus fuerit à Serenissi. Republica Venetiarum, quibusuè honoribus fuerit cohonestatus ob præclara eius gesta pro eadem Republica militando.*
30 Author, *eiusq; fratres gaudent ad præsens domo sita in* Ciuitate *Paduæ, fideicōmisso subiecta* Leonardi Prati.
31 *Principis munus est ordinare ne Duella fiant.*
32 *Capitula Regni pro bono pacis inter subditos conseruando enucleantur.*
33 *Pragmaticæ detestantes Duella vndè manarunt.*
34 *Legum correctio odiosa est.*
35 *Correctio legum non inducitur per tacitos, & subauditos intellectus.*
36 *Lex non potest corrigi sine aliquali legislatoris reprehensione.*
37 *Vnumquodq; solui debet eo vinculo, quo est colligatum.*
38 *Abrogatio legum non fit, nisi noua fiat lex.*
39 *Lex abrogatur per contrarium vsum.*
40 *Leges scriptæ, non sunt facilè mutandæ, nè res abeat in contemptum.*
41 *Lex non abrogatur per non vsum.*
42 *Priuilegium an amittatur per non vsum.*
43 *Priuilegium faciliùs amittitur per nō vsum, quàm ius commune, quod an sit verum* n. seq.
44 *Priuilegium non amittitur per non vsum, sed per contrarium vsum.*
45 Scipio Rouitus Reg. in Commentar. ad Prag. 1. de Duell. *minimè asseruit illam fuisse antiquatam*
46 Donatus Antonius de Marin. in 1. quotidian. resol. cap. 110. *declaratur.*
47 Prag. 1. de Duell. *non esse in obseruātia insinuat altera* Prag. eod. tit.
48 *Lex ob paucorum annorū decursum, non potest dici antiquata.*
49 *Causa euentus recensetur.*
50 *Duelli materia plenè exarata à* Dom. Larr. allegat. 114. 116. & 117. *ab* Authore *indicatur.*

AR-

ARGVMENTVM.

Monomachiam,ſiue Duellum, cuius inuentus meritò Dæmoni infeſto humani generis hoſti tribuitur,omni iure fuiſſe deteſtatum, Diuino quippè,Naturali, Gentium, Canonico,& Ciuili, ac quãplurimis toto Orbe Edictis, Proclamatibus, Concilijs, Conſtitutionibus, Pragmaticiſq; Sanctionibus, diſertè eos percurrendo inſinuat *Author*,qui pariter onus aſſumpſit ſigillatim omnia memorari, ac rationes, quibus legum Conditores moti fuere ad Duella deteſtanda, quæq; mala ex illorum vſu acciderint.

Duella in Regn. nedùm per *Conſtitutionem* incip. *Proſequẽtes*, *Rubr. de pugn ſublat.* & alterãincip. *Monomachiã rubr. In quib eaſib pugn. loc. hab. Monomachia*, verùm etiam per geminatas Pragmaticas Sanctiones fuiſſe deteſtata, ac inhibita, nec Pragmaticas prædictas fuiſſe abrogatas, aut antiquatas, ſiue deletas per contrarium vſum, ſiue per non vſum, quæq; Pragmatica inobſeruata fuerit, non inconcinnè explanat *Author*, qui occaſione arrepta tradit, quę requirantur ad hoc vt lex dicatur abrogata, & quando per non vſum antiquata dici queat,quodq; DD.adſtruxerint in priuilegijs An dicantur amiſſa per nõ vſum, vel requiratur contrarius vſus, ad quod adducitur celebre Sacri Regij Conſilij Neapolitani ſcitum apud *Gizz. ar. dec. 70.*

Principis munus eſſe ne Duella permittantur, vndè probetur,& nõ abs re enunciãtur Capitula edita in Regno à Sereniſſimo Rege Roberto de anno 1332. quæ Pragmatici *Conſeruatoria* appellare cõſueuerunt, quaſi quod ex ijs, pax inter ſubditos conſeruetur, atq; coaleſcat.

Duella ab hoſtib⁹ in bello iuſto oblata,poſſe iniri,& acceptari ſi non propter vanum finẽ fiãt,ſed præcipuus ille ſit ad cõſeruationẽ bonę famę, ac nominis apud exercitũ hoſtilem,quaſi quod hoc in caſu Duellum fiat pro defenſione cauſæ publicæ, pluribus

bus comprobatur, & *Author* obiter de Duello acceptato à Gentili suo *Fratre Leonardo Prato, Equite Hierosolymitano*, inseruiendo Serenissimæ Reipublicæ Venetiarum, qui singulari in certamine de Gigante victoriam reportauit, nonnulla papyro commendare non fuit veritus.

Duellorum plura, qui tradiderint Authores, quæq; ab ipsis tractatę fuerint quęstiones, longa serie cōgerit *Author*, qui nouissimè materiā pertractantē per plura capita Antesignanum indicat *D. Io. Bapt. Larr. in suis Allegationibus tom.* 2. sedibus indicatis, quęq; fuerit rei in cōtrouersiam deductæ coram Excellentiss. Regni Prorege in Supremo Collaterali Cōsilio assistente, euentus, indicatur, vt quę certam habuerunt determinationem, non sint ampliùs sub trutino deducenda.

PRO

Regio Fisco.

CVM

Prouocātibus ad Duellum, siue Monomachiam.

RESPONSVM XXXX.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 Damnata in Regno Monomachia, siue Duello (quod ex veriori o-
2 pinione, Athletam habuit, & Antesignanū, *Diabolū*, infensum, acerrimumq; humani generis hostem, secundùm *Alciat. de singulis certam. cap.* 1. *Iacob. de Castillo de Duell. in proem. n.* 22. *Ferrett. in consimil. tract. n.* 31. *Azen. in rubr. tit.* 8. *lib.* 8. *Recopil. Salzed. in pract. cap.* 100. *Petr. Matthæi in Addit. ad dec.* 617. *Guid. Pap.* inquiens illam à Lombardis euectam, & ob cædes, & renascentes contumelias à Ludouico IX. antiquatam, & planè extinctam ab Inferis, veluti furoribus reuocasse Regem Philippum Valesium, vulgò pulchrum nuncupatum anno ab Orbe redempto 1306.) & patens sit ex *Concil. Triden.* mox allegando *Sess.* 25. *cap.* 19. cuius verba digito sunt alleganda ibi, *Detestabi-*

lis Duellorum vſus fabricante Diabolo introductus; quaſi exitialiſſimum malum, Edictali lege edita de ann. 1540 die 2. Ianuarij, Regni clauum ſuſtinente Illuſtriſs. D. Petro de Toleto, quæ deſcribitur in ordine in *volum,*
3 *Pragmaticar. Robr. de Duell.* qua pœna mortis indicitur contra prouocantes ad Duellum, ſtatuiturq; prouocatos ad deſtinatum locum non accedentes, nullo notandos eſſe dedecore, imò contrauenientes citatos, ſe infra triduum non exhibentes ipſo iure foriudicationis pœnam incurſuros, in quam etiam incidere Nuncios, & Aſſiſtentes, Viſum fuit de ann. 1632. die 3. Decembris Illuſtriſs. Comiti Montis Regij Regni itidem Moderatori alteram legem condere relaxando rigorem *d. Prag. 1.* quæ 2. *eſt ſub ead. Rubr.* in cuius *proem.* aſſeritur *d. Prag. 1.* in viridi obſeruantia non
4 exiſtere, vndè cautum fuit prouocātes ad Duellum, ac etiam Mediatores pro prima vice puniendos eſſe pœna relegationis per quinquenniū, & pecuniaria duc. biſmille, Prouocatos verò acceptantes prouocationem, alterutra coercendos fore ad arbitrium Proregis, Quòd ſi ſecundò in idem inciderint facinùs, vltimi ſupplicii pœnas eſſe luituros vti in *d. Prag. 1.* ſtatutum reperitur.

Caſus tulit vt exiſtente Me Iudice Criminum, & Commiſſario nonnullorum prouocantium ad Duellū de anno 1654. Menſe Iunio, Excel-
5 lētiſſimo Dom. meo Comite Caſtrilli, nunquam ſatis laudato Principe prouido, prudente, honeſtate morū, & natalium generoſitate ſatis commendato, Illo ſanè; qui in ſcientiis promouendis, & ſelegendis Magiſtratibus cuncta humanitatis exhibet officia, de me optimè meritò, iubēte peculiari eius diplomate, vt in cauſa prædicta Magna Curia Vicariæ iuxtà tenorem *d. Prag. 2.* procederet tranſmiſſa, ſiue (vti Pragmatici aiunt) expedita contra Inquiſitos citatione ad informandum, ab ea conquærentes, citati illud præcipuum faciebant obicem eo quod *Prag.* prædicta Comitis Montis Regii nunquam fuerit in vſu; ideòq; vti antiquata, ſiue abrogata, non erat ad caſum alleganda; Qua de re vt iuſtificarem vndiq; citationem inſinuarem, vtq; iuſſibus pareām Supremi Ordinis viro, onus aſſumpſi, quæ ad rem voce protuli, ſcripto tradere, & modò poſteritati commendare, ne in futurum, de re tam clara, teſtataq; dubitandi anſa arripiatur, ſummumque propoſiti mei aſſequuturum non vereor, ſi duobus aſſumptis rem expediam, quorum

6 Primum erit, Monomachiam, ſiue Duellum omni iure eſſe prohibitū.

Secundum, *Prag. 2. de Duell.* in viridi eſſe obſeruantia, nulloq; iure attentari poſſe, quod antiquata, ſeu abrogata fuerit.

Initium igitur facimus ex peculiaribus iuribus, quibus Monoma-
7 chia deteſtatur de iure diuino, quippè quo Deus ex ſingulari certamine tentatur, aiente *tex. in cap. Monomachiam 2. queſt. 4. in fin.* ibi, *Monomachiam non aſſumimus*, ratione inibi aſſignata, *Cum hoc, & eiuſmodi ſectātes Deum ſolummodò tentare videātur*, Quidquod? homicidij prohibitio facta à Deo, *cap. 20. Exod. Non occides*, & in *Decalogo*, confirmata poſtmodum *à Chriſto Domino Matth. cap. 5.* ſecernitur etiam iure diuino inhibitum eſſe Duellum, *Io. de Lignag. de Duell. cap. 7. n. 2. Ioan. Lecirier de primog. lib. 1. queſt. 25. tit. 39. Del Rio, lib. 4. diſquiſ. Magicar. cap. 4. queſt. 4. ſect. 2. pag. 114. col. 2. in princ.* poſt alios conglomeratos *Dec. conſ. 186. n. 2.* inquiens neminem poſſe Duellum offerre, nec
8 oblatum ſuſcipere, per *Gloſ. in cap. 1. verb. Oblatum, de cleric. pugnan. in Duell.*

Duell. ex quibus infert P. Fregos. de regim. Christian. Reipub. lib. 1. par. 1. & suadet thesis excerpta ex cap. Praterea de offic. delegat. Loratio, ff de sponsal. tit. de obligat. moderat. Reipub. disp. 21 n. 12. vers. Tertiò prouidere debent, potiùs quem debere omnia perpeti mala, quàm Duello consentire, ex cap. itane 32. quæst. 5. eam adducens rationem ibi, Cum sit iure diuino prohibitum, & intrinsecè malum, & antè ipsum docuit P. Sanchez lib. 2. Decalog cap. 39. n. 3. & 4. Id quod præceteris disertè nimis, & laboriosè, omnia ferè adducens, quæ suo tempore dum scripsit, videri poterant, obseruauit D. Larr. allegation. fiscal. tom. 2. cap. 117. tit. de Duellor. prohibit. n. 34. vbi omni iure prohibitionem testatur per numeros seqq. quod vno prohibito, prohibetur omne id; per quod peruenitur, ad illud, Nam Duellum est proxima homicidij causa cùm sępissimè duellando trucidatur inimicus, Quò fit vt dum diuini iuris est non occidere, diuini etiam iuris erit non duellare, sicuti benè probat Episcop. Carraf. in tract. de Duell. par. 2. tit. de prohibit. Duell. quæst. 1. per tot. vbi alias rationes expendit.

9

10 Iure itidem canonico inhibitam esse Monomachiam suadet tex. modò allegatus in d. cap. Monomachiam 2. quæst. 4. caus. 2. vbi Summus Sacrorum Antistes Nicolaus Monomachię purgationem minimè admittendam esse decreuit, cùm ad

11 Deum tentandum sit directè, ibi, *Monomachiam verò in lege non assumimus quam præceptam fuisse non reperimus, quia licèt quosdam iniisse legerimus sicut Sanctum Dauid & Goliam, sacra tradit historia, nusquam tamen, vt pro lege teneatur, alicubi diuina sanxit authoritas: cùm hoc & huiusmodi sectantes, Deum solummodò tentare videantur*, & concinit Cælestinus III in cap. Cura suscepti, de vulgar. purgat. & Concil. Triden. Sess. 25. de reformat. cap. 19. cuius verba notanda sunt ibi, *Detestabilis Duellorum vsus, fabricante Diabolo introductus, vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano Orbe penitus exterminetur.*

12 Nec desunt plures reiteratis temporibus Pontificiæ Constitutiones editæ, ex quibus Duella inhibita extitere, incipiendo à Iulio II. de anno 1590. sexto Kalendas Martij Pontificatus sui anno 6. vbi quamplures causas enarrans, quæ ad Duella prohibẽda motus fuit, præsertim tradit, *Vt scilicet euitarentur Cædes, Rixæ, Contentiones, Scandala, Odia, Mortes inopinæ, Animarum perditiones, Mutilationes, Vulnera, & Inimicitiæ, quæ deindè inter consanguineos, & affines Duellatorũ mutuò oriri possent*, infrascripta subnectens verba, *Duellorum, & Gladiatorum, huiusmodi vsum damnamus, & improbamus, & in Terris Romanæ Ecclesiæ, mediatè, vel immediatè subiectis, quauis authoritate, & potestate, ac nobilitate fulgentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, & quacũq; causa, etiam à legibus permissa, fieri omninò prohibemus.*

13 Quam Constitutionem confirmationis robore muniuit Leo X, anno 1519. decimo Kalendas Augusti, Pontificatus sui anno septimo Multasque alias pœnas adiecit ibi, *Adijcientes, & eadem authoritate*

Apo-

Apostolica statuentes, quod pugnantes ipsi, non solùm prædictis subiaceant, sed eorum memoria perpetuò damnata sit, ac bona proscripta sint, & Cameræ Apostolicæ confiscata eo ipso.

14 Annuit deindè præordinatis *Clemens VII.* eaq; ad verbum confirmauit, Cuius Constitutio incipit *Consueuit Romanus.*

15 Mox *Sacrosanctum Oecumenicum Concilium Tridentinum*, quod finem habuit in 4. Decembris 1563. exterminari decreuit Duella ex toto Christiano Orbe, & Excommunicationis pœna etiam Imperatores, & Reges omnes, qui locum ad Monomachiā præbuerint, afficiendos esse iussit *d. &ss. 25. cap. 19.*

16 Sed antequam d. Concilium absolueretur *Pius IV.* anno 1650. Idibus Nouembris, nedùm Pontificias Constitutiones Prædecessorum confirmauit peculiari suo diplomate incip. *Ea quæ à Prædecessoribus*, verùm subdit diffidatos esse reputādos reos læsæ Maiestatis, Seditionis, Rebellionis, &c. Non solùm ipsi Pugiles, sed & locum præbentes, & fautores omnes, Excommunicationem latæ sententiæ, Pontifici Romano reseruatā incurrant. Clerici hoc ipso, omnibus omninò dignitatibus priuati sint.

17 *Gregorius itidem* XIII. Tridentini ordinationē extēdens aliā edidit Cōstitutionē de ann. 1682. incip. *Ad tollendum, &c.* vbi post multa sic statuit, *Crescente hominum malitia facinorosi non desunt, qui quòd publicè prohibitum est, priuatim exequi nō dubitent, dum sic pœnas prædictas, hoc modo eludere posse arbitrantur. Nos ad hæc coercenda pleniùs, euidentiùsq; prouidendum esse rati, considerantesq; Duellum priuatū, non minùs cruentum, & animæ, & corpori noxium esse, quàm quod publicè perpetratur, Statuimus omnes illos, &c. Censuris, & pœnis omnibus à dicto Concilio propositis teneri, perindè ac si publico, & consueto abusu, singulare certamen iniuissent.*

18 Tandem *Clemens VIII.* ann. 1592. decimo sexto Kalendas Septembris præfatas omnes Constitutiones, & decretum Concilij Tridentini extendit grauissimasque imposuit pœnas, nec tantùm Summo Pontifici absolutionem reseruauit, verùm etiam, omnium Priuilegiatorum, ad eam rem priuilegia suspendit, ibi, *Cuius interdicti relaxationem, aut Excommunicationis absolutionem, ab alio quàm à Nobis, aut pro tempore existente Romano Pontifice, pœnitentia, & satisfactione cōgruè peracta, nisi in mortis articulo constituti, nequeant obtinere, etiam prætextu quarumuis facultatum, & Indultorum quibusuis personis, &c. per Sedem Apostolicam in genere, vel in specie cōcessorum. Quę omnia quoad præmissa nolumus cuiquā in aliquo suffragari, &c.* & prædictorum, præsertim ad ornatum *d. Constit. Clem. VIII.* quæ incipit *Detestabilis* decisiuè plura congerit *Episc. Ricc. in prax. for. Ecclesiast. resol. 47. 49. 50. 51. 52. 53. 54. & 55. par. 3. Canonicus Nouar. in Summ. Bullar. tit. de Duell.* & disertè admodū, & eruditè memor fuit *D. Episc. Carrafa d. tract. de Duell. par. 2. sect. 1. quæst. 2.* qui vt omniū oculis rem insinuaret, Diplomata omnia Pontificum per extensum imprimi curauit *d. par. 2. pag. 78. ad 92.* nec obliuioni tradidit

Pragm. Regni editam tempore D. Petri de Toleto à Nobis in principio *huius Respons.* allegatam, quam pariter typis expressit *pag. 76.* Sed autē ipsum materiam exornauit *P. Fragos. d. disp. 2. per tot.* præsertim *ex n. 80. vers. Sed quid si*, vbi Pontificia Diplomata, aliasq; leges Regias glosauit, & de pluribus quæstionibus præeruditè (de more) tractauit.

19 Iure quoq; naturali, Gentium, & Ciuili prohibitam esse Monomachiā, siue Duellum, pluribus comprobat *Mirandulanus in libro suo contra Possenuinum de expugnation. singular. certam. Vasq. controu. Illustr. lib. 1. cap. 12. & 49. Iul. Ferrett. cons. 1. n. 3. & 6. cons. 2. n. 4. & seqq. cons. 8. n. 4. & seqq. cons. 20. n. 10. & in tract. de Duell. Affl. in Const. Regn. Prosequētes, de pugn. sublat. n. 2.* vers. *Tertiò nota*, Del Rio *loc. citat.* vers. *Vt est*, benè *P. Fragos. loc. itidem adducto n. 14.* vers. *Est etiam hoc Duellum propè fin.* inquiens vel ex eo cōstare Duellum prohibitum esse etiā Iure gētium, quia est actus inhibitus,

20 repugnansq; naturali æquitati, super qua fundatum est ius gentium, Nam æquitas dictat iure gentium criminosos esse puniendos, innoxios verò esse absoluendos; sed in Duello quandoq; contingit puniri innocentes, delinquentesq; absolui, & sic resultat prohibitio iure gentium, sicuti etiam de iure canonico ex *Concil. Triden.* affirmat *P. Fragos.* ibi *n. 15.* propria Ipsiusmet Concilij verba expendens, ac pariter obseruat prohibitionem de iure ciuili, vers. *Denique de iure ciuili*, ex traditis per *Io. de Lignag. d. cap. 7. n. 4.* subdens in hoc ius ciuile subijci iuri canonico, *Mastr. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. n. 451. vers. Nonagesimoquinto permittit*, ab-

21 solutè tradens in Regno prohibitū esse Duellum per *d. Constit. Monomachiam*, vbi *Iser. & Affl.* plenè *Paris de Put. de re militar. Bellog. in Specul. Princip. rubr. 27.* vers. *Pugna*, & ibi benè doctus *Borrell. noster in Addit.* quibus non adductis sustinet propositionem idem *Episc. Carraf. d. par. 2. quæsit. 4. 5. & 6. à pag. 73.* multas adducens rationes, ex quibus conclusio munitur, nec mihi animus, vel otium est, omnia per ipsum adducta transcribere, Vnum tamen exarare libet, nullas gentes, quæ politica ratione reguntur ea permisisse, non Græcos, non Romanos, non Cartha-

22 ginenses, non Persos, non Hæbræos, nisi perrarò, vti patet in Dauidico Duello (sic tamen Deo annuente) Itali ad certas tantùm causas, ea restrinxere, Galli ad causas capitales, Siculi ad duas solùm, Hispani ad eas, quæ honorem læderent, idq; iure antiquo, vt habetur in *l. 3. tit. 5. par. 7* & obseruauit *Antonius Massa Galesius cōtra vsum Duelli, in Glos.* verb. *Duellum in cap. Federicus de pace tenen. & eius violator. in vsib. feudor. Guid. Pap. dec. 617. Paris de Put. de re militar. lib. 6.* Adeò quod propter detestatā Duella in laudem Populi Romani exclamantem legimus *Rualdum de Duell. pag. 44. cum seqq.* præsertim *n. 45.* *O Populum*, inquit, *dignum Orbis Imperio, dignum omnium fauore, & admiratione hominum, ac Deorum, Merito huic Vrbi, à primis eius incunabulis diuino permissu datum est, vt esset*

Terrarum Dea, gentiumq; lumen.

Cui par est nihil, est nihil secundum.

Vt leges, Iura, Religionem cæteris Nationibus, & olim poneret, & hodie ponat: Vndè quondam extiterunt tamē multi Principes, qui se, non sibi, suisq; insanis cupiditatibus, sed Patriæ, & Ciuibus amantissimis natos, nunquam nō confessi Monomachiam, velut Reipublicæ cuiusuis dehonestamentum, atq; lucem impurissimi suo exemplo condemnarūt.

Et licèt in Hispania olim Duella

23 fuerint tolerata varijs Consuetudinibus, Ritibus, & sollemnitatibus, vti

vti conſtat ex legibus Fori, Partitarum, & Recopilationis, de quibus methodicè memor fuit *Larr. allegat. fiscal tom.2.cap.117.n.6.* posteà tamen à Catholicis Regibus Ferdinando, & Eliſabetha anno 1480. quæ eſt *vltima lib.8.tit.9.Ordinament.* & propria verba refert *P. Fragoſ. d. diſp. 2. n. 15.* verſ. *Conſonat*, & ſunt eiuſmodi. *Ordenamos, y mandamos, que de aqui adelante perſona alguna de qualquier eſtado, y condicion, que ſea, no ſea oſado de hacer, ni embiar los tales carteles (nempe deſafio) à otro alguno, ni lo embie dezir por palabra, y qualquiera, que lo contrario hiziere, que ſean dos, ò muchos cayan, y incurran por ello, en pena de aleue, y hayan perdido, y pierdā todos ſus bienes para la nueſtra Camara, y el que recibiere el cartel, y aceptare la reſpueſta, aya perdido, y pierda todos ſus bienes para la Camara aunque tranſe, y pelea no venga en effecto.* Fuerunt inhibita, additis pænis contrà pugnantes, pugnæ mediatores, & Patrinos, in proditionis notam incurrendi, amittendi bona, & corporales pænas ſubeundi, hoc interiecto diſcrimine, quod Prouocans, ſi Aduerſarium occidiſſet, ſeu vulneraſſet, capitali pæna feriretur; Prouocatus verò, ſecuta morte, vel inflicto vulnere, vel quomodocumq; victor rediens ex Palæſtra, à Regno exularet, vti traditum eſt in *l.10.tit.8. lib. 8. Recopilat.*

24 Galli pariter quamplurimis Regijs proclamatibus, contra Duellātes inſurrexerunt ſub pænis grauiſſimis, vti habetur ex poſtremo eulogio Caroli Magni, & atteſtante Beato Ludouico, ſicuti pleno calamo inſinuat *Ruald. actione in Duella pag.73* & dolens vehementer Duellorum Reos viuere, & veniā impetrare, hęc euomit verba, ſanè digito alliganda, *Sed enim Iudices expergeſcimini aliquando, & capeſſito Rempublicam, cogitateq; nomen veſtrum, tandem odio, atq; acerbitati non ſolum Gallicanæ, ſed & Nationibus exteris futurum, ſi hoc Duelli perditorum hominum piaculum tam atrox, tam immune, tam omni humanitate, lege, & conſuetudine remotum, veſtris ſententijs impunitum diſceſſerit. Scitote ſic arbitrari; preſertim cum hęc omninò fama de pernicioſo noſtrorum hominum furore, & dementia percrebuerit, non eorum ſolum eſſe flagitium, qui admiſerint, ſed & omniū, qui illud nō reprimentes ſine dubio approbarūt*, cuius meminit D. *Larr. d. alleg. 117. n. 36.* verſ. *Sed & iure gentium*, vbi plena manu plures adducit, præſertim *Ruald. loc. cit. Viſcher de Duell. prouiſ. ſect. 1. memb. 3. Pined. in Monarch. Eccleſiaſt. lib. 14. cap. 7. §. 1. P. Marquez in Gubernator. Chriſtian. lib. 1. cap. 1. cap. 23. §. 2.* teſtatumq; facit idem *Episcop. Caraf.* multas alias leges fuiſſe promulgatas in Gallia, etiam in Regijs Comitijs de anno 1646. ad exterminanda Duella, Duellatoreſque coercendos. Et vltra adducta per ipſum, adeſt *lex* in Regno Luſitaniæ *lib. 5. cap. 43.* vbi duellātes puniuntur pęna amiſſionis omnium ſuorum bonorum, adiectis alijs pęnis, tàm prouocantibus ad duellum, quàm laceſſitis duellum acceptantibus, nec non Patrinis, *P. Molina de iuſtit. tract. 3. diſput. 17. num. 5. verb. Ou que acompanharemem os ſubreditos, num. 1.*

Id quod per prius vnico ſe expediens verbo tradidit *Iſern.* noſter in *Gloſ.*

ad Constit. Regn. Monomachiam, inquiens, *Omni penè iure duellum est prohibitum*, adducēs *tex. in d. cap. Monomachiam 2. qu. 5. & cap. 1. & 2. de Cler. pugnan. in duell.* & *Superantius* ibi in *Addit.* subnectit *tex. in l. 1. C. de gladiator. lib. 11. Cin. & Bald. in l. negantes, C. de action. & oblig. Bald.* iterum in *l. fin. C. de probat. & in l. si pannes, C. depos. DD. in cap. olim de restit. spoliat.* et adest *Extrauag. Ioan.* XXII.
26 incip. *Quia in futurorum, Bernard. Grau. ad Gayll. lib. 2. concl. 10. considerat. 5. Ludou dec. Lucen. 1. P. Megal. tom. 2. variar. resol. cap. 141. in princ. & 142. Conrad. in tract. de Duell.* inserto in suo *Templo Iudic. cap. 1. §. 1.* post vers. *Tertiodecimo, Alber. inter cōsil. Mandell. cons. 760. vol. 4. Maran. cons. 67. Farin. cons. 9. n. 11. in fin. Alex. Pereg. in suo tract. de Duell. Luc. Floran. in suo tract. de prohibit. Duell.* quorum memor fuit *Reg. Ron. in d. Prag. 1. de Duell. n. 3. & 4* & *P. Fragos. d. disp. 2. n. 17. & 18.* vers. *Sequitur deindè*, post adductum triplex genus Duelli, inquit appositè, omnia damnari à Doctoribus tāquam medium atrox, crudele, & ineptum ad finem: & quod semper Duellantes exponuntur grauissimo, & imminenti periculo vitæ, honoris, ac rerum ex *Valent. tom. 3. disp. 3 quæst. 17. punct. 1. Caietan. 2. 2. quæst. 95. ar. 8. ad 3. & Aragon.* ibi tradit nunquam licitum esse Duellum indicere, cūm sit de se, & per se, & ex obiecto malum, & illicitum, *Sayr. in Clau. Reg. lib. 7. cap. 13. de homicid. n. 13.* vers. *Secunda causa, Reginal. lib. 21. in prax. cap. 7. rubr. de Duell. n. 74. P. Molin. d. disp. 27. n. 2.*

In vno tamen casu (vt & obiter absq; Lectoris noxa adnotemus) fa-
27 tetur *P. Fragos. d. disp. 2. n. 27.* vers. *Dicendū secūdo*, Duella, & conflictus parti seu Duella ab hostibus in bello iusto oblata, posse iniri, & acceptari, n mirū, si nō fiant propter vanum finem, sed principaliter ob conseruādam bonam famam, ac nomen apud exercitum hostilem, si ex eo quod nō acceptētur hæc certamina, ac Duella, fiant audaciores hostes contra nostros, existimantes præ timore nostros eiusmodi conflictus non admittere, quasi quod hoc in casu Duellū sit pro defensione causæ publicæ, ideòq; permissum, vti ex *Suarez, Azorio, Valentia, Nauarra, Bonacina, Ferrario, Filliucio*, & aliis tenet *P. Hurtado*, quem nōn paucis glomeratis, doctè, & eruditè de more, adducit *P. Diana*, nostri æui decus, *resol. moral tom. 5 tract. 13. miscellan. resol 27. per tot. & tom. 6. tract. 6. resol* 20. remittens se ad alios, quos adduxit *tom. 3. tract. 5. resol. 1. P. Fagundez in precept. Decalog. lib. 5. cap. 8. n. 37.* eorumq; meminit benè doct. *D. Larr. allegat. fiscal. par. 2. cap. 116. n. 11.* vers. *Ex quo, & alleg.* 117. *n. 48. & seqq.* & testantur pręcitati Authores, ac consentit *Manuel Rodriquez 1. tom. Sūm. in edition. cap. 73. n. 2. Reginal.* vbi *sup. n. 78.* vers. *Secundò si ille, & Sanch. loc. cit. cap. 39. n. 14.* addens fas esse acceptare certamen oblatum prop ter hunc finem, quamuis hostes illud afferant ob causam solius spectaculi, &
28 voluntatis, quale fuit Duellum acceptatum de anno 1500. ab insigni illo viro Gentili meo *Fratre Leonardo Prato Equite Hierosolymitano* Priore Venusij strenuo sanè Milite omnium virtutum genere decorato, Legato olim apud Turcarum Regem Solimanum pro sua Religione, ante Rhodii obsessionem, inseruiendo Serenissimæ Venetiarum Reipublicæ, quo in singulari certamine victoriā cum laude reportauit, Gigantemq;
29 ad Duellum prouocantem interfecit, qua de re, vt grati animi propēsionem Respublica palam faceret, præter alia, quæ erga illum munera contulit, præcipuum illud fuit, quod

quod omnibus obuium est, vt sta-
tuam in Ciuitate ipsa Venetiarum
erigerent, quæ adhuc durat, & do-
mum magnã in Ciuitate Paduæ do-
nationis titulo fuit elargita, vt tanto
liberalitatis monumento, quem Mi-
litum Præfectum habuerunt, Ciuem,
30 & Incolam designarent, vndè *Leo-
nardus*, vt perpetua tanti honoris
memoria ad posteros trãsiret arctio-
ri vinculo fideicommissum ordina-
uit perpetuum ne domus illa vllo
vnquam tempore ab hæredibus suis
quouis quæsito colore distraheretur,
& modò *Ego* cũ fratribus meis, do-
mo ipsa potior, & fruor, & ne erga
meos meę familiæ antiquitatem ca-
lamum protrahere videar ad Histo-
riarum textores non vno in loco de
tanto viro, eiusq; præclaris gestis
verba facientes curiosos remitto.

Ex prędictis sanè (vt de semita ad
viam reuertamur) haud obscurè
conijcitur tot sæpiùs repetita *Diui-*
na mandata, tot sancitas, confirma-
tas, innouatas, ac extensas Pontifi-
cias Constitutiones, tot Cęsareas cõ-
ditas leges, tot per Vniuersum Or-
bem, omnesq; ferè regnantes edita
Edicta, eò respexisse, vt vndiq; Mo-
nomachia, siue *D*uellum detestare-
tur, ac prorsùs exterminaretur.

31 Hisq; attentis tradit *P. Fragos. d.
disp.* 2. *n.* 12. vers. *Tertia prouidere de-
bent*, Principis munus esse decerne-
re ne duella permittantur, *Mastril.
de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 289. *Auil.
in cap.* 2. *Prætor.* verb. *Partialidad n.* 1.
& 4. *cum seq.* idq; planè deducitur ex
Aristot. lib. 5. *Politic. cap.* 4. *& Plutar. in
Politicis*, quos recenset *Simonc. de Re-
pub. lib.* 8. *cap.* 26.

Quin ampliùs? ne longiùs exter-
nas nationes perquirentes, abeamus
Nonnè pro bono pacis inter Regni-
colas conseruando, vtque scandala
præcauerentur, ac rixæ, & dissidiæ
prorsus euellerentur, plura manarũt
32 Edicta, seu Capitula in Regno de an-
no 1332. à *Roberto Rege*, incip. *Ad Re-
gale fastigium, Ad Præsidentis spectat
officium Charitatis affectus, Finis præ-
cepti charitas, & Omnis prædatio*, quæ
Pragmatici in Regno, *Conseruatoria*
appellare consueuerunt, quasi quod
ex illorum obseruãtia pax inter sub-
ditos conseruetur, & coalescat? sicu-
ti *Nostrates* super *Scholijs ad Capitula*
prædicta adnotarunt, & alibi passim,
*Io. Anton. de Nigr. in d. cap. Ad Regale
fastigium n.* 14. vers. *Et aduerte, pag.
mihi* 114. *& in cap. Subditorum n.* 84.
tit. de violentijs, Ill. Reg. Tap. in 3. *lib.
iur. Regn.* ad enucleationem *d. cap.
Charitatis affectus n.* 1. *& seqq. Luc. de
Penn. in l. si coloni, C. de agricol. & cen-
sit. lib.* 11. *Afflict. dec.* 2. 24. 85. *& dec.*
167. *& in Constit. De burgensaticis,
Gram. dec.* 78. *Ann. alleg.* 7. *&* 92. vbi
pulchrè *D. de Franch. dec.* 103. *& dec.*
193. *Maran. in Specul. aur. par.* 2. *dist.*
11. *n.* 37. *Capic. dec.* 8. *Muscatell. noster
in prax. Sac. Cons. par.* 1. *Glos. Sententia,
n.* 90. *& seqq.* vbi recenset quoq; *Prag-
maticam sub tit. de Conseruator.* ibique
*Nostra Additio, Borrell. de Reg. Cathol.
præstan. cap.* 71. *n.* 214. vers. *Vigesimus
nonus casus, Ill. March. Ramon. Præs.
Sac. Cons. Dominus, & Preceptor meus,
in* 1. *forens. cap.* 49. *n.* 11.

33 Sic igitur prudentia non absimili
manarunt Pragmaticæ detestantes
*D*uella, sicuti in quamplurimis Or-
bis Partibus, cõsimiles fuerunt vul-
gatæ leges, ad pacem fouendam, in-
terq; subditos conseruandam, de
quibus sermonem fecimus in *Re-
spons. hoc eod. vol.*

Sed scio statim Nobis obiecturos,
Pragmaticas esse abrogatas, & anti-
quatas, nec extare in vsu, quod sanè
effatum antequam trutinemur (& erit
enucleatio secundi assumpti in the-
mate facti à Nobis præpositi) me-
moria recolamus necesse sit, legum
34 correctionem esse odiosam, *Auth.*

Quas

Quas actiones, *C. de Sacros. Eccles.* &
quãtum fieri potest, semper esse eui-
tandam, *cap. cum expediat de elect. in 6.*
35 Nec rectè infertur correctionem in-
duci per tacitos, & subauditos in-
tellectus secundùm *Glos. in cap. cupiẽ-
tes*, §. *quod si pro viginti, de elect. in 6.*
36 Neq; verò lex corrigi potest sine
aliquali legislatoris repræhensione,
quæ maximè vitanda est, arg. *l. Sal-
uius Aristo. ff. de lega. præst.* & secun-
dùm *Turam. in lib. 1. de legi. cap. 11. n.
8*, qui ait vnumquodq; solui debere
37 eo vinculo, quo est colligatum, *l. ni-
hil tam naturale, ff. de reg. iur.* vndè vt
lex abrogetur, alia lex scripto ferri
debet; Proin *Prag. 1. de anno* 1540.
editam tempore quo Regnum mo-
derabatur D. Petrus de Toleto, & al-
teram de anno 1632. tempore Co-
mitis Montis Regij nulla (quod ob-
seruauerim) noua sanctione fuisse
abrogatas, quod fermè necessarium
38 requisitum est ad legum abrogatio-
nem, per *tex. in l. præcipimus, C. de ap-
pellat.* ibi, *Quod non mutatur, quare
stare prohibetur?* & *in l. sancimus, C. de
testa.* vbi *tex.* dicit *Quod non mutatur
speciale*, vndè requiritur, quod spe-
cificè, & specialè muretur antequam
dicatur, sicuti tradit *Villagut de ex-
tens. leg. tit. de extens. leg. corrector. &
pœnal. simul quæst. vnica n. 31. vers. Ad-
uerte quia hic*, vbi plura conglome-
rat *Authen. de administran. officia in
Sacris propè fin.* ibi, *Quoniam dum ni-
hil omninò super illis innouatum sit, an-
tiquam seruamus figuram, sicut etiam
in alijs omnibus nõ nouatis*, *Glos. in Au-
then. Vt omnes obed. Iudicib. Prouinc.* §.
si igitur, verb. *Priuilegio coll. 5. Felin.
in cap. causã quæ n. 5. de rescr. D. Larr.
allegat. fiscal. tom. 2. cap. 94. n. 32.*

Quòd si adstruatur per contrariũ
vsum fuisse antiquatas Pragmaticas
39 prædictas, qui satis erit ad legum
abrogationem secundùm *Andr. de
Iser. in tit. de pac. tenen. cap. si verò vio-
lator*, vers. *Si rusticus*, *n. 18.* cui se sub-
scribit *doctiss. Reg. Rou. in Commentar.
ad Prag. Regn. in Proem. n. 13.* vers. *Et
dum dixi*, *Alex. in addit. ad Bart. in l.
in filijs*, *C. de Decurion. lib. 10. Cran.
cons. 111. n. 3. & cons. 124. in fin. Brun.
cons. 117. n. 138. & seq. Bart. in l. cum
Decurionatus in fin. C. de Decurion. lib.
10.* & ibi *Addent.* & est *tex. in cap. si de
Terra, & cap. accedentibus de priuileg.
Gizzar. dec. infr. allegand. n. 6.* & an-
nuente *Alexand. Turam. lib. sing. de le-*
40 *gib. n. 31.* scriptæ leges facilè mutan-
dę non sunt, ne res abeat in contem-
ptum, (futile sanè enunciatum) Nam
nulla determinatio, nulla iudicatura
adducitur, vel insinuatur ad hanc
thesim comprobandam, quinimò in
aliis casibus (vti in calce huius *Re-
spons.* indicabo) secundùm Pragmati-
cas fuisse determinatum, protenso
quasi digito demonstrabo.

Et licèt per non vsum nonnulli
dixerint antiquatas esse Pragmati-
cas, herclè eiusmodi propositio no-
torijs iuris regulis repugnat, Nemo
41 etenim non negauit per non vsum
legem non abrogari, teste *Andr. loc.
cit.* & *D. Reg. Rou.* Hæsitatum tamen
fuit aliquando in Sac. Reg. Cons. An
amittatur priũilegium per non vsum
annuentibus quibusdam per *tex. in l.
1. ff. de nundin.* cui innititur *Hostien.*
42 *in cap. Vt priuilegium n. 10. de priui-
leg.* inquiẽs *priuilegium per non vsum
præscribi* ad notata in *cap. accedẽtibus,
& cap. si de terra de priuileg. & l. 1. ff.
ad Maced.* de quo extat *decisio* apud
Gizzar 70. qui post prædictorum iu-
rium allegationem *n. 1. in fin.* ait, *Fa-*
43 *ciliùs amitti priuilegium per non vsũ,
quàm ius commune*, ad *tex. in l. eius
militis 35. §. militia missus, ff. de milit.
testa.* Attamen articulo benè discus-
so pridem Sac. Cõsil. referente Ill.
Marchion. Belmont. tunc Reg. Con-
siliario de anno 1604. fuit determi-
natum per non vsum minimè priui-

legium

legium amitti, sed tantùm per con-
44 trarium vsum, teste *Gizzar. d. dec. 70 in fin.* vbi *D. de Angelis* Collega noster in *elaboratissimis eius Scholijs*, ad confirmationem decisionis prędictę, plura attulit *n.* 3.

Hoc autem verum esse in terminis Pragmaticarum de Duello, eas nempè non esse abrogatas, & altera illa ratio confirmat, nam *D. Reg. Rou. in d. prag.* 1. *de Duell.* (quam dumtaxat suis exornauit *Commentarijs*) nullum
45 euomit verbum de abrogatione ipsius, aut deletione per contrarium vsum, vel non vsum, quod vtiq; non est præsumendũ de tanto viro, quod voluerit silentio obruere, si illi tot annorum interstitio Supremorum Magistratuum munere functo, innotescebat, & *Episcop. Carafa d. tract. de Duell. pag.* 76. dum exemplauit Pragmaticam prędictam, collaudans conditores ipsius, minimè de prætensa eius abrogatione meminit, imò potiùs ad exemplum ducit ob duellorum exterminium, Vnum tantùm obseruauit *Nouar. in Collectan.* 2. *ad d. Prag.* 1. *n.* 2. non aspexisse rigorosè Pragmaticã illam suo tempore fuisse practicatam, ad quod comproban-
46 dum allegat *D. Don. Ant. de Marin.* in 1. *tom. quotidianar. resol. cap.* 110. quo à *Me* perlecto *n.* 5. minimè tradit quidpiam de inobseruãtia Pragmaticæ per non vsum, aut contrariũ vsũ, sed quod de facto non practicatur tribuens culpam tẽpori, vndè dolens de inobseruãtia Pragm. sic ait, *Sed quid dico de prouocato, si Regia illa Sanctio nec etiam in prouocante practicatur, & equidem non sine magno huius prętlarissimę, ac vetustissimę Nobilitatis detrimento: Vidimus enim quasi singulis annis diebus Nobiles nostros, ex quauis leuissima causa inter eos Duellantes, vnum alterum ad singulare certamen prouocantem, taliter quod ex hoc peremptas, & penitùs extinctas scimus domos, & quod perniciosiùs, in pauperum animarum damnationem.*

Non autem casus adducuntur peculiares à *Nouar. & D. de Marin.* in quibus fuit contra tenorem d. Pragmaticæ iudicatum, sed tantùm quod fuit relaxatus rigor ipsius, ob desidiã fortassis eorum, quorum munus erat illam obseruari facere. Idq; Nos in-
47 ficias non imus, adeò vt *Prag.* 2. edita existente Prorege Excellentissimo Comite Montis Regij haud obscurè innuerit *d. prag.* 1. non reperisse in obseruantia, & vltrò fatemur, & fassi sumus, & benè innotuit Excellentiss. nostro Proregi, qui suo diplomate in facti serie enunciato iussit prouideri iuxtà formam traditam à *d. prag.* 2. *de Duell.* cui innixa Magna Curia processit ad citationem ad informandum, Quis ergo ab hac conclamata sententia poterit licitè resi-
48 lire? Cuiq; non sit obuium, tam breui temporis spatio Pragmaticam abrogatam, seu antiquatam dici non posse, ex ijs quæ tradit in simili *Gizz. d. dec.* 76. *n.* 6.

49 Et inter dissidia, & opinionum varietates, quę latenter circumferebantur iussit Excellentiss. Dominus Prorex de re coram ipso agi in Supremo Collaterali Consilio, vbi Mẽse Februario facta relatione interueniẽtibus Spectabilibus Dominis meis Regentibus D. Hieronymo Garsia, D. Gasparo de Soto, D. Ioanne Burgos, & Io. Camillo Cacacio (erat tũc infirmus D. Reg. Martinez) tantùm abfuit, vt ne per vmbram quidem asseuerauerint Supremi illi Magistratus derogatam extitisse *prag.* 2. *de Duell.* vt potiùs nonnulli ex Do-

mi-

minis plures attulerunt casus peculiares, in quibus *Pragm.* prædicta obseruata, & practicata fuit, præsertim in Duello inter Marchionē Vasti, & Principem Sancti Seuerij, contra quos fuit exequuta pœna pecuniaria, tempore Illustriss. Comitis de Ognate, vndequaq; detestantes, adhuc pœnas augeri, & capitales statuendas fore, non addubitarint ni Excellentiss. Dominus legem iam editam, in casibus occurrentibus adamussim seruari iusserit, sciens, prudensq; paucitatem esse optimam legum comitem, vt diù viuant, non facilè mutentur, nam contemnantur, Qui enim (inquit *Taram.*) *d.lib.* 1. *singul.de legib. cap.7. tit. De ijs, quæ legis cognat. siue affin. sint n.*17. leges plurimas condit, id agit, vt quis aliquā earum facilè offendat, Et legū multitudo illaqueat potiùs, quàm legitimè deuinciat. Vndè Rota Magnæ Curiæ, deindeps procedere non veretur attento tenore *d. Prag.* quæ licèt in dubium reuocari non posset, certam iam recepit determinationē, & in casu in themate proposito benignè se gerens Excellentiss. Prorex, pœnam corporalem condonauit, & pæcuniariæ partem dimisit; commissa causa alteri ex Dominis, Vnus etenim ex prouocantibus ad Duellum agnita difficultate, & cogitans *Me* eius extitisse sententiæ, quod *Prag.* erat in viridi obseruātia, exposuit nō posse *Me* in causa procedere vti Iudex, nam in duobus actibus licèt nulla præcesserit instantia voce, nec scripto tempore, quo Aduocati Fiscalis Magnę Curię munere fungebar, ob ęgram valetudinē D. Honuphrij de Palma, fuerint sublata mandata facta pro bono pacis duobus consanguineis Inquisitorum, & ità in calce supplicis libelli, decreuit Regens Magnæ Curię nulla adhibita causę cognitione.

50 Post hęc delineata cum inciderim in *Carolum Scribanium* summæ eruditionis virum in 1.*par.Politic.* *Christian.cap.*41. adeò visa mihi fuit eius sententia quadrans placito Supremi Collateral. Conf. vt transcribere tanti viri verba è re satis facturum putauerim, ni postmodum animaduerterem *D.Larr.in d.alleg.*117. ea compendiosè exemplasse, vti videre est apud *ipsum n.*39. vers. *Ex quibus meritò*. Vndè ne actum agere videar, Lectores ad ipsum remitto, qui sanè Duelli materiam fusiùs explanauit, incipiendo ab *Alleg.* 114. vbi disputat *An Princeps, vel Respublica possit Vassallum, vel Ciuem innocentem morti certa exponere pro publica vtilitate?* & *Alleg.* 116. vbi quæsitum format *An Duello boni publici causa iniri, Ciuesq; possint exponi periculo certaminis?* & iterum *Alleg.* 117. vbi quærit *An Duella apud Castellanos permitti debeant cum Lusitanis ex causa publica rebellionis. Lusitanorum?* & methodicè procedendo infrascriptas assumit quæstiones, optimè enucleatas. Nam *d.Alleg.*117.*in princ.* quærit *De Duellis, & quando illa Princeps permittere possit.* Ad explicationem *tit.*8.*& eius legum lib.* 9. *Recopil.* & magno cum labore congerit Authores, qui de Duellis egerunt *pag.*278. Et *definitionem Duelli*, eiusq; *Ethymologiam* inuestigat *pag.* 279. *Duellorum forma*, quæ sit, enucleat *pag.* 284. *De Armis Duellantium, pag.*285. *De Personis Pugnantium pag.*286. *Duellorum prohibitio quæ sit pag.*285. An possint Duella aliqualiter permitti *pag.*292. quibus in locis omnia ferè ad materiam Duelli pertinentia dilucidè pertractantur, de quo Lectorem monitum volo; ne alienos labores videar inhiare, seu silentio obruere Authores illos, qui eorum laudabilibus vigiliis nos edocuerunt. Laus Deo, B.V.M. Neap. die 20. Decembris 1654.

De-

DECISIO.

F*Acta relatione in Supremo Collaterali Conſilio coram Excellentiſſimo Regni Prorege, ſuit concluſum,* Pragm. 2. de Duell. *eſſe in viridi obſeruantia, ſicuti in* Reſponſ. prædicto *indicaui mus.*

SVMMARIVM.

1 AVthor *Fiſci Patronus recenſet quid ſibi acciderit in caſu* Reſponſ. *editi pro Fiſco in terminis* Prag. 2. de Duell.

2 *Iudices nonnulli Magn. Cur. conſuluerunt Regentem ipſius Magn. Curiæ poſſe ad libitum cauſas vni commiſſas alteri demandare.*

3 *Iuriſdictio Iudicum Magn. Cur. eſt ordinaria.*

4 *Regens Magn. Cur. diſtribuit cauſas inter Iudices, quæ potiùs partitio, ſeu diuiſio cauſarum, quàm commiſſio dicitur.*

5 *Iudex Magn. Cur. qui incepit procedere in vna cauſa, debet ipſe idem illam proſequi, & finire, aliàs eſſet nullitas.*

6 Pragmatica 8. §. Item che dopò la cauſa, ſub tit de Offic. Magiſtr. Iuſtitiar. *expenditur circa commiſſiones cauſarum Iudicibus Magn. Cur. Vicariæ.*

7 *Inſtructiones nuperrimè promulgatæ de reformatione Tribunalis Magnæ Curiæ* cap. 39 *prohibent expreſſè Regentibus Magn. Cur. cauſam vni cõmiſſam, ab eo auferre, & committere alteri.*

8 Rota Romana *de ſtylo habet, quod cauſa vni Auditori commiſſa, poteſt ab alijs proſequi, quia omnes Auditores faciunt vnum Tribunal.*

9 *Commiſſio cauſarum directa vni ex Auditoribus Rotæ Romanæ, tribuit iuriſdictionem etiam alijs.*

10 *Vbi eſt caſus legis, ibi nulla eſt dubitatio.*

11 Author *in Antynomijs enucleandis cõſueuit mutos conſulere Magiſtros.*

12 *Iudex aſſumptus pro tempore ad munus Fiſci Patroni, ſi per vnum ex Iudicibus interponitur decretum in cauſa aſſerens in Rubrica* Audito Fiſco, *abſq; eo quod præceſſerit inſtantia nec voce, nec in ſcriptis, an poſtmodum valeant Iudicare in cauſa vti Iudex expleto fiſcali munere.*

13 *Aduocatus Fiſci An poſſit allegari ſuſpectus.*

14 *Aduocatus qui fuit in cauſa, non poteſt in ea eſſe Iudex.*

15 *Requiſita quæ cõcurrere debent ad hoc vt Fiſci Patronus, qui ſemel fuit, poſſit deindè in ea Iudicare.*

16 *Non entis non ſunt partes.*

17 Fontanell dec. 8. n. 18. *expenditur in pulchro caſu.*

18 Deciſio *Collat. Cõſil. in materia* Prag. 2. de Duell.

ARGVMENTVM.

Author dum Fisci Patroni Magnæ Curiæ Vicariæ munus subijt, & fuit dubitatum, Num existente alio Iudice Commissario durante munere prædicto, qui in decreto interloquutorio apposuit verbum, *Audito Fisco*, nulla præuia instantia, nec voce, nec scripto, per hoc potuerit recusari, ne in causa ampliùs procederet, quò loci negatiuam tutatur sententiam, exprobatq; Iudicium nonnullorum, qui contrariũ Regenti Magnæ Cur. consuluerunt, ac occasione arrepta tradit, Regentis Magnæ Cur. munus in eo consistere, vt causas inter Iudices distribuat, quæ sanè distributio nullam præbet cõmisfionem, seu iurisdictionis concessionem, sed tantùm causarum partitionem, vndè commissa per ipsum Regentẽ semel causa, neutiquam illam auferre valet, vt alteri committat, idq; nedùm de iure communi, & antiqua Pragmaticarum dispositione statutum esse, verùm etiam continuato, testatoq; stylo, ac nouisſimis Sacræ Catholicę Maiestatis ordinationibus cõuallatum ostendit.

Aduocatus Partis, qua ratione, Iudex in eadem causa esse nequeat, Et vtrum Fisci Aduocatus, suspectus allegari queat? quiduè dispositum fuerit de iure communi, remissiuè, quidq; Regijs iniunctum diplomatibus, accuratè indicatur, quidq; *Authori* acciderit pro tuenda veritate circa obseruantiã *Prag. 2. de Duello*, insinuatur.

PRO

P R O

Regio Fiſco.

C V M

Recuſantibus Iudicē, eò quod dùm Fiſci Patroni vicem ſuſtinuerit fuit interpoſitum decretum, in cuius rubr. aſſeritur, *Audito Fiſco*, nulla in ſcriptis præuia inſtantia, nec voce.

RESPONSVM XXXXI.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

IN caſu *antecedentis Reſponſ.* indicaui *n.49.* vnū
ex prouocantibus ad
Duellum certioratū *Me*
fortaſſis eius fuiſſe opi-
nionis, nēpè *Prag.2. de Duell.* de qua
1 abundè in *Reſponſ. præcit.* verba fe-
cimus, minimè abrogatam eſſe, ſed
ſuam debitam fore obtenturam exe-
quutionemin quibuſcumq; Tribuna-
lium ſubſellijs, ſuffultum authorita-
te vnius ex Magiſtratibus huius flo-
rentiſſimæ Ciuitatis, poſt dimiſſum
à Me Fiſci Patroni munus, ob recu-
peratam ſanitatem D. Honuphrij de
Palma, ſategit, omnemq; conatum
adhibuit, ne cauſæ Cōmiſſarius Ego
remanerem; Quæſitum, eum habuit,
colorem, quod fuit in cauſa interlo-
quutum per alium Commiſſarium
loco mei tunc Fiſci Patroni vices
gerentis, deſtinatum, qui in rubrica
decretorum appoſuit *Audito Fiſco*,
dum nulla mea præceſſerat inſtantia
in ſcriptis, nec voce, & dum fuiſſet
de hoc inſtatum in Rota, Fiſcus in-
nixus claris Regiarum Pragmatica-
rum diſpoſitionibus, inſtetit quod
ſuſpictio formiter proponeretur, ſi
qua alia fuiſſet, & ità extitit reſolu-
tum communi votantium calculo,
interueniente Spectab. Regente Ma-
gnæ Curiæ.

Efflagitans Pars ne Ego Commiſ-
ſarius exiſterem, adijt poſt triduum
eundem Spectab. Regentem Magnæ
Curiæ in Archiepiſcopali Eccleſia,
vbi Magiſtratus omnes pro functio-
ne publica quadam die (de more)
conuenerant, & porrecto memoriali
obtinuit cum voto trium Iudicum
eiuſdem Magnæ Curiæ (quorum no-
mina reticere præſtat) quod loco mei
2 alius in cauſa procederet, aſſignan-
tes rationem, quod Regenti licet ad
nutum, cauſarum cognitionem, cui
viſum fuerit demandare, obliti pror-
ſus prædicti decreti interpoſiti per
Rotam Magnæ Curiæ ipſis interue-
nientibus, quodq; (admirationi locū
præbet) ignaros ſe profitentes conti-
nuatę praxis, quæ Nos edocuit, Iuriſ-
dictionem Iudicum Magn. Cur. eſſe
3 ordinariā, nec Regentis munus aliud
eſſe, quàm cauſas inter Iudices di-
ſtribuere, quę dicitur potiùs partitio,
4 ſeu diuiſio cauſarum, quàm commiſ-
ſio, teſte erudititiſsimo *Caran. rit. 165
n. 28. & 29. D. de Franch. dec. 143. in
fin.* vbi benè declarat Regentem Ma-
gnę Curię, nullam in Iudices ipſius
tribuere iuriſdictionem, ſed tantùm
partiri curas cauſarum, & ante ipſum
adnotauit *Frecc. de ſubſeu. lib. 1. tit. de
Offic. Magiſtr. Iuſtitiar. n. 15.* Reg. Rou.

in Scholijs ad prag. 1. n. 3. de Offic. Magist. Iustitiar. qui ad rem nostram satis clarè edocet, ex eiusmodi partitione
5 sequi, quod si vnus Iudex inci- piat procedere in vna causa, debet ipse idem illam prosequi, & finire, aliàs esset nullitas ex dictis per *Bal. in l. vnic. in fin. C. de sportul. Aviles in cap. 35. Praetor. in Glos. Remita, n. 6.* vers. *Quod omnia*, & in terminis ha-
6 bemus ius statutarium, nempè *Prag. 8. §. Item, che dopo la causa eod. tit. de Offic. Magistr. Iustitiar.* quod adamussim fuit confirmatum per Sac. Catholicam Maiestatem de anno 1644. die 24. Mens. Decembris in instru-
7 ctionibus datis super Reformatione Tribunalis Magn. Cur. post visitationem generalē Regni factam per D. Franciscum Antonium dè Alarcon summæ integritatis, & doctrinę virum, quę instructiones licèt fuerint transmissę tempore quo Regni clauū sustinebat Magnus Castello Admiratus, exequutioni demandatę fuerūt hoc anno 1655. die 30. Aprelis per Excellentiss. Regni Proregem Comitē Castrilli; inter quas instructiones cap. 39. adest sequens dispositio: *El dicho Regente de Vicaria, in contrauencion de las Pragmaticas, parece hauer quitado algunas causas à los Iuezes, à quien estaban cometidas, para cometerlas a otros, tomandose en esto la autoridad, que no le toca; Por lo qual ordeno, y mando, que en conformedad de lo dispuesto por las dichas Pragmaticas, no pueda el dicho Regente, quitar à los Iuezes las causas, que les hubiere cometido, ni à los successores en los dichos Oficios, ni cometerlas à otro Iuez, pena de ser nulo como declaro lo sea todo lo que en contrario se hiziere, y de dozientos ducados aplicandos à mi Regio Fisco, que se han de cobrar de dicho Regente todas las vezes, que contrauiniere à esta mi ordem.*

8 Est benè verùm (ne ignari obseruantię aliorum Tribunalium videamur) quod in Rota Romana etiam post causam vni Auditori commissā, potest alius illam prosequi, quia omnes Auditores faciunt vnum Tribunal, & vna est omnium iurisdictio, itaut vnus loco alterius dicatur subrogatus, qua de re *Put. dec. 240. lib. 3. Rotamet* apud *Sanctiss. dec. 369. n. 2. & 3.* inquiens quod acta facta coram vno in causa alteri commissa solent sustineri, & reputari valida, ibique doctus *Oliuer. Beltram. in Annotat. lit. A.* tradit adeò vnam, eamdemq; esse
9 iurisdictionem omnium Auditorum, quod commissio vni directa, tribuit iurisdictionem etiam alijs, *Rot. dec. 16. n. 4. par. 4. in Nouiss.* At in Regno, in quo adsunt tot sanctiones regię, habemus casū legis, & sic nulla erat
10 dubitatio ad *tex. in l. ancillæ, C. de furt.* Vt profectò mirandum sit quomodò contrarium fuerit consultum?
11 Qua de re Ego ad Me ipsum instruendum, vtq; pacato deinceps sedeśem animo in eiusmodi antynomia, iuxtà præscriptum mihi morem volui quoq; à mutis Magistris edi-
12 scere, Num Iudex qui assumitur in Fisci Patronū aliqua in causa, vel ad omnes, sicuti mihi fuit iniunctum, vt muneri prędicto ob ęgram valetudinem nonnullorum dierum Dom. Fisci Patroni, inseruirem, si nullam fecit instantiam, ex eo tantùm, quod in aliquo decreto absq; causę cognitione interposito per substitutum, fuerit dictum *Audito Fisco*, sicuti in casū præsenti contigit, & in facti themate pręuiss, possit recusari?
Et sanè, prętermissa celebri, & famigerata illa disputatione (vtporè
modò

modò ad pręsentaneam thesim non collimante) *Num Fisci Aduocatus pos-*
13 *sit allegari suspectus?* de qua apud *Boer.dec.*258.*n.*8.*D.Garf.Mastrill.dec. Sicil.*214.*lib.*3. & *de Magistrat. lib.*5. *cap.*8.*n.*88.*Carau.rit.*18.*in fin. D.Reg. Ron. in prag.*5. *de suspict. Official.* vbi imprimi curauit literas Regias tam circa suspiciones tangentes Fisci Patronum in criminalibus,quàm Regij patrimonij, in quibus diuersimodè est dispositum, *Fontanell. dec.*30. *par.* 1.*per tot.Papon.lib.*7.*tit.*9.*Arrestor.arrest.*7.*&* 8.*Berart. in Specul. Visitator. cap.*12.*Cabed.dec.*119.*par.*2.nonnulla per *Me in Annotation. ad Muscatell. par.*1. *Glos. Sententia pag.*308.*col.* 2. vers. *Non minus*, quęsito occurrens, edoctus sum *à Iustiniano* non minùs
14 sollemniter,quàm eleganter,*in l.fin. C.de assessor.* neminem, qui patrocinium in aliqua causa aduocādo pręstitit, in eadem Iudicis officium gerere posse,ea nēpè ratione inibi assignata, *Ne affectionis suæ, vel Aduocationis memor,incorrupti Iudicis nō possit nomē perferre*,cui cōcordat ius canonicū *in cap.Postremò de app.*vbi *Abb.*

Quò loci, duo sunt animaduertēda ad hoc vt quis arceatur à munere Iudicandi vti Aduocatus,oportere in
15 primis vt patrocinium Aduocando pręstiterit, quod autem potuerit Fisci Aduocatus prestare patrocinium, si nulla reperitur facta instantia, nec voce, nec scripto nescio quis asserere possit? Iterum,secundò est notandum, quod eam ob causam recusatur Aduocatus, quia affectionis suę pręsumitur esse memor, quę ergo affectio cadere potest in instantia nondùm facta, non defensa, nec
16 discussa? Non entis non sunt partes, *l.eius qui in Prouincia.ff.si cert.pet.* Nec accidens stare potest sine subiecto, & faciunt, quæ tam doctè, quàm eleganter ad hoc tradit *Ill.Præses noster in* 2.*forens.cap.*37. *n.*4. vers. *Factum est, Mastr.dec.*151.*n.*53. qui adducit alterum *tex.in l.qui praest,ff.de iurisd. omn.Iud.Cabed.dec.*20.*n.* 2.*lib.*1. *Fontanell. dec.*8.*n.*14. *Merez in Cur.Montison.Reg.Petr.*3.*tit.de professor. Iurisperit.& Medic.n.*14.*pag.*38. *col.*3. in vers. *Item nota collat.*6.*in* 2.*par.*

Et ne punctualis desit determinatio etiam in casu fortiori,Ecce Sena-
17 tus Cathaluniæ apud *Fontanell. d. dec.*8. *n.* 18. vers. *Presupposito* casum decidit, Regens Monferratus de Guardiola cùm esset Aduocatus in Vrbe Barcinonæ firmauit quandam schedulam in quodam processu pro alio tunc Aduocato Antonio Oliba, deindè in Aduocatum Fiscalem Supremi Concilij designato dicendo sic, *Pro Oliba, Guardiola*,cùm dictus Guardiola fuisset posteà effectus de Regio Consilio, dubitatum fuit an propter illam firmam, deberet se abstinere ab interuentu illius causæ, Et tradit *Fontanell. n.* 19. quod non itaq;decisum,& conclusum de Mense Iulij die 23. de anno 1588. Et dat rationem decisionis, *Quando firma sicut hæc non tangebat merita causæ principalis*, Si igitur firma fiscalis, ex qua poterat præsumi instantia discutienda, non præbet obstaculum,vt deindè iudicare queat in eadem causa, quo pacto obicem præstare poterit dictum alterius *Audito Fisco*, quando nulla præcessit instantia voce,neque scripto?

Vtq; non tantùm mihi,sed Iudicū dignitati consulerem, ne eiusmodi exemplo deducto, alijs in causis practicari contingeret,supplici porrecto libello, Excellentiss.Regni Proregi, de omnibus ipsum certiorem feci, qui ægrè tulit,annuitq; fuisse omnia attentata, ac alia pleraq; in causa illa obseruari iussit, quæ silentio obruimus.Ex quibus Senator ille quærimoniam deferēs de prædictis, mecum haud amicabiliter in omnibus

se

se gessit, iuxtà illud *Chrisostom. in Polyor. lib. 3. super Matth. Si verò semel inimicitiæ occupauerint animos, omnia quæ sunt, quæ dicuntur, quæ audiuntur, ità recipiuntur, vt ad maiores proficiāt inimicitias.* Sed mihi amica magis est veritas, quæ impellit vt posteritati traderem. Et ex his manauit determinatio habita in Collaterali Consilio, de qua in *anteceden. Respons.* verba fecimus, nempè *Pragm. 2. de Duell.* minimè fuisse antiquatam, sed in viridi existere obseruantia, sec undũ quam erit procedendum, & iudicandum deinceps.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 1654.

DECISIO.

A*Deò vera fuerunt visa, & iuri conformia, quæ Nos in prædicto* Respons. *exarauimus, vt eueniente postmodum casu, quod vnus ex duobus Dom. Consiliarijs transmissus ad Magnam Curiam incriminalibus, ordine Excellentiss.* **Dom. Proregis** *(sicuti hactenus obseruatum extitit, teste* D. de Franch. dec. 148. n. 9.) *tentauerit nolle in causis procedere, nisi in ijs perpaucis, quas ipsemet selegerat, de hoc certioratus idem Excellentissimus* Dominus *Prorex geminatis diplomatibus directis Spectab.* Domino *Regenti Magnæ Curiæ, mandauit, nihil esse innouandum, sed quod in omnibus causis sui Antecessoris idemet Consiliarius vti Iudex in dicta Magna Curia procederet. Quorum diplomatum, primum datum sub die 27. Augusti* 1655 *palàm facimus, Alterum dignis respectibus suadentibus missum facere è re cēsemus fortassis, vt posteritati de omnibus consulam, è typis prodire satagam.*

Tenor Diplomatis Excellentiss. Dom. Proregis.

TAmbien hà entendido S. E. que en el cometer de las causas à los Ministros de este Tribunal, nò se obserua lo que disponen las pragmaticas, y particularmente la vltima publicada de orden de S. E. en el cap. 39. por lo que dize S. E. que se guarden dichas Pragmaticas, y cap. 39. como en ella se contiene, y que los Consejeros, que asisten en la Vicaria sean Commissarios, como los de mas Iuezes, y assi lo auiso à V. S. à quien Dios guarde. Palacio 27. Agosto 1655.

Francisco Antonio Manzolo Secr.

Penès *Sarnum Scribam Fiscalem.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 AVthor *Fisci Patronus Magn. Curia Vicaria.*

2 Honuphrius de Palma *Fisci Patronus Magn. Cur. Vicaria laudatur.*

3 *Magni Admirati officium, quo tempore fuerit erectum, deq; eo plura.*

4 Tex.in l.nullum,C.de testib. *qualiter procedat in Clerico deponente coram Iudice laico.*

5 Glosa in l.nullum,C.de testib. *communiter reprobatur in eo quod dicit Clericum deponentem falsum coram Iudice laico, posse ab illo cognosci.*

6 Tex.in l.nullum, C.de testib. *procedit nedum in teste falsum deponente, verùm etiam in omni persona, quæ quouis modo iurisdictionem Iudicis etiam non sui offendit.*

7 *Concesso uno, videntur concessa omnia, sine quibus concessio commodè, & efficaciter expediri non potest.*

8 D. Antonius Capiblancus Regius Consiliarius *laudatur.*

9 *Resistens Curia dicitur offendere facto, & comprehenditur in dispositione* tex. in l.nullum, C.de testi.

10 *Offendens iurisdictionem Iudicis incompetentis, potest ab ipso puniri.*

11 Tex.in l.nullum, C.de testib. *procedit in omni Iudice quomodolibet incompetente, modo non sit ei interdicta nominatim criminalis punitio.*

12 *Clericus est omninò exemptus à iurisdictione laicali.*

13 *Determinatio Sac.*Consil. *apud* D. de Franch. dec. 147. *enucleatur.*

14 *Clausula priuatiua dicitur quando iurisdictio conceditur in certum genus personarum.*

15 *Iudex qui exercet iurisdictionem in terminis* l.nullum,C.de testib. *eam habet cumulatiuè, non priuatiuè.*

16 *Clausula in certum genus personarum habetur loco clausula clericalis.*

17 *Clausula nequis extrahatur ratione exercitij, aufert iurisdictionem quibusuis Iudicibus.*

18 *Clausula abdicatiua non facit concurrere cum eo, qui iurisdictionem habet cumulatiuam.*

19 *Priuilegia non extenduntur ad ea, per quæ publica læditur utilitas.*

20 *Simile non est idem.*

21 Tex.in l.nullum, C.de testi. *procedit ubi declinatur iurisdictio ratione solius incompetentiæ, non autem quando declinatur ratione incapacitatis uti est in Clerico.*

22 Angel. in l. testamenta omnia n. 4. C.de testa. *enucleatur.*

23 D.Reg.Fab.Capic.Galeot. *laudatur.*

24 *Iudicis potestati quilibet ob delictum subijcitur.*

25 *Ius commune quod non operatur, nequidem priuilegium operari potest.*

26 Tex.in l 1.C.de Præfect. Vrb. *enucleatur.*

27 *Iurisdictio priuatiuè concessa, excludit non minùs Officiales, quàm reliquos populares in casibus exceptis.*

28 *Iudici offenso, vndè oriatur vindicta.*

29 *Iudex quę comprahendat in procedēdo vigore prorogationis iurisdictionis.*

30 *Specialiter quæ sunt Iudici concessa, prorogatione non indigent.*

31 Tex.in l. 1.ff.de accusat. *expenditur.*

32 D.Franciscus Merlinus Sac.Consilij Præses, *laudatur.*

33 *Testis periurus delinquens in officijs testificationis, efficitur de foro Iudi-*

dicis, coram quo testificatur.

34 Tex.in l.nullum, C.de testib. *procedit quomodocumq; Iudex offendatur.*

35 *Rerum iudicatarum magna est Authoritas.*

36 Decisio D. de Franch, 722. *habuit iudicaturas contrarias.*

37 *Decisum dici non potest, quod non est discussum.*

38 D. Fabius Anna cons. 107. in fin. *ponderatur.*

39 *Magistratibus post Deum, debetur reuerentia, &* n 46.

40 *Reuerentia Magistratibus, qua ratione debetur.*

41 *Prætores dicuntur Principes Ciuitatis.*

42 *Magistratus à Deo sunt positi, ijsque obediendum est.*

43 *Iura armari dicuntur ad Magistratuum sedem tuendam, eorumq; iniuriam vindicandam.*

44 *Iudex pro sua conseruanda iurisdictione, potest punire offendentes eius iurisdictionem.*

45 *Iurisdictio tributa Iudici contra eius iurisdictionem offendentem vndè oritur.*

46 *Iudex cognoscit de delicto ad sui offensam commisso, non obstante quocumq; alterius Iudicis fori priuilegio.*

47 *Iudex offensus à suo Ministro, vel ab alio quocumq; ratione sui officij est competens ad ipsum puniendum etiã aduersus Iudicem exercentem iurisdictionem cum clausula abdicatica, & priuatiua.*

48 Textui in l.nullum, C.de testib. *nulla generali clausula derogatum censetur, nisi specialiter de eo fiat mentio.*

49 Author *fatetur nunquam obseruasse tempore sua Aduocationis fuisse derogatũ in priuilegijs dispositioni* tex. in l.nullum, C.de testib.

50 Author *affirmat* decisionem 722. D.de Franch. *procedere etiam in terminis adductis per* Dom.Præsid. Merlin.loco indicato.

ARGVMENTVM.

Magni Admirati Officium vndè originem habuit, & apud quas Gentes, in quibusque consistat, quantiq; apud plerasq; nationes habitum fuerit, plura non inconcinnè adducuntur.

Tex.in l nullum, C. de testib. quomodo, qualiterque, quibusq; in casibus locum sibi faciat, & an cumulatiuè, vel priuatiuè, quæque vrgeant rationes, Iuraque suadeant, quod Officialis de delicto ad sui offensam commisso, valeat vindictã Ipsemet sumere non obstante quolibet priuilegio, & clausula priuatiua, siue abdicatiua, cuius rei arrepta occasione enucleatur *tex.* prædictus, adeò quod alibi pleniùs discussus non reperiatur.

Magistratibus reuerentia quare debeatur, quæq; sit illis à Principibus tributa potestas, luculenter insinuatur.

Magnæ Curiæ Vicariȩ Tribunal cognitionem habet in Officiales Curiȩ Magn. Admirati resistentes ipsius Magnȩ Cur. Ministris quoquo-

modo

modo, & ponderatur nedũ *textus in d.l.nullum, C.de testib.* verùm etiam alij quamplures, pariterq; enucleatur determinatio Sac. Consil.in contrarium adducta apud *D.de Franch.dec 722.* alieque post ipsum adductæ, & ponderantur nouæ determinationes eiusdem Prætorij, aliorumq; Tribunaliũ exteriorum, secundùm quæ in præsenti articulo *Author* obtinuit vices Fisci Patroni Magn.Cur. sustinens,casũq; decisum singillatim enarrat.

PRO

Regio Fisco.

CVM

Magno Admirato Regni.

RESPONSVM XXXXII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 BReui quatraginta dierum interstitio,in quo iussu Excellentissimi Cõmitis Castrilli Regni clauum sustinentis nunquam satis laudati,de me optimè emeriti Principis,Fisci Patroni Magn. Cur. Vicariæ vicem sustinui ob ægram valetudinẽ D.Honuphrij
a de Palma non modicæ eruditionis viri, ac de legali scientia apprimè meriti, qui post expletum strenuè Aduocationis munus in particulariũ causis defendẽdis,ex proprijs meritis à Serenissimo Rege nostro ad id subeundum munus fuit adscitus, contigit casus disputandus circa remissionem petitam per Curiam Magni Admirati de Carcerario ipsius nomine Antonio Cuomo, inquisito, & carcerato in carceribus d.Magn.Curiæ ob resistentiam factam Alguzerijs, & Seruientibus ipsius cum extractione cultri, ac etiam pro aliis delictis, cui sanè remissioni *Ego* pro

meo subeundo munere, me opposui eò quod licèt inficias nō iuerim magni Admirati officium peractis
3 æuis apud Romanos incognitū, nec erectum, nisi temporibus Constantini Magni, uti ex *Petrò Cothero*, *&* *Purpurato*, nobis tradidit *Chassan. in Cathal. Glor. mund. par. 9. consider. 16.* primitùs excogitatum *à Pollicrate Samy Tyranno*, si fides adhibenda est *Placito Herodoto lib. 3.* quem ad hoc expendit *Marc. Anton. Surg. de Neapol. Illustrat. lib. 2. cap. 26. n. 30.* fuit omni tempore apud Regnantes necessarium, teste *Io. Tarcagnoto in lib. 1. Neapolitani situs pag. 20. & 21.* & hoc in Regno extitit penès vnum ex septem Officijs, Constatq; è veteribus sæculis repetita memoria, cognitum fuisse, & tempore *Regis Rogerij I.* in anno 1128. in maxima existimatione, & authoritate fuisse habitum sub *Carolo I. & Federico II.* cuius rei primordium descripsit eruditè *Marin. Frecc. de subfeu. lib. 1. rubr. de offic. Magn. Admirat.* eiusq; præheminentias, iurisdictiones, & priuilegia adamussim imprimi curauit *Ill. March. Belmont. Reg. Tap. in recollect. Iur. Regn. lib. 1. tit. de offic. Magn. Admirat. per tot.* & *dec. 13. Sac. Consil.* & verba fecerunt *D. March. Corlet. Reg. Constan. in l. 1. C. de Classic. ex n. 72. lib. 11. Mastr. de Magistrat. lib. 5. cap. 13. D. Reg. Ron. in prag. 1. de titulor. abus. in scriben. subl. n. 7. & 18. D. de Franch. dec. 88. 417. & 722. n. 2. Consiliar. Ann. cons. 107. n. 11. Gizzar. dec. 76. n. 1.* & *in rubr. de composit. sub n. 7. Tasson. in Scholijs ad prag. de Antefat. vers. 3. obser. 3. ex n. 219. Niger in Cap. Regn. 79. n. 1. & 2. D. Reg. de Pont. dec. Collater. Consil. 13. & in tract. de potestat. Proreg. rubr. de diuers. prouision. cap. de Armis, D. Capiblan. de author. Baron. prag. 8. cap. 37. n. 11. in 2. Gram. cons. ciuil. 108. D. Reg. Sanfel. dec. 429.* quæ est *finalis ex n. 1. lib. 3.*

4 Attamen ex clara dispositione *tex. in l. nullum, C. de testi.* asserebam causam debere remanere in Magn. Curia, quæ ob resistentiam factam eius Alguzerio cognoscit de non subdito, qui deliquit coram eo, ratione contemptus, cum eius aures sint ex hoc offensæ, quem *tex.* etiam in Clerico falsum deponente coram Iudice laicò ampliarunt Aliqui cū *Glosa in d. l. nullum*, sed hoc reprobatur cōmuniter per *Innoc. in cap. verum de foro compet.* & post eum *Paul. de Castr. in d. l. nullum*, sicuti aduertit *Additio ad Glos.* ibi, & de communi testatur *Maran. in Specul. par. 6.* verb. *Actorum editio actu 12. n. 4.* vbi *Ludou. Alpher.* qui plures adducit, quam opinionē vti tutiorem elegit Sac. Consil. teste *Affl. dec. 330.* vbi plura doctus *Vrsill. Couarr. practicar. cap. 18. post n. 8.* vers. *Sed & locus erit*, vbi reassumendo *tex. in d. l. nullum*, post *Innoc. Hostiens. Io. Andr. Panorm. Felin. Castrens. Iason.* & *Bernardin. Diaz*, fidem facit hanc esse communem, & receptam opinionem, innixus *Affl. d. dec. 330.* & in alio casu idem *Affl. dec. 229.* plenè *Guttier. lib. 1. practicar. ad ll. Regias cap. 24.* licèt hoc de clerico non examinet, *Thes. dec. 266. n. 3.* & ante istos *Capic. dec. 5. n. 13. & dec. 143.* vbi *Petr.* & *Masul.* addiderunt, benè *Bouadill.* in sua *Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. cas. 21. n. 91. pag. 773.* vbi quamplures recenset, & extendit etiam in Delegato à Principe, ibi, *Aunque contra el testigo no tenga iuridiçion alguna, y esta es la mas cierta, y recebida opinion*, plenè *Caball. resol. crim. centur. 5. cas. 261. per tot.* qui omnes laudibus efferunt ambas *Afflicti* determinationes, quarū haud immemor fuit perdoctus *Reg. Capic. Galeot. lib. 1. Respons. fiscal. n. 3. ad* 10. & ante ipsum *D. Reg. Ron. dec. 20. n. 18.* vers. *Sed quod hæc distinctio, Præs. Reg. Cam. Battaglin. in Addit. ad Cyn. super d. l. nullum pag. 166. & seq.*

D. Præs.

D. Praes. Merlin. in 2. forens. cap. 71. n. 9. qui alios congerit, *Io. Vinc. Ann. sing. 135.* & abundè *Consiliar. Ann. cōs.* 107. edito pro Curia Magni Admirati, *D. Reg. Tap.* insignis iurium Regni enucleator *d. dec. 13. n. 2.* qui allegat *Genitorem suum in Apostill. ad d. l. nullum*, & subdit obseruasse ad thesim propositam in *d. cap. at si Clerici*, & aggregat *D. de Franch. dec. 470. n. 4.*

6 Rursus: praedictis magnoperè adstipulari aiebam, quod *tex. in d. l. nullum* locum sibi vindicat nedùm in teste falsum deponente, verùm etiā in omni persona, quae quouis modo iurisdictionem Iudicis etiam non sui offendat, sicuti apertè elicitur ex verbis *textus*, ibi, *Vt quicumque, aures eius offenderint, non dubitent sibimet formidandam*, cuius rei rationem expen-

7 dunt *Petr. & Cyn.* quia aliàs frustrà concederetur iurisdictio, Nam cùm alicui aliquid conceditur, & omnia conceduntur, sine quibus concessio etiam commodè, & efficaciter expediri non potest, ad *tex. in l. 2. ff. de iurisd. omn. Iud. l. oratio, ff. de sponsal. D. de Franch. dec. 722. col. vltim.* verb. *Vnus ex Dominis*, vbi testatur semper fuisse intellectum illum *textum*, quomodocumque Iudex offendatur, *Salzed. ad prax. canon. Diaz cap. 97.* vers. *Nec illud praetereūdum Farin. in prax. crim. tit. de inquisit. quaest. 8. n. 26. vol. 1. & de opposition. contra dicta testium*

8 *quaest. 67. §. 2. per tot. D. Capiblan.* Iudex olim *Magn. Cur.* doctus, & eruditus vir, eximij Consiliarij *D. Antony Genitor*, multis mihi obseruandi nominibus in *Scholiis ad prag. 8. de Baron. n. 9. tom. 2.* quem ad hoc allegat *D. Reg. Galeot. d. respon. 1. n. 4.* vbi perdoctum praeconizat, sequitur *Mastr. dec. Sicil. 147. n. 18.* expendens rationem allatam per *D. de Franch. d. dec. 722.* quod magis procedere debet *tex. in d. l. nullum* quomodocumque Officialis offendatur, quàm in teste falsum deponente, siquidem ibi *Im-*

9 *perator Zeno* considerauit offensionē factam verbo tantùm, sed in casu resistentiae, in quo versamur offensio est facto, quae magis, atque magis contemptum Iusdicentis insinuat, & acriùs punitur, & collimant tradita per *Caball. centur. 1. resol. crim. cas. 53. per tot.* praesertim *n. 3.*

Vt meritò dixerit D. Reg. *Galeot.* saepiùs *cit. Respon. 1. n. 4.* vers. *Et sic*, sa-

10 tis esse offendere iurisdictionem tātùm, vt delinquēs, quamuis fori praescriptione tutus, possit etiam sine accusatore puniri à Iudice alioquin incompetente, vt post *Glosam vltimā*, docuit ibi *Petr. de Bellapert. in vltimis verbis*, & indistinctè procedere de-

11 cisionem *d. l. Nullum* in omni Iudice quouis modo, & causa incompetente, modò non sit ei interdicta nominatim criminalis punitio, docet *Couarr.* licèt subdubiùs *d. cap. 18.* post *n. 8.* vers. *Quamobrem sunt*, & in vers. *Igitur delegatus*, fusè *Farin. de testib. vitiat. cap. 67. §. 2. limit. 5. n. 46. & 51. Cabal. d. cas. 261. post n. 7.* & idem *D. Galeot. n. 12.* conclusionem firmat, nullo casu deficere dispositionem *d. l. Nullum*, vbi non potest declinari iurisdictio ratione alicuius incompetentiae, sed solùm vbi Iudex non est incompetens, sed etiam penitùs in-

12 capax, vt est in Clerico, qui omninò est exemptus à potestate saeculari, quod docuit *Oldr. cons. 83. n. 7. D. de Franch. dec. 417.* post *n. 5. Gram. dec. 29. Barbos. in l. si quis ex aliena 5. n. 64. ff. de iud.* vt meritò dici possit regulā *d. l. nullum* esse infallibilem in casu incompetentiae actualis, sed non in casu incompetentiae potentialis & de iure communi, diuino, & humano, vt notat *Peguer. d. dec. 60. & 79. n. 5. Borgnin. Caualcan. dec. 2. n. 11. lib. 1.* Adeò quod *Cabal. resol. crim. centur. 2. cas. 116.* inhaerendo dispositioni *d. l.*

nullam, non dubitauit asserere, quod etiam Iudex causarum ciuilium tantùm, valeat punire testem falsum coram se deponentem, contra ea quæ adstruit *D. Præs. noster dec.* 147. (de qua alibi noster redibit sermo ad defensionem D. Præsidis loquentis in Regno, in quo ex peculiaribus iuribus, & obseruantia subsequuta, distincta est iurisdictio ciuilis à criminali.)

Hæc ergo cum nostram conuincăt aleam, dispicere tamē cordi est, quā-
14 ti faciendum est de oppositionibus Aduersariorum, quibus suam conuallant opinionem.

Primò quia magnus Admiratus habet clausulam priuatiuam in certum genus personarum, quæ adimit Iudicibus iurisdictionem ex famigerata opinione *Angel. in l. testamenta omnia n.4. C. de testa. D. de Franch. dec.* 142. vndè Iudex, qui Iurisdictionem
15 exercet in terminis *d. l. nullam* (quē procedere cumulatiuè testatur *D. de Franch. dec* 147. *n.* 5. & 679. *n.* 3. & 722. *n.* 24. *Caball. in pulchro cas. resol. crim. centur.* 2. *cas.* 117. *Giurb. cons.* 59. *n.* 116. *Cauagn. dec. consult.* 4. *n.* 25. *lib.* 1. *D. Præs. Merlin. in* 2. *forens. cap.* 71. *n.* 16. *Reg. Sanfel. dec.* 63. *par.* 1.) non potest concurrere cum Iudice, cui priuatiuè concessa est iurisdictio,
16 vnoq; ore DD. tradiderunt eiusmodi clausulam facere causam quodāmodò similē causæ clericali, vti post *Capic dec.* 122. firmat *D. de Franch. dec.* 417. *n.* 8. *Consiliar. Ann. d. cons.* 107. *n.* 6. *D. Reg. Tap. d. dec.* 13. *eod. n.* 5.

Secundò adstruunt Aduersarij clausulam prædictam esse concessā ratione exercitij ne ab illo extrahatur, quale est hoc priuilegium quod concessum est Admirato, omnium
17 enim aliorum Iudicum conquiescit iurisdictio, sicuti obseruat *D. Reg. Tap. d. dec.* 13. *eod. n.* 9. *vers. Secundò quia* qui pariter alios casus similes adducit ad comprobandam opinionem in beneficium Magni Admirati.

Tertiò ex authoritate rerum iudicatarum rem esse indubitalem in beneficium Admirati contendunt, vt adducunt *Reg. Tap. d. dec.* 13. *D. de Franch. dec.* 722. *Gizzar. dec.* 76. *Reg. Sanfel. dec.* 429. *Consiliar. Ann. d. cons.* 107. qui pro Magno Admirato calamum arripuit in causa relata per *D. de Franch.* & strenuè tuetur *D. Capiblan. de Baron. tom.* 2. *cap.* 37. *n.* 11.

Nostræ igitur partes erunt singulis occurrere, Et

18 Quò ad primum de iurisdictione cum clausula abdicatiua; eiusq; efficacia, quod non possit concurrere cum eo Iudex, qui iurisdictionem exercet cumulatiuam, occurrit ingeniosè *D. Præs. Merlin. d. cap.* 71. *n.* 28. *vers. Neq; vim facit*, eiusmodi obiecto, quod sanè insuperabile videri. Ipsemet inibi fatetur, illud non procedere, nec valere Iudicem, qui priuatiuam habet iurisdictionem illam exercere aduersus Iudicem punientem iniuriam sibi illatam, lege sic dictante, & disponente cùm regulare sit in priuilegiorum materia, nunquā
19 eius concessionem extendi ad ea, per quę publica læditur vtilitas, quomodo censetur offensio Magistratuū (vti inferiùs indicabimus) ad quod adducit *D. Merlin. tex. in l.* 2. *de priuil. scholar. lib.* 12. & plenè *Giron. de priuil. n.* 334. idemet *D. Merlin. in* 1. *forens. cap.* 100. *n.* 20. & quod clausula prædicta facit causam quodammodo similem clericali, aduerto non esse clericalem, sed assimilari, vndè non est eadem, cùm omne simile non est idē, *l. quod Nerua*, vbi *Glos. ff. depos.* & in terminis ponderat *D. de Franch. dec.* 722. *n.* 21. & post eum *D. meus Præs. Merlin. Toga decus in* 2. *forens. cap.* 71. *n.* 27. *vers. Præsertim.*

Proin quadrant bellissimè, quæ post *Oldr. cons.* 83. *n.* 7. *D. de Franch. dec.*

*dec.*417.poſt *n.* 5. *Barboſ.in l.ſiquis ex*
aliena 5.*n.*64.*ff.de ind.*obſeruat *Dom.*
Reg. Galeot. modò adductus *hoc eod.*
Reſpon. verſ. *Vt meritò*, nullo in caſu
21 deficere diſpoſitionem *d. l. nullum*,
vbi poteſt declinari iuriſdictio ratio-
ne ſolius incompetentiæ, ſed ſolùm
vbi Iudex non eſt incompetens, ſed
penitùs incapax, vt eſt in clerico, qui
omninò eſt exemptus à poteſtate ſæ-
culari, & benè aduertit *D. Præſ. Mer-*
lin. d. cap. 71. *n.* 9. verſ. *Non ſic erit*, me-
morando deciſionem *Affl.*230. com-
probatam à DD. à Nobis adductis
hoc *eod. Reſponſ.* verſ. *Attamen*, eiſque
aggregat *Foller. ad Conſtit. Regn. De*
perſonis n. 3. *de Epiſcop. & Cler. An-*
guian. de legib. lib. 2. *contr.* 22. *n.* 2. cum
alijs quamplurimis relatis per *Ca-*
rol. de Graſſ. de effect. cleric. effect. 1. *n.*
1149. *Barboſ. Epiſcop. de iur. Eccleſ. lib.*
1. *cap.* 39. §. 2. *n.* 90. *& ſeq. Gregor. Lo-*
pez Hiſpaniarum ornamentum *in l.*
fin. verb. *Que han poder*, *in fin. tit.* 16.
par. 3. Igitur quando Iudex efficitur
incompetẽs ex clauſula abdicatiua,
non efficitur omnimodò exemptus,
ſicuti eſt in clerico, ſed quod docuit
23 *Angel. in d. l. Teſtamenta omnia*, opera-
tur vt clauſula abdicatiua faciat ſi-
milem cauſæ clericali, igitur tangit
incompetentiam, non omnimodam,
& totalem incapacitatem qualis re-
putatur in clerico, vt adſit aliqualis
diſſimilitudo, etiam attenta doctrina
Angeli, facit *D. Præſ. Merlin. d. cap.* 71.
n. 14.

Secundum obiectum, quod clau-
ſula abdicatiua eſt conceſſa ratione
exercitij, ne ſubditus Magno Admi-
rato, ab illo extrahatur, fateor inge-
nuè diluitionem recipere, ex *tex. cũ*
Rubr. Vt omnes obed. Iudicib. Prouin-
cior. & in criminalibus, & pecuniarijs
cauſis, nullo excepto per priuilegium,
vbi *Gloſ. in d. rubr.* quæ habet oratio-
nem perfectam in verſ. *Priuilegium*,
ſubdit, *Scilicet ſpecialiter indultum*,
vel de nouo conceſſum, & infra in *tex.*
§. *Si igitur fuerint ambo*, ibi, *Neque ex*
priuilegio cuiuſpiam, neque ex iuſſione,
& ſuperiùs in eiuſdem *textus cõtextu*,
qui enim quolibet loco, iuncto verſicul.
Vnuſquiſq; in qua Prouincia deliquit,
ex quo *tex.* fuit deprompta *Auth. Qua*
in Prouincia, *C. vbi de crim. agi oport.*
in illis verbis, *Qua in Prouincia quis*
deliquit, aut in qua Prouinciarum, aut
criminum Reus ſit, ſiue de terra, & de
terminis, ſiue de poſſeſſione, ſiue de pro-
prietate, aut qualibet occaſione, vel qua-
libet de re fuerit Reus, illic etiam iuri
ſubiaceat, quod ius perpetuum eſt, ideſt
vti *Gloſa* benè interpretatur, in verb.
Ius perpetuum, Ius generale, quem *tex.*
23 ingenioſè enucleans ſummæ do-
ctrinæ, & perſpicacis ingenii vir *D.*
Reg. Galeot. d. reſp. n. 1. *n.* 1. eam ſta-
tuit concluſionem in materia con-
iungendo priora verba *rubr. in Auth.*
Vt omnes obed. Iudic. cum verbis tam
Auth. C. quàm *in corpore*, vndè deſum-
pta eſt, quod nullus Iudici inobediẽs
poſſit ſub prætextu, & colore cuiuſ-
cumq; priuilegii, illius Iudicis de-
clinare iuriſdictionem, & paulò poſt
inquit eſſe ponderanda verba illa
ampliſſima, *Vel de qualibet alia occa-*
ſione illic etiam iuri ſubiaceat, vt faten-
24 dum ſit, quod cuius rei occaſione
quis ſubijcitur ex delicto, eiuſdem
Iudicis poteſtati meritò abſq; vlla
ſpe declinandi forum, ſubijci debet,
Igitur non valet, quod aſſeritur de
ſubdito Magni Admirati non extra-
hendo ab eius exercitio ſi quando
aliorum Iudicum, & præſertim Tri-
bunalis Magn. Cur. Alguzeriis, ſeu
Apparitoribus reſiſtat, eius aures ne-
dum verbo, ſed facto offendendo,
quod debet ad illum remitti.

Quibus non parum ſuffragantur
notanda illa verba *Imperatoris in d.*
Authen. §. *hanc dicet*, quæ videntur ap-
poſita ad deciſionem præſentis con-
trouerſiæ, vt omne proſternatur pri-
uile-

legium; & sunt infrascripta, *Nulli*
permittendam esse habere contra dictam
legem quadam priuilegia, neq; excipi ab
illa quolibet priuilegio concesso, etiam
domibus Imperialibus, sacro patrimo-
nio, aut sacris priuatis, quæ meritò post
supernum honorem, secundo loco posita
sunt.
Quinamplius: conuincitur dispo-
sitio *d. l. nullum* ex doctrina *Bald. in*
d. Auth. Qua in Prouincia, n. 2. in fin.
dum adducit *tex. in cap. 1. de priuil. in*
6. quo caueтur id quod non opere-
25 tur ius commune, nec posse operari
priuilegium, & *Castren. in d. Auth. in*
princ. sub vers. *Debes autem scire*, subdit
Et isto modo declarat istum textum In-
nocen. IV. qui formauit cap. 1. de priuil.
in 6. quod fuit extractum de ista Auth.
& eius corpore, & vti obseruat *D. Reg.*
Galeot. d. n. 15. vers. *Et hos specialiter*,
DD. afferunt communiter profulciē-
da decisione *tex. in d. l. nullum, textum*
in d. cap. 1. de priuil. & ante ipsum tra-
diderunt *Felin.* & alij relati per *Co-*
uarr. practicar. cap. 18. post n. 8. vers.
Sed & locus erit, D. Merlin. d. cap. 71.
n. 18. qui appositè ponderat *tex. in d.*
cap. 1. de priuil. in 6.
26 Congruit quoq; nostro patrocinio
famigeratus Author *Io. Fabr. in l. 2. C.*
de Praef. Vrb. vbi ponderans verba il-
lius *tex.* ibi, *Ne quasdam personas de*
Prouincia existimet aduocandas, nisi
tantummodò suos Officiales, & homines
populares huius Almæ Vrbis seditioni
obnoxios, inquit *Faber*, *Nota quod Iu-*
dex habet cognitionem suorum seruien-
tium, & Officialium, & debent eis re-
mitti, quod est verum, si delinquant in
officijs, & sic tenet Curia Franciæ, vn-
dè subdit *D. Reg. Galeot.* innixus *Fabr.*
27 *Et sic excluduntur non minus Officia-*
les, quàm reliqui populares in casibus
exceptis, vbi alteri priuatiuè competit
iurisdictio. Notanda igitur sunt tanti
viri verba appositè tradita *Vbi alteri*
priuatiuè cõpetit iurisdictio, quasi quod
nullum patrocinetur priuilegium,
nulla operetur clausula abdicatiua,
etiam quodammodò clericali simi-
lis; sicuti aiunt Aduersarij, eorumq;
Asseclæ, quare deneganda sit remis-
sio Officiali offenso siue verbis, siue
facto, Maximè quia vindicta Iudici
28 offenso non ex vi tacitæ, vel expres-
sæ prorogationis iurisdictionis com-
29 petit, de qua neutiquam est loqu-
tus *Imperator in d. l. nullum*, sed ra-
tione suæ propriæ iurisdictionis ad
eam tuendam, vt propriæ sit vindex
iniuriæ, nec sub materia prorogatio-
nis cadunt ea, quæ Iudex ex vi suæ
iurisdictionis absq; prorogatione po-
test facere, & terminare, sicuti ex de-
finitione (seu mauis descriptione)
colligit *Petr. Barbos. in l. 1. art. 1. num.*
229. ff. de iud. vel quæ speciali sunt
30 iudici concessa propter specialem
aliquam rationem, secundū *D. Mer-*
lin. d. cap. 71. num. 17. & 18. vbi addu-
cit *text in d. cap. 1. de priuil. in 6.* ibi,
Saluis nihilominus casibus alijs, in qui-
bus eos Episcoporum iurisdictioni sub-
esse canonica præcipiunt instituta.
31 Vtque signet hoc nostrum patro-
cinium, *textum* affero peculiarem,
quem adducunt *Glos. 1. in l. de milita-*
ribus 8. ff. de custod. & exhibit. reor. nē-
pè *in l. 1. sub tit. de accus.* ibi, *Vt alte-*
rius Prouinciæ reus apud eos accusetur,
& damnetur, apud quos crimen contra-
ctum ostendatur, quod etiam in militi-
bus esse obseruandū optimi Principes no-
stri generaliter rescripserunt ibiq; *Glos.*
citat *Auth. Qua in Prouincia* supra
ponderatam, & subtiliter de more
ponderans *D. Galeot. d. respon. 1. num.*
24. dictionem illam *Apud*, quæ pro-
prijssimè idem significat, quod *corā,*
ad l. 1. & 2. ff. de offic. Praesid. vel *pe-*
nès, vel *propè*, *l. is apud quem ff. de acq.*
hared. Cened. de diction. sing. 59. Epi-
scop. Barbos. de diction. dict. 30. hæc ad
nostram euincendam aleam protulit
verba, *Non sunt igitur seruientes, nec*
milites,

milites, ad eum sub quo militant remittendi cùm apud alios Iudices delinquerint, ac alia pleraque adducit per *tot. Responsum*, quorum ne transcriptor videar cohibeo calamum, ibiq; curiosum Lectorem remitto, & ad Mecenatem nostrum huius æui orna-
32 mentum *D. Marchionem Ramout. in 2. forens. ecmtar. cap.* 71. apud quem nonnulla ex ijs, quæ *D. Reg. Galeot.* adducit, allata viderent, nulla facta illius mentione, de quo herclè mirandum est.

Nec desunt Authores, qui de priuilegio loquentes nobis oppidò suppetias ferunt, inter quos emicat doctissimus *Garsia Mastr. decis. Sicil.* 147. *lib.* 2. *num.* 16. *&* 17. *vers. Rursus*, dum tradit esse denegandam remissionem Baronibus, quando per vassallos offendũtur Officiales, & Alguzini Regij in exercitio officij ad *tex. in l. nullum C. de testi.* subdit (quatenus rei nostræ conducit) *Per quem textũ derogatur omni priuilegio speciali, vt expressè ibi apparet*, ad quod probandũ adducit *Couarr. d. cap.* 18. *& Aloys. de Leo in l.* 1. *n.* 19. *C. de testi.* qui fanè
33 à me perlectus claris verbis asserit, quod testis periurus delinquens in officijs testificationis, efficitur de foro iudicis, corã quo testificatur, nec habet aliquod priuilegium, nec immunitatem propter quam possit euitare pęnam pro motu iudicis imponendam de quo inquit esse *textum in d. l. nullũ*, & aggregat *Capol. consil. crim.* 40. *Abb. in cap. verum n.* 208. *de for. compet. & consf.* 52. *vol.* 2. *Bart. in l. diuus n.* 4. *& in Apostill. ff. ad l. Cornel. de fals. Guid. Pap. cons.* 45. *n.* 4. *par.* 1. *Boer. dec.* 108 *Ang. de Malef. in suo Repertor.* verbo *Testis. Tholos. dec.* 280. *& in Addition.* pleniùs, *Guid. Pap. decis. Delphin.* 487. *Afflict. dec.* 219. *&* 230. *Capye. decis.* 142. *& D. de Franch. decis.* 147. quos supra *Nos* memoria habuimus vers. *Attamen*, & modò addimus *D. Præsid. Merlin. d. cap.* 71 *n.* 8. ibi, *Id quod est speciale in dispositione tex. in d. l. nullum, vt habeat locum non obstante quocunque fori priuilegio, seù exemptione qua gaudeat delinquens, & notarunt Bart. ibid. Falin. in cap. verũ col.* 3. *de for. compet. Couarr. practicar. cap.* 18. *num.* 8. *circa med. Peguer. decis.* 79. *num.* 4. Hucusq; tantus vir.

Et nè vmbra dubitationis remaneat circa intellectum *textus in d. l. nullum*, quod loquatur de teste falsũ deponente insinuat *Garz. Mastr. dec.* 147. *n.* 18. *textum* illum fuisse semper
34 intellectum quomodocunq; Iudex offendatur, allegans *D. de Franch. decis.* 722.

35 Tertium tandem obiectum de authoritate rerum iudicatarũ, quod aduersus *Nos* paratur, existimantes Aduersarij nodum esse Herculeum, quatum magnam esse authoritatem inficias non imus, ex *Cassiodor. lib.* 1. *variar. Epist.* 5. per hæc verba, *In immensum trahi non decet finita litigia, quæ enim dabitur discordantibus pax, si nec legitimis sentẽtijs acquiescitur? vnus enim inter procellas humanas portus instructus est, quem si homines feruida voluntate preterennt, vndesis iurgijs semper errabunt, Petr. Gregor. in commentar. Syntaxi artis mirabilis lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 26. *Quintilian. lib.* 1. *Instit. Orator. in princ. Cicero* 2. *ad Herennium*, & in *Orat. pro A. Cluentio*, & cõmuniter adducitur *tex. in l. seruo inuito* 65. *§. cum Prętor ff. ad Trebell.* plures congregat *Reg. Valenz. cons.* 72. *num.* 33. *& seqq. lib.* 1. *D. Lar. allegation. fiscal. alleg.* 71. *num.* 1. *lib.* 2. *& dec. Granaten.* 39. *n.* 3. facili negotio labefactatur, Et initium desumẽtes ex decisis apud *D. de Franch. d. decis.* 722. animaduertendum in primis est ipsum fuisse in voto contratio, sicuti benè legenti decisionem, ex illius contextura obuium fit, & testatur *D. Gars. Mastr. d. dec.* 147. in Sacro Consilio

filio Neapolitano tempore eiusdem *Dom. de Franch. n. 19.* inquiens retulisse Arcualium Sedenum Regium Consiliarium postmodum ad munus Consultoris Proregis Siciliæ assūptum, & fidem ad hoc præstat quoq; suam, *D. Reg. Galeot. d. respon. 1. n. 81. vers. Vltra enim*, qui ambo *Mastrill.*

36 nempè; & *D. Galeot.* referunt passim in Concistorio Siciliæ post dictam *D. de Franch. decisionem*, fuisse in pluribus causis contrarium indicatum, & fuisse remissos ad iudices offensos, quoscunq; delinquentes peculiaribus licèt priuilegijs, exemptis à iurisdictione aliorum iudicum, siuè tribunalium, & casum accidisse tradit *D. Galeot.* in eodem Sacro Consilio determinatum contra Ducem Nucertæ, & alios in pluribus causis.

Quoueró ad determinationes adductas per *D. Reg. Tap. d. dec. 13. Consiliar. Ann. d. cons. 107. D. Reg. Sanfel. d. dec. 129. & Capiblan. de Baron. tom. 2. cap. 37. n. 11.* Nos non deterrent, siquidem *Dom. m Tap. Grammat. Sanfel. & Capiblanc.* (si benè perpendantur) omnes innituntur ijs iuribus, & rationibus, quibus Nos abundè satisfecimus hoc *respon.* in diluitione obiectorū quæ quidem à Nobis exarata, minime adducta fuerunt apud præcitatos Authores, vndè succedit aurea doctrina, *Bald. in l. receptitia n. 3.*

37 *C. de constit. pecun. Non posse dici decisum, quod non est discussum*, vndè destructo fundamento, & eorum ædificium corruere necessè est, *Cap. cum Paulus 1. quæst. 1. & l. eum, qui ædes ff. de vsucap.*

Quàtenus verò attinet ad *Consiliarium Ann. d. obs. 107.* vt peculiarē de eo mentionem habeàmus, fuit ipse Aduocatus Magni Admirati, & victoriam reportauit in casu de quo formauit *D. de Franch. dictam decisionem 722.* quæ postmodū extitit successiuis temporibus reuocata, vti modò indicauimus, & sic de eo nulla est habenda ratio.

38 Præterquam quod idem *Cōsiliar. Ann. in fin. consil.* vel inuitus articuli amaritudinem degustatus, non potuit se continere quin testatus fuerit *Visum fuisse magnam decisionem*, sicuti obseruat *D. Reg. Galeot. d. Respon. 1. num. 81.*

Quò fit, vt explosis Aduersariorū assumptis, nitida exurgat iustitia Regij fisci, petentis procedi in Magna Curia, oppositis pro parte Magni Admirati non obstantibus.

Canemus tandem receptui: Nonnè prædicta omnia si deficerent ad fisci aciem sustinendam, satis essentea, quę scripto ad rem tradidit Emeritissimus Sacri Consil. *Præs. D. Merlin. in d. cap 71. lib. 2. forens.* tàm doctè, quàm eleganter, tùm in princip. cùm in discurs. Venerandam nempè

39 ius dicentium Maiestatem post debitū à Deo cultum, & honorem, primum sibi reuerētiæ locum adeptum esse id exigente benè institutæ Reipublicæ ratione, de quo *Consult. in l. 1. §. huius studij, & l. veluti ff. de iust. & iur.* & Sacrorum Antistes in *Cap. 2. de maior. & obed.* vnde diuinus ille *Plato lib. 6. de legib. Post Deos* (inquit) *immortales, ijs hominibus secundas, & honoris, & gloria sedes deberi, qui publici muneris Magistratus gerunt, & egregia sua virtute, atque industria caeterorum vitam moderantur* sunt etenim Magistratus, qui sua virtute aliorum vitam moderantur, proximasque à Deo partes obtinent, teste *Melchiorr. inn. politic. quæstion. par. 3. quæst. 95. in princ.* Vndè *Valer. Max.* ait, quod Apollo requisitus de iustis Magistratibus respōdit se nescire vtrum Deorum numero, an hominum aggregari deberent, hinc *Socc. cons. 22. n. 4. vol. 1.* post *Bald.* ab eo relatum, & *Cōrad. in Curial. Breuiar. lib. 1. cap. 9. in princ. n. 11.* dixerūt post diuinam, Imperatoriam,

riam,& Regiam Maiestatem, Prato-
41 riam numerari, quia dicuntur Prin-
cipes Ciuitatis, *l.spadonem*, §.*si Ciui-
tatis Princeps*, *ff. de excusat. tutor. Bo-
nad.* post plurimos *lib. 3. Polit.cap. 2.n.
9. Mastr. de Magistrat.lib. 5.cap. 3. n. 1.
circa fin.& lib. 1. cap. 1. n. 11.* ex *Deu-
teron.cap. 22.* vers. *Octauo* tradit Ma-
42 gistratus esse à Deo positos; Deosq.
vocari, illisq. etiam Ethnicis obedié-
dum esse per Christianos; precipit
D.Paulus ad Romanos cap. 13. & in *l.
fin. in princ. C. quan. non est necess.* ha-
betur, *Omnem honorem saluum esse de-
bere Iudicibus*, de quo post *tex. in l. ui-
b l omnino, C. de Palatin. Sacrar. largi-
tion. lib. 12.* plura memorabilia tradit
insignis *D. Io. Bapt. Larrea tot. tract.*
quem edidit *De Author. Magistrat.*
adeò quod *D.Pres. Merlin. d.cap. 71.
n. 2.* vers. *Ad eam tuendam*, Imperato-
ris *Zenonis* placitum *in d. l. nullum*
ex eo presertim extollendum autu-
mat, quia non satis consultum erat
reuerentię,& honori Iudicibus debi-
to, nisi & ius vindictę aduersus te-
merarios delinquentes eisdem et of-
fensis tribueretur, quod quidem nec
mirabile; nec arduum esse tradit, si
Politicæ disciplinę consulendum fo-
ret.

Hinc ad tuendam Magistratuum
sedem,& iniuriam vindicandam, om-
43 nimoda seueritate armari iura, sta-
tuitur *in l. Prætor §. fin. ff. de iniur. §.
atrox Instit. eod. tit. l. omne delictum, ff.
de re milit. l. quisquis, C. ad leg. Iul. Ma-
iest. & in l. 1. vers. Cuiusuè opera, ff eod.*
cuius rei rationem assignat *Io. Anton.
de Nigr. in cap. Regn.* quod incipit *Il-
lustri Viceregi n. 26.* quod id permit-
tatur Iudici pro sua conseruanda iu-
44 risdictioue, & ne ipsa illudatur, vn-
dè *D.Pres. Merlin. lib. 2. for. d.cap. 71.*
45 *n. 25.* vers. *Fit igitur ex his*, perbellè
obseruat iurisdictionem tributam
Iudici contra eum offendentem, nul-
latenus oriri ex vi, & efficacia taci-
tæ; vel expressæ prorogationis; ad
hoc enim non erat opus dispositione
tex. in l. nullum, sed virtute legis, &
odio taliter delinquentis ad Iudicū
Maiestatem seruandam, quæ iustiùs,
& secundùm rigorem vindicari præ-
sumitur ab offenso Iudice de eius in-
iuria, quàm ab alio quopiam, vt dia-
lecticè dicamus, iniuria à Magistratu
offenso consideratur in concreto, ab
alijs in abstracto; summèq; facit ad
46 rem; quia Magistratus ab omnibus
honorari debent, *l. omnem honorem,
C. quan. pronot. non est necess.* quem *tex.*
ibi commēdat *Salic. & Bal.* & est *tex.
in l. Iudices*, & ibi *Luc. de Pen. C. de Ve-
ter. lib 12.* & *tex.* singularis *in §. Præ-
torum quoq; edicta*, ibi, *Qui honores ge-
runt, idest Magistratus, Instit. de iur.
nat. gent. & ciuil.* & in *Authen. de Con-
sil. §. pen. coll. 4.* ex quibus censet *D.
Pres. Merlin. d. n. 23.* nō esse in presen-
ti necessariam speculationem illam
An iurisdictio sit concessa cum clau-
sula priuatiua, seu abdicatiua, sub-
dens ex hac sola ratione ne publica
vacillet vtilitas, quę in vlciscenda in-
iuria Iudicibus illata, fundata est, *d. l.
nullum*; quasi speciali quodam di-
plomate fieri potuit, vt non obstante
46 quocumq; fori priuilegio, possit Iu-
dex cognoscere de delicto ad sui of-
fensam commisso, & *n. 22.* vers. *Fit
ergo* intrepidè sustinet, quod Iudex
47 offensus à suo Ministro, vel ab alio
quocumq; ratione sui officij est cō-
petens ad ipsum puniendum etiam
aduersus Iudicem exercetem iuris-
dictionem cum clausula abdicatiua,
& priuatiua, si tamen ipse præuene-
48 rit in captura delinquentis, & quod
dispositioni *tex. in d. l. nullum*, nulla
generali clausula derogatum cense-
tur, nisi specialiter de eo fit mentio,
quæ quidem specialitas hoc in casu
minimè concurrit, nec in alijs con-
cessionibus iurisdictionum, siue in-
49 uestituris feudorum, annis ab hinc

viginti quinq; in quibus quamplures Barones vti Aduocatus in Supremis Tribunalibus defendi (non sine frequenti Clientum concursu) vidi *d. l. nullum* in specie fuisse à Serenissimis Regibus derogatum.

50 Et licèt ad euadendum obicem *d.dec. D.de Franch.722.* idemet *Dom. Præs.Merlin. d.cap.72.n.33.vers. Neque his refragari*, asserat in nihilo præexaratis officere decisionem prædictam, eò quod rationes inibi adductæ non suffragantur casui ab ipso proposito fas sit mihi (pace tanti viri apud *Me* semper extollendi, multisque mihi semper venerandi nominibus) adnotare, etiam attentis rationibus ipsis, procedere *tex. in d. l. nullum*, quippè qui, prædictæ rationes eædē fermè sunt, quas *Nos* pro obiectis Aduersariorum proposuimus, & fecimus (ni fallor) satis, vti ex earũ lectura, & nostrorum laborum ponderatione, cuilibet relegenti obuiam fit, Vndè in spem ducimur determinandum fore per Magnam Curiam esse in ea procedendum, petita remissione ad Curiam Magni Admirati non obstante.

Laus Deo, Beatęq; Virgini Mariç. Neap.die 1. Nouembris 1654.

D E C I S I O.

DE Mense Nouembris 1654 discussa causa in Magn.Cur.Vicariæ Delegata, in qua pro parte Curiæ Magni Admirati fuerunt productæ determinationes vltra recensitas hoc Respons. *in beneficium ipsius etiam renocando decreta Magnæ Curiæ denegantia remissiones in casibus similibus* fol. 138. & seqq. *Existente Commissario Consiliario Anello Portio, votantibus Consiliario D. Antonio Nauarrete, D. Carolo Lopez, D. Duarte Vaaz nunc Comite Molæ, Balthazare de Angelis, D. Iosepho Filiò, & D.Bernardino Belprato in die visitationis carceratorum, in qua præfuit vti Regens Reg.Cancellariam D.D.Io.de Burgos fuit interpositum decretum eiusmodi*; Procedatur in Magn. Cur. Vicariæ pro primo capite resistentiæ, & si remanebit locus pœnæ, prouidebitur super petita remissione pro aliis delictis : *A quo decreto, sentiens se grauata Magna Curia Admiratiæ obtinuit relationem fieri in Supremo Collaterali Consilio, qua facta fuit prouisum, quod* eadem Magn.Cur. loco reclamationis iustitiã faceret, *& sic fuit confirmatum decretum Magn. Cur. licèt Inquisitus ex aliis respectibus fuerit excarceratus.*

Penès *Io.Bapt.Grimaldum* Scribam Fiscalem.

SVM.

SVMMARIVM.

1 Facti series enunciatur.
2 Exceptiones, quæ admittūtur pro parte citati per Magn. Curiam Vicaria.
3 Exceptio carcerationis, & nullitatis admittūtur pro parte citati per Magnam Cur. Vicariæ, vltra alias contentas in ritu 269.
4 Exceptio declinatoria fori an possit opponi per procuratorem in terminis ritus Magn. Cur. & quid de iure communi.
5 Pro contumace nemo loquitur in terminis ritus Magn. Cur. Vicariæ.
6 Contumacia est delictum.
7 Contumaci etiam pro causa ciuili, denegatur audientia, nisi purgauerit cōtumaciam.
8 Exceptio clericatus in terminis rituum Magn. Cur. non allegatur per Procuratorem.
9 Ritus Magn. Cur. 235. expenditur.
10 Vbi est casus legis, ibi nulla est dubitatio.
11 Dictio, Nullus, est exclusiua omnium.
12 Fraudibus est obuiandum.
13 Fraus, & dolus nemini patrocinari debet.
14 Agnatus admittitur ad præsentandum bullas clericatus ad finem impediendi forindicationem.
15 Decisio D. de Franchis 329. enucleatur.
16 Foriudicatio est actus irretractabilis.
17 Agnati, & cognati quare admittuntur ad defendendum foriudicandum.
18 Ex diuersis non fit illatio.
19 Aequitatis maxima habenda est ratio.
20 Rigor scriptus prefertur æquitati non scriptæ.
21 Decisio D. de Franchis 329. enucleatur.
22 Grammaticus cons. 1. & vot. 18. enucleatur.
23 Consilium 1. Grammatici post decisiones non fuit receptum in Tribunalibus.
24 Grammaticus vot. 18. expenditur.
25 Decisio Sac. Cons. apud Grammaticum 61. enucleatur.
26 Decisiones 337. & 277. par. 2. apud D. Regen. Sanfel. adducuntur, & n. 29.
27 Sententiæ Tribunalis Collegiati magis deferendum est, quàm opinioni Doctoris.
28 Citatus quod legitimè compareat, intelligitur electa via ciuilis.
29 Decisio 227. Regen. Sanfel. expenditur.
30 Decisum dici non potest, quod non est discussum.
31 Pœna si fuerit posita in libro Inferni, non auditur debitor, nisi per realem solutionem.
32 Fiscus occasione pœnarum dicitur creditor.
33 Scriptura quando dicuntur, iudicialiter recepta.
34 Laicus quilibet nascitur, & ideò talis reputatur, donec constet contrarium.
35 Viuius dec. 138. pro peculiari affertur.

ARGVMENTVM.

Exceptiones licèt tres tantùm numerentur, quæ opponi possunt pro parte citandi, vel citati in terminis *ritus Magn. Cur. Vicariæ* 269. nempè Infirmitatis, Absentiæ, & Captiuitatis, attamen alias duas recenset *Carauit.* ibi, Carcerationis, & Nullitatis, Exceptio tamen declinatoriæ fori per Procuratorem admitti, & allegari in terminis eiusdem ritus, non fuit practicata, quicquid de iure communi Romanorum aliter reperiatur dispositum.

Cõtumacia est delictum, & pro contumace nemo loquitur in criminalibus, & in ciuilibus denegandam esse audiẽtiam, nisi cõtumaciam purgauerit.

Clericus citatus vti laicus, si pro delicto immineat foriudicationis sententia, posse agnatos, siue excusatores quoslibet admitti ad impediendam foriudicationis sẽtentiarũ, cum præsentatione publicorum documentorũ, quæ recipiuntur extra processum, de æquitate tamen Sacri Consilij, de qua extat *dec.* 329. apud *D. de Franchis*, quæ enucleatur, ac etiã expenduntur *decisiones D. Regen. Sanfel.* 277. & 337. *Ritus Magn. Cur.* 65. & 235. declaratur, eorumq; genuinus, & germanus sensus adducitur, ac secũdum declarationem affertur decisio Rotę Magnæ Curię, ac pleraq; alia adnotantur ad rem peculiaria.

RESPONSVM XXXIII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 A Ceersito, & postulato Fælice Lubrano ad se personaliter exhibendum in Magn. Curia Vicariæ, sub pœna duc. 10. m. eoq; per excusatorem absentiam allegante, minimè admisso, imò contumace reputato; & pœna posita in libro Inferni (vt moris est) Comparuit procurator, qui eius mãdato producto, ac prætensis documẽtis sui clericatus exhibitis, petijt minimè contra suum principalem procedi, stante oppositione clericatus, sub cuius clypeo asserebat mulctari non posse, à Magn. Curia quasi prorsus incompetente Iudice erga Clericum, Et licèt prima facie nullum obicem præstare videretur eiusmodi oppositio, dùm personaliter Fælix non comparebat, seruata forma rituum ipsius Magn. Curiæ in viridi ob-

obſeruantia exiſtentium. Viſum tamen fuit articulum diſputandũ reaſſumere, Num audiendus ſit contumax, ſiue Laicus, ſiue prætenſus Clericus ad opponendum de ſuo clericatu, ſiue ad forum declinandum, ſiue ad mulctam ſuæ contumaciæ euadendum.

Vndè indicta die determinationis allegabat D. Fiſci Patronus, legem eſſe claram in Regno, ac protenſo quaſi digito inſinuatam ex *Rit. Ma-*
2 *gnæ Cur.* 269. ſecundùm computationem *Carau.* incip. *Die* 21. *Menſis Iulij* Reginali decreto accedente cõprobatam, qua cauetur *In quibuſcumque cauſis criminalibus, per quaſcumq; perſonas in dicta Curia pro tempore mouendis nulla exceptio admittatur pro parte citati, vel citandi, aut citandorũ per procuratorem ſcilicet, ipſius citati offerenda, niſi fuerit exceptio infirmitatis, aut abſentiæ, aut captiuitatis.* Licèt *Carau.* ſtrenuus Rituum Regni enucleator in eius *Scholijs ad rit prædictum n.*13. fidem adſtringat ſuam, tàm de iure, quàm de obſeruantia Regni paſſim admitti duas alias ex-
3 ceptiones, nempè carcerationis, & *n.*20. practicari itidem exceptionem nullitatis, & faciunt ſcripta per *Me in* 1. *Practicar. Obſeruation. cap.* 30. *n.*25. verſ. *Benè verum.*

Quò fit, vt *Carauſtamet in d. rit. n.*1. pro indubitato tradiderit, quod licèt de iure communi exceptio declinatoriæ fori poſſit opponi, & diſcuti per procuratorem, quia opponẽs eam, non ſe defendit, nec iudicium ſuſcipit ad tradita per *Bart. in l. pen.* §. *ad crimen, ff. de publ. iud.* attamen attenta diſpoſitione *Ritus*, minimè opponi poteſt, ſicuti nec alia quçuis exceptio, quæ aliàs de iure communi admittebatur, enumerando nonnullas ex *n.*2. & paſſim obſeruarunt *Noſtrates, Io. Niger in cap. Poſt commiſſũ à delinquente flagitiam pag.* 346. *Carau. rit.* 266. *Foller. in prax. crim.* verb. *Audiantur excuſatores n.* 10. *ad* 21. *D. de Franch. dec.* 329. *n.*4. & 371. *n.*1. *Reg. Sanfel. dec.* 31. *cum duab. ſeqq.* qui omnes ſecundùm varias caſuum figuras de exceptionibus non admittendis per procuratores, verba fecerunt, & in terminis conſimilis ſtatuti *Clar. in pract. crim. quæſt.* 36. *n.* 5. *in fin. & per tot.* vbi fusè *Addentes, Farin. de Inquiſit. quæſt.* 11. *n.* 52.

Subdebat D. Fiſci Patronus copias ſibi prçſtari auxiliares ad audientiam denegandam procuratori, ex vulgato illo dicterio, quod valitat per ora Pragmaticorum, nempè *Pro contu-*
5 *mace nemo loquatur*, eſt enim contumacidenéganda audientia, quia con-
6 tumacia eſt delictum, *l. omne delictũ,* §. *contumacia, ff. de reiud. Gloſ. in l. filiũ,* verſ. *Succurrẽdum, ff. de interrog. actio. Bart. & Iaſ. in l. vnic.* §. *fin. per Gloſam* ibi *ff. ſiquis ius dicen. non obtemperau.* quorum memor fuit *D. Reg. de Pont. conſ.* 94. *n.*1. *lib.*1. *Conſiliar. Ann. conſ.* 107. *n.* 15. poſt *Caſtren. in l. pleriq; n.* 9. *ff. de in ius vocan. Matthеſ. ſing.* 17. *n.*7. *Menoch. de arbitr. Iudic. lib.* 2. *caſ.* 153. *Rol. à Vall. conſ.* 47. *n.*2. *lib.*2. *Gayll. de pace publ. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 8. *Foller. in pract. crim. canon. cap.* 10. verſ. *Non comparentes n.* 8. & 23. *Farin. in prax. crim. quæſt.* 18. *n.* 26. *Gloſ. in l. ſiquis, ff. de interrogat. actio. l. Sed & ſi per Prçtorem,* §. *ait Prætor, iuncta Gloſ.* in verb. *Decreto, ff. ex quib. cau. maior. Gloſ. in d. l. contumacia,* verb. *Litis damno, ff. de reiud.* licèt idem *Reg. de Pont. loc. cit. n.*3. poſt alios aſſerat non eſſe ex ſe propriè delictum, & faciunt tradita per *Farin. d. quæſt* 18. *n.* 28. de quo pariter eſt *rit. Magn. Cur.* 220. expreſsè
7 tradens contumaci ob cauſam ciuilem, denegandam eſſe audientiam, niſi purgauerit contumaciam, ibique *n.* 6. *n. fin.* notabiliter aduertit *Carau.* contumaci eſſe denegandam audientiam in cauſis etiam cæptis ante contu

tumaciam, *D. de Franch. dec. 271. n. 6. Reg. Sanfel. dec. 236. n. 4. par. 2.* inquiete contumaci non esse succurrendum, *l. si fideiussor, §. si necessaria, ff. qui satisd. cogan. l. qui data cum concordantibus, ff. ex quib. cau. maior.*

Quo verò ad exceptionem clericatus non admittendam per Procuratorem, adducebantur pro parte Fisci duo *Ritus Magn. Cur. 65. &* 235. in quibus haud obscurè secernitur esse prorsus arcēdos à Iudicio pcuratores volētes allegare clericatū, siquidem *in d. rit. 65.* ità disponitur, *Item si aliquis Clericus citatus fuerit, vt laicus de mandato dictæ Curiæ pro aliqua criminali causa, vel ciuili, bannitus, vel foriudicatus, & voluerit posteà suam purgare contumaciam: ad purgandum suā contumaciam, debet in eadem Curia personaliter comparere, & ipsa Curia cognoscet de suo clericatu prædicto cum habitu, & tonsura demonstrato, & constito ipsi Curiæ de clericatu huiusmodi, eadem Curia remittit ipsum ad suū Iudicē competentem; & hoc quotidie obseruatur.* Ex quibus verbis ritus nictu oculi sublatus fuit obex, qui parabatur, opponi nempè clericatum ad euadendam mulctam, non pœnam corporalem, nam ritus expressè loquitur etiam in causa ciuili, Et patuit quoq; euidenter, Ritus dispositionem non fuisse antiquatam, aut abrogatam, sed in viridi existere obseruantia, vti Nostrates omnes vno ore affirmant.

9 Alter *rit. 235.* expendebatur ad intentionem Fisci comprobandam, cuius verba sunt hæc propemodum, *Item seruat ipsa Curia, quod nullus Clericus potest comparere, nisi personaliter cum documentis clericatus, aliàs non auditur in declinando forum Curiæ ipsius, & ipso veniente datur terminus ad probandum de clericatu, &c.* subditurq; *in fin. Et hoc seruatur per ipsam Cur.* quibus attētis aiebat D. Fisci Patro-

10 nus, Vbi est casus legis, nullam esse dubitationem, *l. ancilla, C. de furt.* Et ponderabant nonnulli ex Dominis votantibus enixam in hoc mentem statuentium elici, ex dictione illa, *Nullus Clericus,* quæ dictio omnium exclusiua est, *l. qui vti, l. hæc verba Ille, aut Ille, l. vrbana familia, l. verbum, ff. de verb. sign. Reg. Valenz. cons. 74. n. 15.* Et ampliùs innitebantur verbo *Et ipso,* quod de per se personalitatē indicat, vt Clericus compareat, non autem quod admittatur procurator.

11 Quod verò ex aduerso adducebatur, Ritus prædictos esse intelligendos quando Clericus venit ad declinandum forum, non autem ad euitādam mulctam, quo in casu asserebatur hodie agi, fuit visa adstructio verbalis potiùs, seu nominalis, & nullius considerationis, siquidem in propatulo est, procuratorem, vt mulctam euaderet, non aliam allegasse exceptionem, nisi clericatus, & sic forum declinare intendit, quod in idem incidit, & si hoc admitteretur, fieret fraus ritibus, & destrueretur praxis inconcussa nō admittendi Clericos, nisi personaliter compareant, quod non est ferendum, fraudibus namq;

12 obuiandum est, *l. in fundo, ff. de rei vend.* nec dolus, aut fraus alicui patrocinari debet, *l. nec ex dolo 13. ff. de dolo* cum alijs adductis per *Reg. Valenz. cons. 35. n. 33. tom. 1.*

13 Et deueniendo ad Authores ex aduerso adductos ad suadendum esse admittendum procuratorem cum Bullis saltim ad finem supersedendi in exequutione mulctæ, siue pœnæ, quorum Antesignanus asserebatur *D. Præs.*

Praes.noster dec. 329. vbi apparet de-
14 cisum, fuisse admissum agnatum ad
producendum documenta Clerica-
tus contumacis Magn.Cur.ad foriu-
dicandum. quæ fuerunt receptę, &
ordinatum superſederi in foriudicã-
do, vti videre est *n.12. & 13.* facta
oppositione per tunc Fisci Patro-
num.

Fuit pro parte Fisci replicatum,
15 decisionem illam processisse ex qua-
dam æquitate, vti testatur *D.de Frã-
ch.*ibi *n.11.* vers.*Sed in Sacro Consilio*,
quæ æquitas consistit nè Clericus,
qui verè talis esse comperiretur vti
foriudicatus impunè occidatur ser-
uata forma Constitutionis Regni, Pę-
16 nam eorum sub *tit. de forbannit. &
foriudicat.* cum sit actus irretractabi-
lis, At in casu currẽti nulla est ęqui-
tas, quæ suadeat contumacem esse
admittendum per Procuratorẽ, cùm
ex dictis supra, contumaci denegã-
da est audientia, vti benè docet *D. de
Franch.dec.271.Thes.dec.265.*& pun-
ctuatim *Reg.Sanfel.dec.364.par.3.*

Rursùs ad idem ponderabat vnus
ex Dominis æquitatem Sac. Cons.
indicatam per *Dom. de Franch. d.dec.*
329 ex alio fuisse admissam, quia in
17 citatione ad foriudicandum citan-
tur agnati, & cognati, & sic videntur
admissi ad allegandum clericatum
in actu irretractabili, quod secùs est
in alijs citationibus, & maximè in
contumace, quod deducitur ex dictis
per eundemet *D.de Franch.d.dec.329.
n.11.* Vndè cum sit diuersitas in ca-
18 sibus de vno non benè ad alium in-
fertur, *l.Papinianus exuli, ff.de minor.
l.fin.ff.de calumniat. Reg. Valenz.cons.
34.n.43.par.1.*

Præterquamquod æquitas illa Sa-
19 cri Cons.cuius maxima habenda est
ratio ad *tex.in l.in omnibus 90.ff.de re-
gu.iur.l.quod si Ephesi,ff.de eo quod cert.
loc.cap.querenti de offic.& potest. Indic.
deleg.*non fuit sine maxima discussio-
ne admissa, & videtur repugnare iu-
ribus scriptis in Regno, quo casu
quando æquitas non scripta pugnat
cum rigore scripto, tunc absq; hæsi-
20 tatione ęquitati præfertur rigor, se-
cundùm *Glos. in d. l. in omnibus in fin.*
verb. *In omnibus*, quam sectãtur *Bal.
Paul.Alex.& Ias.in l.placuit. C. de iud.
Cagnol.in l.in ambiguis, §. quoties n.2.
ff.de reg.iur.* & communem esse pro-
positionem tradit *Neuizan.tom. 1.cõm.
opinion.lib.2.tit.9.n.107. D.de Franch.*
21 *dec.329.n.3.* quem recenset *Aloys. de
Leo in l.1.n.36.C.de legi.Suar.in l.Sicut
autem in fin.ff.de re ind.* & adscribitur
originaliter *Cyn.in l.1.n.fin.C.de legi.*
eiq; se subscribit *Iacob.de Sãcto Georg.
in d.l.placuit n.5.D.de Franch.dec.229
n.4.Carau.in rit.208.n.2.* loquens in
terminis ęquitatis non scriptę con-
currentis cum rigore scripto ritus
Magn.Curiæ.

Vt indè *Michael Ferrer.obser.173.*
verba faciens de æquitate Sac. Con-
silij *in d. dec.329.* apertè illam impu-
gnauerit, & in Cathalunia minimè
seruari asserat, de quo memor fuit
Mastr.dec.143.n.8.& *Moderni Hispa-
ni in Commentar.ad d.rit.235. n.281.
par. 1.* mussitantes aduersus ęquitatẽ
prædictam, vel (mauis) acerrimè il-
lam redarguentes mirati sunt de d.
decisione, pluribus allatis.

22 Quò verò ad Authoritatem *Gram.
cons.1.*post *decisiones, & vot.18. n.12.*
ex Aduerso allegatam, Replicabatur
pro parte Fisci Consil.illud non fuis-
13 se receptum in nostris Tribunalibus,
quinimò *Carau. in rit. 235. n. 2.* hęc
protulit verba, *Miror tamen, quod
Gram. in d. consilio sciẽs Ritum nostrũ
firmet cum dictis DD. quod exceptio de-
clinatoria fori possit per procuratorem
opponi ad instantiam inquisiti, & citati*,
de cuius dicto memor fuit *D. de
Franch.d.dec.329.n.10.*subdens con-
silium illud *Grammatici* fuisse per ip-
sum editum in fauorem filij, & quod
Gram-

Grammaticus ipse, & *Thomas Naucle-rius*, quem præceptorem suum affirmat in consimili eius responso immemores extiterunt *Ritus* prædicti 235. quasi quod de iure communi potuissent scripta per tantos viros locum vendicare; secùs verò attenta dispositione ritus.

Et ad eundendum obiecem de *vo-* 24 *to* 18. eiusdem *Gram.* in quo Pars figebat pedem, fuit in promptu adductum, & ex eo apparet, quod Clericus comperuit personaliter coram Iudice laico, & obtinuit restitutionē bonorum exequutorum, non autem per procuratorem, & vnus ex Domi- 25 nis allegauit eundem *Grammaticum dec.* 61. in qua apparet decisum per Sac. Cons. fuisse restituta Clerico bona, super quibus fuit præstita assistētia, & adiudicata creditori, sed in casu illo comparuit personaliter Clericus, & opposuit de nullitate sententiæ, qui sanè casus longè distant ab eo, de quo modò quærimus, vt admittatur Lubranus per procuratorē post contumaciam contractam ad allegandum clericatum. Vndè pro parte ipsius opposita nedùm sui maceriè destrui videbantur, verùm etiam cōtra ipsum retorqueri, nullus dubitandi dabatur aditus.

Vrgere quoq; asserebatur pro Lubrano contra Fiscum duas determinationes apud *Reg. Sanfel.* de quibus 26 formauit *decisiones* 237. & 277. *par.* 2. quas ad sydera vsq; extollebat eius Aduocatus.

Sed viriliter replicabatur pro parte Fisci, nam quoad *dec.* 237. in qua casus accidit in personam Principis Gallicani, cui fuit de ordine Excellentiss. Domini Comitis Montisregij, tunc Regni clauum sustinentis, iniunctum sub pęna duc. 10. m. nè cū scænica quadam muliere conuersaret, & dum spreto mandato fuerit in loco fendi citatus ad dicendum causam quare contra illum pęna in mādato contenta exequi non deberet & quod ad id allegandum legitimè compareat, ipso minimè comparēte, aduersus citationem se exhibuit procurator cum generali mandato ad omnes causas, etiam criminales cum omnimoda potestate, & dum disceptaretur, an esset procurator admittendus, fuit per Magn. Cur. Delegatam denegata audientia procuratori, & prouisum, quòd remaneat contumax, & exequatur pro pęna duc. 10. m. in mandato contenta, sicuti videre est apud eundem *Reg. Sanfel. d. dec.* 237. *n.* 6. Et sic decisio optimè collineat casui præsenti in beneficium Fisci, non contra Fiscum, vndè poterat retorqueri illud *Ouidij*,

Heu patior telis vulnera facta meis.

27 Sin autem decisio asserebatur ad insinuandum, quod *Reg. Sanfel. n.* 7. tradit sibi resolutionem non placuisse, respondebatur magis deferendū sententię Tribunalis Collegiati, quā opinioni Doctoris.

Et insuper vnus ex Dominis expēdens rationem præcipuam, ex qua mouebatur *Reg. Sanfel. d. n.* 7. ad non acquiescendum sententię Magn. Curiæ aiebat illam fuisse fundatam, ex quo licèt causa esset criminalis de pæna pecuniaria agebatur, & citatus fuit, vt legitimè compareat, & sic per illud verbum *Legitimè* electa fuit via ciuilis, quo casu admittitur procurator ex dictis per *Glos. in l. penultima, §. publicè,* verb. *Defensio, ff. de publ. iud.* quæ sanè rei præsenti non quadrant, in qua minimè Lubranus fuit citatus, vt legitimè compareat, sed tantùm de persona, & iam fuit contumax reputatus, vndè euanescit assumptum factum pro Lubrano, ex pluribus.

Euanescere pariter dicebatur alte- 29 rum assumptum pro Lubrano ex *dec.* 277. eiusdem *Reg. Sanfel.* Nam ibi vltra, quod nulla videtur determina-

tio,

tio, & sic res iudicata ex ea opponi
non potest, secernitur asserere *D.San-
fel.* quod contracta contumacia in
terminis Pragmaticæ æditæ per Ex-
cellentiss. Ducem Medinæ die 1. Se-
ptembris 1638. contra delinquentes
cum armis igneis, sit admittendus
excusator cum documentis clerica-
tus ad finem impediendi exequutio-
nem pœnæ duc. 1000. cōtra ipsos de-
linquentes inflictam, Ea sanè ratio-
ne, de qua apud *ipsum d. dec. 277. n. 4.*
quia obseruādum esse tradit id quod
aduersus foriudicationem referr *D.
de Franch. dec. 329.* nulla tamen facta
discussione eorum, quæ allata
fuerunt diuersificando casus im-
pediendi foriudicationem, & impe-
diendi exequutionem pœnæ, vers. *Et
deueniendo*, & sic intrat doctrina *Baldi
in l. receptitia n. 3. C. de constit. pecun.*
30 *Non potest dici decisum, quod non est
discussum*, & subdidit vnus ex Domi-
nis Consiliarijs peritissimus, qui per
plures annos nostræ Magn. Cur. va-
cauit, & hodie vacat, contra decisio-
nem prædictam *D. Reg. Sanfel.* (si de-
cisionis nomen meretur cum potiùs
Doctoris opinio sit habenda) fuisse
determinatum per Magn. Curiam, &
confirmatum per Sac. Cons. nè ritus
omnes de materia loquentes anti-
quarentur, siue abrogarentur.

His consentanea fuit altera pon-
deratio pro Fisco, quod dùm pœna
ob cōtumaciam contractam per Lu-
31 branum, erat posita in libro Inferni,
nullatenus erat audiendus procura-
tor, nec alius, ità disponente *Prag. 8.
de instrum. liquid. cap. 7. circa fin.* quæ
benè compræhendit Fiscum, cum &
32 ipse ratione pœnarum adhuc credi-
tor existat *toto rub. & nigr. Pœnis fisca-
libus creditores præferri.*

Et licèt adhuc opponeretur Bul-
las fuisse per procuratorem præsen-
tatas, & per Magn. Cur. receptas, vn-
dè non posse excludi, nec repelli eas
præsentantem; fuit visum satis leue,
& futile sanè assumptum, Nam Bullæ
non fuerunt iudicialiter præsentatæ
apud acta, nec in processu, sed fue-
runt tantùm visæ, & extrà processum
33 Scribæ restitutæ, ex quo non indu-
citur, quod fuerint receptæ, ex dictis
per *Bal. in l. si qua per calumniam, C. de
Episc. & Cler.* de quo memor fuit *D.
de Franch. d. dec. 329. n. 13.*

Pro coronidè: D. Fisci Patronus
ea qua præstat eruditione, & legum
peritia, adducebat omninò pœnam
esse exequendam (circumscriptis ad-
huc omnibus modò allegatis) ratio-
ne contumaciæ, & inobedientiæ ex
peculiari doctrina *Hostiens. in Summ.
de Iudic. §. 3.* sub vers. *Illud autem* post
princ. quod vbi dubium est, quem es-
34 se Clericum si citatus à Iudice secu-
lari non comparet, potest à Iudice
mulctari, & in expensis condemnari,
cuius rei ea communiter affertur ra-
tio, quia quilibet nascitur laicus; er-
go talis debet censeri, donec constet
esse Clericum ad *tex. in cap. 2. quæst. 1.
Can. legum*, & in terminis ritus fuit ad-
ductus *Viu. dec. 138. n. 8.* vers. *Et an
Clericus*, ibi, *Sed aduerte in practica,
quod tunc Clericus ipse necessariò tenere-
tur comparere coram Iudice sæculari, co-
ram quo contumax reperitur, ab eoque
datur; concediturq; terminus super re-
missione, & probato per eum clericatu
remittitur ad Iudicem Ecclesiasticum,
prout ità obseruaui in Regia Audientia
Apuleæ existens in ea Auditor in anno
1583. cum alijs seqq* Hæc *Viuius.*

DECISIO.

DIE 19. *Aprelis* 1655. *Rota Magnæ Curiæ*(Me *referente* decreuit Cõparente Felice Lubrano personaliter seruata forma dispositionis Rituum Magn. Cur. prouidebitur: *Interim Lubranus diem obijt suum. Et cum die* 27. *Augusti* 1655. *Excellentiss. Prorex rescripserit Magn. Curiæ esse pænam exequendam stante ipsius obitu, adhuc exequutioni demandata non fu it, vtq; rescripti tenorem calleas Lector hæc propemodum rescripti verba sunt.*

RESCRIPTVM SVAE EXCELLENTIAE.

EL impedimiento, que se daba à la cobranza de la pena de los 10.m. ducados, que debia Feliz Lubrano al Regio Fisco; y està liquida, y puesta en el libro del Infierno, con pretexto de que fuesse clerigo, hà cessado con hauer muerto, y assi manda S. E. proceda de iusticia con toda breuedad sobre la cobranza desta pena, y ala venta de los bienes embargados por el Fisco, y de lo que procediere se haga entroito en caxa Militar.

Penès Scribam Fiscalem *Sarnum*.

Responsorum Fiscalium

FINIS.

RE-

RESPONSA FISCALIA

EAQ; CELEBERRIMA

A DOM. HONVPHRIO DE PALMA

ADVOCATO OLIM INSIGNI,

Nunc verò Magnæ Curiæ Vicariæ Fiſci Patrono ſolertiſsimo, arduis in cauſis ad tuitionem Iurium Fiſci, Regaliſq; Iuriſdictionis edita, Franciſci Mariæ Prati ſtudio, & diligentia (vt ex ijs, ſuæ cohoneſtentur vigiliæ) poſteritati commendata.

SVMMARIVM.

1 *ADuocati Fiſci dignitas, à quo prius inſtituta.*

2 *Eius munus, & quæ curare tenentur.*

3 *Tenetur inueſtigare defenſionem Iurium Regalium.*

4 *Negligens tenetur ad damna.*

5 *Curare debet nè authoritas ſui Tribunalis diminuatur.*

6 *Bona quæ ſperantur ſub regimine Ex-*

cellentissimi Proregis Comitis de Castrillo. & n. 84.

7 *Grauamina, quæ reparanda proponit Fiscus.* & n. 8.

9 *Ciuitas Neapolitana, quæ Tribunalia habet.*

10 *Varietas Magistratus ornatiorē reddit Rempublicam.*

11 *Diuisio Tribunalium in exercitio iurisdictionis quo de causa fiat.* & n. 17.

12 *Collaterale Consilium, quam iurisdictionem habeat.*

13 *Sacri Regij Consilij Sanctæ Claræ iurisdictio, quæ sit.*

14 *Non cognoscit de causis Criminalibus in prima instantia.*

15 *Regia Camera Summariæ iurisdictio quæ sit.*

16 *M. C. Vicariæ Tribunal, & eius præheminentia.*

17 *Quarè diuisa in exercitio Iurisdictionis.*

18 *Eius Magistratus cui æquiparatur apud Hispanos.*

19 *Dicitur luminare maius, & fons omnium Tribunalium.*

20 *Cognoscit de omnibus causis, etiam Baronum, & ipsorum, qui sunt de sanguine Regis.*

21 *Procedit tanquam Vicaria Regis.*

22 *Duas personas repræsentat.*

23 *Alteri si concessa fuerit iurisdictio, non intelligitur priuatiuè ad ordinarium Magistratum.*

24 *Iudices conspicuos, probos, & doctos cōstituendos esse in Magna Curia Vicariæ.*

25 *Iunctę, & Delegationes prohibentur fieri extra Tribunalia per Suam Maiestatem.*

26 *Causę Criminales non possunt tractari extra Tribunalia ordinaria, & quare.*

27 *Delegationes, quando, & quo pacto fieri possunt.*

28 *Princeps non præsumitur derogare priuilegia concesso alteri.*

29 *Damna, & inconuenientia resultantia ex Delegationibus, & Iunctis,* & n. 32.

30 *Proregis potestas quamuis maxima, non vtitur illa, nisi cum causa.*

31 *Indocti, vel mali, Perpetui corrigantur, Annales remoueantur.*

33 *Criminalis iurisdictio est meri imperij.*

34 *Iurisdictio fluit à Principe, & ille solus creat Magistratus.* & n. 36.

35 *Et nisi à Principe, vel à lege non tribuitur.*

37 *Alia ordinaria, alia delegata.*

38 *Extra ordinarij Magistratus vtilitatis causa constituuntur.*

39 *Eius iurisdictio regulatur à formula commissionis.*

40 *Formulæ variæ Commissionum remissiuè.*

41 *Distinctè iurisdictiones, vbi sūt vnus de altero non cognoscit.*

42 *In hac Ciuitate non est distincta ratione dominij, sed exercitij.*

43 *Delegatus nil proprium habet in iurisdictione, sed quod à Principe ei tributum.*

44 *Translata non comprehendit Imperiū.*

45 *Tenetur exhibere formulam suæ commissionis.*

46 *Exercens Iurisdictionem potest compelli ostendere facultatem.*

47 *Gerens se pro Magistratu super Iurisdictione non tributa incidit in crimē lęsæ Maiestatis.*

48 *Legitimatio personę ante omnia est fūdanda.*

49 *Quæ consideranda in eis.*

50 *Mandati fines diligenter seruandi sūt.*

51 *Nullam esse concessam iurisdictionem Delegatis, de quibus agitur.*

52 *Delegati, in facto de quo agitur, quam iurisdictionem habeant, & ad quem finem.*

53 *Cessant vbi causa est ordinariè tractanda.*

54 *Pro causis criminalibus, & offensionis aurium non procedunt.*

55 *Pos-*

55 *Possunt tantum compellere liquidos debitores, vsque ad districtionem personæ.*
56 *Eorum potestas ex instructionibus generalibus.*
57 *Comprobatur etiam ex obseruantia.*
58 *Dohana* Regia *nō cognoscit extra causas ciuiles Dohanæ.*
59 N*ec nisi coram quatuor Iudicibus.*
60 *Facta ad bonum regimen non habent iurisdictionem.*
61 *Merum, & mixtum Imperium non transit, nisi expressè concedatur.*
62 *Venit tantùm simplex, & bassa, non Criminalis.*
64 *Non censetur translata, nisi nominatim dicatur.*
65 *Legatus remittit ad Proconsulem puniendum.*
66. *Transit cum feudo, quando solitum est concedi.*
67 *Magistratus, vbi erigitur; non venit merum, & mixtum Imperium, nisi expressè dicatur.*
68 *Regalia non veniunt in generali concessione.*
69 N*on præscribuntur sine titulo.*
70 *Quæ præcipuè ad Principē spectat præscriptione non acquiruntur.*
71 *Ex eo in modo delegandi arguitur.*
72 *Electus ad protegendum, vti director non habet iurisdictionem.*
73 *Exemplis comprobatur Delegatos non habere iurisdictionem criminalem.*
74 *Solitum non iuuat in iurisdictionalibus, si titulus deficit.*
75 Tex.in l.2.de iurisdict omn.Iud.*declaratur.*
76 *Coertio, quæ competit Delegato.*
77 *Non extenduntur vltra expressa.*
78 *An possit mulctare, & quando.*
79 *Quæ coertio ei conceditur.*
80 *Non potest suam sententiam exequi.*
81 *Non habet cognitionem in subditos extra causam delegatam.*
82 *Quãdo potest cognoscere de delictis famulorum.*
82 *Et quid in Delegato Principis.*

ARGVMENTVM.

Aduersus Delegationes, Iūctasq; non Iuridicas, & Delegatos excedentes fines mandati ad Excellentiss. Proregem pro exequutione ordinum Sac. Cath. Maiest. suppliciter instatur.

Exceptis tamen casibus, in quibus Iunctas formare videbitur, vrgente causa, & qualitate personarum inspecta, pro vberiori cultu iustitiæ.

RESPONSVM XXXXIV.

Illuminatio à Domino.

1 FIsci Patroni dignitas, quam (vt Calles Excellentiss. Princeps) Adrianus Imperator erexit, teste Aelio Spartiano in eius vita, vt refert *Bœtr. in tit. Digestor. de offic. Quæstor. & Surg. de Neap. Illustr cap. 26. n. 26. Alfrar. de Iur. Fisc. n. 3. glos. 9.* Illud proprium
2 habet munus, & præcipuè curare debet, vt Regales ordinationes seruentur, & Iura Regis, Regiaq; Iurisdictio defendantur, vt aduertit *Calicius in Margar. Fisc. in princ. n. 3. & 4. Franc. Alfrar. de iur. fisc. gl. 11.* Quinimò sub-
3 tiliter inuestigare tenetur iurium Regalium defensiones, vt desumitur ex *tex. in l. proximè, ff. de his qui in testam. delen.* Solicitusq; esse debet Fisci Patronus, nè commoda Fiscalia occul-
ten-

ARGVMENTVM.

Exceptiones licèt tres tantùm numerentur, quæ opponi possunt pro parte citandi, vel citati in terminis *ritus Magn. Cur. Vicariæ* 269. nempè Infirmitatis, Absentiæ, & Captiuitatis, attamen alias duas recenset *Carauit.* ibi, Carcerationis, & Nullitatis, Exceptio tamen declinatoriæ fori per Procuratorem admitti, & allegari in terminis eiusdem ritus, non fuit practicata, quicquid de iure communi Romanorum aliter reperiatur dispositum.

Cõtumacia est delictum, & pro contumace nemo loquitur in criminalibus, & in ciuilibus denegandam esse audiẽtiam, nisi cõtumaciam purgauerit.

Clericus citatus vti laicus, si pro delicto immineat foriudicationis sententia, posse agnatos, siue excusatores quoslibet admitti ad impediendam foriudicationis sẽtentiarũ, cum presentatione publicorum documentorũ, quæ recipiuntur extra processum, de æquitate tamen Sacri Consilij, de qua extat *dec.* 329. apud *D. de Franchis*, quæ enucleatur, ac etiã expenduntur *dec siones D. Regen. Sansel.* 277. & 337. *Ritus Magn. Cur.* 65. & 235. declaratur, eorumq; genuinus, & germanus sensus adducitur, ac secũdum declarationem affertur decisio Rotę Magnæ Curię, ac pleràq; aliã adnotantur ad rem peculiaria.

RESPONSVM XXXIII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARAE.

1 Accersito, & postulato Fælice Lubrano ad se personaliter exhibendum in Magn. Curia Vicariæ, sub pæna duc. 10. m. eoq; per excusatorem absentiam allegante, minimè admisso, imò contumace reputato, & pæna posita in libro Inferni (vt moris est) Comparuit procurator, qui eius mãdato producto, ac prætensis documẽtis sui clericatus exhibitis, petijt minimè contra suum principalem procedi, stante oppositione clericatus, sub cuius clypeo asserebat mulctari non posse, à Magn. Curia quasi prorsus incompetente Iudice erga Clericum, Et licèt prima facie nullum obicem præstare videretur eiusmodi oppositio, dùm personaliter Fælix non comparebat, seruata forma rituum ipsius Magn. Curiæ in viridi ob-

obſeruantia exiſtentium. Viſum tamen fuit articulum diſputandũ reaſſumere, Num audiendus ſit contumax, ſiue Laicus, ſiue prætenſus Clericus ad opponendum de ſuo clericatu, ſiue ad forum declinandum, ſiue ad mulctam ſuæ contumaciæ euadendum.

Vndè indicta die determinationis allegabat D. Fiſci Patronus, legem eſſe claram in Regno, ac protenſo quaſi digito inſinuatam ex *Rit. Ma-*
2 *gnæ Cur.* 269. ſecundùm computationem *Carau.* incip. *Die* 21. *Menſis Iulij* Reginali decreto accedente cõprobatam, qua cauetur *In quibuſcumque cauſis criminalibus, per quaſcumq; perſonas in dicta Curia pro tempore mouendis nulla exceptio admittatur pro parte citati, vel citandi, aut citandorũ per procuratorem ſcilicet, ipſius citati offerenda, niſi fuerit exceptio infirmitatis, aut abſentiæ, aut captiuitatis.* Licèt *Carau.* ſtrenuus Rituum Regni enucleator in eius *Scholijs ad rit prædictum n.*13. fidem adſtringat ſuam, tàm de iure, quàm de obſeruantia Regni paſsim admitti duas alias ex-
3 ceptiones, nempè carcerationis, & *n.*20. practicari itidem exceptionem nullitatis, & faciunt ſcripta per *Me in* 1. *Practicar. Obſeruation. cap.* 30. *n.*25. verſ. *Benè verum.*

Quò fit, vt *Carauita* met *in d. rit. n.*1. pro indubitato tradiderit, quod licèt de iure communi exceptio declinatoriæ fori poſsit opponi, & diſcuti per procuratorem, quia opponẽs eam, non ſe defendit, nec iudicium ſuſcipit ad tradita per *Bart. in l. pen.* §. *ad crimen, ff. de publ. iud.* attamen attenta diſpoſitione *Ritus*, minimè opponi poteſt, ſicuti nec alia quæuis exceptio, quæ aliàs de iure communi admittebatur, enumerando nonnullas ex *n.*2. & paſsim obſeruarunt *Noſtrates, Io. Niger in cap. Poſt commiſsũ à delinquente flagitium pag.* 346. *Carau. rit.* 266. *Foller. in prax. crim.* verb. *Audiantur excuſatores n.* 10. *ad* 21. *D. de Franch. dec.* 329. *n.*4. & 371. *n.*1. *Reg. Sanfel. dec.* 31. *cum duab. ſeqq.* qui omnes ſecundùm varias caſuum figuras de exceptionibus non admittendis per procuratores, verba fecerunt, & in terminis conſimilis ſtatuti *Clar. in pract. crim. quæſt.* 36. *n.* 5. *in fin.* & *per tot.* vbi fusè *Addentes, Farin. de Inquiſit. quæſt.* 11. *n.*52.

Subdebat D. Fiſci Patronus copias ſibi præſtari auxiliares ad audientiam denegandam procuratori, ex vulgato illo dicterio, quod validat per ora Pragmaticorum, nempè *Pro contu-*
5 *mace nemo loquatur*, eſt enim contumaci denegãda audientia, quia con-
6 tumacia eſt delictum, *l. omne delictũ*, §. *contumacia, ff. de re iud. Gloſ. in l. ſiliũ*, verſ. *Succurrẽdum, ff. de interrog. actio. Bart. & Iaſ. in l. vnic.* §. *fin, per Gloſam* ibi *ff. ſi quis ius dicen. non obtemperau.* quorum memor fuit *D. Reg. de Pont. conſ.* 94. *n.*1. *lib.*1. *Conſiliar. Ann. conſ.* 107. *n.*15. poſt *Caſtren. in l. pleriq; n.* 9. *ff. de in ius vocan. Matthes. ſing.* 17. *n.*7. *Menoch. de arbitr. Iudic. lib.*2. *caſ.* 153. *Rol. à Vall. conſ.* 47. *n.*2. *lib.*2. *Gayll. de pace publ. lib.*2. *cap.*5. *n.*8. *Foller. in pract. crim. canon. cap.* 10. verſ. *Non comparentes n.* 8. & 23. *Farin. in prax. crim. quæſt.* 18. *n.* 26. *Gloſ. in l. ſi quis, ff. de interrogat. actio. l. Sed & ſi per Prætorem*, §. *ait Prætor, iuncta Gloſ.* in verb. *Decreto, ff. ex quib. cau. maior. Gloſ. in d. l. contumacia*, verb. *Litis damno, ff. de re iud.* licèt idem *Reg. de Pont. loc. cit. n.*3. poſt alios aſſerat non eſſe ex ſe propriè delictum, & faciunt tradita per *Farin. d. quæſt* 18. *n.*28. de quo pariter eſt *rit. Magn. Cur.* 220. expreſsè
7 tradens contumaci ob cauſam ciuilem, denegandam eſſe audientiam, niſi purgauerit contumaciam, ibique *n.*6. *n. fin.* notabiliter aduertit *Carau.* contumaci eſſe denegandam audientiam in cauſis etiam cæptis ante contu

tumaciam, D. *de Franch. dec.* 271. *n.* 6. Reg. *Sanfel. dec.* 236. *n.* 4. *par.* 2. inquiés contumaci non esse succurrendum, *l. si fideiussor*, §. *si necessaria*, *ff. qui satisd. cogan. l. qui data cum concordantibus*, *ff. ex quib. cau. maior.*

Quo verò ad exceptionem clericatus non admittendam per Procuratorem, adducebantur pro parte Fisci duo *Ritus Magn. Cur.* 65. & 235. in quibus haud obscurè secernitur esse prorsus arcẽdos à Iudicio ꝓcuratores volẽtes allegare clericatũ, siquidem *in d. rit.* 65. ità disponitur, *Item si aliquis Clericus citatus fuerit, vt laicus de mandato dictæ Curiæ pro aliqua criminali causa, vel ciuili, bannitus, vel foriudicatus, & voluerit posteà suam purgare contumaciam: ad purgandum suã contumaciam, debet in eadem Curia personaliter comparere, & ipsi Curia cognoscet de suo clericatu prædicto cum habitu, & tonsura demonstrato, & constito ipsi Curiæ de clericatu huiusmodi, eadem Curia remittit ipsum ad suũ Iudicẽ competentem; & hoc quotidie obseruatur.* Ex quibus verbis ritus nictu oculi sublatus fuit obex, qui parabatur, opponi nempè clericatum ad euadendam mulctam, non pænam corporalem, nam ritus expresè loquitur etiam in causa ciuili, Et patuit quoq; euidenter, Ritus dispositionem non fuisse antiquatam, aut abrogatam, sed in viridi existere obseruantia, vti Nostrates omnes vno ore affirmant.

9 Alter *rit.* 235. expendebatur ad intentionem Fisci comprobandam, cuius verba sunt hæc propemodum; *Item seruat ipsa Curia quod nullus Clericus potest comparere, nisi personaliter cum documentis clericatus, aliàs non auditur in declinando forum Curiæ ipsius, & ipso veniente datur terminus ad probandum de clericatu, &c.* subditurq; *in fin. Et hoc seruatur per ipsam Cur.* quibus attẽtis aiebat D. Fisci Patro-

10 nus, Vbi est casus legis, nullam esse dubitationem, *l. ancilla*, C. *de furt.* Et ponderabant nonnulli ex Dominis votantibus enixam in hoc mentem statuentium elici, ex dictione illa, *Nullus Clericus*, quæ dictio omnium exclusiua est, *l. qui vti*, §. *hæc verba Ille, aut Ille*, *l. vrbana familia*, *l. verbum*, *ff. de verb. sign.* Reg. *Valenz. consil.* 74. *n.* 15. Et ampliùs innitebantur verbo *Et ipso*, quod de per se personalitatẽ indicat, vt Clericus compareat, non autem quod admittatur procurator.

11 Quod verò ex aduerso adducebatur, Ritus prædictos esse intelligendos quando Clericus venit ad declinandum forum, non autem ad euitãdam mulctam, quo in casu asserebatur hodie agi, fuit visa adstructio verbalis potiùs, seu nominalis, & nullius considerationis, siquidem in propatulo est, procuratorem, vt mulctam euaderet, non aliam allegasse exceptionem, nisi clericatus, & sic forum declinare intendit, quod in idem incidit, & si hoc admitteretur, fieret fraus ritibus, & destrueretur praxis inconcussa nõ admittendi Clericos, nisi personaliter compareant, quod non est ferendum, fraudibus namq;

12 obuiandum est, *l. in fundo*, *ff. de rei uend.* nec dolus, aut fraus alicui patrocinari debet, *l. nec ex dolo* 13. *ff. de dolo* cum alijs adductis per *Reg. Valenz. cons.* 35. *n.* 33. *tom.* 1.

13 Et deueniendo ad Authores ex aduerso adductos ad suadendum esse admittendum procuratorem cum Bullis saltim ad finem supersedendi in exequutione mulctæ, siue pænæ, quorum Antesignanus asserebatur D. *Prosp.*

Praeſ. noſter dec. 329. vbi apparet de-
14 ciſum, fuiſse admiſsum agnatum ad
producendum documenta Clericatus contumacis Magn. Cur. ad foriudicandum. quæ fuerunt receptę, & ordinatum ſuperſederi in foriudicãdo, vti videre eſt *n.* 12. *&* 13. facta oppoſitione per tunc Fiſci Patronum.

Fuit pro parte Fiſci replicatum,
15 deciſionem illam proceſſiſse ex quadam æquitate, vti teſtatur *D. de Frãch.* ibi *n.* 11. verſ. *Sed in Sacro Conſilio,* quæ æquitas conſiſtit nè Clericus, qui verè talis eſse comperiretur vti foriudicatus impunè occidatur ſeruata forma Conſtitutionis Regni, Pęnam eorum ſub *tit. de forbannit. & forindicat.* cum ſit actus irretractabilis, At in caſu currẽti nulla eſt ęquitas, quæ ſuadeat contumacem eſſe admittendum per Procuratorẽ, cùm ex dictis ſupra, contumaci denegãda eſt audientia, vti benè docet *D. de Franch. dec.* 271. *Theſ. dec.* 265. & punctuatim *Reg. Sanfel. dec.* 364. *par.* 3.
16

Ruſsùs ad idem ponderabat vnus ex Dominis æquitatem Sac. Conſ. indicatam per *Dom. de Franch. d. dec.* 329 ex alio fuiſse admiſsam, quia in
17 citatione ad foriudicandum citantur agnati, & cognati, & ſic videntur admiſsi ad allegandum clericatum in actu irretractabili, quod ſecùs eſt in alijs citationibus, & maximè in contumace, quod deducitur ex dictis per eundemet *D. de Franch. d. dec.* 329. *n.* 11. Vndè cum ſit diuerſitas in ca-
18 ſibus de vno non benè ad alium infertur, *l. Papinianus exuli, ff. de minor. l. fin. ff. de calumniat. Reg. Valenz. conſ.* 34. *n.* 43. *par.* 1.

Præterquamquod æquitas illa Sa-
19 cri Conſ. cuius maxima habenda eſt ratio ad *tex. in l. in omnibus* 90. *ff. de reg. iur. l. quod ſi Ephesi, ff. de eo quod cert. loc. cap. quærenti de offic. & poteſt. Iudic. deleg.* non fuit ſine maxima diſcuſſione admiſsa, & videtur repugnate iuribus ſcriptis in Regno, quo caſu quando æquitas non ſcripta pugnat cum rigore ſcripto, tunc abſq; hæſi-
20 tatione ęquitati præfertur rigor, ſecundùm *Gloſ. in d. l. in omnibus in fin.* verb. *In omnibus,* quam ſectatur *Bal. Paul. Alex. & Iaſ. in l. placuit. C. de iud. Cagnol. in l. in ambiguis, §. quoties n.* 2. *ff. de reg. iur.* & communem eſse propoſitionem tradit *Vevizan. tom.* 1. *tom. opinion. lib.* 2. *tit.* 9. *n.* 107. *D. de Franch.*
21 *dec.* 329. *n.* 3. quem recenſet *Aloyſ. de Leo in l.* 1. *n.* 36. *C. de legi. Suarez in l. Sicut autem in fin. ff. de re ind.* & adſcribitur originaliter *Cyn. in l.* 1. *n. fin. C. de legi.* eiq; ſe ſubſcribit *Iacob. de Sãcto Georg. in d. l. placuit n.* 5. *D. de Franch. dec.* 229 *n.* 4. *Carau. in rit.* 208. *n.* 2. loquens in terminis ęquitatis non ſcriptę concurrentis cum rigore ſcripto ritus Magn. Curiæ.

Vt indè *Michael Ferrer. obſer.* 173. verba faciens de æquitate Sac. Conſilij *in d. dec.* 329. apertè illam impugnauerit, & in Cathalunia minimè ſeruari aſserat, de quo memor fuit *Maſtr. dec.* 143. *n.* 8. & *Moderni Hiſpani in Commentar. ad d. rit.* 235. *n.* 281. *par.* 1. muſſitantes aduerſus ęquitatẽ prædictam, vel (mauis) acerrimè illam redarguentes mirati ſunt de d. deciſione, pluribus allatis.

22 Quò verò ad Authoritatem *Gram. conſ.* 1. poſt *deciſiones, & vot.* 18. *n.* 12. ex Aduerſo allegatam, Replicabatur pro parte Fiſci Conſil. illud non fuiſ-
23 ſe receptum in noſtris Tribunalibus, quinimò *Carau. in rit.* 235. *n.* 2. hęc protulit verba, *Miror tamen, quod Gram. in d. conſilio ſcitẽs Ritum noſtrũ firmet cum dictis DD. quod exceptio declinatoria fori poſsit per procuratorem opponi ad inſtantiam inquiſiti, & citati,* de cuius dicto memor fuit *D. de Franch. d. dec.* 329. *n.* 10. ſubdens conſilium illud *Grammatici* fuiſſe per ipſum editum in fauorem filij, & quod
Gram-

Grammaticus ipſe, & *Thomas Naucle-rius*, quem præceptorem ſuum affir-
mat in conſimili eius reſponſo im-
memores extiterunt *Ritus* prædicti
235. quaſi quod de iure communi
potuiſſent ſcripta per tantos Viros
locum vendicare; ſecùs verò attenta
diſpoſitione ritus.

Et ad euadendum obiecem de *vo-*
24 *to* 18. eiuſdem *Gram.* in quo Pars fi-
gebat pedem, fuit in promptu addu-
ctum, & ex eo apparet, quod Cleri-
cus comperuit perſonaliter coram
Iudice laico, & obtinuit reſtitutionẽ
bonorum exequutorum, non autem
per procuratorem, & vnus ex Domi-
25 nis allegauit eundem *Grammaticum*
dec. 61. in qua apparet decifum per
Sac. Conſ. fuiſſe reſtituta Clerico bo-
na, ſuper quibus fuit præſtita aſſiſtẽ-
tia, & adiudicata creditori, ſed in ca-
ſu illo comparuit perſonaliter Cleri-
cus, & oppoſuit de nullitate ſenten-
tiæ, qui ſanè caſus longè diſtant ab
eo, de quo modò quærimus, vt ad-
mittatur Lubranus per procuratorẽ
poſt contumaciam contractam ad al-
legandum clericatum. Vndè pro par-
te ipſius oppoſita nedùm ſui maceriẽ
deſtrui videbantur, verùm etiam cõ-
tra ipſum retorqueri, nullus dubitan-
di labatur aditus.

Vrgere quoq; aſſerebatur pro Lu-
brano contra Fiſcum duas determi-
nationes apud *Reg. Sanfel.* de quibus
26 formauit *deciſiones* 237. & 277. *par.*
2. quas ad ſydera vſq; extollebat eius
Aduocatus.

Sed viriliter replicabatur pro par-
te Fiſci, nam quoad *dec.* 237. in qua
caſus accidit in perſonam Principis
Gallicani, cui fuit de ordine Excel-
lentiſs. Domini Comitis Montiſte-
gij, tunc Regni clauum ſuſtinentis,
iniunctum ſub pena duc. 10. m. nè cũ
ſcænica quadam muliere conuerſa-
ret, & dum ſpreto mandato fuerit in
loco feudi citatus ad dicendum cau-
ſam quare contra illum pena in mã-
dato contenta exequi non deberet
& quod ad id allegandum legitimè
compareat, ipſo minimè comparẽ-
te, aduerſus citationem ſe exhibuit
procurator cum generali mandato
ad omnes cauſas, etiam criminales
cum omnimoda poteſtate, & dum
diſceptaretur, an eſſet procurator ad-
mittendus, fuit per Magn. Cur. De-
legatam denegata audientia procu-
ratori, & prorſum, quòd remaneat
contumax, & exequatur pro pena
duc. 10. m. in mandato contenta, ſicu-
ti videre eſt apud eundem *Reg. San-*
fel. d. dec. 237. *n.* 6. Et ſic deciſio opti-
mè collineat caſui præſenti in bene-
ficium Fiſci, non contra Fiſcum; vn-
dè poterat retorqueri illud *Ouidij*,

Heu patior telis vulnera facta meis.

27 Sin autem deciſio aſſerebatur ad
inſinuandum, quod *Reg. Sanfel. n.* 7.
tradit ſibi reſolutionem non placuiſ-
ſe, reſpondebatur magis deferendũ
ſententię Tribunalis Collegiati, quã
opinioni Doctoris.

Et inſuper vnus ex Dominis expẽ-
dens rationem præcipuam, ex qua
mouebatur *Reg. Sanfel. d. n.* 7. ad non
acquieſcendum ſententię Magn. Cu-
riæ aiebat illam fuiſſe fundatam, ex
quo licèt cauſa eſſet criminalis de
pæna pecuniaria agebatur, & citatus
fuit, vt legitimè compareat, & ſic per
illud verbum *Legitimè* electa fuit via
ciuilis, quo caſu admittitur procura-
tor ex dictis per *Gloſ. in l. penultima,*
§. publicè, verb. *Defenſio, ff. de publ. iud.*
quæ ſanè rei præſenti non quadrant,
in qua minimè Lubranus fuit cita-
tus, vt legitimè compareat, ſed tan-
tùm de perſona, & iam fuit contumax
reputatus, vndè euaneſcit aſſumptum
factum pro Lubrano, ex pluribus.

Euaneſcere pariter dicebatur alte-
29 rum aſſumptum pro Lubrano ex *dec.*
277. eiuſdem *Reg. Sanfel.* Nam ibi vl-
tra, quod nulla videtur determina-
tio,

tio, & sic res iudicata ex ea opponi non potest, secernitur asserere *D.Sanfel.* quod contracta contumacia in terminis Pragmaticæ æditæ per Excellentiss. Ducem Medinæ die 1. Septembris 1638. contra delinquentes cum armis igneis, sit admittendus excusator cum documentis clericatus ad finem impediendi exequutionem pœnæ duc. 1000. cōtra ipsos delinquentes inflictam, Ea sanè ratione, de qua apud *ipsum d.dec.*277.*n.*4. quia obseruādum esse tradit id quod aduersus foriudicationem referr *D. de Franch.dec.*329. nulla tamen facta discussione eorum, quæ allata fuerunt diuersificando casus impediendi foriudicationem, & impediendi exequutionem pœnæ, vers. *Et deueniendo*, & sic intrat doctrina *Baldi in l. receptitia n.* 3. *C. de constit. pecun.*
30 *Non potest dici decisum, quod non est discussum*, & subdidit vnus ex Dominis Consiliarijs peritissimus, qui per plures annos nostræ Magn. Cur. vacauit, & hodie vacat, contra decisionem prædictam *D. Reg.Sanfel.* (si decisionis nomen meretur cum potiùs Doctoris opinio sit habenda) fuisse determinatum per Magn. Curiam, & confirmatum per Sac. Cons. nè ritus omnes de materia loquentes antiquarentur, siue abrogarentur.

His consentanea fuit altera ponderatio pro Fisco, quod dùm pœna ob cōtumaciam contractam per Lu-
31 branum, erat posita in libro Inferni, nullatenus erat audiendus procurator, nec alius, ità disponente *Prag.*8. *de instrum.liquid.cap.*7. *circa fin.* quæ benè compræhendit Fiscum, cum &
32 ipse ratione pœnarum adhuc creditor existat *toto rub.& nigr. Pœnis fiscalibus creditorei præferri.*

Et licèt adhuc opponeretur Bullas fuisse per procuratorem præsentatas, & per Magn. Cur. receptas, vndè non posse excludi, nec repelli eas præsentantem; fuit visum satis leue, & futile sanè assumptum, Nam Bullę non fuerunt iudicialiter præsentatæ apud acta, nec in processu, sed fuerunt tantùm visæ, & extrà processum
33 Scribæ restitutæ, ex quo non inducitur, quod fuerint receptæ, ex dictis per *Bal. in l. si qua per calumniam, C. de Episc. & Cler.* de quo memor. fuit *D. de Franch. d. dec.* 329. *n.* 13.

Pro coronide: D. Fisci Patronus ea qua præstat eruditione, & legum peritia, adducebat omninò pœnam esse exequendam (circumscriptis adhuc omnibus modò allegatis) ratione contumaciæ, & inobedientiæ ex peculiari doctrina *Hostiens. in Summ. de Iudic.* §. 3. sub vers. *Illud autem* post *princ.* quod vbi dubium est, quem es-
34 se Clericum si citatus à Iudice sęculari non comparet, potest à Iudice mulctari, & in expensis condemnari, cuius rei ea communiter affertur ratio, quia quilibet nascitur laicus; ergo talis de et censeri, donec constet esse Clericum ad *sex. in cap.* 2. *quæst.* 1. *Can. degum*, & in terminis ritus fuit adductus *Viu. dec.* 138. *n.*8. vers. *Et an Clericus*, ibi, *Sed aduerte in practica, quod tunc Clericus ipse necessariò teneretur comparere coram Iudice sæculari, coram quo contumax reperitur, ab eoque datur; conceditur q; terminus super remissione, & probato per eum clericatu remittitur ad Iudicem Ecclesiasticum, prout ità obseruaui in Regia Audientia Apulea existens in ea Auditor in anno* 1583. *cum alijs seqq* Hæc *Viuius.*

DECISIO.

DIE 19. *Aprelis* 1655. *Rota Magna Curiæ* (Me *referente* decreuit Cõparente Felice Lubrano personaliter seruata forma dispositionis Rituum Magn. Cur. prouidebitur : *Interim Lubranus diem obijt suum. Et cum die* 27. *Augusti* 1655. *Excellentiss. Prorex rescripserit Magn. Curiæ esse pœnam exequendam stante ipsius obitu, adhuc exequutioni demandata non fu it, vtq; rescripti tenorem calleas Lector hæc propemodum rescripti verba sunt.*

RESCRIPTVM SVAE EXCELLENTIAE.

EL impedimiento, que se daba à la cobranza de la pena de los 10.m. ducados, que debia Feliz Lubrano al Regio Fisco; y està liquida, y puesta en el libro del Infierno, con pretexto de que fuesse clerigo, hà cessado con hauer muerto, y assi manda S. E. proceda de iusticia con toda breuedad sobre la cobranza desta pena, y ala venta de los bienes embargados por el Fisco, y de lo que procediere se haga entroito en caxa Militar.

Penès Scribam Fiscalem *Sarnum*.

Responsorum Fiscalium

FINIS.

RE-

RESPONSA FISCALIA,

EAQ; CELEBERRIMA

A DOM. HONVPHRIO DE PALMA

ADVOCATO OLIM INSIGNI,

Nunc verò Magnæ Curiæ Vicariæ Fiſci Patrono ſolertiſsimo, arduis in cauſis ad tuitionem Iurium Fiſci, Regaliſq; Iuriſdictionis edita, Franciſci Mariæ Prati ſtudio, & diligentia (vt ex ijs, ſuæ cohoneſtentur vigiliæ) poſteritati commendata.

SVMMARIVM.

1 ADuocati Fiſci dignitas, à quo prius inſtituta.

2 Eius munus, & quæ curare teneatur.

3 Tenetur inueſtigare defenſionem Iurium Regalium.

4 Negligens tenetur ad damna.

5 Curare debet nè authoritas ſui Tribunalis diminuatur.

6 Bona quæ ſperantur ſub regimine Ex-

cellentissimi Proregis Comitis de Castrillo. & n. 84.

7 *Grauamina, quæ reparanda proponit Fiscus.* & n. 8.

9 *Ciuitas Neapolitana, quæ Tribunalia habet.*

10 *Varietas Magistratus ornatiorē reddit Rempublicam.*

11 *Diuisio Tribunalium in exercitio iurisdictionis quo de causa fiat.* & n. 17.

12 *Collaterale Consilium, quam iurisdictionem habeat.*

13 *Sacri Regij Consilij Sanctæ Claræ iurisdictio, quæ sit.*

14 *Non cognoscit de causis Criminalibus in prima instantia.*

15 *Regiæ Cameræ Summariæ iurisdictio quæ sit.*

16 *M. C. Vicariæ Tribunal, & eius præheminentia.*

17 *Quarè diuisa in exercitio Iurisdictionis.*

18 *Eius Magistratus, cui æquiparatur apud Hispanos.*

19 *Dicitur luminare maius, & fons omnium Tribunalium.*

20 *Cognoscit de omnibus causis, etiam Baronum, & ipsorum, qui sunt de sanguine Regis.*

21 *Procedit tanquam Vicaria Regis.*

22 *Duas personas repræsentat.*

23 *Alteri si concessa fuerit iurisdictio, non intelligitur priuatiuè ad ordinarium Magistratum.*

24 *Iudices conspicuos, probos, & doctos cōstituendos esse in Magna Curia Vicariæ.*

25 *Iunctæ, & Delegationes prohibentur fieri extra Tribunalia per Suam Maiestatem.*

26 *Causæ Criminales non possunt tractari extra Tribunalia ordinaria, & quare.*

27 *Delegationes, quando, & quo pacto fieri possunt.*

28 *Princeps non præsumitur derogare priuilegio concesso alteri.*

29 *Damna, & inconuenientia resultantia ex Delegationibus, & Iunctis*, & n. 32.

30 *Proregis potestas quamuis maxima, non vtitur illa, nisi cūm causa.*

31 *Indocti, vel mali, Perpetui corrigantur, Annales remoueantur.*

33 *Criminalis iurisdictio est meri imperij.*

34 *Iurisdictio fluit à Principe, & ille solus creat Magistratus.* & n. 36.

35 *Et nisi à Principe, vel à lege non tribuitur.*

37 *Alia ordinaria, alia delegata.*

38 *Extra ordinarij Magistratus vtilitatis causa constituuntur.*

39 *Eius iurisdictio regulatur à formula commissionis.*

40 *Formula variæ Commissionum remissiuè.*

41 *Distinctè iurisdictiones, vbi sūt vnus de altero non cognoscit.*

42 *In hac Ciuitate non est distincta ratione dominij, sed exercitij.*

43 *Delegatus nil proprium habet in iurisdictione, sed quod à Principe ei tribuitur.*

44 *Translata non comprehendit Imperiū.*

45 *Tenetur exhibere formulam suæ commissionis.*

46 *Exercens Iurisdictionem potest compelli ostendere facultatem.*

47 *Gerens se pro Magistratu super Iurisdictione non tributa incidit in crimē læsæ Maiestatis.*

48 *Legitimatio personę ante omnia est fūdanda.*

49 *Quæ consideranda in eis.*

50 *Mandati fines diligenter seruandi sūt.*

51 *Nullam esse concessam iurisdictionem Delegatis, de quibus agitur.*

52 *Delegati, in facto de quo agitur, quam iurisdictionem habeant, & ad quem finem.*

53 *Cessant vbi causa est ordinariè tractanda.*

54 *Pro causis criminalibus, & offensionis aurium non procedunt.*

55 *Pos-*

55 *Poſſunt tantum compellere liquidos debitores, vſque ad diſtrictionem perſona.*

56 *Eorum poteſtas ex inſtructionibus generalibus.*

57 *Comprobatur etiam ex obſeruantia.*

58 *Dohana* Regia *nō cognoſcit extra cauſas ciuiles Dohana.*

59 Nec *niſi coram quatuor Iudicibus.*

60 *Facta ad bonum regimen non habent iuriſdictionem.*

61 *Merum, & mixtum Imperium non tranſit, niſi expreſsè concedatur.*

62 *Venit tantùm ſimplex, & baſſa, non Criminalis.*

64 *Non cenſetur tranſlata, niſi nominatim dicatur.*

65 *Legatus remittit ad Proconſulem puniendum.*

66. *Tranſit cum feudo, quando ſolitum eſt concedi.*

67 *Magiſtratus, vbi erigitur; non venit merum, & mixtum Imperium, niſi expreſsè dicatur.*

68 *Regalia non veniunt in generali conceſſione.*

69 Non *præſcribuntur ſine titulo.*

70 *Quæ præcipuè ad Principē ſpectat præſcriptione non acquiruntur.*

71 *Ex eo in modo delegandi arguitur.*

72 *Electus ad protegendum, vti director non habet iuriſdictionem.*

73 *Exemplis comprobatur Delegatos non habere iuriſdictionem criminalem.*

74 *Solitum non iuuat in iuriſdictionalibus, ſi titulus deficit.*

75 Tex.in l.2.de iuriſdict.omn.Iud.*declaratur.*

76 *Coertio, quæ competit Delegato.*

77 *Non extenduntur vltra expreſſa.*

78 *An poſſit mulctare, & quando.*

79 *Quæ coertio ei conceditur.*

80 *Non poteſt ſuam ſententiam exequi.*

81 *Non habet cognitionem in ſubditos extra cauſam delegatam.*

82 *Quādo poteſt cognoſcere de delictis famulorum.*

82 *Et quid in Delegato Principis.*

ARGVMENTVM.

Aduerſus Delegationes, Iūctaſq; non Iuridicas, & Delegatos excedentes fines mandati ad Excellentiſs. Proregem pro exequutione ordinum Sac. Cath. Maieſt. ſuppliciter inſtatur.

Exceptis tamen caſibus, in quibus Iunctas formare videbitur, vrgente cauſa, & qualitate perſonarum inſpecta, pro vberiori cultu iuſtitiæ.

RESPONSVM XXXXIV.

Illuminatio à Domino.

1 FIſci Patroni dignitas, quam (vt Calles Excellentiſs. Princeps) Adrianus Imperator erexit, teſte Aelio Spartiano in eius vita, vt refert *Butr. in tit. Digeſtor. de offic. Q̄ſtor. & Surg. de Neap. Illuſtr. cap. 26. n. 26. Afrar. de Iur. Fiſc. n. 3. glaſ 9.* Illud proprium
2 habet munus, & præcipuè curare debet, vt Regales ordinationes ſeruentur, & Iura Regis, Regiaq; Iuriſdictio defendantur, vt aduertit *Calicius in Margar. Fiſc. in princ. n. 3. & 4. Franc. Alfrar. de iur. fiſc. gl. 11.* Quinimò ſub-
3 tiliter inueſtigare tenetur iurium Regalium defenſiones, vt deſumitur ex *tex. in l. proximè, ff. de his qui in teſtam. delen.* Solicituſq; eſſe debet Fiſci Patronus, nè commoda Fiſcalia occulten-

tentur, vel depereant, *Peregr. de iur. fisci lib. 7. cap. 2. n. 7. Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 8. n. 83.* Cuius defectus
4 mulctatur obligatione resarciendi damna negligentiæ, ex *tex. in l. fin. C. de bon. vac. lib. 10.* notat *Calic. in d. Margar. Fisc. n. 8. in princ.* & post eum *Gabriel Berart. in tract. de Visit. cap. 12. sub n. 7.* Obstringitur etiam Fisci
5 Patronus curare, vt honor, & authoritas sui Tribunalis non diminuatur, sed augeatur, ex *tex. in l. non intelligitur 3. §. Diui fratres, ff. de iur. fisc.* probat *Excobar de Nobilit. par. 2. quæst. 8. rubr. de offic. proc. fisc. n. 37.*

Quapropter, vt meo muneri satisfaciam, & à qua vincior obligatione me expediam, supplex accedo ad Ex-
6 cellentiam Vestram (cuius sub auspicijs iustitia florebit, Pax reuiuiscet, abusus tollentur, collapsa restaurabuntur, Regalia in pristinum restituētur, Virtutesq; hactenus suppressæ, manum te porrigente adiutricem caput extollent, cui non minus adsistit Palma, quam Equus Athenis) & precor, vt peculiari Sanctione vulneratę Iurisdictioni Magnæ Curiæ mederi, Regiumq; Patrimonium tutari, Regalem Iurisdictionem, & ordinarij Magistratus authoritatem sartam tectā ab abusibus conseruare.

7 Enimuerò duo grauaminum genera Regale Patrimonium, & ordinaria Iurisdictio tolerant vsq; adhuc.

Primum est ex tot Delegationibus, & Iunctis in causis criminalibus, & mixtis erectis extra ordinarios Magistratus contra præscriptum ordinē Suæ Maiestatis in graue sui Patrimonii, & subditorum damnum.

8 Secundum, ex vsurpata Iurisdictione à nonnullis Delegatis Arrendamentorum, Nationum, Artium, ac Piorum locorum, quibus à Sua Maiestate nulla fuit concessa Iurisdictio Criminalis, nec mixta, sed tantùm simplex cognitio, eaq; ciuilis infima, Iurisdictio, quæ deseruit Regimini, & breuiori expeditioni, ac liquidis negotijs, infra personæ districtionem, & respectu contrabannorum eiusdemmet Arrendamenti, & non aliter; vltra quas metas progredièdo, vsurpant merum, mixtumquè Imperium, quod est de Regalibus, in graue interesse Patrimonijs Regis.

9 Et vt primum grauamen pateflat, libeat prænotare. In hac fidelissima Ciuitate, & Regno, plura Tribunalia, ac ordinarios Magistratus esse constitutos, ex quorum diuersitate Regnū, & Ciuitas ornatior redditur, & vt aduertit *Mutius Surg. de Neap. Illustr. in adnotat. ad Patrem fol. 334. sub n. 14.* Sicut ex membrorum varietate ve-
10 nustius corpus redditur, ità ex diuersis Officialibus robur, & venustas Reipublicæ corporis augetur, vt ex *Restaur. Castald. in tract. de Imperio quæst. 81.* deducit. Inter quos Regni Magistratus diuisa est Iurisdictionis administratio, de quibus adsunt diuersæ Pragmaticæ de corū officijs, & prout olim in Romana Vrbe Magistratus
11 diuersi Ius dicebant, & quisque suis partibus fungebatur, & determinatam habebant cognitionem, vt innotescit in *Rubr. Digestor. & Cod. de eor. offic. tractatib.* Ità hodie, in hac Ciuitate diuersa sunt Tribunalia, quæ Ius dicunt, diuisa in genere causarum, & Iurisdictionum, nè inuicem per cōcursum eiusdem causæ sese impediāt, & promiscuis actibus officia turbentur, & quilibet ex Magistratibus prædictis, iuxtà facultatem, & potestatē sibi tributam Iurisdictionem limitatè exerceret, ita vt vni credita iurisdictio, alteri non subtrahatur, per *tex. in l. Consulta diualia, vers. Absurdum est, C. de testam.*

Inter hæc Tribunalia, quæ Iure Magistratus exercent (de quibus & alijs longa serie tractant *Surgent. de Neap. Illustrat. Frecc. de subfeu.* & postremò Iu-

Index Taxon.in prag.de antefat.verſ.3. obſer.3.) Adeſt

Primum Tribunal Regij Collateralis Conſilij tam Status,quàm Belli, ac Iuſtitię,quod Domino Proregi adſiſtit, & ea , quæ concernunt gubernium Politicum tractat,cum Iuriſdictione ordinaria ſuper omnibus , & ſuperintendentiam retinet circa ea, quę totius corporis Politici Regimen concernunt ſimul cum Excellentiſs. Prorege.

13 Aliud eſt Tribunal Sac.Conſ.Sanctæ Claræ, etiam cum ordinaria Iuriſdictione cauſarum omnium Ciuilium , & Criminalium in ſecunda inſtantia, & etiam in prima pro certa maiori quantitate Ciuilium cauſarũ: Exceptis criminalibus cauſis , quæ tractantur in Magn. Cur. Vicarię Cri-

14 minali teſte *Præſid.de Frãch.dec.*338. *n.*5. etiam virtute Pragmaticarum,& inſtructionum; Et feudalibus,aut Patrimonialibus Negotijs Regis,& in quibus intereſſe Fiſci intercedit. Pro quibus

15 Adeſt Tribunal Regiæ Cameræ Summarię cum ſuis Præſidentibus,& Locumtenente Magni Camerarij , quę Tribunal cognoſcit de omnibus cauſis Patrimonialibus Regis,Fiſcalibus, & de Arrendamentis.

16 In cauſis verò omnibus tam Ciuilibus, quàm Criminalibus in prima inſtantia, & appellationum Regiarũ, Audientiarum, ac omnium Tribunalium Regni , Adeſt Tribunal Magnæ Curiæ Vicarię, ſub Magni Iuſtitiarij Titulo , primitus omnium inſtitutũ, vt in *Conſtitut. Regni Statuimus , vt Magn.Cur.noſtra,& in Conſtit.Magn. Cur.Vicaria noſtra,* quę alio vocabulo Vicaria Regis dicebatur;Siquidẽ omnis poteſtas in ipſa Magn.Cur.reſidebat,de cuius latiſſima pręeminentia latè *Freccia de ſubfeu. lib.1.de offic. Magiſtr.Iuſtit.Reg.Tapp.in Iur. Regni eod.tit. Reg.Sanfel.dec.*190. *in alleg. inſerta.*

17 Quod Tribunal per Iudices in eõ Deputatos exercet merum,& mixtũ imperium cum gladij poteſtate ; Et quoniam multitudo cauſarum non patitur Iudices in vtraq; iuriſdictione ius dicere,& Diuiſio inter Criminalẽ, & Ciuilem operatur, vt melius iuſtitia expediatur, teſte *Affl.inConſtitut. Non ſine grandi n.* 20. fuit diuiſum exercitium Iuriſdictionis Ciuilis , & Criminalis,nè promiſcuis actibus impediatur curſus,vt aſſerit *Affl.in Rub. Reg.*30.*ex d.l.Conſulta Diualia,C.de teſtam.*vbi *gloſ.*in verb,*Officia*; & proindè ſunt conſtituti Iudices , qui non cognoſcunt , niſi de ciuilibus cauſis, & dicitur Magna Curia Ciuilis; Alij Iudices reſident in Aula Criminali, vnà cum Regente , qui de criminalibus, & capitalibus cauſis cognoſcũt, ac gladij poteſtatem habent , erigit furcas,& omnia quę ſunt meri,& mixti imperij in Criminalibus iure Magiſtratus adimplet , ordinariam reti-

18 nẽs Iuriſdictionem in omnibus cauſis, nulla excepta,vt ex *Conſtit.*incip. *Magna Curia Vicaria noſtra,*& probat *Reg.Tapp.in Iur.Regn.tit.de offic.Magiſtr.Iuſtit.* qui *n.*5.hoc officium Magnæ Cur. ęquiparat apud Hiſpanos Regijs Pretoriis Granatę , ac Vallis Oleti ſummam habentibus Iuriſdi-

19 ctionem; Quod Magn.Cur. Tribunal dicitur Luminare maius omnium Tribunalium , & Fons , à quo cęteri riuuli deriuantur,vt in *Conſtit. Regni Honorem debitum* , vbi *Andr. & Affl.* Ex cuius prȩheminentia cognoſcit de omnibus cauſis Baronum Titula-

20 torum, & de quibus ſola Maieſtas, & de cauſis etiam illorum , qui ſunt de ſanguine Regis,vt ex *cap.Regis Roberti* incip.*Iniunxit* 258. *Affl. in Conſtit.Regni Statuimus,*qui *n.*1.& 3 .comprobat, Magnam Curiam eſſe Iudi-

21 cem totius Regni in appellationibus; hęc quoq; probat *Reg.Rou.prag.* 1.*n.*6.*de titulor. abuſu,* vbi quod in ea

vti

uti Vicarius Regis præsidebat Primogenitus Regis, & proindè Magna
22 Curia duas personas repræsentat, nẽpè Capitaneum Neapolis, & Vicarii Regis in toto Regno, ità vt diceretur Magn. Cur. & Magn. Cur. Vic. *Caravit. 1. n. 35. & in prag. 1. §. 1. n. 9. ad Senatusconsult. Maced.* post *Affl. in Con-*
23 *stit. Statuimus n. 7.* Hinc eidem Magn. Cur. remittitur reuisio causę decisę ab ea, tanquam Magn. Cur. Vicariæ; cuius Supremi Tribunalis Iurisdictio iure Magistratus fundata adeò viget, vt si alteri fuerit concessa Iurisdictio, nullatenus priuatiuè ad eam concessa diceretur maximè quando in dominium non cõcederetur alteri *Grãmat. dec. 30. n. 8. Franch. dec. 417. n. 7.* & latè probat *Tobias Paurmeister. de Iurisd. Imp. Rom. lib. 2. cap. 6. ex n. 92.*
24 Ideò nè detrahatur tantæ Iurisdictioni Magn. Cur. (cui munus est Excellentiss. Proregis Iudices profigere conspicuos, probatos, & doctos) Sua Maiestas per literas pluries datas, quas videre libet apud *Reg. Sanfel. in prax. Iudiciar. sect. 16. n. 13. & in dec. 411.* in quibus quascumq. Delegationes, & Iũctas fieri expresse pro-
25 hibet, & factas à Domino Prorege aboleri mandat; Quod quidem per prius erat dispositũ ab Inuictissimo Carolo V. ex datis gratiis Ciuitati in anno 1544. vt in priuilegijs Ciuitatis
26 cap. 17. fol. 144. at. Vbi mandat, causas omnes criminales tractari in suis Tribunalibus ordinarijs, nec posse creari Tribunalia Iunctarum, & Delegatorum, prout per prius erat etiã dispositum per aliud capitulum Comitis Ripæ Corsæ, vt in cap. 5. fol. 65. at. priuilegiorum Neap. de cuius ratione, & causa, latè *Reg. de Ponte de potest. Proregis tit. de Delegat. caus. n. 1. & seq. & Tasson. de Antephat. vers. 3. obser. 3. n. 242.*
27 Quandoquidem Delegationes istę quando necesse est eas fieri in casibus à Iure approbatis, non fiũt extra Tribunalia, & non fiunt nisi in arduo negotio, celerem requirentem expeditionem, vt aduertit *de Ponte cit. loco ex Gramm. voto 28. in fin.* Et quamuis de anno 1602. die 29. Decembris fuerit à S. M. rescriptum Dom. Francisco de Castro, prohibendo Delegationes, cum exceptione causarum criminalium requirentium necessariã Delegationem, intelligitur tamen illa ordinatio de Delegationibus, quæ fiunt eidem Tribunali Magnæ Cur. in criminalibus pro atrocitate criminis, & celeri expeditione, non quod alteri fiat delegandę, & formãdæ Iunctæ, cum in his omnibus obstet voluntas Suæ Maiestatis, quæ ex multiplicatis literis, & ordinibus, sẽper obsistit, vt latè patet apud *Reg. Sanfel. dec. 411.* Nec censetur, Sua
28 Maiestas voluisse derogare, per dictas literas prædictis Capitulis Neapolitanis concessas, prohibendo, causas extrahi à proprijs Tribunalibus, vt aduertit *Reg. de Ponte cit. tit. de Delegationibus n. 10.*

Et quidem maxima cum ratione prohibuit Sua Maiestas Delegationes, & Iunctas fieri, siquidem vt patet ex literis expeditis sub ann. 1644. & 1649. apud *Sanfel. d. dec. 411.* Eà præcipua intentio fuit; nam ex Iunctis, & Delegationibus tolluntur de-
29 fensiones reorum, maximum præiudicium oritur Officialibus ordinarijs, prout interesse Regalis Patrimonij ex diminutione Officiorum vendibilium, Magistrorum Actorum, Secretarij, & Regij Sigilli; diminuitur iustitia, ex dilata expeditione, cùm causæ potiùs protrahantur, quàm expediantur, & (vt Sua Maiestas considerat) tolluntur appellationes, & in consequentiam Defensiones, quæ tolli nequeũt sine maxima causę cognitione, ac proindè mandat in prędictis literis, quod quando est facienda

da Delegatio eidem ordinario Tribunali in causa criminali graui, fiat cum causę cognitione, consulto Collaterali Consilio, non per rescriptū: ea quidem ratione, quia quamuis maxima sit potestas Proregis ex *Franch.dec.*413. *n.*12. itaut possit iurisdictionem tollere vni, & alteri tradere, *Conarr.practic. cap.*9. *n.*1. *&* 4. cū sit ALTER NOS; tamen sine causis legitimis, & arduis fieri non debet; de quibus causis latè *Iodocus in prax.rerum ciuilium cap.*193. *Reg.Tap. dec.* 1. *n.*12. Nisi enim vrgeat magna causa, Delegationes, & Iunctæ fieri penitus non possunt extra Tribunalia, & maximè creando alios Fisci Patronos in eas, cùm hoc cedat in
31 iniuriam ordinariorum Iudicum, & Tribunalium, à quibus causa auocatur; Nam si Iudices sint inconfidentes, Iuris ignari, vel mali, corrigantur perpetui, & remoueantur annales; non autem causa à Tribunali auocetur, vt aduertit *Aponte d. tit. de Deleg. n.* 7. cui Tribnnalis iniuriæ additur partis grauamen; quando enim ex Iunctis, & Delegationibus fit manu Regia exequutio, appellatio non datur, Ministri Regij, qui possident officia vendibilia, vt supra tetigimus, Actuarij, Secretarij, & regentes sigillum fraudantur diritibus, qui eme-
32 runt sine hoc onere, & iure quæsito per contractum à Rege priuantur, quãdo illi derogari non potest; Quãdoquidem ex prædictis Delegationibus, & Iunctis, Ordinarij Magistratus, & Actuarij, ac alij Officiales priuantur diritibus, & sportulis; Vndè & præiudicium Regalis Patrimonij etiam exoritur, quando officia prædicta vendibilia per mortem ad Curiam reuertuntur, pretio minorantur ex prædictis Delegationibus, & Iunctis, prout experientia demonstrauit. Oritur etiam aliud præiudicium publicum, & Fisco, quia non registrantur processus, nec cognitio habetur de Reis, & pœnis Fisci, & publicatione bonorum; Ex quibus omnibus satis liquet, quàm iure meritò supplicat Fisci Patronus in executione ordinum Suæ Maiestatis aboleri Iunctas, & tolli Delegationes, nec in posterum fieri, nisi eidem Tribunali M.Cur. in arduis, & pręsentaneis negotijs ad præscriptū ordinē S. M.

Quo verò ad secundū caput grauaminis respectu Delegatorum ordine S. M. in aliquibus Arrendamētis, locis Pijs, & Nationibus Exteris constitutorum, qui fimbrias suarum potestatum, dilatando ad causas Criminales, & extra suorum munerum opus manus extendunt. Notum sit Excellentiæ Vestræ, Quod hi, qui Delegati vocantur, quamuis dici possint potiùs deputati Iudices ad certum genus causarum, & nō Delegati; tamen admissa, ex vsu eius, Denominatione, iure constat, Iurisdictionem Criminalem, cum sit meri,
33 & mixti imperij, penès Principem esse, & nisi ab ipso non fluere, *l. qui neque, ff.de Iudic.l.*6. *ff.de iurisdic.omn. Iud. Franc. Marc. decis.*168. *par.*1. *n.*1. *Bald. in tit. de Pac. Constant. §. in Iurisdictione*, Vt proprereà Iurisdictio non
35 tribuatur, nisi à Principe, vel à lege, *l.*1. *§. cum Vrbem ff. de Praefect. Vrb. d. l. qui neque*, vbi *glos. cap.* 1. *de offic. ordinarij, cùm contingat, de for. comp.*
36 Supremus enim Princeps iurisdictionem tribuit, & creandi Magistratū potestatem retinet, *c.*1. *§. Iudices, de pac. iuram. firm. Alex. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. n.*17. *Cassiod. lib.*6. *var. cap.* 15.
37 Quæ iurisdictio, vel iure Magistratus conceditur, quæ propria dicitur, & ordinaria, vel est mandata, quæ Delegata nuncupatur, *l. more maiorū, ff. de iurisd. omn. Iud. & in l.*4. *ff. de offic. eius*; ità vt mandata iurisdictio extra ordinem dicatur, vt aduertit, *Tobias*

Mmm *Paar-*

Paurmeiſter de Iuriſd. cap. 12. lib. 1. n. 3. Qui extraordinarij Magiſtratus de-
38 legati vtilitatis cauſa conſtituũtur, vt
aduertit, *Donell. Comment. Iur. Ciuil. lib. 17. cap. 10. Alciat. in tract. de Magiſtrat. Ciuil. & Milit. Paurmeiſter vbi ſup.* Quorũ Delegatorum iuriſdictio
non eadem perpetuò eſt, ſed pro for-
39 mula Delegationis, nam alia eſt co-
gnitio, alia eſt iuriſdictio, quarum di-
40 uerſarum formularum notas expli-
cat, *Caſſiodor. variar. lib. 6.* & aduertit, *Paurmeiſter dicto lib. 1. cap. 1. ſub n. 1. in fin.* Et in hoc Regno formulæ po-
teſtatis pro diuerſitate exercitij Ma-
giſtratus ſunt diuerſæ, nam vni dan-
tur Criminalia negotia, alteri Ciui-
lia, alteri Maritimarum, alteri Secun-
darum; alteri Patrimonialium, alteri
Graſsæ, ita vt vnus cum altero non
concurrat, vt ſupra tetigimus, & me-
minit, *Borrell. de Preſtant. Regis Cathol. in prohem. & de Magiſtr. lib. 1. cap. 1. ſub. n. 100.* Quinimò adeò ſunt di-
41 ſtincta exercitia, & formulæ, vt vnus
non cognoſcat de eo, quo alter co-
gnoſcit, quod etiam procedit in ter-
minis. *leg. nulli de teſtibus.* Si offenſæ
ſint aures Iudicis Ciuilis, reus pu-
niendus remittitur ad Iudicem Cri-
minalem, cùm non ſit inconueniens,
quod quis cognoſcatur in cauſa Ci-
uili ab vno Magiſtratu, & pro cauſa
42 etiam offenſionis aurium remittatur
ad criminalem, quia in hac Metro-
politana Ciuitate Neapolis Tribuna-
lia, & iuriſdictio, non eſt diſtincta ra-
tione dominij, ſed in Magiſtratibus
diuiſa ratione exercitij, vt vnus alte-
rum non impediat, & ſub vno Prin-
cipe militant, à quo ſic diuiſa iuriſdi-
ctio promanat, cùm apud Magiſtra-
tum nulla ſit iuriſdictio, niſi quate-
nus à Principe, vel ſtatuto conceditur, vt ex *Baldo in auth. Caſſa. col. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 47. n. 2.* & alijs probat *Maſtrill. de Magiſt. lib. 5. cap. 5. n. 2.* qui *n.* 4. aduertit; quod vbi ſit Delegatio
43 iure Magiſtratus, nil proprium habet
Delegatus, & id tãtùm retinet, quod
expreſsè Princeps ſibi concedit; ita
vt à limine poteſtatis Tributæ egre-
di non poſſit, ex *Gregor. Tholoſ. p. 3. Syntag. iur. lib. 47. cap. 21. n. 2. & 3.* Itaque
nullatenus talibus Delegatis ꝑ exer-
44 citium iuriſdictionis translatum di-
citur exercitium Imperij, ex *Roſental. de feud. cap. 5. concl. 8.*
45 Et propterea; qui mandato Prin-
cipis extraordinarius cõſtituitur Ma-
giſtratus mandati formam tenetur
exhibere, ad tradita per *Guid. Pap. dec. 286. n. 1.* cùm ſit videndum, an ſit
Delegata ſpecies cauſarum, vel Au-
dientia tantùm, vel iuriſdictio; deſu-
mitur ex *tex. in cap. ſuper quæſtionum, de offic. Deleg. gloſ. in cap. Statutum, §. nullo, verb. Vices ſuas, de reſcript. in 6. l. Prætor, ff. de iuriſd. omn. Iudic.* & vt
aduertit *Caſſiod. lib. 6. variar. cap. 9. Antiqua conſuetudo, & ratio perſuadet, chartis noſtris illos imbuere, qui longè poſiti transmiſſas accipiunt dignitates, vt quos nõ poteramus præſentes inſtruere, lectio probabilis commoneret.*
46 Hinc quilibet exercẽs Iuriſdictio-
nem poteſt cogi oſtendere formulã,
& poteſtatem, cuius vigore illam
exercet, ad tradita per *Cancer. lib. 1. cap. 11. n. 36. Bonadil. in polit. cap. 16. n.* 92. Siquidem gerens ſe pro Magi-
47 ſtratu ſuper iuriſdictione non tribu-
ta, incidit in crimen læſę Maieſtatis,
ad *tex. in l. quod ſcripſi, C. ad leg. Iul. Maieſtatis,* latè comprobat *Farinac. quæſt. 114. n. 4.* qui *n. 6.* ampliat in
Magiſtratu habente limitatam iuriſ-
dictionem, ſi excedat illam in eius
exercitio; Vndè monet *Martin. Laudenſ. in tract. de Offitial. §. 97.* Omninò
literis Principis eſſe ſtandum circa
48 iuriſdictionem, cùm ſit legitimatio
perſonę, quę præcedere debet, ex *l. non ignorat, C. qui accuſare non poſſit, Rolan. à Valle conſ. 100. n. 21. lib. 2.*

cùm

cùm semper tenor concessionis est inspiciendus, *l. cum te, C. de donat. inter vir. & uxor. l. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi, cap. super, de offic. deleg.*

49 In ea enim formula inspicere necesse est, Quis, Cui, Quid, Pro quo, Circa quem, Qualiter, Quibus, loco, & tempore; De quibus omnibus latè differit *Vant. de nullit. tit. ex defectu iurisdictionis Delegati per tot.*

Et cùm in iisdem Delegationibus, à Sua Maiestate permissis, constet, nullam esse tributam iurisdictioné, & in specie criminalem, non est cur possit extendere manus ad ea, quæ non fuerint concessa, nam dilligen-

50 ter fines seruare tenentur, *vulgata l. diligenter, ff. mand. cap. cum plures*, vbi *glos. de offic. Deleg.*

51 Quod autem nulla sit tributa iurisdictio criminali, imò nec ciuilis extra fines facilioris exactionis, & gubernij, patet, quia delegationes Piorum locorum ex literis Suę Maiestatis insertis à *Reg. Sanfel. in prax. Iudiciar. sect. 16. n. 13. & dec. 411.* Fuerunt relictæ, prout ex illarum Exterarum Nationum, solummodò pro

52 faciliori exactione cum summaria cognitione, sed vbi causę cognitio necasse est intercedat, & ordo iudiciarius requiritur, omninò causa est remittenda ordinarijs Tribunalibus, vt mandant literę Suę Maiestatis, ibi,

53 *Procediendo en ellos simpliciter, & de plano, sine forma, & figura iudicij, Però hauiendo de tratar pleytos, acuderan en los Tribunales donde toca.* Et pro causis criminalibus, etiam respectu falsitatis coram eis commissę, non

54 datur cognitio Delegatis, vt decisũ refert, & sic seruatum *Reg. Sanfel. in prax. Iudic. sect. 16. n. 3. ex l. Magisteria, ff. de iurisd. omn. Iudic. & l. fin. C. eod.*

55 Qui subdit, quod Delegatus remanet tantùm ad compellendum liquidos debitores, & vbi summariè esset procedendum, & *n. 6.* aduertit, quod tractant causas summarias pro executione capitulorum.

Comprobatur ex ordinibus, instructionibusq; generalibus Arrendamentorum constitutis à precedente

56 te Domino Prorege die 20. Octobris 1649. in quibus nulla est data iurisdictio Delegatis, sed tantum fuerunt constituti ad bonum regimen Arrẽdamentorum, vt ex titulo prædictę concessionis, *& in §. 5.* vbi de Delegatis loquitur, nihil de iurisdictione loquitur, sed solum, *Che li Delegati procedano nell'istesso modo, e maniera, come hanno proceduto sin hora, referendono nelli Tribunali, nelli quali resiedono in caso d'aggrauio.*

Et constat, quod de præterito, aut loquimur de eiusdẽmet Delegatis, & nunquam fuere, vt ex eis possit

57 fieri consequentia, aut de alijs Delegatis similibus, & constat ex datis literis Suæ Maiestatis nullam habere iurisdictionem, nec posse procedi extra summariam cognitionem in Ciuilibus.

Nec quicquam de solito potest

58 adduci, quando nè ipsa quidem Regia Dohana Neap. quæ est prima inter Arrendamẽta, & habet Tribunal formatum antiquum, manus excedit ad criminale iudicium, nec ad ordinarias causas extra Dohanam, vt aduertit *Tasson. de anteph. vers. 3. obser. n. 322.*

Apertius comprobatur in Commissionibus, & Delegationibus Regentium Cancellariæ, & aliorum, ex datis literis S.M. qui nullatenus cognoscunt, nec cognouerunt, nisi de causis ciuilibus tangentibus exercitium Delegationis, & quæ summariè, & de plano liquida sunt exequenda, tam ex præscriptis ordinibus Suę Maiestatis, comprobat *Reg. Sanfelic. in alleg. inserta in dec. 390. n. 42.* quã ex *l. Iudice, C. de iudicijs*, vbi *glos. & l. cum Prætor, ff. eod. & cap. cùm causa,*

Mmm 3

causa, verb. *Delegatum*, qui *n*.43. addit aliam rationem desumptam ex *Prag*.1. *de Delegationibus*. Vt Delegationes non extendantur ad causas
59 criminales, quia causæ criminales ex vi *d. Pragm.* non possunt tractari, nisi coram quatuor Iudicibus.

Comprobatur hæc restrictio Delegatorum, non solùm ex deficientia potestatis non tributæ, sed ex iuris
60 resistentia; Quandoquidem Delegationes ipsæ vni factæ ad bonum regimen alicuius Arrendamenti, vel loci non operantur iurisdictionem, sed dicitur potius commissa quædã extraiudicialis cognitio pro concordia, & vbi tela iudiciaria non requiritur, vt aduertit *Gaill. de pac. pub. lib.* 2. *cap*.9. *n*.15. *& Pract. Obser. lib*. 1. *obser*.35. *n*.1.

Augetur ipsa restrictio, quia quã-
61 uis velimus concedere, illos habere iure Magistratus iurisdictionem, nõ possunt tamen exercere merum, & mixtum Imperium, cùm illud non veniat, nisi expressè fuerit concessum, vt probat *Angel. in l. Imperium col*.3 vers. *Expeditus*, *ff. de iurisd. omn.*
62 *Iud.* Quandoquidem concessa iurisdictione expressè; venit tantùm simplex, & bassa; non autem merum, & mixtum Imperium, & criminalis iurisdictio, *Affl. in Constit. Regni ea quæ ad decus*, *n*.13. *& dec*.122. *n*.3. cùm de ea specialis requiratur cõcessio, *Petr.*
63 *Greg. tit. de concess. feud. par*.7. *quæst*.7. Et iurisdictio causarum criminaliũ, quæ synonima est cum mero Imperio, vt ex *Bar. Ias. & Zas.* refert *Paurmeister de iurisd. lib*.1. *cap*.26. *sub n*.3. nullatenus translata censetur in Ma-
64 gistratum, & Delegatum, nisi nominatim, & expressè detur, *Glos. aperta in* 1. *notab. in cap*.3. *de offic. Vicar. in* 6. *tex. in l. si quid* 11. *ff. de offic. Proconsf.* vbi *Venuleius Saturninus*, scribit, *Si quid erit, quod maiorem aduersionem exigat,*
65 *remittere legatus ad Proconsulem debet*, *neque enim animaduertendi, coercendi, vel acriter verberandi ius habet*; Ecce modò quo pacto in Delegato, sine expressa concessione nõ residet merum, & mixtum Imperium, nec est inconueniens, vt vnus de ciuilibus, alter de criminalibus cognoscat, cui remitti debeat Reus.

Et quamuis non lateat, Doctores multos substinere, sub concessione feudi, & iurisdictionis venire merũ, & mixtum Imperium; de quorum opinione, cùm non sit locus hic perquirere, libeat cum ea pertransire pro nunc: tamen omnes *DD*. non ne-
66 gant, vbi cõcessio iurisdictionis fiat cum feudo, in quo solitum est concedi merum, & mixtum Imperium, quia tunc cum inuestitura feudi, cui cohæret iurisdictio, & in feudum venir, & criminalis iurisdictio, sed vbi iurisdictio non conceditur cum feudo, sed tantùm fit delegatio iurisdi-
67 ctionis, etiam iure Magistratus, si nõ exprimatur merum, & mixtum Imperium, & cognitio criminalis, non venit, nisi simplex iurisdictio, *Felyn.* notanter *in cap. quod sedes sub num*.4. *vers. aliquando committitur alicui iurisdictio de offic. Ordin. Freoc. de sub feud authorit*. 13. *n*.9. *Alex. Raudens. de Analog. lib*. 1. *n*.37. Et in hoc Regno cùm diuersæ sint formulæ Magistratus, & iurisdictio diuersimodè concedatur, nunquam criminalis, & alta iurisdictio extenditur in concessione, nisi expressè dicatur. Eò maximè
68 cum criminalis punitiua sit de regalibus, & semper censetur reseruata, nisi expressè sit concessa, nec abdicata ab ordinario Magistratu censetur, vt probatur *ex Constit. Federici de pac. tẽnen. & Const. Regni ea quæ ad decus*, *& l. ea quæ*, *ff. ad municipal.* cum ibi notatis, faciunt tradita à *Reg. Merlin. lib*.1. *cap*.15. *n*.17. *&* 23. *cõtr. fer.* Quæ criminalis iurisdictio adeò restricta
69 est in concessione, vt neque ex præscri-

ſcriptione, & Conſuetudine ſine titulo acquiri poſſit, *cap. 1. de præſcript. in 6. Covarr. in regula poſſeſſor. 2. par.*
70 *§. 3. n. 3. & 6.* Cùm hæc ſpectet præcipuè ad Principē, quæ præſcriptione non acquiritur, *Cravet. de antiq. temp. 4. par. cap. materia iſta ſingularis n. 72. Vaſquez cōtrov. illuſt. cap. 2. n* 14. *Bald. de praeſcri. par. 2. principal. quæſt. 6 n. 4. Cavol. commun. cōtr. commun. quæſt.* 46. *n. 5. & 6.* latè *Bucer. de iuriſd. cap. 8. ex n. 99. ad* 103.

Nec iuuat (quod aſſeritur) prædictos Delegatos niti ſolito, quia de hoc nihil poteſt probari, cùm ſit cōtrarium, vt ſupra dictum eſt, & literæ Suæ Maieſtatis cōtrarium vſum ſuadent, & ex antiquis delegationibus conſtat, nunquam Regem noſtrum
71 dediſſe criminalem iuriſdictionem Delegatis, à quo ſolito modo delegandi, rectè ſumitur argumentum, ad tradita per *Menoch. lib. 3. præſump. 97. ex n. 1. ad* 15. Et nuper videtur in nouiſſimis delegationibus nihil de criminali materia, imò neq; de iuriſdictione, ad tradita per *Bucer. de iuriſdict. cap. 8. n.* 19. Imò cum hi Delega-
72 ti in Arrendamentis, & in alijs cauſis à S.M. tanquam protectores ſint electi, & vti directores, vt ſonant verba dictarum literarum, nulla in eis translata iuriſdictio eſt cum Imperio, ad tradita per *Bar. in l. 1. in princ. C. de excuſ. muner. Natt. conſ. 636. &* 127. *n. 3.* maximè quādo alteri Magiſtratui conceſſum eſt Imperium.

Non itidem ſolito ſe poſſunt tueri, quando dicti Delegati in Arrendamentis ab hinc annis tribus ſunt electi ſine vlla Iuriſdictione, vt ex datis Capitulationibus conſtat ad *text. in cap. cum iure peritus, de offic. Deleg.* cum ibi notatis; Nec Delegati, qui per prius aderat in locis pijs, & alijs nationibus vtebantur Criminali Iuriſdictione, quando reluctant lite-
73 ræ Suæ Maieſtatis; & exemplis cōprobatur in cauſis Franciſci Simenettæ, Franciſci Maſillo, & Loriti do Vito, qui ex diuerſis cauſis criminalibus ſub Delegeto patratis à Magn. Cur. fuerunt cogniti, & damnati, vel abſoluti; Et ſi aliquis actus ſoliti pro-
74 ducatur de facto, nō iuuat, nec quicquam operatur, quando titulus deficit in iuriſdictionalibus, ad tradita per *Reg. Sanfel. dec.* 340. *n.* 47. *ad* 78. *Capic. dec.* 47. Et potiùs eſſent actus punitiui, tanquam vſurpationes Regalis iuriſdictionis.

75 Et quamuis ex diſpoſitione *legis 2. ff. de iuriſd. omn. Iud.* deduci poſſit, quod conceſſa aliqua iuriſdictione, omnia illa cenſeantur conceſſa, ſine quibus recta adminiſtratio fieri nequeat, & acceſſoria veniunt, vt eſt coerctio, & mulctatio, ex *cap. præterea 5. & cap prudentiam, de offic. Deleg. Ceruant. in præfat. l. Taur. n.* 30. Tamen non per hoc in mandata iuriſdictio-
76 ne, quæ eſt ſtricti iuris, teſte *Bucero de iuriſd. n.* 36. venit merum, & mixtū Imperium, ſed tantùm ea, quę ſunt neceſſaria, & coherent negotio, vel loco, *Bart. in l. 1. in fin. ff. de iuriſdict. omn. Iud. Bal. in cap. 1. col. 4.* verſ. *Item ſciās, de Capitaneo, qui Curiam vēdidit, & in l. cum multa, C. de bon. quæ lib. Brun. conſ. 102. n. 1.* quæ ſunt poteſtas citandi, *Andr. Gayll. obſer. 35. n. 9. lib. 1. practic.* Poteſtas cohercendi inobedientes, *l. vltim. §. 1. ff. de offic. eius, & ſimilia,* vt aduertit *Bucer. de iuriſd. cap. 6.* qui *n.* 41. notat non poſſe extē-
77 di talem delegationem delegatam de vna ad aliam cauſam, vt putà de poſſeſſorio ad petitorium, & niſi in eo, quod palàm verbis expreſſum eſt in delegatione cognoſcit, prout ad genus, & perſonas ſignatas, *cap. cū P. & G. de offic. Deleg. Gayll. d. obſer. 35. n. 3. & 11. Bucer. d. loc. n.* 38. ità vt remaneat tantùm cognitio, & punitio contrabannorum tanquam iuriſdictio omninò coherens negotio, & ſine

ne qua ex regula *d. l. 2.* expleri non possit, & incongruum esset alteri puniendum tradere.

78 Et adeò stricta est hæc potestas, vt neque ex mente multorum DD possit mulceando coercere partes, vt aduertit *Alex. in l. à Diuo Pio n. 6. in fin. ff. de re iud. Capp. Tholos. dec. 35. Aufrer. Menoch. de arbit. quæst. 84. n. 8. & seq. Ioann. Gedus in cap. 1. n. 12. de sequestr. possess.*

79 Et quamuis nonnulli sentiãt, posse coercere, & mulctare, intelligunt tamen non de cognitione criminali, & Imperio, sed de modica coërtione, vt ex *l. vltima, §. 1. ff. de offic. eius, & l. omnibus, C. de sport.* deducitur; Et de illa mulcta, quæ non cadit sub Imperio, & criminali iurisdictione, sed quæ ad faciliorem explicationem ciuilis iurisdictionis, in consequentiam venit, *Bucer. d. cap 6. n. 43. & 44.*

Porrò adeò abest à tali Delegato
80 Imperium istud, & criminalis iurisdictio, vt neq; possit suam sententiam exequi in ciuili controuersia lata, *l. properandum, §. sin autem, vers. Sine ipse Iudex, ff. de iudic. l. à Diuo Pio in princ. ff. de re iud.*

Nec iure fulciri possunt ipsi De-
81 legati in alio assumpto de cognitione, quam prætendunt habere in subditos, & famulos in causis criminalibus, etiam extra Arrendamẽta, quãdo illi carent mero, & mixto Imperio, & proindè tenentur remittere causas Magnæ Cur. Vicariæ, vt desumitur ex dicto *tex. in l. si quid, ff. de offic. Proconf.* & aduertit *Petr. Gregor. syntag. iur. p. 3. de action. lib. 47. cap. 40. n. 24. in fin l. fin. C. de re milit. lib. 12. l. Magisterij, C. de iurisd. omn. Iud.* Et so-
82 lum ille Delegatus, cui est concessa iurisdictio criminalis; potest cognoscere de delictis famulorum, & delinquentium circa ministerium Officij; sed si iurisdictionem criminalẽ non habent, tenentur remittere ordinario Magistratui, vt ex *Bart. in l. Diuus la 2. ff. de fals. & Marsil. in l. 1. §. praeterea n. 35. vers. An testis dixit falsum, ff. ad l. Cornel. de Sicar.* probat *Rol. à Vallè cons. 11. lib. 2. n. 12. Guazzin. ad defens. defens. 1. cap. 27. n. 2. Carball. resol. crimin. cap. 71. n. 7.* qui n. 8.
83 extendit etiam in Delegato Principis, vt si habet iurisdictionem criminalem, possit punire; si verò non habet concessionem criminalis iurisdictionis, possit punire delinquentem coram se, non tamen ordinaria pœna, sed modica coertione, itaut remaneat ordinàrio Iudici criminali locus puniendi pæna ordinaria, vt ex *Bart. Boss.* & aliis deducit.

Ex quibus omnibus liquidò patet, quam extra iuris tramites prætendant Delegati Arrendamentorũ, & Nationum, ac piorum locorum, & aliarum artium manus extendere ad causas criminales, & mixtas sibi non concessas in præiudicium Regalis Patrimonij, & ordinariæ iurisdictionis M. C. quando si illa indigent, vt sit penès Delegatos, debẽt Assignatarij, & interesse habentes petere, emere, vel aliter obtinere à S. M. & non vsurpare regalia in preiudicium partium Magn. Cur. & Regalis Patrimonij, cum iurisdictionalia possideri non possint, nisi cum titulo, habito à Principe, vt supra probauimus. Vt propterea iure merito supplicat Regius Fisci Patronus Excellentiæ Vestræ, vt dignetur mandare Delegatis prędictis, vt se contineant intra fines suarum Nationum, nec manus extẽdant ad merum, & mixtum Imperiũ, & supprimãtur Iunctę omnes, & Delegationes, quæ sine S. M. expressa ordinatione non sunt constitutę, & sub hoc tempore Te Duce, & Dominante, abusus tollatur, Iustitia seruetur, Regale Patrimonium augeatur, oppressis succurratur, & mandata Regis seruentur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *CArnifices sunt ominosi.*
2 *Principibus tamen, & Reipublica necessarij.*
3 *Eorum munus honorificum.*
4 *Natura condolet alterius interitum.*
5 *Apud Romanos funestabatur oratio interuentu Carnificis.*
6 *Graecus moreretur prius, quàm orare, praesente Carnifice.*
7 *Carnificis munus omni commiseratione exercendum.*
8 *Carnifices ab ictu aberrantes apud Saxones saxibus, & telis obruebantur,* & n. 58.
9 *Vna die quinq; Carnifices obruti saxibus, aberrantes ab ictu.*
10 *Vndè prohibuit Carolus V. in Carnifices inseruire.*
11 *Delicta, quae sunt patrata ab hoc Carnifice.*
12 *Barattaria committitur, vt opus debitum ratione officij expleatur.*
13 *Officialis salariatus recipiens pecuniā à partibus punitur.*
14 *Quae per sordes fiunt ab Officiali, etiā quod sint iusta, prohibita sunt.*
15 *Pecunia receptio per Officialem facta, est intrinsecè mala.*
16 *Ministri destinati ad necem hominis, si pecuniā pro ea nece recipiunt, sunt capite plectendi,* & n. 19.
17 *Pecunia receptio delictum non capitale facit capitale, & morte dignum.*
18 *Ratio huius dicti assignatur.*
20 *Officialis dicitur extorquere, quando pecuniam non ei debitam capit.*
21 *Iustitia opera gratis sunt exhibenda, nec sunt venalia.*
22 *Officialis pecuniam recipiens, vt iustū faciat, & si malus non sit iustitia, malus erit mercede.*
23 *Mercedem iustitia quaerere iniustum est.*
24 *Dari nequit, etiam pro iustitia celeriter administranda.*
25 *Nec sine pena recipi potest, etiam à sponte dantibus.*
26 *Furtum committere dicitur Carnifex recipiendo pecuniam à partibus, vt non tollat vestes à damnatis.*
27 *Vestes tollere non potest Carnifex à reis, quando est salariatus pro exequenda iustitia.*
28 *Carnifex spolians damnatos, punitur etiam pena mortis.*
29 *Carnifex, qui substulit vestes à muliere, cum dedecore eam ducendo ad patibulum, iussu Imperatoris igne fuit crematus.*
30 *Inhumanitas est spoliare viuentes dānatos.*
31 *Pro vestibus pecuniam extorquendo Carnifex inhumaniter agit, & videtur spoliare viuentem.*
32 *Spolia, & vestes damnatorum conceduntur Carnifici, vbi corpora sunt diuidenda in partes.*
33 *Ex reiteratione delicti pena augetur vsq; ad mortem.*
34 *Amplia etiam, quādo pena per se aliàs esset pecuniaria, & de sui natura delicta non essent capitalia.*
35 *Limita ex stilo, & consuetudine, vt nō seruetur pena mortis ex multiplicatione delictorum.*
36 Gramm. dec. 16. *declaratur.*
Et notatur contradictione n. 39.
37 *Pena vbi est certa à iure ex reiteratione delicti, nō potest augeri, sed vbi est arbitraria augetur vsq; ad mortē.*

38 *Ar-*

38 *Arbitrium Iudicis in pœnis infligendis, quando vsque ad mortem possit extendi.*
40 *Scelus est recipere pecuniam à reo, scelestiùs ab accusatore, sceleratiùs ab vtroque.*
41 *Officiales, & Ministri recipientes pecuniam, vt iniustitiam faciant, quas personam offendunt.*
42 *Carnifex trucidans condemnatum contra formam sententiæ, offendit Deum, iustitiam, proximum, humanam naturam, & sui debitum.*
43 *Sic offendens vocandus est, non iustitiæ, sed Sathanæ minister.*
44 *Pluribus tormentis est dignus, qui sic plures offendit.*
45 *Carnifex zelo vindictæ, vel ex priuata inimicitia necans, quamuis ad necem iussu Iudicis accedat, peccat, & punitur.*
46 *Vindictæ præsumptio, quo pacto oriatur ad conuincendum vindicantem.*
47 *Animus ex signis declaratur, vt pœna irregetur.*
48 *Exitus negotij probat actum, & animum.*
49 *Carnifex, occidens aliquem crudeliter alterius contemplatione, homicidij reus est.*
50 *Carnifex gerens se vti inimicus in infligenda morte, vti homicida puniendus.*
51 *Si Minister, seu Officialis, qui ex odio priuato alium condemnat, vel occidit, punitur.*
52 *Bannitum occidere mediante pecunia de iure licet, vel nè.*
53 *Intellige, quando statutum hoc dictat, secus de iure.*
54 *Bannitum occidere per pecuniam quis non potest, etiam dictante statuto quando mandans per se facere non posset.*
55 *Carnifex non potest recipere pecuniã ab aduersario rei damnati, vt eum occidat, & quare,* ibidem.
56 *Iniuria non oriatur vnde iura manere debent.*
57 *Carnifex vulnerans decapitandum, tenetur pœna mortis, & quare.*
58 *Saxonico iure, etiam quod non ex proposito aberrasset Carnifex; punietur.*
59 *Caroli V. Constitutio prohibet populo Carnifices interficere aberrando, non tamen pœnam substulit ex proposito delinquentibus.*
60 *Ministri vltra munus se gerentes, puniuntur pœna mortis.*
61 *Actus regulantur ab animo.*
62 *Sententiæ executio vbi fit vltra præscriptum modum, puniendus est excedens pro modo doli, vel culpa.*

ARGVMENTVM.

Carnificem morti damnandũ esse probatur ex eo, quia cõtra præscriptam formam sẽtentiæ non vnico ictu, sed pluribus confodiendo vulneribus damnatum ex dolo, & proposito trucidauit, & extorquendo à reis pecuniã pro recto munere exercendo concutit, & baractat, & nè spoliet vestibus, & multa circa Carnificis munera referuntur.

PRO

P R O

Regio Fisco.

CONTRA

Antonium Sabatinum Carnificem huius Ciuitatis Neapolis.

RESPONSVM XXXXV.

Dominus retribuet vnicuiq; secundum iustitiam suam.

1. Reg. 26.

QV Minosi Carnificis mu-
1 nus, teste *Magio 4. mi-
scell. cap.* 16. quamuis
Pincipibus, & Reipu-
2 blicæ sit necessarium,
quippè totius iustitiæ ministeriale
3 complementum, adeò tamen fune-
stum est, atq; omnium animis horri-
ficum (Natura ipsa alterius interitū
4 condolente, & sui similis refugiente
destructionem, ex *Petr. Greg. syntag.
iur. vniuer. par. 3. lib. 31. cap. 38. sub n.*
6.) vt apud Romanos teste *Cicer. pro*
5 *Rabir.* Concio ipsa Carnificis inter-
uentu funestari crederetur, & orari
6 ipso pręsente nō potuisse, ita vt *Grac-
cus* moreretur prius quam in eius cō-
cione Carnifex consisteret, testante
Lipsio commēt. lib. 2. Annal. Taciti n. 62.
Hinc humanus, & maximè Christia-
nus mos inoleuit, vt tàm cruenti mi-
nisterij acerbitas omni in reum com-
7 miseratione, cunctis charitatis offi-
cijs, qua protestatione, qua osculo
pacis, qua miserantis animi signifi-
catione dulcoraretur, vt vel sic terri-
bilis illa alioquin sanctissima actio
plectendi reos apud astantium ani-
mos miseratione commotos cohone-
staretur, dùm non proprijs affecti-
bus, sed rationi iustitiæ moderatrici
inseruire penè inuita, & cum lacrimis
significatur.
8 Hic autem mos, eo vsq; apud Sa-
xones processit, vt Carnifices, qui
primo ictu à nece aberrassent, saxis
obruerent, telisq; confoderent, vt idē
Magius loc. cit. notat, & ex *Lubeci hi-
storia apud Iustinum Goblerum* testatur
Petr. Gregor. d. cap. n. 7. cuius nomine
suppresso notauit etiam *Episcop. Ric-
ciall. in tract. de person. quæ in stat. re-
prob. versant. lib.* 12. *cap.* 11. *n.* 5. qui
9 omnes enunciant, vna die quinque
Carnifices ictu aberrantes, à dicto
populo obrutos fuisse. Id quod de-
indè euitare volēs Inuictissimus Ca-
10 rolus V. proprio edicto cauit, vt in
eo casu, nullus priuatorum in eos
violentas manus inijciat, ex *Magio,
& Pet. Greg. loc. cit. & iodoch. Eutbyr.
cap. vlt. de carnifice.*

At vbi non casu, non fortuito, sed ex proposito, sed ex consilio, sed ex dolo aberratur, qui misero illi vehementior fieret cruciatus. & pęna productior, tunc quisnam Saxonius ritus, aut si quis alius acrioris zeli reperitur, scelus huiusmodi pro merito vindicabit.

O tempora! ò mores! eo calamitatis ventum est, vt quod in mortuos sæuissimos erat, id in viuos morti damnatos, qui à durissimis cordibus miserationem, à sicçioribus oculis lacrimas eliciunt, immani feritate

exerceri conspexerimus.

Propterea iure merito petit Regius Fiscus, Magistrum Antonium Sabanno, implum lictorem, decerni
11 morte tradendum esse, ex similibus, ac reiteratis facinoribus, tàm in extorquendo pecuniam, vt suum munus ritè absq; errato exerceret, & damnatos vestibus non denudaret, quam in expetendo (quod horret animus dicere) assassinorum more, pecuniam, & pretium, vt crudeliùs, & contra præscriptam sententiæ formam trucidaret afflictos, & sub prætextu errantis ictus ex voto, barbarico more bis, terq; confoderet, necaretq; damnatos, vulnerando laniando, & quod impium omninò est, animæ immortalitatis & Christi sanguine redemptæ, salutem æternę damnationis periculo, satis euidenter exponendo.

Puniendus, inquit Fiscus, ex capite extortę pecunię ad ritè munus exercendum, & ne damnatos vestibus spoliaret, ex eo, quia sic committit barattariam extorsionem, & furtum morte dignum.

12 Barattariam committit recipiendo pecuniam, vt expleat opus suum ex ratione officij debitum, ad *tex. in l. omnes, ff. ad l. Iul. repetund. Ang. in auth. Vt Iudices sine quoq; suffragio, in princ. Paris de Put. de synd. ver. Barattaria, n. 7. & 8.* Cum enim ille ex officij munere teneatur ritè exercere actum, & ab eadem Curia exoluitur
13 ius salarij operis, delinquit recipiendo à partibus, ad *tex. in l. 1. §. fin ff. de recept.* ità *Nellus de Bandit.* in terminis simil. *b. 2. par. 2. temp. n. 12. ex l. 4. §. si tibi iudicium, ff. de condit. ob*
14 *turp. causam*; hæc namq; quæ per sordes fiunt, etiam quod iusta sint in facto, omni iure prohibita sunt, & hæc receptio vti naturaliter, &
15 intrinsecè mala, grauiter punienda venit, ad tradita per *Nauarr. in tra-*
16 *ctat. de dat. & promiss. n. 4. notab. 3.* qui ministri sic ad pecandum homines destinati, etiam quod iure faciant, ex receptione tamen capite plectendi sunt, *l. 7 § fin ff. ad Iul. repet.*

17 Quinimò adeò est exosa in iure, pecuniæ receptio in actu debito fieri sine illa, vt delictum per se nō capitale, interuentu pecuniæ capitale fiat, ità *Probus ad Ioan. Monac. in cap. pro humani*, vers. *Vndè, Alex. de homic. in 6. tex.* est expressus *in l. Cicero 39. ff. de pœnis*, & ibi notat *Bar.* vbi delictum per se puniendum pœna exulari, per pecuniæ receptionem mortis pęna punitur, & idem *in l. non solum, 9. si mandato, n. 14. ff. de iniur. Salic. in l. nō ideò minus, n. 56.* vers. *Verumtamen inquiunt DD. C. de accus.* magis in specie *Capyc. dec. 155. n 11. in fin.* & apertiùs *n. 13 Gram. vot. 9. n. 1. in fin. Gomes. de delict. cap. 3. rubr. de homicid. sub n. 10.*

18 Et ratio est, quia hoc agens, non solum deficit ex suo munere, sed etiam ex quo vti assassinus occidit, & furtum committere dicitur, si ex-
19 petit pecuniam ab eo, quem scit non spontè dare, sed ex incusso timore, sibi auferri permittere, & dū ille salarium habet, à publico, seu Rege, nil à partibus potest recipere, & secus agens, vti persordes ius ministrans, capite puniendus, ad tradita per *Menoch. de arbit. cas. 342 ex n. 10. ad 15. 19. & 20.* qui dicit,
20 quod quandiù hoc modo capit pecuniam concutere, & extorquere dicitur, *Boss. de offic. pecun. corrup. n. 12.*
21 Iustitiæ namq; opera venalia non sunt, sed gratis exhibenda veniunt ab habente salarium; Inquit enim
22 *Cicero 1. de legib. quod talis minister recipiens, & si malus non erit iustitia, malus erit mercede*, iniustissimum
23 namq; est iustitiæ mercedem quærere, quæ extendit *Menoch. n. 26. d.*
24 *casu*, vt neq; dari possit pro iustitia

ce--

celeriter administranda, ex *Boer.*
*quæst.*153.*n.*2.talis est hic casus Car-
nificis, qui extorsit, & recepit, vt
celeriter, & vnico ictu, quod tene-
25 tur, exequatur munus, quo casu
etiam à sponte dante, sine pœna
non recipit, *Menoch.n.*37.

26 Furtum etiam committit, quan-
do occasione, & prætextu nè spo-
liet damnatos, & vestes auferat,
quærit, ac recipit pecuniam, siqui-
dem Carnifex salarium habens à
27 Curia, non potest tollere vestes, &
spoliare reos, vt aduertit *Paris de*
*Put.de synd.*verb.*Maninoltus*,& secus
28 faciens, punitur vsq; ad pœnam
mortis, probat doctiss. *Berlich. con-*
*clus.*48.*n.*3.*&* 14. Hinc teste *Ammia-*
29 *no Marcel. lib.* 28. *histor.* Carnifex,
qui vestes substulit à Clarita, & cum
dedecore eam ad supplicium ad-
duxisset, iussu Imperatoris igne cre-
matus fuit; & meritò inquit *Petr.*
*Greg.syntagm.iur.lib.*32.*par.*3.*cap.*28.
*n.*1. quia prçter humanitatem spo-
30 lia ademit viuenti; sequitur *Bona-*
*cill.in polit.lib.*3.*cap.*15.*n.*138. *in fin.*

Talis est casus, de quo agitur, quia
præter humanitatem, & contra ius,
31 afflictionem afflicto addendo, ex-
torsit pecuniam, & quasi viuenti
ademit spolia, dum pro spolijs pe-
cuniam recepit; & quod nequiùs
est, nè illum trucidet, spoliet, aliaq;
contra eum indecora faciat, quan-
do miserendum esset morienti; tan-
32 tò magis, quia nullo iure concedi-
tur Carnifici quærere spolia dam-
natorum, nisi vbi esset corpus in
frustra diuidendum, vt aduertit *Epi-*
scop.Ricciull.de personis, quæ in stat.rep.
*vers.lib.*3.*cap.*14.*n.*2.

Et quamuis ex hac spoliatione,
vel extorsione ex sententia multo-
rum DD. pçna mortis nõ detur, ta-
33 men quia in hoc Carnifice hi actus
sunt iterati, ac frequentati, ex hac
consuetudine delinquendi, augen-
da est pœna vsq; ad vltimum sup-
plicium, *glos.in authen.sed novo iure,*
verb. *Castigabitur*, *C.de seru. fugitiu.*
Gramm. voto 17.*n.*13. qui *n.* 14. sub-
34 dit, quod si pro crimine esset im-
ponenda pœna pecuniaria, si ille
tale crimen committere consueue-
rat, capitaliter punietur, & securè
posset ad mortem damnari, non ob-
stante; quod pro talibus crimini-
bus pœna esset pecuniaria, nil re-
fragante, quod talia crimina de sui
natura non sint capitalia, & allegat
tex.in l.omnes, §.delatores, C. de collat.
*lib.*10.*Bar.in l.*1.*C. de super.exactor.lib.*
10.*n.*2.*Niger in cap.Reg.ad hoc*, *n.* 64.
Ferdinãdus ab Auo in tract.Reat.quæst.
23.*n.*54.*& seq.* qui sçpissimè decisũ
fuisse in facti contingentia in suo
Senatu Sabaudię testatur, & ita
quoq; in parlamento *Burdigal* idem
iudicatum refert *Papon.lib.*24.*tit.*10.
*Arrest.*8. & quamuis *Grammaticus met*
35 *dec.*16. dicat, non fuisse seruatam
pœnam mortis in delinquentem
ex consuetudine, & quod conclusio
36 verior sit de iure, posse dari pœnã
mortis, tamen illa decisio procedit
in casu suo, nempè, quando in deli-
cto reiterato adest certa pœna à iu-
re statuta, quod desumitur, ibi, *Ni-*
hilominus nunquam fuit obseruatum, sed
*processum ad pœnam ordinariam, vt n.*7.
37 *dicit*. Ex quibus verbis pœnam
ordinariam, siue certam, & determi-
natam supponit adesse in illo deli-
cto à iure statutam, quæ ex reitera-
tione augeri non debet; sed vbi pœ-
38 na esset arbitraria, vt in casu no-
stro, ex quo arbitrium potest extẽ-
di vsq; ad mortem, maximè concur-
rente scandalo, & vilitate personę,
& consuetudine delinquendi, mor-
tis pœna dari debet, ad *tex. in l. sa-*
crilegij, la prima, ff. ad l. Iul. pecul.
*Gram.dec.*36.*n.*12. *Marant. disp.*6. *n.*
16. *Farin. in prax. quæst.*17. *n.*34. *&*
56.

39 Imò ſatis aberraſſe *Gram.d.dec.16.*
dicentem, de conſuetudine non
ſeruari, & ſibimet aduerſari, pluri-
bus in locis demonſtrat *Anton. de*
Ballis, veridicus Criminaliſta *lib. 4.*
quæſt.5.à n.24 ad fin. fol.mihi 209.

Multò magis, pœna mortis pu-
niri debet ex altero capite receptæ
pecuniæ ab Aduerſario rei, vt non
riiè munus adimpleat, ſui vt crude-
40 liùs necet, confodiat, vulneret, tru-
cidet (horrendum dictu) *Cicero in*
Verrem act.4. Scelus eſt accipere à reo,
quanto magis ab accuſatore? quanto etiã
ſceleratiùs ab vtroque? Hinc meritò
41 iura, Iudicesq; Inſurgere debẽt gla-
dio vltore; Quid enim inhumaniùs,
quod magis diabolicum, poſſit ex-
cogitari facinùs? vt in ſimili rectè
dixit *glo.in cap.1.verb.in tot; de ſentẽ-*
tia, & re iudic. talem Miniſtrum fa-
cere, contra iuſtitiam, quæ mandat,
caput abſcindi, aut furca ſuſpendi
damnatum, non trucidari. Contra
Deum, è cuius manibus rapit ani-
mam in agone conſtitutam, ſuo ſan-
guine redemptam. Contra debitum
ſui officij, quia tenetur vnico ictu, &
ſine ſordibus exercere munus. Cõ-
tra humanam naturam, quæ con-
compatitur, non inſeuit alienis mi-
ſerijs morientis. Contra proximum,
quem adiuuare debet in caſu tam
deplorando, non præcipitare, ita vt
talis Sicarius expers humanæ na-
43 turæ nec Deum timeat, nec homi-
nem reuereatur; & ſic ſanguinem
hominis vendens, debitum ſuum
peruertens, Satanæ, non iuſtitiæ Mi-
niſter eſt nuncupatus, vt aduertit,
Gig. de crim.laſ.maieſt.tit.de proditor.
q. 2. Decian. lib.8. cap. 36. in fine. Et
propterea, vt dicit *tex. d. cap. 1. de*
ſentent. & re iud. dignus erit hic, qui
in tot præſumit offendere, vt pœna
multiplici caſtigetur, non ſimplici
morte, ſed coacervatis tormentis,
multiplicatis ictibus patiatur illud,
quod in alium intulit.

Nec ex munere officij excuſari
poteſt, eò quod occidit damnatum,
quia tunc eſt innoxium Carnificis
opus, quando abſolutè pro zelo iu-
ſtitiæ, & publica vtilitate exercetur,
ſed quando zelo vindictæ, vel alia
priuata inimicitia, & multò fortiùs,
ſi in alterius contemplationem, &
per pecuniam fiat, longè aliter erit,
quia tunc quamuis munus ſit debi-
tum, non erit immunis, prout à pec-
cato, ità & à pœnas, vt comprobat
Berous in cap. qua in Eccleſiarum, n.
121. de conſtitut. Luc. de Penna in l.
1.C.de publ.lati. vel conſul. lib. 12. col.
24. verſ. Vel dicas, quod cum voluntas,
Petruſancta ſingul.14.n.4. Marſil.con-
ſil.10.n.42. Arnon. ſoliloq.40. Cephal.
conſ.45.n.21.& ſeq. Herculan. de can-
tel.nõ offend.cap.23. n.11. Placa in epit.
delict.lib.1.cap.36. n.22.
46 Cuius vindictæ præſumptio, vel
alterius, vel propriæ ſemper oritur
ad effectum cum conuincendi, quã-
do vel intercedit inimicitia cum oc-
ciſo; vel tractatus cum inimico ip-
ſius, vt in caſu noſtro, *Duen. reg.68.*
lim.in fin. Plac.dict.cap.36. n.18. Ex
47 ſignis enim declaratur hic animus,
vt pœna irrogetur, vt comprobat
Guazzin.ad defenſ.38.cap.4.in fin. Et
multò fortiùs hoc caſu dicitur actus
probatus ex deductis in proceſſu,
48 quis euentus probauit præcedẽtia,
& monitus, renuit ſecurim acco-
modare, ex quo præſumptio erro-
ris excluditur; & dolus includitur;
exitus enim actum probauit, *l. aut*
facta, §.euentus, ff.de pœn.
49 Et quod ita ex odio, vel alterius
contemplatione interimens, etiam
quod iure faciat, lictor ſit reus ho-
micidij, dixit *Speculat. de execut. ſent.*
§.nunc dicendum, n.15. verſ. *Si tamen*
ſponte quis interficiat, quem ſcit à Iudi-
ce occidendum, homicida eſt, ex tex. in
cap.cum Miniſter 23.quæſt.5. Paris de
Pu-

Puteo de syndic. verb. *Manivoltas, n.6. vers. Si tamen quis*, vndè rectè d xit
50 *Episcop. Ricciall. d.cap.3.n.9.* quod si Carnifex in morte reo ingerenda gerat se tanquam inimicus, esset puniendus tāquam homicida, quia publico officio abutitur. Ratio est,
51 quia etsi ille sit Minister electus ad iustitiam exequendam, quis tamen non absolutè ex iust tia interimit, sed ex odio priuato,& fortiùs transcendendo modum, & formam, puniendus venit, vt ex *Bart.* & alijs animaduertit *Menoch. quæst. 90. n. 48.de arbitr.* qui adducit *tex.in l. vltima,in fine, C.de malefic. & mathem.* ibi, *autem proprium fortasse inimicum sub huiusmodi vindicta nomine,cōsilio, atrocitate confeceris*.

Quę si uera sunt,prout ueriſſima, in simplici actu occidendi extra excessum in modo, quantò magis in casu nostro, vbi non solum ex alieno odio occidit, sed lethaliter eum vulnerat,modum pręscriptum à lege, & à Iudice excedendo, & quod inhumaniùs accepta pęcunia,ad instar assassinij, trucidat, & impetit
52 damnatos. Siquidem quamuis ex Doctorum sententia sit quoquomodo receptum, licere bannitum occidere mediante pecunia, ex ratione illa, quod contra bannitum quilibet est Minister iustitiæ executionis, tamen Doctores ipsi intelligūt procedere,vbi statutum dictat, posse bannitum interfici omni mo-
53 do meliori, prout dictam Pragmaticæ Regni, sed quando statutum hoc disponens deficiret, non licerer mediante pecunia bannitum occidere,& secus faciens, quamuis ille morti sit datus, reus mortis erit, mediante pecunia interficiens, *Caravit.super Pragmat. de exulib. sub n. 32. Monticell.reg.crim.3 n.33.Decian. lib.9.cap.30. n.19. Probus ad Monacū in cap. pro humani, n. 1. verbo horrendum.dē homicid. in 6. Brunor. à Sole in quæst. leg.26. sub n.26.*

54 Et Doctores, qui dicunt, posse interfici bannitum,etiam in terminis Pragmaticæ mediante pecunia, intelligendi sunt, quando mandans potest per se occidere, quia tunc per alium facere posset,& mandās, & mandatarius erit impunis; sed quando mandans per se non posset occidere, tunc mandatarius occidens mediāte pecunia,reus erit homicidij, etiam quod alias ex se posset occidere, itā *Nellus de bannit. 2. par.2.temporis,quæst.12.in fin. Cepoll. cons.5.crim. n. 29.& 30. Monticell. d. reg. 3.n.28.Franch.dec.276.n.4. 5. 9. & 11.* qui itā decisum refert.

Applicando modo ad casum nostrum,in fortioribus terminis dicē-
55 dum, quod Carnifex, damnatum occidens ex munere officij, nō potest ab inimico damnati pecuniam recipere, quia ille non habet potestatem occidēdi,& Carnifex ad delictum illius concurrere nequit, & diceretur non iustitiæ executor,sed vltor alienę vindictę,nec posset ex-
56 cusari, nè iniuria nascatur, vndè iura manare debent, itā ex *l. meminerit, C.unde vi*, argumentatur *Nellus d.loc. n.12.*

Quæ omnia multò fortiùs procedunt in casu præsenti,vbi Carnifex non solum recipit pecuniam ab inimico damnati ad occidendum, seruata forma sententiæ (quod ipsum iniquum est) sed quod peius ad trucidandum,& in contemptum
57 Iudicis,& iustitiæ, ad bis, terq; necandum,& pluribus ictibus laniandum,quo casu etsi vulnus inflictum non sit mortale,mortis pœna teneretur, ad *tex.in l.lege Cornel. ff.ad leg. Cornel.de Sicar.* vbi disponitur,quod ministri facientes circa hominis necem, quod legibus permissum non sit,ea lege de Sicarijs teneantur.

58 Etsi

58 Etsi iure Saxonico receptũ fuit, vt supra in principio diximus, mortis pœna teneri Carnificem, qui primo ictu non necat, quamuis casu hoc fiat non ex proposito, quanto magis est dicendum, pœna mortis illum teneri, quando non casu, sed ex proposito replicatur ictus ad
59 reorum pernicem; siquidem, *& si per Constit.* Caroli V. sit moderatum arbitrium ad beneficium lictorum, nè possint à populo illo tunc interfici vbi aberrassent, vt mos erat, non tamen sic delinquenti ex proposito fuit sublata pœna sed Inuictissimus Imperator substulit, populum ius sibi dicere, quod munus erat Iudi-
60 cum; nam vbi Carnifex se vltra munus gerit, vt homicida est puniendus, vt ex *dict. l. fin. C. de malefic. & mathemat.* decidit *Episcop. Ricciull. dict. tract. de person. quæ in statu reprob. versant, lib. 12. cap. 13. n. 9. post Caball. de homicid. n. 15. & sequenti.*

61 Actus enim regulantur ab animo, *l. verum, ff. de furtis.* Et semper, quod Iudex mandat executionẽ iustitiæ, intelligitur, vt vnico ictu fiat, si verò modo ille cruentas dat mortem mortis pœna tenetur, *l. aut damnum, §. 1. ff. de panis Ricciull. d. loc. cap. 13. n. 3. & 4. per glos. in l. respiciendum, verbo seueritate, ff. de pœnis, l. executorem, C.*
62 *de execution. rei iudicata*, & semper, quod contra ius, vel præscriptum modum, aut humanitatem, sententiam exequitur, morte dignus erit, quia si ille est executor ad præscriptum Iudicis excedendo modum, maximè cum dolo, contra Principem videtur facere, & propterea reus erit tanti facinoris. Cuius tanta erat immanitas, & populi scandali causa. Propterea petit Fiscus decerni, vt morte simili tradatur, prout ex zelo, & prudentia Iudicantiũ attenditur.

Honofrius de Palma Reg. Fisci Patron. M. C. V.

S V M M A R I V M.

1 *Opinio est execrandum monstrum, & Carnifex humanarum actionum.*
2 *Veritati semper opinio insidiatur.*
3 *Humana natura ad errorem est procliuis.*
4 *Affectibus vincitur ratio, & veritas.*
5 *Causa motiua huius secundæ responsionis Fisci.*
6 *Pœna mortis pro furto, & barattaria, an & quando detur.*
7 *Barattariæ, & extorsionis crimen arbitrio Iudicis punitur.*
8 *Pœna certa vbi non est statuta in delicto, sed arbitrio Iudicis datur, vsque ad mortem, potest arbitrari ex reiteratione sceleris.*
9 *Reiteratio delicti, quando sit apta alte-*

rare

rare pœnam statutam pro eo.

10 *Delictum non capitale fit capitale ex consuetudine delinquendi.*

11 *Cautela, ut Iudex possit pro delicto nõ capitali reum ad mortem damnare.*

12 *Consuetudo delinquẽdi per binos actus introducitur.*

13 *Concussio quando dicatur commissa.*

14 *Carnifex minitando expoliare reum, vt ab eo pecuniam habeat, concutit, & extorquit recipiendo.*

15 *Barattariam committentes, varijs pœnis plectebantur antiquitùs, etiam vsq; ad mortem.*

16 *Mortis pœna in barattaria nõ seruatur*

17 *Barattaria committitur, etiam recipiendo pro iusta sententia danda.*

18 *Barattaria punitur pœna mortis ex reiteratione.*

19 *Consuetudo ab vno introducta non valet.*

20 *Consuetudo quãdo dicatur corruptela.*

21 *Consuetudines prauę, neq; ex tempore roborantur.*

22 *Error in actis potiùs præsumitur, quã dolus, &* n. 24.

23 *Scelus à parte rei in delictis ante omnia constare debet, & sic in genere.*

25 *Numeratio fit sufficiens partium in casu præsentis delicti.*

26 *Error, actus, culpa, fraus, & negligentia differunt.*

27 *Error rerum gestarum veritati non præiudicat.*

28 *Culpa quando punienda venit.*

29 *Casus in delictis excusat.*

30 *Casualitas excluditur vbi quoquomodo voluntas considerari potest.*

31 *Casualitas est probanda per allegantem.*

32 *Vbi quis ex ratione sui officij, tenetur ad præcisam prouidentiam, non præsumitur casualitas.*

33 *Et tenetur probare carnifex omne culpa.*

34 *Probatione casualitatis specificè nõ facta, oritur culpę præsumptio.*

35 *Error præsumitur, ex quo nemo est tam peritus, qui quandoq; non erret.*

36 *Error consistens in facto, & in intellectu non præsumitur, sed est probandus specificè.*

37 *Iuramentum suppletorium non datur in allegãtem errorem, sed debet specificè errorem probare.*

38 *Error non præsumitur in peritis artis.*

39 *Error non præsumitur in actu geminato.*

40 *In Magistris artis ab errore insurgit doli præsumptio.*

41 *Qua ratione apud Saxones ex errore ictus trucidabatur Carnifex*, & n. 44.

42 *Error etsi excludat dolum, non excludit latam culpam in ministro, & perito.*

43 *Culpa dolus dicitur in perito, & ministro.*

44 *Ex errore ministri insurgit doli præsumptio, ex eo, quia culpa dolus præsumptus dicitur in eo.*

45 *Imperitus in suo ministerio, in pœnam doli cadit.*

46 *Saxonicus ritus quo pacto rationabilis probatur.*

47 *In notorijs quilibet dicitur exequutor iustitię.*

48 *Mos diù seruatus, & à Superiore non renocatus, legis habet vigorem.*

49 Constitutio Caroli V. 97. de capital. Iudic. *qua ratione probetur, & an substollat pœnam Carnificis aberrantis.*

50 *Ius dicere priuatis sibi non licet.*

51 *Ritus, & mos rationi debet innitere.*

52 *Lex ciuilis extra Terras Imperij, pro ratione, non pro lege seruatur.*

53 *Lex, seu consuetudo, quę habet rationẽ vniuersalem, quamuis sit localis vires, extendit vbiq; &* n. 55.

54 *Principis interloquutoria in casu particulari quando facit ius vniuersale.*

56 *Lege deficiente ad mos recurritur.*

57 *Vbi casus de iure non est decisus, recurrimus ad decisiones aliorum locorum.*

58 *Ra-*

58 Ratio naturalis est pro lege vbi lex deficit.
59 Opinio Doctoris attenditur, vbi ius, & mos deficit.
60 Ex vsu vnius populi iudicandum vbi lex deficit.
61 Constitutio Imperatoris localis, & particularis in aliis locis Imperii facit ius.
62 Intellige vbi casus nõ esset decisus per legem communem.
63 Ratio attendenda est, vt lex extendatur.
64 Leges, quando pro ratione, & pro authoritate adducuntur.
65 Ratio supponitur generalis, & valida in lege, vel Constitutione Principis.
66 Ex vsu, & stile alterius loci, vel ex opinione Doctoris decidi potest causa, & n.68.
67 Iustinianus adeò restrinxit leges, quod nisi essent Doctorum ingenia causæ remanerent indecisè.
69 Quæ similitudo causæ interuenire debet in decisione causarum, vbi exemplis est iudicandum.
70 Culpa lata subiacet pœnæ ordinariæ doli.
71 Culpa punitur pœna criminali, non tamen doli.
72 Culpa vbi est magna, dolo æquiparatur.
73 Lata culpa est dolus præsumptus, & idem sunt dolus, & lata culpa.
74 Lata culpa quando in delictis æquiparetur dolo, & n.seq.
75 In ministris sufficit pro dolo negligentia.
76 Quare vt dolosi propter negligentiam puniantur Ministri.
77 Asserentes se peritos in exercitio, errantes puniuntur pœna doli ordinaria.
78 Iactantia quando noceat.
79 Officialis, & minister arguitur dolo ex latissima culpa, & negligentia.
80 Ministri recipientes mercedem à publico, tenẽtur in opere præstare exactissimam diligentiam.
81 Culpa regulariter in ministro non præsumitur, sed potiùs diligentia.
82 Limita, vbi opus rectè tenetur explere.
83 Deficiens in eo, quod fecit, probatur culposus à parte rei.
84 Culpa probatur ex ignorantia eorum, quæ quis curare debet.
85 Lata culpa est non intelligere id quod omnes intelligunt.
86 Euentus probat culpam.
87 Dolus est quid latens in animo, & non datur directa probatio; sed per præsumptiones probatur.
88 Dolus probatur duobus præsumptionibus.
89 Coniectura, vel præsumptiones à iure approbatæ plenè probant.
90 Vbi de delicto, seu scelere constat, est videndum de animo, & modo.
91 Voluntas, & propositum distinguunt maleficium.
92 Dolus in actu, re ipsa dolosè supponitur, nisi probetur casualitas, vel aliud excusans.
93 Omne malè actum, prauè actum habetur ex iuris præsumptione.
94 Dolus à iure præsumptus dicitur verus.
95 Dolus probatur, vbi quis sperauit monitionem.
96 Dolus in defectu agendi, etsi præsumptus efficitur verus, si præcesserit monitio.
97 Mendacium probat dolum.
98 Dolus resultans ex mendacio, dicitur verus non præsumptus.
99 Mendacium ex sui natura, & genere est malum.
100 Veritas nuda, & aperta est, nec subterfugiis indiget.
101 Exitus actum probat, & dolus ex euentu probatur.
102 Minæ præcedentes effectu sequuto, mandatum probant, & dolum.
103 Animus, ex qualitate verborum metitur.
104 Dolus probatur à solito.
105 Dolus probatur ex dissimilitud.ne actus.

106 So-

106 *Sequentia declarant praecedentia, & è conuerſo ad dolum probandum.*
107 *Ex vicinis reiteratis erroribus dolus probatur.*
108 *Mandatum non præſumitur, quia eſt facti.*
109 *Mandatum in delictis, quibus coniecturis probetur.*
110 *Mandatum probatur plenè tribus cõcurrentibus, nempè alloquutione ſecreta, inimicitia, & effectu incontinenti ſequuto.*
111 *Allocutio cum Carnifice non fit à benè natis, & honeſtis.*
112 *Carnifices non eſſe infames quicquid alij ſententiant.*
113 *Ex alloquutione ſecreta oritur mandati præſumptio, etiam quod teſtes neſciant, quod ſit alloquutum.*
114 *Sententia contra Carnificem.*

ARGVMENTVM.

Comprobatur prioris Allegationis inſtantia pro morte contra Carnificem, dolosè trucidantem damnatum, & multa adducuntur, quo pacto, ex dolo, negligentia, vel culpa teneatur quis ad pænam, & ſignanter Miniſtri, & quomodo probetur dolus, & mandatum in delictis. De barattaria quoque nonnulla tractantur. Et quãdo deficiente lege Iuris cõmunis, poſſit ad iura externa, vel mores aliorum locorum recurrere, & ſecundũ ea iudicare.

PRO

Regio Fiſco.

CONTRA

Antonium Sabatinum Carnificem.

RESPONSVM XXXXVI.

Virum ſanguinum, & doloſum abominabitur Dominus.

Pſalm. 5.

1 EXecrandũ monſtrũ
opinio, humanarũ
actionũ verè Carnifex,
ex ſentẽtia
2 *Epict.* pluribus in
locis *Enchir.* veritati
ſemper ſpecie
veritatis inſidiatur. Cùm.n. humani
acies ingenij ad errorem ſua condi-
3 tione procliuis ad veritatis radium,
inſtar noctuæ ad Solem, cæcutiat,
fit, vt homo circũferri ſe ſinit omni
vento doctrinæ, non ratione, vt par
4 eſt, ſed paſsione ducatur, & Veritas
ipſa, & Ratio vincatur affectibus, vt
notat *Quintil. declam.* 5. Cùm igitur
ex ijs, quæ perfunctoriè in priori
ſcripto exarata fuerunt in cauſa
Antonij Sabatini Carnificis, variè
opinandi locus datus fuerit; factum
eſt, vt nonnulli ſpecie pietatis exi-
5 ſtimauerunt, Fiſci inſtantiam durã

admodum fuisse,& nefariam illam extorsionem, seu barattariam quadam veluti consuetudine excusari potuisse: Receptionem verò pecuniæ pro ferina trucidatione, prætextu aberrantis ictus,vt non plenè probatam à morte vindicari, vel certè extraordinario pæna, vel tortura purgari debuisse.

Verùm,vt quanta Fiscus veritate nitatur, appareat, supponendum primo loco, quod quãuis latè aliàs fundasset pro recepta pecunia,pro vestibus, & aliis baratrariam commicti furtum,& extorsionem morte dignam; super eo tamen capite non adeò immoratus est,non quia non cognouerit ex illo ità simpliciter,& intrinsecè mortis pęnam non infligi: hoc enim iam expressit ex communi DD.sententia.

6

7 Sed in dubium verti nequit,quod ex illis causis certa pœna à iure nõ est statuta,sed ad Iudicis arbitrium extenditur, vsque ad relationem, *Grammat.vot.25.nu.7.in fine. Paris de syndic.verbo Officialis,cap.10.nu.1. Amed.de Ponte eod.tract.num.165. Rendell.de syndic.nu.53. vers.& extra ordinem punitur, Iodoc.in Enchirid. cap.130.num.3. Menoch.de arbitr. casu 342.nu.6.& 7.* Et proindè deductũ

8 est, posse in causis arbitrariis, in quibus à iure non est determinata pęna, ex reiteratione delicti dari pœnam mortis;siquidem reiteratio

9 delictorum, quamuis ex se non sit apta alterare pænam à iure statutam, nec illam mulplicare, vt ex *Gramm.cit.decis.16.* probatur,tamen vbi pęna non est à iure expressa,sed Iudicis arbitrio est relicta; tunc ex reiteratione,& consuetudine delin-

10 quendi, delictum per se etiam non capitale,fit capitale, *tex.* est expressus *in l.vn. C.de superexactor.lib.10. l.capitalium,§.solet, & §.grassatores,ff. de pęnis*,& communiter *DD.in d.l.1, C.de superexactor.. Mascard. conclus. 838.num.2.*vbi tradit cautelam *An-*

11 *geli*,nempè,quod cum voluerit Assessores quempiam morte punire, ponant, quod pluribus vicibus patrauerit delicta,quę habent pęnam arbitrariam;quam opinionem,etiã data cõtraria consuet.iudicãdi substinuit, *Simon.de Petr.consil.103.in fine, Fab.de Monte in prax. arbitr.3. par.4.part.princ.nu.766. & seq.* Vbi aduertit,quod cum pęna ex delicto principali fit arbitraria,iure meritò

12 ex reiteratione, mortis infligitur; adeò vt reiteratio, & consuetudo delinquendi per binos actus introducatur, *Glos.in cap.ità nos 25.q.2. Luc.de Pen.in d.l.1.C.de superexactor. lib.10. Rocc.de Curte in tract.de consuetud.post num.371.vers.prima conclusio, Alex.ad Bar.in l.1.C.de pasc.publ.lib.11.* Et multò fortiùs,si ter,vel pluries delinquit, *Glos.d.cap.ità nos, Paul.Merend. cõsil.crim.diuers.90.nu. 22.vol.2. Mascard.concl.838.num.11. & 12.*

Quæ delinquendi consuetudo in recipiendo pecuniam pro vestibus, & alijs contra iuris formam, non est cur in dubium reuocetur in hoc nostro inquisito,non solum ex plenis probationibus in actis, sed etiã ex confessione eiusdem, audacter, sine trepidatione emissa, ex qua clarè liquet,baractariam, & conces-

13 sionem patrasse; siquidem proprie concutere est,ratione,& occasione officij præmere, vt aliquid extorqueat, *Glos.in l.1.verbo ablatum*,& ibi *Bart. ff.de concuss.Bonif. de Vitalin.tit.*

14 *de concuss.nu.1.* Minando enim Carnifex se spoliaturum, vel aliud facturum,quod non debet, concutit, & extorquet recipiendo pecuniam, nè faciat, *Paris de Put. verb.Indices, cap.7.in princip. Iodoc.in Enchirid.cap. 129.cap.1.& cap.130.*

15 In cuius repetundarum crimine, &

& extorsione non ambigitur antiquo iure varias practicatas fuisse pęnas vsque ad mortem inclusiuè, vt per *Io: Andr. in cap. 1. nu. 8. verb. castiget, de sent. & re iudic. Boss. de Offic. pec. corrupt. nu. 10. Decian.* qui omnes antiquas leges super hos crimine expendit, *cap. 36. & num. 14. & cap.*
15 *39. num. 1.* Et quamuis mortis pœna, vt testatur *Contard. de momen. poss. lim. 11. nu. 16. & 17* non videatur
17 in vsu, qui *num. 12. & 13.* aduertit, quod Barattaria, fit etiā distrahendo iustum pro pecunia, ex *l. omnes vbi Bart. C. ad l. Iul. repetund.* Tamen
18 ex eius immunitate, & grauitate; vbi reiteratio intercedit, pęna mortis est danda, quando probatur, vt aduertit *Reuert. decis. 45. par. 1.* In qua quamuis fuerit data Tortura, prouenit ex defectu probationis, sed vbi probatio non deficit, vt in casu nostro, in quo adest etiam Confessio, remanet inconcussa opinio de mortis pęna ex reiteratio facinore, non attenta consuetudine, seù manuis corruptela recipiēdi pecuniam,
19 quandoquidem consuetudo non valet introduci ab vno, ad *text. in cap. consuetudo, 1. distinct.* Et in tali
20 ministro dicitur potius corruptela contra ius, *§. nulli verò, Auth. vt nulli Iudicum,* ibi: *neque consuetudines nominare, aut quarere quas forsitan aliqui prædictorum in proprium lucrum iniustè adinuenerunt;* malè enim adinuē-
21 ta, maleque consuetudines, nequè ex longo tempore, neque ex longa consuetudine cofirmantur, *cap. penult. & fin. de consuetud.*

Quo verò ad secundum caput aberrantis ictus, super quo partes insistunt, & nituntur sub vno principio, nempè, non constare de mandato, & de receptione pecuniæ, quasi quod assistat prò reo præsūp-
22 tio erroris, & vbi de mandato, & dolo quæratur, clarè constare debeat, *Mascar. concl. 1015. n. 3.*

Huius obiecti resolutio procedit sub hac distinctione, nempè, aut cōsideratur delictū respectu euentus, seù actus, vel respectu causę. Respectu euentus, seù actus, in dubium verti nequit scelus adesse, nempè, damnatum ad mortē pluribus ictibus fuisse confossum; Et ex plorari iuris est, Carnificem vnico ctu necare debere, & pluribus confodiendo deliquere. Actus, & euentus sic patratus (nemo est, qui neget) ex processu liquet. Trucidatio fuit no-
23 toria, & bina ab eodemmet reo confessa. Et proindè constat scelus à parte rei, ad præscriptum, *Vlpian. in l. 1. §. itē illud, ff ad Syllan.* Et quidem non solum in genere, nempè, confossum; sed in specie à Carnifice trucidatum, præter sententiæ formam. Vndè certa sunt factum, & persona ad præscriptum, *DD. d. §. item illlud.*

Dubium esset rectu intentionis, seù causæ, quando, vt pars supponit, ius assistit in Ministro ad opus, vt potius, quàm scelus supponatur,
24 ex iuris regula, quod in eo magis error, quàm dolus præsumatur, *l. quod adhibitis, C. de ijs, qui sibi adscribunt in testamento,* ibi, *inquam credo eo magis errore, quā malitia incidisse,* vndè errans non esset puniendus.

Verùm re benè pensata, secus videbitur, quippè, quia ex actis inficiari nequit, reum pluribus ictibus fuisse confossum, & deindè crudeliter necatum (scelus horrendum)
25 quod quidem prouenit, vel casu, vel ex errore, vel ex culpa, vel ex dolo: Siquidem non negamus, lon-
26 gam esse inter dolum, & errorem, inter fraudem, & culpam, inter ca-
27 sum, & negligentiam differentiam. Et error rerum gestarum, veritati non pręiudicat. Culpa autem, nisi
28 aut mala fides, & lata negligentia

dolo proxima accedat, nõ solet sup
plicio puniri.
29 Si casu factum sit, in dubiũ verti
nequit Ministrum excusari, quando
nequè dolus, nequè culpa interce-
dit, & præter intentionem, & volũ-
tatem committentis, vel causam
dãtis euenit, vt aduertit *Iacob. Ayner. in tract. de homicid. par. 3. num. 1.* qui
30 subdit: quod vbi aliquo modo pos-
sit in occisore considerari volun-
tas, casualitas excluditur, *Bart. in l. respiciendum. § delinquunt,* post *nu. 1. ff. de pœnis,* *Clar. § homicidium, nu. 2.*
31 *vers. casualiter*. Verùmtamen de
casu constare debet ex parte alle-
gantis; quia cùm ex parte rei scelus
appareat, onus casus restat pęnès
excipientem; facti namquè est, &
præsumi nõ potest, vulgata *l. in bello, § facta,* vbi *DD. ff. de captiu. & postlimini. reuers. Bart. & DD. in l. si quis ex argentarys, § an verè, ff. de edendo;* &
32 multò fortiùs in casu nostro, in quo
hic tenebatur ad præcisam præui-
dentiam ratione sui officij, vt in
33 simili considerat *Natta cons. 79. vol. 2. nu. 1.* Quinimò adeò viget in alle-
gantem onus probandi casum; vt
etiam teneatur probare, quod om-
ni culpa caruisset, ità *Bart. Alex. & Ias. d. l. si quis ex argentarÿs, § an vero, Paris cons. 156. nu. 5. vol. 4.* Et non
facta tali probatione, specifice, à Iu-
re oritur præsumptio, quod culpa
processisse, ità ex *l. si creditor 5. & l. si nulla 8. C. de pignor. act.* compro-
bat *Mascar. concl. 271. nu. 7.* qui *nu. 8.*
subdit, maximè procedere in his,
quę sine culpa aduenire non con-
sueuerũt, vt esset casus noster; Quã-
doquidem casus non posset consi-
derari, nisi extrinsecè fuisset gla-
dius motus: sed vbi nil extrinsecum
accessit, & reus per eundem sub
gladio collocatur, nullus casus con-
derari possit, sed potius culpa.
35 Casualitate iàm exclusa, posset
considerari error potius, quã cul-
pa; nam, vt inquit *Demosthenes pro Olynth. quisnam sagittarius artis suæ tam peritus est, vt non aliquando aberret à scopo*, & errans carere dicatur
dolo. *Bald. in l. etiam, C. de furtis.*
Adhuc si errantem eum se fuis-
se dicat, à pęna non erit immunis,
e pluribus.
36 Primo, quia in probatis non est
erroris; error enim, cùm in hoc ca-
su non consistat in intellectu, sed in
facto, non valet præsumi, & debet
per allegantem specificè, & euidẽ-
tèr probari, *l. si post diuisionem, C. de iur. & fact. ignor. l. si adulterium cum incestu, § fin. vbi Bart. ad l. Iul. de adulter. Bald. in l. quicunque, 1. col. de seru. fugit. Bart. in l. non fatetur, vlt. colum.*
37 *ff. de confess.* taliter, quod errorem
allegans, ità liquidò probare debet
de eo, vt neque detur iuramentum
suppletorium, *Bald. in d. l. Imperator, 8. nu. 19. ff. de statu homin. Dec. in l. si librarius, sub num. 4. de reg. iur.* Quæ
multò magis procedunt in præsẽ-
ti casu, vbi tractatur de errore pa-
trato à Magistro artis, & perito; quia
in eo, qui solet facere actum, error
non præsumitur, *Dec. citat. loc. num. 3. & Cagnol. num. 6.* Et eò magis
quia geminauit actum percussio-
nis; ità vt semel possit dici errasse,
39 non pluries eodem actu quarè ex
geminatione error excluditur, &
propositum includitur, ità *Bersus cons. 72. nu. 13. lib. 1. Cephal. cons. 440. nu. 79.*
Secũdò, quia Minister deputatus
ad actum habet iuris præsumptionẽ
contra se, vt censeatur peritus, nec
præsumitur errasse in eo, in quo
40 versatur, quinimò ab errore insurgit
dolo præsumptio; Et hinc mos ino-
41 leuit apud Saxones, quod aber-
rans ab ictu, trucidaretur Carnifex;
vel ex dolo præsumpto, vel quate-
42 nus ab errore dolus excludatur la a
cul-

culpa, inducta dicatur in Ministro aberrāte, ad *tex. in l. fin. C. de magist. conueniend.* quę culpa in eis dolus dicitur, *Glos. in l quod Nerua*, & ibi *DD. ff. depositi*, *Bald. in l. quę fortius, nu. 16.*
43 *17. 18. C. de pignor. act.* Et quãuis ex Ministri errato, non insurgat, nisi pręsumptio doli, vel quia culpa dolus præsumptus dicatur, *Bart. in l. quod Nerua, & ibi DD. Alex. in l. 2. in*
44 *pr. ff. quod quisq; iur.* Tamen, quia error eiusdem coram Populo habebatur, & habetur vt latissima culpa, quę facit pręsumptum dolus Iuris, tãquam in notorio facto populi oculis subiecto, cùm nulla extrinseca tergiuersatione poterit celari; rectè vt dolus puniebatur; qui enim
45 ex suo ministerio deficit, etiam imperitus in pęnã dolit cadit, *Florian. in l. idem fur, §. mulione, ff. ad l. Aquil.* per *Glos. in l. 2. §. medicus; ff. quod quisque iur.* Et propterea rationabilis
46 ille ritus Saxonicus probatur, & fulcitur iuris fundamēto; quandoquidem si Carnifex ex suo munere vnico ictu interficere debet, & in eo ministerio peritus, ex ea operatione dicebatur, & esse pręsumebatur; quãdo palàm, & sine manifesta causa casualitatis aberrabat ab ictu; Si
47 insurget culpæ latæ, & doli pręsūtio, à iure approbata, non nè in actu tàm notorio quilibet rectè constituebatur exequutor iustitiæ? Et
48 mos ille diù seruatus à Populo, & à Principe non reuocatus, non nè legis vigorem habebit? *§. ex nō scripto, inslit. de iur. nat. gent. & ciuil. cap. diuturna, 12. distinct.* donec Inuictissimo Imperatori Carolo V. secus visum fuerit, ne à populo iudicium
49 fieret in errantem Carnificem, dū vna die quinque lictores confossi fuerunt: & edita *Constit. 97. de capit. Iudic.* securitatem illis à populo parauit: non tamen aberrantis pęna exemit, sed iudicium non populo, sed Iudici reseruauit. Siquidem ius
50 dicere priuatis non oportet, quãdo illud à Superioribus consequi potest, *tot. tit. vt nemini liceat sine Iudic.* Et propterea quamuis per Cōstitutionem sit sublatus modus, nō est sublata pęna mortis, ex errato danda Carnifici, ex vsu fundato super illa ratione culpę, inducentis, vel præsumentis dolum. Cuius rationis vigore promanata ex Iuris fonte, vsus, & Constitutio illa vires suas extendet ad vniuersas natio-
51 nes, nec localis diceretur. Siquidē ritus, & mos rationi innitere debet, prout lex, *cap. erit 4. distinct.* sensit *Caranis. rit. 1. nu. 13.* Et vbi rationi innititus, pro lege habetur in ce-
52 teris locis; quia lex Ciuilis extrà Terras Imperij ex vi rationis pro
53 lege decernit. Quando enim lex, vel mos est specialis, & ratio vniuersalis, tunc vniuersalis fit dispositio, ad tradita per *Cassan. in d. Consuetud. Burgund. rubr. des enfans, §. 4.*
54 *nu. 11.* Interlocutoria, namque Principis etiam super re particulari, quando est decisio noui casus non à iure excogitati, tunc trahitur ad ius generali; & allegatur ad decisiones causarum extra locum, in quo prolata est, ità *Bald. in l. 3. in fin. C. de legib.* ratio enim illa generalis operatur effectum extra locū
55 & vim legis obtinet, *l. regula, §. si quis*, & ibi *Bart. ff. de iur. & facti ignorant. Alex. in l. si pupillus, ff. de verb. oblig.*
56 Quinimmò vbicunq; deficit lex, recurritur ad morem, *l. de quibus, ff. de legib.* vbi *Bart. & DD. cap. 1.* vbi *DD. de consuetud.* nec est opus distinguere de diuersitate loci, nam in dies practica docet, quod vbi casus
57 in iure municipali, vel communi nō est consideratus, recurrimus ad decisiones aliorum Tribunalium, quasi quod mos vnius loci decidendi

di sit potens, vt idem in alio loco seruetur; cùm ratio, quæ communis est omnium, pro lege in cęteris tenenda, quando quidem naturalis
58 ratio ista pro lege habetur, cœteris cessantibus, *l. scire oportet, §. sufficit, ff. de excus. tutor.* ibi, *Sufficit firmare ex ipsa naturali iustitia*, & ibi *Bald. l. cum ratio, ff. de bon. damn. Reg. Sanfelic. dec. 62. nu. 67.* latè *Neuizan. in Sylua nupt. lib. 5. nu. 21.*
59 Immò si ex defectu legis consuetudinis, & rationis posset ex opinione DD. iudicari, quantò magis
60 ex vsu vnius Populi, & stylo vnius Regionis? argum. *l. 1. ff. de Senator. l. Athletas, ff. de his, qui not. infam. cap. nouimus, de verb. signific. cap. de indicijs, 3. quæst. 3.* quos, & alios citat *Gomez. in l. 1. Tauri, nu. 9.* Quæ si vera sunt in opinione *Doctorum*, & particularium, quantò magis dicendum
61 erit procedere in Constitutione Inuictissimi Caroli V. Imperatoris, cuius placitum, etsi locale, ius facit cõne, & q; sit inter particulares, & in particulari negotio prolatũ? vt determinauit *Iustinianus in l. vlt. C. de legibus*, ibi, *Si Imperialis Maiestas causã examinauerit, oẽs omninò Iudices, qui sub nostro Imperio sunt, sciant hanc esse legem non solum illi causa, pro qua producta est, sed etiam omnibus simillibus; Quid enim maius, quid sanctius est Imperiali Maiestate, vel quis tantæ superbia fastigio tumidus est, vt regalem consensum contemnat?* & ibi *Glos.* singulariter aduertit verbo *Si Impe-*
62 *rialis*, hoc indubitanter procedere vbi casus per leges cõmunes non reperiatur decisus; quia si esset per se casus decisus à iure, Sententia, & Constitutio particularis, vel localis, non extenderetur extrà locum; At vbi deficit iuris dispositio, vt est casus noster, vsus Saxonicus, & Cõstitutio Imperialis ibidem prolata, accedente maximè ratione à iure deprompta, vt supra diximus, non est cur possit in dubium verti, ex sententia dictæ, *Glos.* extendi extra locũ, facit *tex. in l. illud, ff. ad l. Aqui-*
63 *liam*, in similibus enim ius extenditur, *Speculat. de instrum. edit. §. 12. uers. sed cum deductio*; nam attenditur ratio ad extẽsionem, & restrinctionem, *glos. in cap. quoniam frequenter, §. porro, vt lite nõ contest. cap. cupientes, §. denique, de elect. in 6.* Et eò fortius, cũ
64 simus in Tribunalibus superioribus, in quibus leges pro ratione non pro authoritate adducuntur, *Bald. in cap. ad hæc, 7. col. de pac. iuram. firmand.* taliter, quod si deficiat in
65 illa Constitutione ratio, supponitur naturalis, & valida, ità *Neuizan. in sylu. nupt. lib. 5. sub num. 41. in fin.* Non existente modo in iure cõmuni, neque Regni constituta pœna
66 Carnifici aberrãti, ex alterius loci vsu, vel Doctoris opinione, pro lege habenda, decidi potest, ità per *l. si idem cum eodem*, vbi *Angel. de iurisdict. omn. Iud. & Felyn. in cap. 1. de constit. col. penult.* comprobat *Neui-*
67 *zan. d. lib. 5. nu. 24.* vbi subdit rationem, quia Iustinianus adeò restrinxit iura nostra, quod nisi superuenissent DD. ingenia, casus remanerent indecisi, ità ex mente *Pauli Castr. in l. Clodius, ff. de acquir. hæred.* deducit, subdens, quod vbi non est casus in lege, vel statuto proprij lo-
68 ci, vel Consuetudine, vel in dictis DD. tunc ad determinationem casus debemus recurrere ad similia statuta aliorum locorum, vel vsus, argum. *l. non possunt*, vbi *Claudius, ff. de legib. Felin. & Dec. in c. tralaſciato, de Constit. Ias. in l. inter stipulantem, §. sacra, ff. de verb. oblig. 7. notab. Gemar. in tractat. de extens. car. 7. col. 2.*
69 vbi dicit, quod sufficit, vbi sint similia ei de quo agitur, licet non intercedat in omnibus omnimodò similitudo, ità *Neuizan. d. lib. 5. sub nu. 89.*

n.89. qui præter ſupraſcriptos, alios
allegat.
Sed vlteriùs in caſu noſtro proce-
dendo, non ſolùm circumſcribimus
actum, ſub limite erroris ad præſcri-
ptum vſum Saxonici, & Conſtitutio-
70 nis Caroli V. ſed ſumus in culpa la-
ta, quæ ſubiacet ordinariæ mortis
pœnæ, ad tradita per Bart.in l.reſpi-
ciendum n.4.ff. de pęnis, & in l.1. n.3.
71 ff. de legibus, & quamuis non me la-
teat DD. tenere, culpam puniri pę-
na criminali, non tamen doli, ex Ci-
no in l. ſi quis non dicam rapere, C. de
Epiſcop.& Cler.verſ.Secundo caſu, in
fin. Tiraq.de pęnis temperan. cauſ. 14.
n.1. Menoch. de arbitr. caſ.324. n.12.
72 Tamen vbi culpa magna eſt, vero
dolo æquiparatur, ità Bald. in cap. 2.
de quæſtion.b.in 6. in repetitionib. & in
l.leges, C.de legibus, rationem aſſignat
Bart.in l.quod nerua, n.10. & 11.ff.de-
73 poſiti, nempè quod lata culpa dolus
eſt pręſumptus, Blancus in pract. cri.
§.viſis indicijs, n.135.& 145.ità vt di-
cantur idem culpa lata, & dolus, Spe-
culator de locat. §. 6. in fin. Anton. de
Butr.cap.2.n.9.de conſtit.Tex.eſt in l.ſi
fideiuſſor, ff.mand.l.1. §.fin. ff.ſi menſor
falſum modum dixerit, l. 15. §.cui do-
lum, ff.vt in poſſeſſion. legator. & quā-
74 uis teneant aliqui non procedere in
delictis, rectè improbat hæc Bart.d.l.
quod nerua, n.20.verſ.Nec iſtud eſt ve-
rum, & Marſil.in l.Cornel. la ſeconda,
§.cum quidam, n.3. verſ. Et ſcias, ff.ad
leg.Cornel. de Sicar. Decian.par.1. lib.
1.cap.4.n.18.& cap.6.n.9.& 13.
Et adhuc ſi in alijs admittatur cō-
traria ſententia, limitatur communi-
ter in Carnifice, qui tanquam mini-
ſter in eius munere exercendo cul-
pam committendo, vti doloſus pęna
75 mortis punitur, ſiquidem in his mi-
niſtris ſufficit pro dolo negligentia,
ad tex. in l.milites, ff. de cuſtodia reo-
rūm, vbi communiter DD.ibi, Ita de-
mum afficiendos ſupplicio milites, quo-
rum cuſtodia euaſerint, ſi culpa eorum
nimia deprehendatur, vbi gloſ. verb.
Supplicio, declarat, ideſt vltimo, Salyc.
in l.1.n.9. verſ. Fallit in commentarię-
ſi, Oldrad.conſ.92. Iaſ. in l.actionibus,
ſub n.24. ff.de in litem iur.
76 Et ratio eſt in in miniſtris, quia ex
munere officij adhibere tenētur om-
nem diligentiam, ità vt ſi per impe-
ritiam, erratū, negligentiam, aut
culpā defecerint, vti doloſi puniētur,
l.magna 226.de verbor.ſignif.l. quod ſi
nolit, §.culpa, ff.de edilit.edict. Carrer.
in pract.crim. verſ. Circa ſeptimum, n.
20.ſing.97.
Et ſpeciale eſt in his miniſtris, vt
culpa puniatur pæna doli ordinaria,
gloſ.in l.ad commentarienſem, verb.qui
fugerit circa med.& ibi Bal.n.4.& Sa-
lic.n.1.& de communi teſtatur Angel.
ibi de cuſtod.reor. Gramm.vot.29. n.6.
14.& 16.Boer.dec.205.n.2. Maſcard.
de probat.concl.469.n.5.quæ doctrina,
& limitatio fuit originalis Florian.in
l.idem, §.mulionem, ff.ad leg.aquil. vbi
ſubdit, quod non debet quis aſſume-
re, vel facere id quod neſcit, & ſecus
77 vt doloſus punitur. Et vbi aſſerit, ſe
peritum in eo exercitio, errans, ad
pænam doli tenetur, vt in indiuiduo
eſt caſus huius Carnificis, qui vt pro-
78 batum eſt in actis, pluries ſe iactauit
hoc munus obtruncandi caput eſſe
ſuum, & neminem eum antecellere;
ex qua iactantia, ſi modo ſecus ſine
manifeſta extrinſeca cauſa fecit, ſe-
quitur neceſſariò dolo feciſſe, Floria-
nū ſequitur Dec. in l.actionibus, n.19.
verſ.Et adde etiam caſum, ff.de in litem
iurando, Marſil.in l.lege Cornel. n.4. ff.
ad leg.Cornel.de Sicar. Plac.in epit. de-
lictor.cap.26.n.4.Gomez.variar.tom.3.
cap.3.de homic.n.16. in fin.
79 Quinimò hi Miniſtri arguuntur
doli etiam ex leuiſſima culpa, & ne-
gligentia, Paris de Put.de ſindic.verb.
Carcer, & carceratus, cap.3. n.2. & 5.
ex l.non ſimiliter, & l.magiſtratus, ff.de
ma-

magiſtrat. conueniend. Bal. in l. ſi vſus, §. deniq. ff. de vſufr. Cirill. in ſumma cri. rubr. de cuſtod. reor. par. 1. §. 3. n. 7. in
80 *fin.* vbi dicit, quod hi miniſtri, qui
recipiunt mercedem à publico, tenentur exactiſſimam præſtare diligẽtiam, ex quo ei pæna datur, etiam ex leuiſſima culpa, & *Franc. Bece. conſil. 44. n. 15. & ſeq. lib. 1.* ſubdit, non eſſe hoc ſpeciale in cuſtode carceris, ſed regulare, vt qui tenetur ex munere officij mercede interueniente, teneatur ad pænam ex leuisſima culpa, ex *l. qui mercedem,* vbi *Caſtr. & alij, ff. locati, & Iaſ. in l. ſi domus, n. 7. ff. de leg. 1. Maſcard. concl. 369. n. 3. & 4.* & quamuis pro leui culpa non puniantur pæna ordinaria, tamen quando lata eſt culpa, nullum dubium eſt in ijs miniſtris apud DD. quinimò, & ſi
81 regula ſit culpam non præſumi, ex *l. 2. ff. ſiquis cautionib.* & præſumatur potiùs diligentia, quàm negligentia in ſuo officio, *cap. niſi de praben. Affl. dec. 13. n. 18.* tamen quia ſumus in eo,
82 qui ex officij munere rectè opus tenetur explere, & à iure non præſumitur, quis explere munus ſuum negligenter, nec quod errare posſit peritus; inſurgit iuris præſumptio, vt culpa doloſa adſit, & ſecus, onus transfertur in eum probandi contrarium, *gloſ.* notanter in *l. cum ita, §. ſpecies,* verb. *Ne dolo,* & ibi *Bald. ff. de leg. 2. Iaſ. in l. ſi paſcendi, n. 4. C. de pact.* deciſũ refert *Boer. dec. 216. n. 16. Grãm. vot. 29. n. 8. 15. & 16. Boſſ. de carcer. n. 11. Alciat. de præſump. reg. 3. præſum. 15. n. 11.* de cõmuni teſtatur *Gomez. cap. 10. de captura reorum, n. 11. Maſcard. concl. 267. n. 10. & concl. 469. n. 7.* Et in puncto, quod Carnifex mortis pæna teneatur pro culpa, vbi trucidauerit damnum, dixit *Chriſtoph. Croſius in tract. de inditijs delict. ex iur. publ. & priu. par. 4. cap. 52. n. 6. & 22.*

Augetur in caſu noſtro, quia probatur culpa contra eum, Primò in
83 genere ſuo, nempè quia defecit in eo, quod facere debuerat, vt aduertit *Bart. in d. l. quod nerua, n. 6. & 7. ff. depoſiti, Capra concl. 76. n. 5.* Semper enim culpa probatur, vbi ex parte rei eſt declinatum à recto opere in alterius damnum, tàm ex malitia, quàm ex negligentia, ità *Salic. in l. ſi nulla n. 7. C. de pignor. actio.* rectiùs ex *D. Thom. Decian. lib. 1. cap. 6. n. 1. & 4.*
84 Secundò probatur culpa, quia ſcire miniſter ille debuiſſet, quæ facere debebat, cuius incuidentiam non poterat ſupponere, quando & Confratres agnoſcunt non benè poſitum fuiſſe cultrum; adeò enim euidens erat doloſa ſituatio cultri, vt & ignari in hoc Sacerdotes aduerterint, quantò magis aduertere debebat ille, cuius erat ars? ergo ignorantia ſimula-
85 ta fuit, & doloſa ſituatio, *lata enim culpa,* inquit *Paul. Finis eſt non intelligere id quod omnes intelligunt, l. lata 223. ff. de verbor. ſignif. l. regula eſt, §. ſed facti, ff. de iur. & fact. ignor. gloſ. in §. præterea,* verb. *Debet, inſtit. quib. mod. re contrahitur oblig. Bart. in l. quod nerua,* poſt *n. 6. & 16. ff. depoſiti, Decian. lib. 1. cap. 6. n. 10.*
86 Tertiò, culpa probatur ex euentu ad præſcriptum modum monitionis Confratrum, ad *tex. in l. ſiquis fundũ, §. Imperator,* vbi *Bar. ff. locat.*

Sed quid progredimur per mendicata ſuffragia? quando ab hoc caſu non modo excluditur caſualitas, quæ non probatur, & inducitur error, aut culpa morte digna, ſed etiã verè dolus, à quo, quo iure posſit ſe defendere reus, ignoro?

Quod autem verè adſit dolus, duplici via probatur, altera, quia irato animo processit ad trucidandum, ex eo quod à condemnatis, vt aſſolebat, non recepit pecuniam: altera, quia recepit à contraria parte, vt trucidaret.
87 Et, vt fundamenta iactemus reſpe-

ctu prioris doli probationem; in dubium non est ponendum, dolum esse; quid latens in animo, ita vt eius non detur directa probatio; taliter quod probatio ipsius liquida resultet à præsumptionibus à iure approbatis, *tex.* est *in l. dolum*, *C. de dolo*, vbi DD. communiter, *cap.* 2. ibi: *Saltem per aliquas probabiles coniecturas, de renunc. in 6. Hercul. de negatiua, n.* 275. *Menoch. lib.* 1. *præsum* 3. *n.* 42. *Mascard. concl.* 530. *n.* 1. *Farinac. quæst* 89. *n.* 16.
88 ità vt dolum, duæ tantum sufficiunt præsumptiones, non solum iuris, sed hominis, vt post *glos.* & DD. citatos probat *Menoch. quæst.* 58. *n.* 20. imò
89 quando coniecturæ sunt à iure approbatæ, non est cur possit dubitari ex eis plenam resultare probationẽ, *Decian. cons.* 32. *n.* 4. *lib.* 3. *Menoch lib.* 5. *præsump.* 3. *n.* 44.

Existente modo in hoc casu à parte rei trucidatione, vt supra diximus,
90 de qua non potest dubitari; restat videre, num scelus illud sit ex proposito commissum, ad tradita per *Carrer. in pract. crim. in tract. de homic.*
91 Voluntas enim, & propositum distingunt maleficia, & quod hic sit euidens dolus, probatur primo per negationem. Siquidem dum casualitas non est probata, nec causa excusans, & scelus re ipsa videatur, do-
92 nec manifestè appareat contrarium in actu doloso, lex dolum in proposito supponit, *tex.* est in *l.* 1. *C. ad legẽ Cornel. de Sicar. l. si non conuitij*, *C. de iniur.* Quoties enim aliquid apparet in facto paratum contra iuris præscriptum semper dolus supponitur, & donec aliter appareat de exclusione malitiæ, malum in intentione præ-
93 sumitur, *Luc. de Pen. in d. l. quemadmodum cas.* 137. *C. de agric. & censit. lib.* 11. vbi dicit, omne malum actum haberi prauè actum ex iuris præsumptione, *Gaill. de pac publ. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 13. *Mascard. concl.* 531. *n.* 10. & 13. & *concl.* 214. *n.* 4. & *concl.* 1003. *n.* 62.
94 Quinimò talis dolus dicitur verus, non præsumptus, ita *Sforza Odd. de restit. in integr. par.* 2. *quæst.* 83. *n.* 4. *Surd. dec.* 216. *n.* 14. sequitur *Farin. quæst.* 86. *n.* 71.
95 Secũdò probatur dolus, quia monitus à Confratribus, noluit accomodare, ad id quod tenebatur, & erat monitus, *tex.* est expressus in *l. dolus* 44. *ff. mand. l. si procuratorem* 8. §. *dolo eodem*, *Caphal. cons.* 265. *n.* 8. *Mascard. concl.* 532. *n.* 24. 71. & 81. *Surd. d. dec.* 216. *n.* 1. & 18.
96 Qui dolus in defectu agendi id, quod facere debet, quamuis sit præsumptus, efficitur verus ex præcedẽte monitione, ità *Menoch. præsump.* 3. *n.* 66. *lib.* 5. & *Farin. quæst.* 66. *n.* 92. & 95. Nec de hac monitione facta per Confratres potest dubitari, nam ex actis liquidò constat; nec probatur ad præscriptum moniti accomodasse, nec fuit vsus remedijs oportunis, ad actum monitum euitandum; quapropter euidens probatur dolus, *Bal. cons.* 305. *n.* 4. *lib.* 2. *Mascar. d. concl.* 532. *n.* 42.
97 Tertiò probatur dolus ex mendacio ipsius Carnificis in depositione, de quo in tribus partibus suæ depositionis liquidò constat, nempè negando primò, fuisse monitum à Fratribus, deindè accomodasse fatetur. Secundò, denegat trucidasse pluribus ictibus, sed vnico tantùm post erratum incidisse caput, quando cõuictus est, pluribus ictibus decapitasse, & tandem cultro guctur incidisse. Tertiò, negat fremitum ortum inter gentes de erratu. Quartò, negat lamentationem Confratrũ; negat similiter allocutionem secretã cum parte aduersa. Et in his omnibus conuictus est. Ex quibus replicatis mendacijs, quinimò ex vno ipsorum plenissima doli probatio resultat, *l. si quis affirmauerit l quod venditor, ff.*

Ppp de

de dolo l. falsus, ff. de furtis, Mascar. conclus. 532. *n.* 19. *& seq.* qui alios citat *Farin. quæst.* 89. *n.* 104. qui dicit, do-
98 lum ex mendacio resultantem, dici verum, non præsumptum, *Sard. dec.* 216. *n.* 8. rationem assignat *Menoch.*
99 *lib.* 5. *præsumpt.* 3. *n.* 56. quia mendacium ex sui natura, & genere malum est, ex *D. Tho.* 2. 2. *quæst.* 110. *art.* 1. Et proindè asseuerans mendacium, & negando quod verum est, dolosè facit, & cognoscit, quod id quod negat, & occultat, malum est; si enim ex proposito illud scelus non fecisset, aperta fronte dixisset, se errasse, & quia sic ex errore territus fuit, fassus esset reiterasse ictus ex trepidatione, quia impeditus non fuisset vnico ictu truncare; sed quando reuera non hoc sensu, non hoc timore, non hac trepidatione opus vnico ictu non expleuit, sed ex proposito, & ex
100 dolo reiterauit, negat reiterasse. Veritas enim nuda, & aperta est, nec subterfugijs indiget, & sic variatè respondens, dolosus probatur, *cap. vt nostrum*, §. *omnibus*, ibi: *Circa contrarietatem responsi*, *vt Eccles. benefic. Luc. de Penn. d. l. quemadmodum*, vers. 221. *præsumitur*, *Mascar. d. concl.* 582. *n.* 96.

101 Quartò probatur hic dolus ex euentu, *l. aut*, §. *euentus*, *ff. de pœnis.* Si enim ille iactauit, prout est conuictus, suum esse non errare ab ictu sic modo trucidans, nonnè conuictus est doli? *Bald. in l.* 1. *ad finem*, *C. si quis omiss. caus. testam. Crau. cons.* 182. *n.* 8. quos citat sequendo *Menoch. d. præsumpt.* 3. *n.* 98.

Quintò, insurgit coniectura doli, non iuris; sed hominis, ex qua dolus euidens fit: quia conuictus est se interrogatum, num aliquem ex parte aduersa vidisset, vt illi aliquid lucri daret, respondisse, hucusque se non vidisse quempiam, & proindè minatus est, contra eos velle acriter pro-
102 cedere, ex quibus minis, & effectu, euidentissima venit probatio doli, & præmeditati animi, ità *Gand. in tit. de præsumptionib. in dubit. n.* 23. vbi dicit, per minas præcedentes probari do-
103 lum facti sequentis. Ex qualitate er[illegible] verborũ, animus metitur, *Francisc. [illegible] de indicijs*, *tract.* 7. *cap.* 1. *n.* 1. *&* 2. *Affl. in Constit. Regn. tit. de pacis rubr.* 11. *n.* 7. *Menoch. de arbit. cas.* 361. *n.* 39. *Mascar. concl.* 1507. *n.* 5. *&* 6. *Farinac. quæst.* 50. *n.* 2. *&* 3. Eò magis, quia non sumus in probatione delicti, sed animi.

104 Sexta, succedit doli probatio à solito; quando enim Minister ille à dãnatis pecuniam recepit, non aberrauit ab ictu, vbi secus trucidat. Et ratio est, quia ex modo barbarico trucidandi terrorem incutit, vt indè futuri condemnandi præcaueant diligentijs, & pecunia euitare seuitiam Carnificis; Et ex processu patet, quia vbi sub imagine vestium pecuniam recepit à reis, ab ictu non aberrauit, sed vbi auara manus reorũ fuit, prodigus successit furor Carnificis in trucidando; ex qua dissimilitudine
105 dolus insurgit, per ea quæ tradit
106 *Crauetta consil.* 142. *n.* 18. Sequentia enim, & præcedẽtia, declarant ad inuicem dolum, *cap.* 2. *de renunciat. lib.* 6. *Mascard. concl.* 532. *n.* 116. Accedit hoc casu reiteratio trucidationis eodem tempore tam respectu vnius, cuius caput truncatur, quam respectu alterius, qui suspenditur, contra quem insæuit, opponendo laqueum consumptum, vt ex parua funicula nõ moreretur, sed ex magna penosè suffocaretur.

107 Ex quibus actibus sic vicinis, quo Iure possit excludi dolus? *gloss. in l. dolus C. de rescind. vendit. Crau. consil.* 282. *n.* 8. *Mars. in l.* 1. §. *diuus*, *n.* 39. *ff. ad l. Corn. de Sicar. Tiraq. de pæn. causa* 10. *n.* 6. *Mascard. d. cõclus.* 532. *n.* 118. Quarum omnium probationũ quælibet

libet per se sola sufficit ad probandū dolum, quantò magis omnes iunctæ vt ipsum morte dignum reddant.

Ex quibus non fuisset opus disceptare de receptione pecuniæ à contrario; nam ijs tantùm terminis retētis morte reus erit.

Sed tamen, vt satisfiat palatu insipientium, libet tandem considerare etiam, potiùs augmentatiuè quam præcisè, id quod in priori scripto enunciamus de mandato, & recepta pecunia ab Aduersario, super quo difficultatem faciunt in probatione; quod etiam de eo mandato saltem, si non de pecunia recepta, resultet ple-
108 na probatio, quia quamuis ob sceleris atrocitatem, mandatum non præsumatur, & receptio pecuniæ cū sit facti, necessè est vt constet, ex vulgatis iuribus *cap. eam ad sed. ubi gos. de restit. spoliat.* tamen, cùm in casu nostro non simus in probatione mādati respectu punitionis mādatis, sed ad inducendam probationem doli respectu mādatarij, in quo sufficiunt leuiores coniecturæ, & à DD. quam-
109 uis sit dubitatum, quibus coniecturis mandatū probetur, & per quæ verba inducatur, communiter receptum est ex *Bar.* doctrina *in l. si quis mihi bona, §. sed quis si mandauit, ff. de acq. hered. & in l. si ventri, § eorum ratio n. 20. ff. de priuileg. creditor. & Bald. in l. 2. n. 10. C. de seru. fugitiu.* Quod vbi præcedit secreta allocutio, adest inimicitia inter mandantem, & offensum, & subsequatur incontinenti homicidium, seu effectus mandati; tunc dicatur plenè probatum mandatum, quantò magis dolus, ita vt
110 refert *Bart.* fuisse ex his tribus tamen coniecturis decapitatum quendā Bononiæ. Et quamuis aliqui DD. senserint contrarium, vt notat *Bald. loc. cit.* procedunt vbi deficit vnum ex his tribis requisitis: sed vbi hæc tria concurrunt, plena resultat probatio mandati, sufficiens ad condemnandū pæna ordinaria, ita *Iaf. d. l. 1. n. 13. C. de seru. fugitiu.* qui dicit, hanc sententiam esse mirabilem, & cordi figendam: & ita declarant cum *Bart. Fulg. d. § eorum ratio, n. 1. Ripa n. 4. Felin. in cap. afferte, n. 13. de presumpt. August. ad Angel. de maleficijs, verbo ad Sempronium Redulfi, n. 42.* expressè, dicit, quod tali casu condemnandus est, *Placa in Epitome lib. 1. cap. 14. n. 5.*

Quæ omnia requisita intercessisse, & probata esse in casu nostro, nō est, cur possit dubitari: Siquidem inter Andream Taglialatela, & quondam Antonium Taglialatela damnatum inimicitia erat capitalis, & talis quæ ad mortem ipsum duxit, intercessit allocutio secreta inter dictum Andream, & Carnificem paulò prius, quàm fecisset opus, immediatè successit trucidatio modo prædicto. Roborantur hæc tria requisita à fama exorta statim, & ex verisimili ineuitabili, quia allocutio secreta inter Carnificem, & prædictum Andream paulò ante, cum illis signis sic intrinsecis in processu probatis, scilicet appositionis manus in pectore, super spatula, & apprehensionis manus, ad quæ quęsò possunt applicari? & quid commune erat inter actorem, & Carnificem illo tempore, quando potius tunc Carnifex tractatum habere potuisset cum consanguineis damnati non aduersarij? Et allocutio cum
111 Carnifice infame, infamia iuris nō fit à personis benè natis, & maximè in secreto, & cōmuniter existimatur eius munus infame, vt sentijt *Crossus d. tract. de indit. delict. ex Iur. pub. & priuat. p. 4. cap. 52. n. 6.* Quāuis, quod
112 illi nulla notentur infamia, latè cōprobet *Tasson. in suo lib. vulgariter dicto* Varietà di pensieri, *cap. vlt. in nouissima impressione*, quicquid contra alij sentiant, & præcipuè *Thom. Garzon. in suo lib. vulgariter dicto* la Piazza vniuersale *discorso* 106.

Ppp 2 Nec

Nec insurgere posset coniectura de adducendo iustitiam in Terram Iuliani, vt supponit Pars, quia allocutio fuit secreta paulò ante,& exindè immediatè iustitia fuit exequuta, vt probanr testes in processu. Ex qua sola euidenti coniectura non possit difficultari de mandaro,& dolo Car-
112 nificis; Ex qua allocutione secreta, & verisimili improbabili causa, oritur probatio mandati,etiam quod testes qui viderunt eos sic alloqui, nesciuerint quid inter se alloquuti sit, ità ex *Bart. in d. §. corum, & Blanco in pract. crim. in princ. n.* 134. probat *Mascar. concl. 8. n. 3. qui dicit oriri plenam probationem.*

Ex quibus omnibus,vt vela comprimamus,satis liquet,circumscripta probatione receptæ pecuniæ, quam iure, meritò petijt Fiscus, præd. Antonium morti damnari, quando ab eo læsa est iustitia, nec inultum iussionis contemprum remanere debet, & scelus vindictam sequatur.

His allegationibus per me recitatis in Collaterali Consilio, vbi de mandato Excellentiss. Domini fuit causa relata, sequens fuit prolata sententia,votantibus omnibus Mag. Cur. Vicariæ, binis tamen absentibus Iudicibus, nèpè Domino Vaez, non absque meo ingenri dolore infirmo; & Domino Alegria extra Ciuitatem degète ex causis ei commissis.

Honofrius de Palma Reg. Fisc. Patron. Magn. Cur. Vic.

IN CAVSA

Antonij Sabatini Ministri Iustitiæ M.C.V.

INQVISITI

114 De crudeli, ac dolosa morte inflicta contra præscriptam formam sententiæ latæ per eandem Magn. Cur. aduersus Antonium Taglialatela,illum pluribus ictibus confodiendo,ac trucidando,& contra Nuntium de Fatio, quem dolosè laqueo paruo ex proposito contrito morte protracta iugulauit ordine, & mandato alterius, atque de pluribus extorsionibus, concussionibus, & dolosis exequutionibus patratis in eodem suo ministerio, vt ex actis in Banca Magnif. Battimelli.

Die

Die 23. Menſis Auguſti 1651. Neap.

Facta relatione S. E. in Supremo Regio Collaterali Conſilio per Dom. Iudicem Anellum Portium Cauſæ Commiſſarium.

Per Magn. Cur. Vic. Delegatam prouiſum fuit, & Decretum, quod ſupradictus Antonius Sabatinus, vt ſupra inquiſitus, ducatur ſupra Currum ad Forum Magnum, vt laqueo moriatur in furcis, cuius cadauer deinde diuidatur in fruſtra, eiuſq; Caput, in Crate ferrea incluſum, ponatur in Palatio Magn. Cur. Vic. & ante exequutionem ſententiæ torqueatur tanquam Cadauer ad ſciendum complices. Hoc ſuum

Burgos Reg. Conſil. & Proreg.
Lopez
Confalonus
Boliaga
Miconus

Staibanus Reg. Conſiliarius.
Portius
Zurolus
Angelis
Feliù.

Battimellus Act.

Fabius de Anna Scriba.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Amicus Caesar, amicus Plato, magis amica Veritas.
2 Veritas erubescit abscondi.
3 Grasserius, seu Praefectus Annonae non habet iurisdictionem, nisi circa abundantiam.
4 Praefectus Annonae, etiam quod sit Regens Collateralis, non potest cognoscere de causis extra officium grassae, & n. 21.
5 Rector negotij de iure non habet iurisdictionem extra limites officij.
6 Non est inconueniens, vt diuersi sint Officiales cognoscentes in vnum personam ex diuersis causis.
7 Grasserius non habet iurisdictionem in iure, sed ex priuilegio.
8 Prorogatio iurisdictionis nō fit in Iudicem cognoscentem de certo genere causarum.
9 Iurisdictio ordinaria circa Annonam non est sublata ab ordinario Iudice per constitutionem Grasserij.
10 Limitata concessio, limitatum producit effectum.
11 Porterij Ciuitatis non sunt de corpore officij Grasserij.
13 Apparitores Curiae extra officium cognoscuntur ab ordinario Iudice.
14 Raptores puniuntur à quocumq; Iudice capiente, nec fit remissiō ad locum raptus, vel originis.
15 Porterij Reg.Cam.& Sac.Cons.conueniuntur coram suis Tribunalibus.
16 Apparitores conueniendi sunt coram Iudice, cuius ministerio sunt addicti, intellige, vt n.18.
17 Apparitores dicuntur, qui prestō apparent ad Cur. vel quod alios faciūt apparere.
19 Iudex, qui habet sufficientem iurisdictionem cognoscit de delicto Apparitorum.
20 Iurisdictio, qua residet in Tribunalibus Sacri Regij Consilij, & Regiae Camerae, est ordinaria, & in iure radicata, & habet imperium.
21 Grasserius non habet imperium.
22 Praefectus Annonae, non cognoscit de delictis communibus inter subditos.
23 Ciuitas Neapolitana non habet iurisdictionem, neque imperium absolutè, & simpliciter.
24 Decuriones Rectores Ciuitatis Neapolis, non sunt exempti à iurisdictione M. Curiae.
25 Grasserius non habet iurisdictionem in eius Ministris.
26 Exemplis aliquando iudicamus.
27 In iurisdictionalibus nō datur possessio, siue titulo, & neque cōpetit interdictū interim.
28 Priuilegia non extenduntur, sed vt cantant seruantur.
29 Supernumerarij Apparitores non potiuntur priuilegio fori.
30 Inconuenientia, & absurda notantur, si extenderetur iurisdictio Grasserij.
31 Magna Curia Vicariae est Tribunal ordinarium totius Regni, & Regis vices administrat.
32 Magna Curia Vicaria habet potestatem auocandi causas à quocunq; Iudice, nisi priuatiuè fuerint concessa.
33 Magna Curia Vicariae hodie repraesentat Vicarium Regis, & Locumtenentem Magistri Iustitiarij.
34 Supra Magnam Curiam non est superior, nisi Collaterale cum Prorege, & Sacrum Consilium.

Con-

35 *Conſiliarij ſunt Aſſeſſores* Regis.
36 *Dicuntur partes corporis Principis:*
37 *Sacrum Conſilium reſtrictiorem habet iuriſdictionem, quam M. C.*
38 *Non cognoſcit principaliter de cauſis criminalibus.*
39 *Magna Curia eſt Iudex appellationum totius Regni, & norma aliarum Curiarum.*
40 *Magna Curia iuriſdictio, quamuis hodie ſit diminuta in cognitione cauſarum, potentialiter tamen habet eandem praheminentiam.*
41 *Ordinarius non inhibet, neque mandat a lteri Ordinario non inferiori.*
42 *Conceſſa alteri iuriſdictione, non intelligitur priuatiue ad Ordinarium facta.*
43 *Ex ſpecialibus conceſſionibus generali non derogatur.*
44 *Iudex, qui habet cognitionem priuatiue ad Ordinarium, quando non eſt Delegatus Principis, non poteſt inhibere.*
45 *Ordinarius Iudex dicitur, qui perpetuam habet commiſſam iuriſdictionem.*
46 *Inhibere propriè eſt Superioris, non aequalis, vel inferioris.*
47 *Inhibere quid ſignificet.*
48 *Mandare, & prohibere eſt iuriſdictionis Superioris.*
49 *Graſſerius, etiam Regens, non poteſt inhibire Magn. Cur. ſed petere remiſſionem tenetur.*
50 *Regia Camera hortatur Magn. Cur. non inhibet.*
51 *Hortatoria non inducit preceptum de ſui natura.*
52 *Ex aliena citatione citatus tenetur comparere, & allegare forum.*
53 *Iudex etiam Delegatus cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio,* & n. 60.
54 *Exceptio declinatoria fori etſi ſit notoria, eſt alleganda per modum petitionis.*
55 *Clericus vigore Ritus tenetur comparere perſonaliter, & forum allegare.*
56 *Auditor Exercitus in Regno eſt Delegatus Principis, & habet merum, & mixtum imperium.*
57 *Petit remiſſionem in Magn.Cur. formiter.*
58 *Vbi Iudex eſt exceptione elidibilis habet intentionem fundatam in ſubditum, vt cognoſcat de ſua Iuriſdictione.*
59 *Iuriſdictionis exemptionem pratendens, debet proponere coram Iudice declinando, vt ipſe cognoſcat.*

ARGVMENTVM.

Ad tuendam ordinariam Iuriſdictionem Magn.Cur.Vicariæ aduerſus Regium Præfectum Annonæ huius Fidelisſimæ Ciuitatis Neapolis petentem cognoſcere de delictis communibus ſubditorum extra officium Annonæ, & de Porterijs, ſeu Apparitoribus, alijſq; Officialibus dictæ Ciuitatis.

Nec non prætendentem poſſe inhibere Magnæ Curiæ in cauſis remisſionis, & illam non petere formiter.

PRO

PRO
Regio Fisco
Plura exarantur.

RESPONSVM XXXXVII.

Notam fac mihi Domine viam, in qua ambulem.

Psal. 142.

1 INgenuum sanè, ea Phi-
losopho dignum, il-
lud Aristotelis mihi
visum semper fuit, *A-
micus Socrates, amicus
Plato, magis amica Veritas*: quare cùm
plurimum officio meo, plurimum
Patriæ me debere profitear; nihilo-
minus pro veritate stabo, quæ *Ter-*
2 *tulliano* teste, nihil erubescit, nisi ab-
scondi, vndè constanter asseuero,
quod pro causis Scipionis Battimelli
Adiutantis Porterij Sedilis Portus
huius Fideliss. Ciuitatis, inquisiti de
delictis patratis extra officium, &
grassam, sit prodedendum in Magn.
Cur. Vicariæ, & deneganda remissio
Domino Grasserio, quod probatur
ex infrascriptis.

Primò ex parte Iudicis.

Secundò, respectu causæ.

Tertiò, ratione delicti.

Ex parte Iudicis: quia apud Do-
minum Grasserium non residet iuris-
dictio, nisi circa ea, quæ concernunt
3 abundantiam, ad tradita per *Tasson.
de antephat. vers. 3. obser. 3. à n. 308. ad*
316. sentijt Reg. *Sanfel. in prax. sect.
16. n. 3. & dec. 290. n. 6.* vbi *n.* 7. dicit,
quod non per hoc, quod Grasserius
4 sit Regens Collateralis, potest extra
grassam cognoscere vti Grasserius;
& ratio est euidens, quia de iure Re-
5 ctores alicuius negotij non habent
iurisdictionem, nisi in his, quæ perti-
nent ad illud exercitium, non autem
extra, *Bart: in l. fin. n. 6.* & ibi *Addent.
C. de iurisd. omn. Iud.* Nec est incon-
ueniens, vt in eadem Ciuitate sint
6 diuersi Officiales, qui in eadem per-
sona cognoscant diuersis ex causis,
vt per *Capic. dec. 27. n. 39.* Quæ fortiùs
procedunt in Grasserio, qui à iure
7 non habet iurisdictionem, sed ex pri-
uilegio concesso ad certam causam,
probatur ex *Sanfel. d. dec. 290. n. 5. &
seq.* Vndè si penès eum non apparet
alia concessio iurisdictionis, quam
de concernentibus ad Annonam; nō
potest extendi ad alia delicta, & per-
sonas; Imò neq; posset hoc casu ad-
mitti prorogatio, ad *tex. in l. solemus,
§. latrunculator, ff. de Iudic.* Qui enim
8 habet iurisdictionem ad certam spe-
ciem causarum, non potest cogno-
scere diuersarum specierum causas,
maximè, quia hæc Iurisdictio Gras-
serij est limitata, non solum quoad
personas, sed etiam quoad causas,
Cyn. in l. fin. C. de Iurisdict. omn. Iud. Et
9 eò magis procedit in hac Præfectu-
ra Annonæ, qua ex iuris dispositio-
ne, etiam in causis Annonæ non est
sublata potestas Magn. Cur. Vic. vt
ex *l. 1. C. de off. Praef. Vrb.* probat *Surd.
cons. 56. n. 38.*

Hinc secundò, ex parte causæ nō
potest cognoscere, & spectat cogni-
tio ad Magn. Cur. Vic. quia cùm eius
iurisdictio sit limitata in subditos in
10 negotijs Grassæ, seu Annonæ; limi-
tata concesio limitatum producit
effectum, *vulg. l. in agris, de acquiren.
rer. dominio,* vt specie probat *Reg. Sā-
fel. 3. d dec 290. n. 6.* vers. *Hoc profectò,*
11 certum est, Præfectum Annonæ non
posse, exceptis causis ad annonam

spe-

ſpectantibus ſeſe ingerere Ciuiles, ſiue Criminales ſint, etiam ſi ſint Miniſtri dicti Tribunalis Annonæ; Vndè
12 multò magis dicendum de Porterijs Sedilis, imò de adiutantibus, vt eſt caſus, de quo agitur, qui non ſunt de corpore officij Graſserij, ſed de Ciuitate, Nec poteſt de contrario practica dici, quia vltra quod ſecus eſt, vt teſtatur *Sanfel. d. dec. 290. n. 9. verſ. Et licet prateritis*; Videmus nos in fortioribus terminis practicari, nē-
13 pè, in cauſis Ciuilibus, in quibus Porterij, Electi, & omnes alij etiam Miniſtri Ciuitatis, & Graſserij pro cauſis ciuilibus actiuè, & paſsiuè extra tamen exercitium conueniuntur in Magn. Cur. & Tribunalibus pro rei vendicatione, & alijs cauſis; Et optimè ad hæc omnia idem *Sanfel. d. dec.* in puncto, in qua pariter affert literas Suæ Cathol. Maieſtatis, quibus ſic obſeruari mandatur.

Poſtremò ratione delicti; Inquiri-
14 tur enim hic Scipio de raptu honeſtæ mulieris, quo caſu talis malefactor per quemcumq; Iudicem capi poteſt, etiam ſi Iudex ſuus non ſit, nec in ſuo territorio deliquerit, nec tenetur eum remittere, per *tex. in l. raptores, C. de Epiſcop. & Cleric.* & ibi *Paul. de Caſtr. nu. 7. Thoran tertia par. Inr. Regn. ſect. 3. verb. remiſsiò in crimine raptus fol. mihi* 116. vbi plures deciſiones refert, cui addo *Auiles in cap. Pretorum, cap. 27. num.* 14. Raptor enim non remittitur, ſed cognoſcitur per Iudicem capientem, *Peguer. deciſ. 43. nu. 13. Capibl. tom. 2. cap. 54. nu. 7. & ſeq. & Farinac queſt. 7. nu. 8*; affert, quod Iudex capiens raptorē; punit, licet non ibi delictum commiſerit, neq; domicilium, neq; originem habuerit, & tanquam vagabundus omni priuilegio eſt deſtitutus, & ſi priuilegio ſit munitus, nō ſibi prodeſt, & per quemcumq; capientem cognoſcitur, dummodò conſtet eſſe raptorem.

Nec obſtat, quod mandatum, ſeu litteræ Suæ Catholicę Maieſtatis loquantur de ſubditis delinquētibus, non autem de Miniſtris, & Porterijs dicti Domini Graſserij, qui vti tales coram ipſo ſint conueniendi, & ab
15 ipſo cognoſcendi, exemplo Porteriorum Sac. Reg. Conſil. & Reg. Cameræ Summariæ, ad tradita per *Regentem de Ponte deciſ. 36. Reg. Galeot. reſponſ. Fiſcal. 1. & 2. Reg. Rouit. deciſ. 74. Reg. Sanfel. dec.* 295. & alios, quos conſultò prætereo.
16 Non enim negamus, regulariter apparitores coram alio Iudice non eſſe conueniendos, quàm coram eo, cuius miniſterio addicti ſunt, *l. 2. ff. de offic. Magiſtr. Milit.* Dicuntur enim Apparitores, qui ad Curiæ obſequiū
17 preſtò apparent, *cap. tua, §. fin. de homic. l. 1. de ſportulis*; Vel quod alios in Curia comparere, ſeu apparere faciunt, *Lucas de Penna in l. 1. C. de apparit. Præfect. Vrb. lib. 12.*
18 Hoc tamen intelligendum eſt, data Iuriſdictione in eū Iudicem, cui ſubſunt, vt in puncto aduertit inſignis, & eruditus *Petr. Greg.* omninò videndus *Syntag. iur. par. 3. de action. lib. 47. cap. 40. nu. 24. in fin.* his verbis, *Dummodo Iudex, ſub quo apparitor reus*
19 *verſatur, ſufficientem habet iuriſdictionem cognoſcendi de controuerſo crimine, vel negotia, de quo apparitor interpellatur, non alter*, allegat *tex. in l. fin. de re milit. lib. 12. & l. Magiſteria, C. de iuriſdict. omnium Iudic.*

Vndè corruit aſſumptum de paritate Tribunalium Sac. Reg. Conſilii, & Reg. Cam. Summariæ, quæ etſi habeant limitatam iuriſdictionem, adhuc cognoſcunt de cauſis ſuorum Miniſtrorum, etiam extra munus of-
20 ficij; Quādoquidem iuriſdictio, quæ reſidet penès dicta Tribunalia, eſt radicata in iure, & habent cognitionem omnium criminum de per ſe, & ſi ad certum genus cauſarum, & perſona-

Qqq

sonarum; cognoscunt enim de omnibus causis etiam meri Imperij, quã cognitionem non habet Dominus Grasserius, cùm sit tantum limitata ad certum genus causarum, scilicet concernentium abundantiam, & Grassam tantùm, quæ extensionem
21 non patitur. Nec Dominus Grasserius habet Imperium, vt possit vsque ad mortem mulctare, vndè sequeretur absurdum, quod si reus aliquis veniret astinctus de crimine capitali; tali pæna puniri per eum non posset, cum careat imperio.

Hinc *D. Reg. Sanfel. cit. dec.* 290. Ne-
22 dùm denegandam esse, firmat, dicto Domino Grasserio cognitionem in delictis communibus subditorũ, sed etiam Ministrorum dicti Tribunalis Annonæ, ex authoritate *Antonij Sole de edictis Annonę glos. vlt. n. 9. fol. mihi* 759.

Eò vel maximè, cùm isti non dicantur Porterij, neq; Ministri Domini Grasserij, sed Ministri, & Porterij
23 Ciuitatis, & Sedilium, & Ciuitas nõ habet Iurisdictionem, & maximè imperiũ, quod est in criminalibus causis, ad *tex. in l.* 1. ibi, *Non tamen duũ viris, ff. si quis iusdic. non obtemper.*

Et sicut Domini Electi moderato-
24 res huius Fideliss. Ciuitatis, quibus dicti Porterij subsunt, & à quibus creantur, & eliguntur, hoc fori priuilegio non potiuntur, ad *tex. in l. Curiales* 47. vbi *Bar. C. de decur. lib.* 10. vbi habetur, quod dignitas addita Curiali, nõ eximit eum à iurisdictione sui Iudicis, ita nec Porterij, alijq; Ministri eam prętendere possunt, argumento sumpto à maioritate rationis, *auth. multo magis, C. de sacros. Eccles.*

Cæterum, vt cesset omnis difficultas, animaduerto, quod Tribunal
25 Domini Grasserij nullam penitùs iurisdictionem habet in eius Apparitores, & Officiales, prout constat per *cap. Prin. Neap.* 54. *fol. mihi* 46. vbi enumerantur certa, & determinata Tribunalia, quibus data est iurisdictio respectu apparitorum, inter quę tale Tribunal Regij Grasserij minimè enumeratur, quę Tribunalia sunt Sacri Regij Consilij, Regiæ Cameræ Summariæ, Magn. Cur. Vicarię, Cur. Admiratiæ, & Cur. Reg. Siclæ; Vndè amplius dubitandum non est.

Nec iuuant exempla adducta,
26 quia vltra quod illa, quæ sunt in actis, non concludunt; siquidem sunt inhibitiones factæ à Grasserio, non auditis partibus, nec de eorum exequutione constat; adhuc neque obstarent; tùm quia in contrarium adsunt alia exempla innumera, & sic practicata refert *Reg. Sanfel. dec.* 190. *sub n.* 7. *vers. & licet prateritis.*

Tùm etiam, quod & si adessent
27 alia exempla, non valent: quia cùm simus in iurisdictionalibus, in quibus iuris resistentia est, vt nõ possint possideri sine titulo, & concessione, solitum non iuuat, neq; quæritur etiam simplex possessio, cùm de concessione non appareat; ita vt taliter possidenti, neq; interdictum interim competat, vt latè deducit *Reg. Sanfel. dec.* 340. *n.* 43. *ad* 78. vndè cùm non appareat concessa talis iurisdictio Præfecto Annonæ, imò cum illa ei tributa sit ex priuilegio particulari, nõ
28 valet fieri extensio, quia Priuilegia valent, vt sonant, vt cantant, ad tradita per *Capyc. dec.* 77. *& per Sanfel. d. loc.*

29 Postremò illud addiderim, quod peculiariter ad personã dicti inquisiti pertinet (quæ fuit petra scandali) Hic enim eum nõ sit ordinarius Porterius, sed supernumerarius, quem vulgò appellant *Agintãte*, obstat *tex. formalis in l. eos qui, C. de Apparitoribus Magistr. Milit. lib.* 12. ex quo supernumerarius non gaudet priuilegio fori, vbi *Io. de Platea* dicit, legem

præ-

prædictam eſſe expreſſam contra il-
los, qui ponuntur vltra numerum in
Concilio Ciuitatis, vel alio Colle-
gio,vt non intelligantur de ipſo Cõ-
cilio, ſeu Collegio Ciuitatis, nec
aliquod priuilegium conſequantur,
& *n.*2. ſubdit:

*Et ſic nota, quod Officiales conue-
niuntur ſub Iudice, ſub quo mili-
tant tam in ciuili, quàm in crimi-
nali, niſi ſint extra numerum, vel
ſupernumerarij, quia tunc poſſunt
conueniri coram Præſide, & alijs
maioribus iuriſdictionem habenti-
bus, in quorum iuriſdictione con-
trahunt, vel delinquunt; Si autem
ſit de minoribus Iudicibus, qui
non habent iuriſdictionem, tunc
delinquentem remittit ad exa-
men maioris Iudicis puniendum*;
ex quo apparet,quod quam iuſtè hic
inquiſitus detinebatur per Magn.
Cur. Vicariæ, & quam iuſtiſſimè ſit
eidem reſtituendus.

Nec omittam pernicioſi etiam, &
peſſimi exempli rem eſse, ſi liceat
30 Iudices vnicuiq; arti, & profeſſioni
ſpecialiter cognoſcere de eis.Omnes
enim artifices, etiam ſi quid artis
ſuæ cauſa promiſerint,aut contraxe-
rint, aut ſi in exoluando artificii ſui
pretio, æſtimari quidpiam oportue-
rit;illicò dicent, ex ſuo Collegio eli-
gendos eſse, qui tales controuerſias
componant, & definiant.Quin & ip-
ſi Nobiles, tum facta,tum etiam diſ-
ſidia ſua à Viris Nobilibus iudicari
poſtulabunt; quare tollendæ eſſent
deinceps, & reijciendę omnes iuriſ-
dictiones Regiæ, nec non & ordina-
ria iuriſdictio Magn. Cur. Vicariæ
remoueri oporteret,ſi non alios,quam
eiuſdem ordinis Iudices eligi, & cõ-
ſtitui videatur.

Et maiori abſurdo nititur aliud
ſuppoſitum eiuſdem Graſſerij, velle
poſse inhibere Magnam Curiam Vi-
cariæ in caſu quo eſset concedenda
31 remiſsio carcerati, quandoquidem
Magn. Curiæ Tribunal ordinarium
totius Regni omnium cauſarum iu-
riſdictionem habet, & Regis vice
adminiſtrat, ita vt vicària Regis di-
catur, ad *tex.in* §. *hęc autem*,*cap.*1. *vt
iudic. ſine quoq; ſuffrag. Conſtit. Reg.*
32 *Magiſter Iuſtitiarius*; Cuius cogni-
tio, & iurisdictio adeò eſt ampla,
vt poteſtatem habeat auocandi cau-
ſas ad ſe à quocunq; Iudice, taliter,
quod ſi conſtituarut in aliquo nego-
tio, vel arte particularis Iudex, niſi
expreſsè priuatiuè concedatur, non
ceſſat iuriſdictio ipſius Magnæ Cu-
rię,§.*quod verò*,*ante nu. vt omnes Pro-
uincię*, *Apont.conſ.*48.*nu.*5.*vol.*2. *facit
tex.in l.*1.*C.de offic. Præf.vrb. l.fin. C.
de iuriſd.omn.iud. Menochius lib.*2.
*præſumpt.*18. *Grat. diſcept.forenſ.cap.*
154.*&* 270.*Taſſon de Anteph.* verſ.
tertio, *obſeruat.*3.*nu.*202.*&* 295. qui
33 *num.*203. dicit,hodie hoc Tribunal
repræſentare Locumtenentem Ma-
giſtri Iuſtitiarij,&Vicarij Regis,ideſt
Proregis,vt ex *Frecc.*deducit,&*Ca-
34 rau.rit.*1. Quàpropter ſupra Magnã
Curiã non eſt ſuperior, niſi Rex,vel
Prorex ex Iuris tramite, & Collate-
36 rale Regis,ac Sacrum Cõſilium, qui
faciunt vnum corpus cum Rege; sũt
enim Conſiliarij Aſſeſſores Regis,vt
ex *l.*3.*cum gloſ. C.de aſſeſſor.* probat
*Regens Tapp.tit.de offic.Sac.Reg.Con-
36 ſilij*, *num.*2. & dicuntur partes cor-
poris Principis, qui eſt caput, à quo
fluunt iuriſdictiones, §.*filius famil.
inſtit.quibus mod.ius patr. poteſt. ſolu.
l.quis quis*, *C.ad l.Iul.Maieſt.Boer.de
author.Mag.Conſilij*,*nu.*129. *Taſson.
d.nu.*65. *& ſeq.*

37 Quod tamen Sacrum Conſilium
quamuis maiorem habeat, & ſupe-
riorem iuriſdictionem Magnę Cu-
rię, tamen reſtrictior eſt, ſiquidem

Magna Curia cognoscit in causas omnes cuiuscumq; generis, Sacrum Consiliũ verò in criminalibus prin-
38 cipaliter non cognoscit,sed tantùm in gradu appellationis, *Francus decis. 601. nu. 5. Tasson. d. loco nu. 62.* qui allegat *Gaill, obseruat. prima, nu. 28. lib. primo.*

Nec potest dubitari à iure, Mag. Cur. habere vniuersalem, & omnimodam iurisdictionem, prout ipsemet Rex, vt in *Constitut. Statuimus*, vbi Imperator Federicus dicit, Magnam Curiam cum Rege commorare, de cuius amplissima iurisdictione latè *Marc. Anton. Surgent. de Neapol.*
39 *Illustr. lib. 1. cap. 7. num. 15.* Et illa est Iudex omnium appellationum Regni, & ab ea non appellatur, nisi ad Sacrum Cõsilium, & ipsa est norma omnium causarum *Constitutio Regni Magnę Curię nostrę*, quo loci habetur, quod ipsa cognoscit etiam de appellationibus ad Principẽ factis, *& ritu 52. & 56.*

Et quamuis hodie eius iurisdictio in exercitio sit diuisa, & diminuta,
40 quia feudales causæ cognoscuntur à Regia Camera, & multæ aliæ causæ sint tributæ diuersis Tribunalibus, non per hoc illa preheminentia, & potentialis iurisdictio, quæ intrinsecè residet in Magna Cur. vt sic, est quoquo modo diminuta, nã à iure, & si sit abdicata cognitio causæ, non tamen erit inferior iurisdictione, & subiacebit illi Iudici, cui tributa est illa iurisdictio separata: Siquidem sublata à Iudice ordinario iurisdictionis parte, seù causa, & tributa al-
41 teri, non constituitur ille, & si sit Iudex ordinarius in ea specie, qui nihil potest mandare, vel inhibere alteri ordinario, *Bald.* notanter ex *Innocentio in cap. cum contingat, nu. 17. de rescriptis.*

Eò magis, quia non est per hanc
42 specificam cognitionem, & distractam iurisdictionem derogatum iurisdictioni ordinarię Magnæ Curiæ, valet causas alteri delegatas, vel commissas præoccupare, & suam exercere iurisdictionem, donec fuerit petita remissio, *l. 1. ff. de offic. Consul. Carauit. rit. 295. nu. 18. Gram. vot. 28. nu. 6. & consil. crim. 6. in fine.* Ex specialibus enim concessionibus nõ
43 derogatur generali iurisdictioni, *Din. in cap. generi, de regul. iur. in 6. Giurba cons. 59. DD. in cap. prudentium, de offic. deleg.* Et sic Iudex, cui concessa est illa iurisdictio abdicata à Magna Curia ordinario Iudice, & si possit cognoscere priuatiuè ad eã, non potest inhibere, sed tenetur pe-
44 tere remissionem; siquidem ille non dicitur delegatus à Principe, qui valet mandare pro actis, sed ordina-
45 rius ad illud genus tali Iudici perpetuò commissum, *l. 1. C. de iurisd. omnium Iudic. l. 1.* vbi *glos. verbo specialiter, C. nè liceat potentioribus. Bald. in l. Iudice, num. 9. C. de iudic. Carauit. rit. 195. nu. 24. Menoch. præsumpt. 16. lib. 8. num. 2.* Vndè si est ordinarius, non potest inhibere, quia inhibere
46 est tantum superioris, non æqualis, vel inferioris iurisdictionis, *Bal. in l. 1 in fin. C. quomodo, & quando Iudex, Marf. singul. 490. incip. mos Iudicum, Afflict. decis. 30. nu. 3. Sesse de inhibit. cap. 8. §. 3. num. 31.*
47 Et ratio est, quia inhibere est mandare, & prohibere, *cap. Romana, §. si verò, & sequenti, de appellat. Mandos. in tractat. de appellat. de inhibit. quæst. 8. & 1. Lancellot. de attent. quæst. 20.* Mandare autem, & prohibere est
48 iurisdictionis superioris, non autem paris, vel inferioris potentiæ, ex *tex. in l. 3. in fine, & l. Magistratus, vbi glos. verbo imperio, ff. de arbitris, Sesse d. c. 8. §. 4. n. 30.*

Nec quia Grasserius esset Regens
49 Cancellariæ posset inhibere pro cõcernentibus ad officium Grasserij, quia

qnia respectu officij Grafferij non est supra Magnam Curiam, & officium Regentis nil commune habet cum illo Grafferij, & ex separatis non fit illatio, nec vna iurisdictio alteri communicatur, vt rectè aduertit *Reg. Sanfelic. decis. 90. num. 7.* qui *nu. 9.* specificè probat, Praefectum Annonae non posse inhibere, sed tenetur requirere Magnę Curię, & petere remissionem pro causis ad eius Tribunal spectantibus, prout & Romae practicatum testatur, ex vi *Constit. Gregor. XIII.* incipiente. *Inter caeteras*, quę est 13. in ordine. Et in specie, quod hi, qui habent aequalē iurisdictionem, etiam quod sint Iudices, qui possent cognoscere de appellationibus, non possunt decernere literas compulsoriales, neque inhibitoriales, probat *Henric. Boer. de iurisd. c. 3. n. 76. & 77.*

Nec obstat, quod inde in eodem *decisione Sanfelicij*, referatur Consultatio Regiae Iunctae, posse Grasseriū inhibere, quia vltra quod illa consultatio processit sine causae cognitione, habet contra se literis Suae Maiestatis datas *11.* Iulij 1640. quae in specie prohibet, posse Grasserium inhibere Magnae Curiae, ex quibus satis sopita dicitur quaestio potius interuersa opinione, quam ratione: Siquidem nullo iure probari potest, quod possit ipse Grasserius Iudex sine imperio, sed solum cum simplici
50 iurisdictione inhibere Mag. Curiae Tribunali supremo ordinario, & Vicario Principis, quando, & Regia Camera, quae est Tribunal coequalis potentiae in imperio, & supremum Collegiatum neque inhibet Magnę
51 Curiae, sed hortatur, cuius *hortamur* verbum de sui natura non inducit praeceptum, *cap. precipitur 14. q. 1.* aduertit *Sesse de inhibit. cap. 8. S. 4. n. 37.* quo loci dicit, nullum aliud modestius, & vrbanius excogitari potest verbo *hortamur*, & ad huc Reg. Cam. nō ambigitur, maioris esse iurisdictionis Grassetio.

Roborantur literae suae Maiestatis ab irrefragabili iuris dispositione, nempè, *tex. si quis ex aliena, de iudic. l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit, c. cùm parati, de appellat. cap. veniens,*
52 *iuncta glos. in fine, de accusat. c. cùm personę de priuil. in 6. Caran. rit. 230. n. 3.* quibus locis probatur, quod ex aliena iurisdictione citatus tenetur comparere coram Iudice citante, & forum suum allegare, & remissionē
53 petere; Siquidem ad Iudicem citantem, seù praeuenientem in informatione, spectat cognoscere, & pronūciare, an sua sit iurisdictio, *cap. super literis, de rescript.* quę eò magis pro-
53 cedunt in ordinario Iudice, & maiori, qui fundatam habet intentionē super omnibus subditis, & causis, vt
54 est Mag. Cur. quamuis elidibilis sit eius iurisdictio per oppositam declinatoriam exceptionem, & ab ea sit abdicata pars iurisdictionis, *Castr. cons. 431. aliàs 481. n. 6. lib. 1.* quę adeò procedunt, vt etiam, quod exceptio declinans forum sit notoria, & non sit probanda, est tamen per modum petitionis alleganda coram Iudice, à quo, *Glos. in clem. appellanti de appellat. Imol. in l. quidem consulebat, nu. 23. ff. de re iudic. Felin. in cap. cùm ordinem, num. 8. vers. in contrarium, de rescript. Alex. in l. 2. n. 14. ff. si quis ius voca. non ier. Caran. rit. 23. n. 8.*

55 Et in Regno, maximè in Magna Curia, adeò hęc vigent, vt etiam Clericus, vigore ritus citatus, tenetur comparere personaliter, & eius fo-
56 rum allegare *Caran. rit. 235. n. 4.* prout etiam quotidiè practicatur cū Regio Generali Auditore exercitus qui maioris est authoritatis Grasserio, cùm sit delegatus Principis, & habeat merum, & mixtum Imperiū respectu militum, ad *text. in l. fin. C. de*

C. de offic.milit.iud. & l.fin. de re mi-
57 *lit.12.* & tamen quotidiè pro suis subditis formiter petit remissionem in Magna Curia, quanto magis dicendum est respectu Grafferij, cuius iurisdictio est inferior magnę Curię, & vbi subditos ratione causæ sibi subiectę prętendit cognoscere,
58 quę est præuenta à magna Curia, non omninò incompetenti, sed exceptione elidibili tenetur comparere, & docere de iuribus suis coram Iudice ordinario, qui habet intētionem fundatam in subditum, & causam, ad tradita per *Castrens.cons.56. lib.2.in fin.* per *glos.in clem.2. verb. competenti, vt lite penden. Rouit. super Pragm.2. de iurisdictio. ad inuic.non turb. n.33.*

Expeditum namque est in iure,
59 quod quando opponitur, vel prætenditur, iurisdictionem non esse penès Iudicem citantem, & contradicitur iurisdictioni ipsius, ipsemet Iudex cognoscere debet, si sua sit iurisdictio, *d.l.si quis altera, Gaill.pract. lib.1. obseruat.34. nu.1. Decian.tract. crim.lib.4.tit.18.n.9.* Quæ conclusio
60 procedit non modo in Ordinario, sed etiam in Delegato, *Corset.singul. verb.iuditio*; Siquidem semper quod opponitur, suā non esse iurisdictionē, cognoscit Iudex aduersus quem opponitur, etiam quod nullam dicatur habere iurisdictionem, *cap. praescriptione, C.si contra ius,vel vtil. cap.ex parte Decani, de rescriptis, vbi Panormit.n.5. Imol.n.2. Felin.d.cap. super litteris,n.21.in fin.Alex.* qui rationem assignat in *l.1.nu.4.C.de procur.Dec.in l.1.nu.69.ad fin.ff.de offic. eius.*

Ex quibus satis liquet, quam iure meritò institit Fiscus decerni, non modo non competere remissionem Præfecto Annonæ de causis extra officium, sed etiam non posse prædictum Annonæ Præfectum inhibere Magnam Curiam, at vbi casus esset remissione dignus, teneri comparere formiter, & petere remissionem, super cuius iurisdictionis fundamento cognoscere debet ipsa Magna Curia, prout sperat ex his paucis ob temporis angustiam productis Sapientissimos Regij Collateralis Consilij decidere.

Quibus prępones Fiscus pro coronide omnium rationum præscriptum nostri Regis sub datis literis Madrid. 11. Iulij 1640. pro cuius executione, & obseruantia instat.

Honofrius de Palma Reg. Fisci Patron. M. C. V.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Delicta morte delinquentis extinguuntur unà cum pena, ita vt nequidem heredes inquietari queant.*

2 *Mors omnia soluit.*

3 *Sententia lata contra Reum viuentē, postea etiam quòad penā exequi contra eius heredes.*

4 *Lis si contestata fuerit cum defuncto, heres pro pena potest molestari.*

5 *Heres tenetur ex quasi contractu, ad id quod defunctus veniret condemnandus ex quasi contractu.*

6 *Pena si principaliter debetur, transit ad heredes lite cum defuncto contestata.*

7 *Principaliter si agitur ad penam pecuniariam, & corporalem, mixtim, non in consequentiam, transit ad heredes.*

8 *Publicatio bonorum non transit contra heredes, quia debetur in consequentiam.*

9 *Statutum loquens per verbum* Cum, vel, & vt, *differt si loquitur per verbum*, Per.

10 *Pena si debetur per statutum statim commisso delicto, non requiritur contestatio litis, ad hoc, vt transeat ad heredes.*

11 *Contumacia rei succedit loco contestationis litis, ad hoc vt pena exequatur contra heredem.*

12 *Contumacia declarata nulla, pena ex ea non debetur.*

13 *Statuti verba sunt strictè intelligenda, prout sonant.*

14 *Contumax is dicitur, qui literis vocatus, præsentiam sui facere desinit.*

15 *Contumacia ficta sufficit ad interpositionem decreti.*

16 *Decretum contumacia operatur, vt pena contra heredem possit exequi.*

17 *Contumacia quando præiudicat heredi, quoad penam.*

18 *Contumax in non parendo, statim efficitur reus pena.*

19 *Sententia facta per legem transit cōtra heredes.*

20 *Declaratio actus etiam contra heredē fieri potest.*

21 *Statutum applicans penam statim commisso delicto, habet vim late sētētię.*

22 *Contumacia nulla declarata, resoluta censentur omnia, qua ex ea dependent.*

23 *Penę debitę ex contumacia illa, sublata resoluuntur, secus si debeatur per contumaciam.*

24 *Contumacię sublata, non resoluitur sētētia penę, quę ex probationibus precedentibus fertur.*

25 *Statutum potest efficere, quod testibus non repetitis fides adhibeantur.*

26 *Pena vbi infligitur per statutum, non est opus, quod testes sint repetiti.*

27 *Causa condemnationis, non contumacia attenditur ad exactionem pena.*

28 *Contumacia cessante, cessat pena successiua, non momentanea.*

29 *Statutum, etsi durum, est seruandum, prout cantat.*

30 *Statutum, quod exorbitat à iure communi, non potest interpretari secundum ius commune.*

31 Fachineus *loco indicato expenditur, & enucleatur.*

Argu-

ARGVMENTVM.

Datur intellectus ad Pragmaticam mandãtem teneri ad pænam delinquentes statim commissa contumacia, vt procedat etiamsi contumacia nulla sit declarata, ad quod probandum quamplura ingeniosè congerit *Author*, quodq; sententia contumacialis afficit etiam hæredes quoad solutionem pęnę pecuniariæ eruditè pertractatur.

PRO

Regio Fisco.

CONTRA

Hæredes quon. Io. Dominici Schipani.

RESPONSVM XXXXVIII.

TYrones, qui medullitus non introspiciunt Iura, & rationes, facillimè ex generalibus regulis ad errata prolabuntur, hinc illis omnia plana videntur, & petunt instanter, quæ deneganda veniunt quod quidem accidit in iuribus allegatis pro Io. Dominico Schipano, qui facili negotio resoluuntur.

Et quidem tota rationum vis super morte damnati ad pœnam constituitur; est enim regula, quod deli-
1 cta morte delinquentium vna cum
pæna extinguuntur, ita vt ab hæredibus nullatenus pæna possit exigi, ex vulgato axiomate, *Mors omnia soluit*, ita *Martianus I.Consf. in l. defuncto, ff. de publ. iudic. l. 1. cum seq. C. si reus, vel accus. mort. fuer. l. 1. C. ne ex delict. defunct. Sebast. Medic.* qui tra-
2 ctatum confecit, *Mors omnia soluit, p. 2. conclus. 2. n. 5. & seq.* vers. *Item iudicium morte, & concl. 32. n. 86.*

Verùm in casu nostro regula pa-
3 titur restrictiones: Et prima erit, vbi
sententia lata fuerit contra reum viuentem: quia tunc & pæna pecuniaria, & bonorum publicatio in hæredes transit, etiam quando lis conte-
4 stata est cum defuncto; ita *Modestinus* dixit *in l. ex Iudiciorum, ff. de accus.* vbi communiter omnes, *Bossius in tit. quando proced. per acc. in delict. n. 30. Sebast. Medic. d. tract. Mors omnia soluit, p. 2. conclus. 32. n. 86. in fin.* Rationes assignant DD. quia ex condē-
5 natione, vel contestatione litis hæ-
res tenetur ex quasi contractu, ita *Bart. in l. defuncto, ff. quibus iudiciis, & in extrau. qui sint rebell.* verb. Rebellando, *Gomes. de delictis, cap. 1. n. 82.*

Maximè procedit, si pæna non debeatur in consequentiam delicti,
6 sed principaliter, prout est hæc pæ-
na duc. mille ex vi Pragmaticæ, quia hæc adeò transit post sententiam, vt neque si appellatum fuerit, retardetur exactio, *l. 3.* vbi DD. communiter, *C. si pendente appell. mors interu. l. fin. C. si reus, vel accus. mort. fuer. glos. in d. l. ex iudiciorum, ff. de accus. Gomes. d. cap. 1. n. 83.*

Imò docuit *Alban. cons. 90. n. 1.* quod

7 quod vbi in crimine agitur principa-
liter ad pœnam corporalem,& pecu-
niariam mixtim, non in consequen-
tiam, vt est casus noster, in quo per
Pragmaticam imponitur pęna duc.
mille cum corporali, tunc non extin-
guitur per mortem rei pœna pecu-
niaria, quæ vigore Decreti, vel sta-
tuti applicatur; sed transit ad hære-
des: sequitur *Vasques contrau. illustr.*
cap. 96. n. 17. & 18. Et ratio est à DD.
considerata: quia ministerio Iudicis,
vel statuti pœna pecuniaria imponi-
tur à corporali distinctè, vndè plura
sunt capita, ex *l. etiam 30. §. 1. ff. de mi-*
nor. vbi notantur. Et propterea licet
pars sententiæ, vel statuti extingua-
tur respectu pœnæ corporalis, rema-
net tamen respectu pecuniariæ, quæ
afficit heredes; quod secus esset si
8 pœna pecuniaria principaliter non
daretur, sed in consequentiam, prout
esset publicatio bonorum, ità *August.*
ad Angel. verb. *Præsente Caio, & appel-*
lante n. 35. circa med. Vbi notat diffe-
9 rentiam in statuto loquente per ver-
bum, cum, vel &, vt si dicat cum pęna
ducatorum, vel publicationis bono-
rum, non transeat, si verò per, & pœ-
nam ducatorum, transeat, *Clar. quæst.*
94. n. 7. Peregr. de Iur. Fisc. lib. 4. tit. 5.
n. 38. & 40.
Vnde si hoc casu nostro iam fuit prolatũ
decretum viuente reo, in quo prin-
cipaliter fuit ille damnatus ad pęnã;
& cęptum exequi, & vigore statuti
applicata est illa pœna fisco ex tunc
delicto commisso; nescio quo Iure
possit nunc dici, nõ transire exactio-
nem ad hæredes?
Quinimò stante d. Pragmatica,
10 quæ imponit pęnam duc. mille ipso
iure patrato delicto, & illam ex tunc
applicatam dicit fisco; non requiritur
nec contestatio litis, neq; decretum,
vel declaratio, vt de communi te-
statur *Bonacozza comm. opin.* verb. *Pe-*
na delictor. regulariter, & verb. *Pena*
ipso iure imponitur, Bursatus cons. 77.
n. 25. Emanuel. Suarez recep. sent. verb.
Pena quę ipso iure. Cuius transmissio-
nis vis adeò viget: vt etiam lite
non contestata, & vbi subterfugiat
reus, litem contestari, procedat, *ex l.*
si eum. §. qui iniuriam, ff. si quis caution.
Vasquez. controu. Illustr. cap. 96. n. 25.
vers. *Quarta principalis limitatio, lib.*
3. Et proindè aduersus talis inobe-
dientis heredem datur exactio, etiam
quod stat exactio ex primo decreto,
quod est reuocabile, probat *Petr.*
Duennius reg. 137. fallent. Illa enim
11 contumacia succedit loco litis con-
testationis, *Eugen. cons. 21. n. 23. lib. 1.*
Nec officit id quod afferit pars ad-
12 uersa, quod contumacia sit nulla
declarata, & propterea cum vigore
contumacię debeatur pęna, illa ces-
sante, cessat illius transmissio ad he-
redes: siquidem respondetur, quod
hoc casu non debetur pęna vigore
contumaciæ, sed ratione delicti vt
Pragmatica disponit: sed exactio fit
post contumaciam, quę contracta su-
mitur vt sic, non vt valida sit cen-
senda: quia statutum dicit deberi pę-
nam ex tunc patrati delicti, & sic ip-
so iure post illud, cuius tamen exa-
ctionem distulit post contractam, nec
dicit, *post validam contractam contu-*
maciam. Ità vt statim ac delictum
constat esse patratum, prout est in
casu presenti, pœna sit commissa, &
sequuta indè contumacia, idest rei
non comparitione, fit exactio; Verba
13 enim statuti sunt propriè intelligen-
da, prout sonant, non prout pars ad-
dit *legitimè contractam*, quia de hoc
verbo *legitimè* nil dixit Pragmatica;
sed solùm dixit, *la quale s' intenda*
applicata al Fisco statim dopò commesso
il delitto, e possa esigersi dopò che sarà il
delinquente contumace. Li enim *contu-*
14 *mace*, nil aliud designat, quàm eum,
qui literis vocatus, pręsentiam sui fa-
cere desinit, *l. contumacia 53. §. contu-*

max est, ff. de re iud. l. absentem, §. aduersus, ff. de pœnis, l. 7. & 8. C. quomodo, & quando Iudex. Et propterea statim, ac ille citatus non comparuit, pœna potest exigi: etsi perseuerante in cōtumacia moriatur, ad hæredes pœna transit; eò magis quia iam fuit cœptum exequi; imò fuit exequutum: quò casu non valet dicere, illum non habuisse notitiam vocationes, seu ci-
15 tationes, quia ficta contumacia sufficit ad interpositionem decreti, *l. 4. §. prætor, & ibi glos. & DD. ff. de damn. infect. glos. singularis in l. sacimus, verb. Per contumaciam, ff. ad Senatusconf.*
16 *Trebell.* Ex hac modo inobedientia, & decreto indè sequuto, per quod mandatur exequi pro pœna Fisco applicata, non est cur possit dubitari, actionem contra heredem transfundi, vt in puncto decisum refert *Osasc. dec. 106. n. 2. & 3.* & *Flamin. Carthar. de exequut. sent. capto bandito cap. 1. n. 335. & Franc. Turzan. quæst. 12.* dicit,
17 quod tunc ex contumacia non oritur præiudicium heredi, quando illa stat in puris terminis fictæ confessionis; sed quando transit in decretum condemnationis legis irrogantis pœnam ipso iure; prout est hic noster casus Pragmaticæ, tunc ad hæredes transit, *Farin. q. 10. n. 58. circa med. & n. 69.* illud enim decretum applicando pœnā nil aliud facit, nisi quod declarat ex delicto deberi; siquidem non ex contumacia debetur, sed ex delicto iam probato ex actis; nam vt Pragmatica voluit statim commisso delicto deberi pœnam, subdit exigi contracta contumacia; & sic contumacia non est causa efficiens pœnæ debitæ, sed pœnę exigendę; quia delictum ipso tunc patratum, est causa effectiua pœnæ: ex cuius exortu, viuente reo transfunditur actio in heredem, & bona rei; & ex contumacia aperta est tantum via ad exactionem, non autem ad debitum, & sic
18 quoq; modo ille contumax sit in nō parendo, & se presentando coram Iudice; fit exactio, non acquisitio, quę iam per delictum est facta, & transeunt iura acquisita ad heredes, & contra hæredes, & parum curandum est, si legitimè, vel nè sit ille contumax, cùm non contumacia sit causa, sed effectus; siquidem explorati iuris est, quod etiam si ille non sit contumax, vel contumaciam purgauerit, adhuc pęna debetur ex delicto: & paria sunt ad casum non adesse contumaciam, & adesse, sed nullum, quando etiam, quod reus nō sit contumax, pęna delicti debetur vbi delictum est probatum: & Pragmatica per contumaciam voluit solum anticipare exactionem, non autem dare, vel non dare pęnam.

Et adeò est potens hęc impositio pęnæ per statutum ex tunc commissi delicti, vt non requiratur decretū, vel sententia, ex quo sententia est
19 facta per legem, seù Pragmaticam, & transit contra heredes, vt *Bossius tit. de sententia, n. 46. & 47.* Et decretum, quod fuit interpositum post contumaciam, non est respectu pęnę iam acquisitę, & incursę, sed re-
20 spectu exactionis; quę declaratio etiā mortuo reo fieri potuisset, quando non esset facta, vt idem *Bossius sensit dicto loco, Gabriel lib. 7. conclus. 35. nu. 16. Carthar. de exequut. sententia capto Bandito, cap. 1. n. 356. Peregr. de iur. fisc. tit. 5. lib. 4. num. 12. ad 16.*
21 Nec dubitari potest, quod verba Pragmaticę, dicendo, *S'intenda applicata statim commisso delicto,* habeant vim latę sententię, ad tradita per *Tiraq. de reuoc. donat. glos. reuert. n. 26. glos. in l. in Criminali super verba habeatur, ibi, nō enim dicit mulctatus sit.* & ibi *Bald. C. de iurisdict. omn. Iudic. Peregr. de iur. fisc. tit. 5. n. 7. lib. 4.*

Neque illa regula adducta per
22 partem valet hoc casu, nempè, quod

re-

resoluta contumacia per nullitates, censeantur, quoque resoluta omnia, quę ex contumacia pendent, *ex l. 1. §. si frater, vers. & si quidem per contumaciam, ff. de coll bonor. & cap. ex literis*, vbi *Felin. & alij de const.* siquidem illa procederent vbi contumacia esset causa pęnę; secus vbi illa esset medium non causa, nam quando illa non est causa efficiens, non tollitur pęna, sublata contumacia, vt in specie, *Clar. §. fin. q. 44. sub n. 5.* considerat; quod quamuis per comparitionem contumacis tollatur cõtumacia, & omnia ea, quę ex illa pẽdent; non tamen cessat pęna, quę ex delicto pendet, & fortiùs, si sit incorporata: diuerso, namq; iure censentur pęnę, quę oriuntur ex cõtumacia, quam per contumaciam; siquidem
23 pęnæ, quę veniunt à cõtumacia tolluntur sublata contumacia; sed quę veniunt per contumaciam, remanẽt etiam sublata contumacia, nam ad pęnam prouenientem ex delicto nõ operatur contumacia. & sic Pragmatica dando pęnam non ad contumaciam, sed ad delictum oculos posuit, & contumacia qualis, qualis sit operatur, vt exigatur pęna, & taliter, quod sufficiat semiplena probatio delicti, vt pęna acquiratur fisco; nam vigore statuti fertur sententia pęnæ contra absentem; non propter contumaciam, sed propter delictum: Et dicitur hoc casu ferre sententiam diffinitiuam, *Natt. cons. 542. nu. 6.* qua
24 sententia lata statutum, sublata contumacia, non est sublata sententia pęnæ, quę ex probationibus pręcedentibus fertur, non ex contumacia, *Farinac. q. 11. n. 97.* vbi aduertit non obstate illud, quod dicitur per partem, quod testes Curiæ non plenè probent, quia non repetiti; nam probat *Ioseph. Ludouic.* quod sufficiat, quod statutum, vel Iudex illis fidem adhibeant, vel adhibere potuissent; non enim est incognitum statuto, quod in delicto impinguatiuo, & absente reo, testes non sunt repetiti, & disponit quod statim sequuto delicto, pęna debeatur, & sit fisco applicata, sic disponendo Pragmatica voluit fidem adhibere testibus non
25 repetitis, quod facere potuit ad finem pęnam infligẽdi pecuniariam; *Geminian. in cap. pro humani, §. fin. nu. 9. in fin. vers. nota bene, de hom. e. in 6. Soccin. regul. 406. vltima fallent. Roland. cons. 12. n. 77. lib. 3. Gabr. comm. conclus. de citat. conclus. 1. n. 443. Viu. opin. 966. n. 8.*

Imò quando agitur de pęna ipso iure data à statuto, vel lege, tunc te-
26 stes non est opus examinentur citata parte, nec impeditur pęnę exactio, nec fides testiũ deficit per hoc ità *ex cap. reprehensibilis, vbi Abb. de appellat. & Soccin. in regul. citatio requiritur, fallent. 7.* dixit *Cephalus cõs. 223. nu. 27.*

Et hęc contumacia operatur ex vi statuti, etiam quod non sit valida, cũ nõ ex ea oriatur confessio, & cõdẽnatio ad pęnam; sed executio; nam condemnatio oritur ex delicto, ità vt dum condemnatur condemnatio nõ fit per contumaciam, sed per delictum, & executio fiat per contumaciam, ità in simili arguit *Farin q. 11. nu. 97.* vers. *& pro hoc quinto funda-*
27 *mento fuit*; vt propterea attendenda sit causa condemnationis, non contumacia, *Carthar. de execut. sententię capto bandito, cap. 1. nu. 38. 42. & 45. Farin. d. n. 97. vers. sed sic est.* Addit aliam rationem *Farinac.* & quidem non contemnendam; quod etiam quod esset ob contumaciam pęna, ad huc cessante contumacia, debere-
28 tur pęna. Ex quo regula est, quod cessante cõtumacia deberetur pęna successiua, secus autem in pęna momentanea, pro vt est hęc pecuniaria, quę statim acquiritur per delictum,

& fit exactio ob non comparitionem: vt ex *Abb. in cap. ex literis, n. 10. & Felin. nu. 15. de constit. dixit, & ex text. in cap. ad Audiẽtiam de crim. fals.* Et magis, quia ex hac cõdemnatione declaratur ius quæsitum fisco, quod per nullitatem contumaciæ non tollitur, quia est pronunciatio pęnę, quę venit ex delicto, *idẽ Farin. q. 11. n. 102. vers. secundo autem casu.*

Ex his omnibus oritur responsio ad omnia adducta per partem aduersam; siquidem prima regula, *Mors omnia soluit*, resoluitur ex primis regulis hic limitatis.

Ea, quę de contumacia legitimè contracta, fundat, collabuntur ex assumpto gratis; quia Pragmatica non dicit *Post contumaciam legitimè contractam*, sed *Post contumaciam*. Et responsio patet ex põderatis, quod hæc pæna prouenit, & debetur ipso iure per statutum ex delicto, non ex contumacia, & exactio fit per contumaciam, seù per suam comparitionem.

Nec arridet assumptũ, quod hæc Pragmatica sit conformis iuri communi, quia illa exorbitat ab eo, dũ pænam infligit ipso iure, nec requirit litis cõtestationem, & statutum;

29 & si durum, ita seruandum, prout cantat; nec ab eis verbis recedere debemus, *l. quod constituto, ff. de mil. testam.* nec statutum, quod exor-

30 bitat à iure communi, potest reduci, & interpretari secundùm terminos iuris communis, ad tradita per *Bald. in l. maximum vitium, n. 13. C. de lib prater.* Vndè circa reliqua, quæ adducit, quare Pragmatica voluit applicare pænam ipso iure, diuinat ille scriptor; quia clara est dispositio, quod voluit teneri statim ad pęnam, ad fræenandum delicta, & compescendum facinora, & nè rei sub spe, quod non possint capi, de pæna, vbi in tuto se ponunt, impuniti incedant, & propterea statim ad delictum pænam pecuniariam adducit, & hæc est vera ratio, non cæterę allatæ diuinantes, nec ille percipit rectè sensum Regentis Sãfelicij, qui loquitur augmentatiuè, non figendo pedes.

Cessat illa ratio de repetitione testium non facta; quia vt diximus, approbatur fides à statuto, & pęna imponitur ipso iure, & quoad pęnã pecuniariam fiscus est in probatis vigore statuti, & aberrans est eius suppositio; quia non distinguit inter casum, & casum.

Nec vt falsò supponit ille in odium contumacis detur pęna, sed in odium delicti, vt supra dictũ est.

Nec est opus dicere, non posse fieri declarationem contra hæredem; quia iam declaratoria est facta in vita defuncti; & rectè quidẽ, vt supra dictum est.

31 Cessat illa fundamentalis doctrina *Facchin.* quàm pro marte adducit pars aduersa, & si *Sponciam* illam vocat, quia non est aptanda in casu nostro; ibi enim loquitur de confiscatione bonorũ, quę non est principalis, sed pedissequa personalis, hic tractatur de pęna principaliter imposita. Secundo, *Fachineus* loquitur in terminis iuris communis, in quibus non datur pęnæ transmissio, nec acquisitio, nisi vbi contestata erit lis, vel per cõtumaciam fiet condemnatio; hic verò sumus in terminis statuti, in quo ipso iure statim infligitur pęna delicti, & acquisitio datur, vt supra tetigimus; vndè rectè dicendum est, pęnam esse fisco acquisitã, & deberi, prout petitur decerni, & procedi ad vẽditionem bonorum exequutorum.

Honofrius de Palma Reg. Fisci Patron. Mag Cur. Vic.

S V M-

SVMMARIVM.

1 Homicidium omni iure deteſtatum proponitur.
2 Occiſoris dignitas,& occiſi vilitas non excuſant à pęna homicidij.
3 Ira dicitur breuis furor, & accenſio ſanguinis circa cor. n. 10.
4 Delinquens ex interuallo non excuſatur.
5 Prouocatus ſi ex interuallo delinquit, non excuſatur.
6 Inſidians inimicum dicitur ex interuallo delinquere.
7 Rixa geminata ſi eodem die contingat, non ex animo præmeditato, ſed ex feruentia ire præſumitur delictum.
8 Berlich. par. 4. concl. 13. de moderam. inculpat. tutel. n. 42. expenditur.
9 Rixę geminatio, eadem die ſi fiat, excuſatur, non autem ſi die ſequenti, quia tunc dicitur inuaſio, & eſt punibilis.
11 Rancor, & odium, non excuſat, ſed delicti pœnam auget.
12 Ira quæ conſideratur ad excuſationem delicti, intelligitur de motu repentino.
13 Delinquens die ſequenti poſt incitatā iram, non excuſatur à pœna ordinaria.
14 Tex. in l. quicquid calore, ff. de regu. iur. expenditur.
15 Præmeditatio ad delictum, non dicitur ex ira, ſed ex rancore commiſſum.
16 Excuſatio non admittitur in perſeuerante ad delinquendum.
17 Pœna certa vbi non eſt indicta, remanet in arbitrio Iudicis.
18 Iudicis arbitrio relinquatur, quæ ſub certa regula non clauduntur.
19 Iniuria infertur Curſori publico, ſi Equus illi auferatur.
20 Iniuria ſi fiat ei qui in Officio Regem repræſentat, cenſetur illata Regi.
21 Delicta quæ oriantur ex impedimento præſtito publico Curſori.
22 Rei illicitæ ſe immiſcens, quot delicta inde committuntur, omnia illi imputantur.
23 Impediens publicum Tabellarium in explicatione ſeruitij Regij, acriter delinquit.
24 Iniuria atrox ex quibus dicitur.
25 Curſores publici dicuntur Miniſtri Regis, & ſub eius protectione, vndè illos offendens, ſeu impediens, læſæ Maieſtatis crimine notatur.
26 Eximens carceratum è manu Curię, reus eſt mortis ſecundùm Conſtit. Siſti V.
27 Equites nonnulli Neapolitani morti fuerunt traditi ex eo quod carceratū pro debito ciuili è manu Curiæ eripuerint.
28 Furtum dicitur contrectatio rei alienæ, proprietatis, vel vſus.
29 Delicta erga Curſorem publicum commiſſa, cur grauia ſint cenſenda.
30 Initium attenditur in delictis quò ad eorum punitionem.
31 Delicta vt puniantur, quę veniunt conſideranda.
32 Delictum mali exempli grauius cæteris punitur.
33 Legum authoritas in ſeueritate Iudicis ſita eſt.

ARGVMENTVM.

Deteſtatur homicidium, omnique iure prohibitum inſinuatur, Nec ira commiſſum dicitur, ſi ad extraneos actus fuerit deuentum, vel ſequẽti die patratum, eò fortiùs ex inſidijs, & præmeditatè patratum fuerit.

Curſorem Regis offendens, ſiue eius ſeruitio impedimẽtum præbens, qua pæna ſit coercendus, quæq; veniant perpenda in punitione illũ offendentis pluribus cõcinnè inſinuatur.



PRO

Regio Fiſco.

CVM

Capitaneo Cæſare Columna.

RESPONSVM XXXXIX.

Diligite iuſtitiam, qui iudicatis Terram.

IMmane, inhumanumq; ſcelus homicidium omni æuo, omniq; iure vltori gladio Patres conſtanter puniendũ ſanxere; Præcipit Diuinũ: *Quicunq; effuderit humanum ſanguinẽ fundetur illius Gen. cap. 9.* Quinimò ſubdit Altiſſimus, *Euellas eum ab altari meo, vt morte moriatur Exod.cap. 2.* Euangelica exclamat lex: *Omnes, qui gladio feriunt, peribũt gladio, Matt. cap.26.* imò qui gladio occidit, oportet gladio occidi. *Apoc.cap.13.* Aſſentiuntur Canones, & Decreta Pontificum *cap.1.de homic.* Inſurgunt ciuilia iura, *l.3.§.patiantur,* C *de Epiſc. Aud.§.item lex, Cornelia inſtit.de publ. iudi & toto tit.ad l.Cornel.de ſicar.* Pro perenni admittunt Nationes omnes, vt aduertit *Decian.in tract.crim. lib.9.cap.20.* Nec Maumethani Barbari diſſentiunt, *Io.Ant.Menaui lib.1. cap.16.& cap.* 8. Imò etiam animalibus

bus irrationalibus odioſum probat idem *Decian.eod.lib.cap. 17. n. 17.* Et inconcuſsè ſeruari mandat ius noſtrum Regni *in Conſtit. Terminum vita*; ita vt nulla dignitas occiſoris, nulla vilitas, & abiectio interfecti excuſat *ad d. l. 3. §. patiatur, Iacob. Boul. in repet. l. capitalium, §. famoſos, n. 60. ff. de pæn.* Clar. *§. homicidium, n. 18. in fin.* vbi de practica teſtatur *tex.* eſt expreſſus *in l. 1. in fin. §. præterea, ff. de ſicar.* quem citando ſequitur *Farin. de pæn. tempor. quæſt. 98. n. 108.* Non enim perſonarum exceptione iuſtitia admittit: Vndè nulla attenta contemplatione, neque excuſatione dicendum eſt, morti tradendum Capitaneum Cęſarem Columna, tam ex homicidio crudeliter patrato in perſonam Andreæ Corritore, quàm ex iniuria facta Regali ſeruitio abſtulendo equum Curſoris Maioris aſportantem publicas, & Regias literas, & poſt eius vſum relinquendo eum fortunæ arbitrio in via, in maximum amiſſionis periculum, & in conſequentiam multorum damnorum.

Nam & ſi poſſit pro eo conſiderari (vt pars nititur) ad minorandā pænam pręcedens rixa cum occiſo antecedenti die, & vt ſupponitur, inſultus, & offenſio; ex quibus tanquam ex ira delinquens, & prouocatus minoranda pęna, vti non pręmeditatum ſit homicidium ex ira perſeuerante.

Tamen benè rimata, vt iudicantis eſt, *cap. iudicantem 30. q. 6.* videbitur, quod et ſi DD. dicant, homicidium patratum in rixa, vel ira, aut iuſto dolore, non puniri pæna ordinaria, intelligunt vbi vnico contextu in rixa homicidium ſuccedit, ſecus autem vbi præmeditatum eſſet, prout in caſu præſenti, ſedata rixa, & die ſequenti poſt contractā aſſertam offenſionem in rixa præcedenti, & poſtquam eſt deuenctū ad extraneos actus intuitu præcedentis offenſionis occidat, quia tūc inconfeſſo eſt, teneri ordinaria pæna; ſiquidem dubitari nequit, tale homicidium non dici rixoſum, ſed præmeditatum. Incedebat enim Andreas per ſeruitas rectas, & prædictus Capitaneus ex inſidijs paratis in quadam domo comitatus aggreſſus eſt eum, & occidit. Et quāuis dicatur, illi præcedenti dicta offenſio in rixa, eò magis inſurgit ex inimicitia contracta euidens coniectura præmeditationis occidendi, *Clar. in §. homicidium, ſub n. 8. verſ. Animus autem deliberatus, ibi, Si pręcedunt inimicitię, Meno. h. de arbitr. caſ. 361. n. 43.* & in ſpecie *Caſonius de indit. & tort. tract. 4. cap. 1. n. 4. Vulpell. conſ. 127. n. 8. verſ. Sicut vrgens, Maſcard. de probat. concl. 98. n. 1.* qui *n. 5.* dicit, ex *Blanco* etiam ex leui inimicitia pręcedenti pręmeditatum dici homicidium, *Peguer. dec. 54.* Tantò magis, quia ſi quis leuiter fuerit prouocatus, & ob huiuſmodi leuiorem prouocationem, & iram prouocantem occiderit, nihil ei de pæna ordinaria remittendum erit, vt probat magnus practicus, & eruditus *Berlich. pract. concl. par. 4. concl. 17. n. 22.* ex eleganti *Theſ. dec. 178. n. 4. ſub fine, verſ. Inter cęteras limitationes, & n. 5.*

Quinimò, ſi quis rixauerit cum aliquo, & deindè rixa ſeparata denuò obiam fecerit ei, & aggrediatur, & occidat, præmeditatum dicitur homicidium, & pœna mortis puniendum dixit notanter, *Boſſ. tit. de homicidio n. 64. & Vulpell. cit. cōſ. 127.* quos ſequitur citando *Farina. de homicid. quæſt. 126. n. 216,* qui magnū feſtum facit de inuenta doctrina *Boſſij* ſecundum ſuam opinionem. Nec ab re, quia precedens cauſa ex lata ſibi iniuria, vel illicitè paſſo, occidere

cidere non licebit, nam vt aduertit *Diu. August. de Ciuit. Dei lib. 1. Qui sine publica administratione maleficium occidit, vt homicida iudicabitur*: Et quidem recta ratione, nam non licet priuato se vindicare, & secus dicere esset absurdissimum, vt aduertit *Berlich concl. 13. n. 31. lib. 4.* hinc notauit *Affl. in consti. pacis cultum n. 51.* quod si aggressus, & percussus viderit percussorem quiescere, vel desistere, tunc non licet aggressorem percutere, quia talis percussio esset potius ad vindictam, & ex interuallo quod non liceret, cum requiratur percussio se defendendo non vindicando, *Caball. de omn. gen. homicid. num. 97.*

Addimus, quod eò magis præmeditatus animus occidendi præsumitur, & non dicatur rixosum, & excusabile homicidium, quia ille post diem, & somnum post terga aggreditur occisum, nulla tunc intercedente noua prouocatione, sed potius prouocando, vndè ferinus animus non ira, sed odio spurcatus desumitur, qua de re non modò dolosi homicidij pœna ingreditur, sed etiam maior debetur, quando quidem, vt dixit *Diuus August. super Psal. 54. Ira si fuerit inueterata iam odium est, Ira turbat, odium extinguit. Ira festuca, odium trabes est.* Siquidem
3 ex se ira est breuis furor, & parua mora recedit, vt eccinit *Ouid. de arte aman. (Vt fragilis glacies interit ira mora)* Sed vbi mora intercedit non
4 amplius ira dicetur excusans, sed transit in iracundiam punibilem non excusantem, vt *Zeno Citicus* aduertit dicens, *Iracundia est ira inueterata, & plena odij vlciscendi, tempus obseruans*, & his verbis ostenditur à *Laer. lib. 7. de vit. Philos.*

Nam siquidem ad tempus bilem sibi conquerat atram,
Non tamen ira animo excedet nisi pœna sequatur.

Et Diuus Chrisostomus super Mattb. homil. 17. dixit, *homicidij radix iracundia est*; & proindè subdit *Lactant. Firm. lib. 5. Non est morbus irasci, sed iracundum esse*; hinc rectè aduertit
5 magnus ille Criminalista, *Farinac. q. 125. n. 403.* quod si prouocatus processit ad extraneos actus, ridiculū esset se accusare à pœna ordinaria, & esset aperire viam hominibus vlciscendi se propria authoritate, inimicosque occidendi; Nec potest considerari defensio, quæ ex interuallo fieri non solet, *Bellon. de potest. cor. lib. 1. cap. 7. n. 5.*

Roboratur animus præmeditatus, & punibilis, ex eo, quia se posuit in insidijs intus domum, vndè
6 pertransire debebat occisus, & indè Comitatus illum inuadet, prout in terminis considerat *Cason. de indic. tract. 2. cap. 1. n. 6 & 8. Menoch. d. cas. 361. n. 37. Mascard. d. concl. 98. n. 13. & 18. Farinq. 136. n. 171. & 164. Peguer. d. dec. 54.*

Augetur ratio, quia, etsi per aliquos sit dictum, vt per *Mascar. d. conclus.*
7 *98. nu. 38.* quod ex geminata rixa non præsumatur animus præmeditatus, sed ex feruentia iræ si fit eodem die ex *Menoch. d. casu 361. n. 53* Verumtamen rectius *Iacobus Ayrer. in tract. de homicid. par. 2. num. 120.* contra *Menoch.* ostendit, quod vbi fit secunda rixa, sedata prima, homicidium dicitur præmeditatum, & non excusabile, & vti deliberatū puniri, etiam quod eadem die secunda subsequatur rixa comprobandō, *Blancam de quæst. n. 133.* Et hæc verior dicitur opinio, quam etiam sequitur doctissimus *Berlicch. dict. par. 4. conclus. 13. de moderam. inculp. tut. nu. 42.* his verbis non displicendis. *Quapropter si rixantes, seu pugnantes sponte, aut intercessione aliorum ad inuicem aliquandiu fuerint diuulsi, & vtrumque* (vt ità loquar)

quar) *frigefacti, & pacati, postea verò iracundia perciti, alter alterum inuadat, lædat, aut interimat, is profectò ob interuallum temporis, moderamen inculpatæ tutelę non obseruat, & ob id rectè punitur; etiam si ab initio in prima pugna insultatus fuerit*, & paulò ante *nu.* 18. *Non licere aggressorem verberantem, vel grauiter lędentem, arrepta postmodum fuga, insequendo occidere, sed moderamen excessisse dicatur.*

11 Et in casu præsenti à maiori procedit; non enim eodem die fuit facta rixa, sed sequenti, nec rixa, sed inuasio fit, & DD. qui considerant excusationem respiciunt gemina-
9 tionem rixæ eadem die, non autem loquuntur vbi sequenti die fit inuasio, quia tunc magis ex proposito, & deliberato animo homicidiũ fit, & pęna ordinaria puniendum, vt aduertit idem *Berlich.* omninò videndus *d.par.4.conclus.17. nu.* 14 plures alios citando reprobatis *Gram Bertaz.* & alijs contrarium asserentibus.

10 Nec illud de ira excusante valet adduci, quia DD. de ira loquentes intelliguntur in eodem contextu, non autem vbi est deuentum ad extraneos actus, & fortius post sõ-
10 num; ira namquè est accensio sanguinis circa cor, quę statim fit, & prout ira excusat, quia ex agitatione nequit quis discernere verum, & tanquam furens habetur, & sic
11 à tanto homicidij excusatur; ita rancor, & odium, ac vindicandi desiderium non modo à scelere excusat, sed delicti pęnam auget, nam, vt inquit *Diu. August. in Epist. Sicut acetum corrumpit vas, si diutiùs ibi fuerit, ità ira corrumpit cor, si in alium diem durauerit.* Et semper, quod offensio, & ira producitur in excusa-
12 tionem delicti, intelligitur de repentino motu, vt aduertit *Cic. pro Marco Celio*, dicens, *Leuiora sunt ea, quæ repętina aliquo motu accidunt, quã ea quę premeditatè inferũtur*, & tunc, vt docuit *Arist. lib. 5. etich. Quæ per iram fiunt, non ex voluntate indicantur*; nam incitatus, qui fecit, non
13 author mali est, sed vbi cessat actus instantaneus, dolus est, & pęna: & in puncto in eo, qui sequenti die conuocatis amicis interficit illum, à quo die præcedenti verberatus fuerit, vim incõtinenti propulsasse non dicitur, & pęna ordinaria puniatur, *Berlich. loc. cit. nu.* 44. *ex Farin.*

Hinc rectè dixit *Cagnol. in L. quic-*
14 *quid calore sub nu. 12. ff. de reg iur.* Non procedere dictum illud DD. quod præsumatur iram durare, vsq; ad 30. dies, quia non debet intelligi ad excusationem delicti ex vi eiusdem legis quicquid calore, vnde rectius dixit *Plato in Dialogo 9. de legib. Maiora supplicia illis decet imponere, qui consultò per iram interficiunt illis contra, qui repentè, & inconsultò; leuiora nempè, quod grauiori malo simile asperius, quod leuiori mitius puniendum.* Notandum hic, quod *Plato* dixit, *Qui consultò per iram*;
15 Nam, & si dicatur durare iram vbi cum ea concurrit præmeditatio pęna augetur, quia vt diximus ira transit in rancorem, vnde *Cicero 1. offic.* aduertit in omni Iustitia per multum interest vtrum perturbatione aliqua animi, quæ breuis est, & ad tempus, an consulto, & cogitatè fiet iniuria; leuiora sunt enim; quæ repentino, aliquo motu occidunt, quam ea, quæ meditatè præ-
16 parata inferuntur: Et in specie, quod illa propositio excusans non habeat locum in perseuerante; & cum mala voluntate est; *tex. in cap. Siquis iratus, vbi glos. 2. q. 3.* & *Felin.* citatus à *Cagn. d. loc. nu.* 16. vbi expressè decidit, quod perseuerantia,

& iteratio excludit iracundiam; ex verbis eiusdem legis quicquid calore, ibi perseuerantia apparuit. Cessat enim tunc animi concitatio perturbatio,& mentis alienatio, & proindè præmeditatio punibilis sequitur; & rectè quidem, nam, vt inquit *Lactant. Firm. de ira Dei, cap. 21. Mortalium ire debet esse mortalis, nam si manet confirmantur inimicitia ad perniciem sempiternam.* Vndè ex his liquidò concludendo est non posse prædictum Capitaneum excusari à pęna ordinaria homicidij, præcedentis rixæ prætextu, in qua nec honor, nec fama læsa fuit, sed promiscuè est digladiatum.

Quò verò ad secundum Caput impedimenti pręstiti ad Regium seruitium capiendo equum cursoris Curię cum literis; etsi possit dubitari de illius pęna, an sit mortis; cùm à Iure non reperiatur talis ca-
17 sus expressus, & proindè succedat arbitraria ad tradita per *Menoch. quæst. 1. de arbitr.* Quandoquidem,
18 quæ sub certa regula non clauduntur Iudicis arbitrio sunt relicta *Menoch. d. loc. n. 5.*

Verùm hoc arbitrium extendi posse imò deberi in hoc inquisito, vsque ad mortem, tàm respectu Iudicis delegati, quàm ex ratione delicti atrocis, ad tradita per *Menoch. de arbitr. q. 86. nu. 10. & 30.* & *Farin. q. 17. n. 7. 10. & 34.*

Quod autem istud delictum sit atrox, morte dignũ probatur, quia tale facinus perpetrans plura scelera eodem tempore admisit, quan-
19 doquidem pro equo sublato oritur iniuria Cursoris è cuius manibus fuit captus, *Vulpell. in tract. de pace q. 91.* quem sequitur *Baiar. ad Clar. in*
20 *§. iniuria, n. 2.* Item Regis iniuria, cuius personam ille in officio repræsentabat, & sub cuius nomine, & protectione incedebat, & literas
21 deferebat. Oritur impedimentum Regalis seruitij, contemptus Maiestatis, dum ille dixit, & se protestauit esse seruitium Regis. Oritur furtum in strata publica, & maximè factum contra Regium Cursorem. Oritur tandem maximum damnũ totius publici negotij, & Coronæ. Quandoquidem potuisset euenire si literæ deperditæ essent. Nec est incoueniens, vt ex vno actu plura delicta considerentur, & nascantur quamuis vnus sit finis operandi principaliter, & intentio ad vnum delictum, vel actum dirigatur, & in consequentiam alia delicta proueniant, tenetur ille de eo, quod non
22 cogitauit dum rei illicitæ se immiscuit, ad *tex. in l. nunquam plura, ff. de priuat. delict. l. si adulterium cum incestu in princ. ff. de adult. & in cap. cum pro causa, ff. de sentent. excomm.* hinc vidimus grauiorã pæna puniri, etiã mortis iniuriantem personam constitutam in dignitate, vel officialem.

Vndè hæc iniuria tollendo e-
23 quum, magna dicitur, facta Regio Cursori, & maximè ab eo, qui Capitaneus erat in seruitio Regis, cuius munus erat defendere, non impugnare, & impedire Tabellarium, *ad tex. in l. prætor edixit, §. atrocem ff. de iniur.* & ibi *glos. verb. Magistratui,*
24 Atrocem vocat iniuriam, non solum ratione personæ, cui infertur, sed etiã inferentis, per *l. sed si vnus, §. quadam,* vbi *DD. ff. de iniur.* latè *Farin. quæst. 18. n. 61. & seq.*

Quinimò tale impedimẽtum reputandum est quodammodò cri-
25 men læsæ Maiestatis; sunt enim tales cursores Ministri, & sub protectione Regis, & Ministros Principis offendentes, vel impedientes sua munera adimplere puniuntur vltimo supplicio, arg. *tex. in l. criminali, C. de iurisf. omn. Iud. Cagnol. in l. 1. §. is*

non

non videtur, ff. ſi quis iudic. nō obtemp.
26 Hinc *Beatiſſ. Siſt. PP. V.* per Bullam latam in principio ſuo Pontificatus, vt refert *Farin. q. 30. n. 106.* ſtatuit, eximentem carceratum de manu Curiæ, ſeu birruariorū, puniri pœna mortis, & in Regno teſtāte Ca-
27 *rau. rit. 160. n. 2.* quatuor Equites fuerunt obtruncati, quia fecerunt debitorem carceratum ex cauſa ciuili de manu familiæ liberum abire, Et Clari Iuris eſt, eximentem carceratum ex cauſa Ciuili non teneri niſi ad intereſſe partis, Sed quia conſideratur offenſio, quæ fit ſeruientibus, & irreuerētia, quæ Regi præſtatur, cuius ſeruitium illi explent, ſunt puniti vti de læſa Maieſtate. Quantò fortiùs dicendū in caſu noſtro vbi directè non creditoris ex debito ſeruitium impeditur; ſed Regis, & publicum.

Dixi etiam hunc teneri de furto
28 in ſtrata publica, quia dubitari nō poteſt, quin furtum ſit contrectatio rei alienę proprietatis, vel vſus, *l. 1. ff. de furt.* ibi, *vel vſus*; Quàpropter ſuſcipiens ille equum inuito ad vſum habendum in via publica via commiſit; Vndè capite puniendus, concurrente viæ, & perſonæ
29 diſrubatæ, quæ eſt ad inſtar Regij Procacij, aduerſus quem furtum etiam minimum capite punitur, quia in his ratione publicæ vtilitatis, & neceſſitatis, non tantum quātitas, quàm qualitas, & modus attenditur.

Conſideratur poſtremo damnū, quod poterat euenire Regali ſeruitio, ſi literæ amittebantur, vel in manus inimicorum poterant ire, quando ſolus Equus cum balicijs fuit relaxatus in via, vel in nemore: Nec iuuat dicere, quod cum caſus non euenerit non ſit de pæna tractandum; Eò magis, quia res benè ceſſit; dùm Equus fuit in tuto poſitus, quia in his negotijs attendi-
30 tur potius principium contradictoris præcepti, quàm felix exitus fortunæ, ità vt etiam, quod res benè ceſſerit capite puniatur, *tex.* eſt expreſſus in *l. 3. §. in bello, ff. de re milit.*

Vndè, vt vela comprimamus his ommnibus contra prædictum Capitaneum concurrentibus dicendū eſt, non ſolum hunc caſum à iure eſſe conſideratum, ſed expreſſum, venire ſub læſa Maieſtate. Et quatenus velimus dicere non exprimi, ſed vti extraordinarium crimen ſub arbitrio Iudicis remanere adhuc mortis pęna puniri debere, ha-
31 bita conſideratione ad tempus, ad perſonam, & modum, ad locum, ad Regale ſeruitium, ad incuriam, ad *tex. in l. aut facta, ff. de pęnis*, latè *Decian. lib. 9. cap. 24.*

Hinc etiam delictum mali exē-
32 pli, vt eſt hoc, grauius cœteris reputatur, & punitur, *l. 3. §. ſed, & Senatus Conſulto, ff. ad l. Cor. de ſicar. l. ſi quis, §. abortionis, ff. de pęn. cap. præcipuè 11. q. 3. Menoch. caſ. 358. n. 4. de arbitr.*

Vndè *Plutarcus* de Poetis dixit: *Sententia, quæ vim ſuam in plures poteſt extendere, dum vni negotio propriè conuenit ad ſimilia traducenda:* Et niſi hoc caſu hic puniatur, quomodò poſſit officium curſoris tantopere neceſſarium expleri? Nec quæro Domini Iudicentes electi ad paritatem dirimendam ſentiant ſequēdam eſſe mitiorem ſententiam; nam
33 vt inquit *Demoſtenes contra Midam in ſeueritate Iudicis ſita eſt legum authoritas.* & ſubdit *Euripides in Oreſte: Iuſtitia eſt diſtributiuum eſſe eius, quod eſt ſecundum cuiuſcumque dignitatis, & tueri Patrias conſuetudines, & inſtituta:* vt ſunt hęc de non violandum liberum Curſorum aditum ad publicum commodum introductū.

Quàpropter sperat Fiscus, omninò per Eximios, & Iustitiæ zelatores Dominos Adiunctos condemnari prædictum Capitaneum, ad vltimum gladium, prout petit.

Honofrius de Palma Reg. Fisci Patron. Magn. Cur. Vic.

SVMMARIVM.

1 *ADuocatus fisci tenetur iura fiscalia tueri.*

2 *Magna Curia Vicariæ, cognoscit de delictis Officialium in Officio, & ipsius intuitu cōmissis.*

3 *Magna Curia procedit contra Officiales Baronum delinquentes.*

4 *Delictum intuitu officij ab Officiali commissum, qualiter secernitur.*

5 *Officialis dicitur is coram quo fiunt acta.*

6 *Concomitantes Officiales ratione Officij ad delictum committendum, non cognoscuntur, nisi à Magna Curia Vicaria.*

7 *Clasula cognoscendi Baronibus de omnibus delictis, de quibus sola Magna Curia cognoscit, qualiter sit accipienda.*

8 *Officiales exercentes iurisdictionem, non nisi à Principe creantur.*

9 *Princeps dicitur Iudex iudicum, vndè ij pars corporis ipsius dicuntur.*

10 *Officialis Baronis dicitur à Principe creatus ratione demandatæ iurisdictionis.*

11 *Baronis Officiales dicūtur seruire mediatè Regi, & eum repræsentant.*

12 *Barones in creando Officiales dicuntur procuratores Regis.*

13 *Officiales creati à Barone repræsentiāt Regem, non Baronem.*

14 *Barones non habent iurisdictionem in actu, sed tantùm in habitu.*

15 *Par in parem non habet imperium.*

16 *Officiales antiquitus non cognoscebantur pro delictis, nisi à solo Rege.*

17 *Priuilegium cognoscēdi de delictis Officialiū est insertum in corpore iuris communis, & nuncupalis.*

18 *Mentio specialis requiritur, vt Baro cognoscat de delictis Officialium.*

19 *Priuilegia contra ius, sunt strictè accipienda.*

20 *Priuilegia non comprabendunt casum omissum.*

21 *Priuilegia clausa in corpore iuris, & statutorū non censentur sublata per concessionem, etiam generalissimam.*

22 *Concessio cum clausula,* Non obstātibus quibuscunq; priuilegijs, *non intelligitur de priuilegio clauso in corpore iuris.*

23 *Priuilegium cum clausula cognoscendi de omnibus, de quibus sola Mag. Cur. cognoscit, non comprahendit delicta Officialium.*

24 *Concessio generalis non comprahendit viduas, & pupillos*

25 *Rationes afferuntur, quarè in priuilegijs cum clausula generali non cōprehen-*

prabenduntur vidua, & pupilli.
26 *Officiales dicuntur vti signa ad sagittam, & ideò incurrūt odium multorum.*
27 *Priuilegia non debent extendi ad casus speciales.*
28 *Regalia nō possunt separari à Corona, nec transeunt per verba generalia.*
29 *Vbi non dixit noluit.*
30 *Priuilegia quamuis de iure amplientur, non tamen quando sunt contra ius commune, vel municipale.*
31 Rex *in concessione iurisdictionis censetur solùm concessisse ordinariam.*
32 Rex *in concessione videtur concedere cumulatiuè, & non priuatiuè.*
33 *Officialis potest priuari officio ex homicidio, & practica cum bannitis.*
34 *Delicta, ex quibus Officialis potest suspendi, & priuari, recensentur.*
35 *Baro non potest suspendere, & priuare Officialem ab ipso constitutum, sed Rex, eiusque Mag. Curiam.*
36 *Principi, que debentur in signum supremæ potestatis, non abdicantur ex sua concessione.*
37 *Rex, quæ sibi competunt ratione supremæ potestatis, abdicare ab eo non potest.*
38 *Barones etiamsi habeant concessionem de quibus sola Magna Curia cognoscit, non cognoscunt de crimine læsæ Maiestatis.*
39 *Cognitio delictorum de receptantibus bannitos spectat ad Regia Tribunalia, non ad Barones.*
40 *Continentia causæ ne diuidatur, trahitur ad Tribunalia Regia causa aliàs remittenda Baronibus*
41 Text. in l. nulli, C. de iud. *procedit etiam in causis criminalibus.*
42 *Receptare dicitur, qui publicum latronem omisit capere.*
43 *Baroni denegatur remissio Vassallorum, si contra aliàs consocios proceditur.*
44 *Decreta Mag. Cur. vim decisionum non habent, quia subsunt Sacro Consilio.*
45 Pragm. 29. rubr. de exulib. in prætermissis, *enucleatur.*
46 *Barones in Regno degentes videtur, censentur complices in delictis per Bannitos commissis in eorum territorijs.*
47 *Barones negligentes in puniendo delinquentes, priuantur iurisdictione in illos.*
48 *Ius alteri quæsitum per contractum, tolli potest per legem generalem.*
49 *Princeps potest per legem generalem restringere iurisdictionem, Baronibus tributam.*
50 Follerius *fuit carceratus ob auxilium non præstitum contra bannitos.*
51 Decisiones Sac. Cons. *apud* Dom. Reg. Tapiam, & Sanfelicium, *expenduntur.*
52 Decisio D. de Franch. 505. *quo in casu loquatur.*

ARGVMENTVM.

Comprobatur ex pluribus Barones non posse cognoscere de delictis Officialium, etiamsi in priuilegijs clausulam habeant cognoscendi de ijs delictis in quibus sola Magna Curia cognoscit, nisi in specie dicatur de delictis Officialium, quibusquè de causis, & rationibus sint priuandi iurisdictione in eorum vassallos, præsertim si agatur de delicto practicæ, & commercij cum Banitis, & delinquentibus; Cuius rei occasione arrepta, insinuatur latiori calamo qualiter, quibusquè in casibus Baro-

nes

nes amittant eorum priui-
legia, & valeat Princeps illa
derogare per legem edicta-
lem, pluresquè Sacri Consi-
lij determinationes adducũ-
tur, enucleanturquè.

PRO
Regio Fisco.
CVM
Illust. Principe Collis.

RESPONSVM XXXXX.

DEcet quippè Fisci api-
1 cis curam Regalia, &
Iurisdictionalia iura
tueri, eaq; potissimum
in remissionibus de-
linquẽtium versantur. Vndè causam
Petri Ciciselli Locumtenentis Ter-
ræ Collis, non posse remitti ad Cu-
riam dictæ Terræ, quicquid nitatur
aduersus Ill. Princeps Collis, sed pro-
cedendum esse in Magn. Cur. Vic.
tam respectu receptationis bannito-
rum, quàm & homicidij patrati in
personam Ioannis Caroli Viola; iure
meritò petijt, & institit Fiscus, tam
ratione personę eiusdem Petri, quàm
ratione delicti.

Ratione personæ, quia inficiari
non potest, illum esse, & fuisse tem-
pore delicti Locumtenentem Iurisdi-
ctionatum, & sic Officialem ius red-
dentem, & delictum patratum de
practica, & protectione Bannitorum,
fuisse in tempore eius Gubernij

2 Et Iure constat, quod de delictis
Officialium intuitu, & in officio com-
missis nõ cognoscit, nisi M.C. Vicariæ
ex ritu 49. Quippè, quod procedere
3 etiam respectu Officialiũ Baronum,
firmãt *Carau. d. rit. & Frãch. dec.* 407.

Quod autem delictum sit intuitu
4 officij, patet, quia eo existente
Locumtenẽte accedentibus Bannitis
ad Terram Collis eos minimè perse-
quutus fuit, omisit pulsare cãpanas,
non congregauit subditos in perse-
cutionem; neq; informationẽ cæpit,
nec nunciauit Regijs Tribunalibus,
inditia indubitata de practica, con-
federatione, & amicitia, eo vel ma-
ximè occasione homicidij eius ordi-
ne patrati per eosdem.

Vt autem excludatur à remissione
petita Baro, sufficit, quod Officialis
sit ille, qui deliquit, & quod ille sit
5 Officialis habens iurisdictionem co-
ram quo fiunt acta, *Isern. in tit. quæ
sint regal. verb. institiam, n. 66. & seq.*
sequitur *Rouit. super Rubr. Pragm. de
offic. n. 1. Capiblan de Baron. prag. 5. n.*
6 67. Quinimò extẽditur hæc cognitio
etiam ad concomitantes Officiales
ratione officij, vt non cognoscantur,
nisi a M. Cur. vbi intuitu officij illi
ad delictum interuenerint, vt per
Rouit. d. loco n. 4. & 5. Franch. dec. 274.
sequitur *Capib. d. prag. 5. n. 66.*

Nec huic conclusioni aduersatur
priuilegium Baronis cum clausula,
*cognoscendi de omnibus, de quibus sola
M. C. cognoscit*, prout nec minus, quod
7 alias fuisset illi remissus inquisitus
de receptatione bannitorum, nam
præterquam quod respectu Officia-
lis, non constat de possessione, seù
quasi, & maxima est difficultas, si sit
translatum in successores ad Baro-
niam; adhuc retentis verbis priuile-
gij, nullatenus in eo venire delicta
Officialiũ, probatur ex infrascriptis.

Primò, explorati iuris est, Officia-
8 les habentes iurisdictionem non ni-

si à

ſi à Principe creari, cuius munus
9 exercent; Princeps enim dicitur Iudex Iudicium,& proindè ille dicuntur pars corporis ipſius, ad tradita per *Caſſan. in Catal. glo. mun. par. 5. conſider.24.n. 15. ex Auth. conſtitutio quæ de dignit.* §. 1. Et quamuis ſint
10 Officiales Baronis, adhuc quia Baro dicitur Capitaneus, & ille creando Officiales nomine Regis,& ex facultate conceſſa ſibi creat, adhuc Officialis creatus, dicitur à Principe factus, & pars corporis Principis Supremi dicitur, ex eo,quia Baro ex ſe actualem iuriſdictionem non habet, ſed habitualem, quam Regis nomine transfert ad Officialem. Et prop-
11 tereà, & Officiales Baronis, dicitur ſeruire mediatè Regi,& eum repræſentare, & proindè à Rege ſunt cognoſcendi, vt per *Maſtrill. dec. 147. Carau. d.rit.49.n.7.* poſt *Franch. dec. 407. Reuit.ſuper prag.rubr. de Offic. n.* 8. Et magis in ſpecie, quod Barones
12 dicatur Procuratores Regis in creando Officiales,ita vt creati Officia-
13 les repræſentent perſonam Regis, non Baronis, dixit *Aponte de poteſt. Proregis,tit.de prouiſ. fieri ſolit. tit. 1. §. 4. n. 60.* Si ergò hi Officiales ſunt de corpore, & parte Principis, nulla ratio ſuadet,eſſe ab alijs cognoſcendos,quam ab ipſo Principe, & multò minus poſſent cognoſci à Barone, & Officiale Baronis, qui diceretur pari potiri iuriſdictione cum Offi-
14 ciali, ex eo, quia Baro vti procurator Principis in iuriſdictione habituali creat Officialem in exercitio iuriſdictionis, & Officialis diceretur conſtitutus ab eodem Barone tanquam de corpore Principis, ipſe ſi velit cognoſcere non poſſet, quia iuriſdictionem in exercitio non habet,& ſi velit alium formare Officialem,eſſet eiuſdem imperij,& pari iuriſdictione cum eo, contra quem vult cognoſcere,& proindè ſequeretur inconuèniens, quod par in pa-
15 rem haberet imperium, contra *tex. in l.nam magiſtratus, de recept. arbitr.* Et collega, ſeu ſucceſſor eiuſdem poteſtatis cognoſceret in eū contra, *tex.l.apud fil.familias, §.apud collegã, ff.de manum. vind.* in lectur.Florent. *& l.ille à quo, §. tempeſtiuam, ff. ad Sen.Conſ.Trebel.* Et quoniam de his Officialibus inferioribus non ſemper Princeps cognoſcit, inoleuit in Regno Ritus M.C.per quem cognoſcit M.C.de delictis ipſorum, quan-
16 doquidem de iure communi cognitio contra Officiales erat ſolius Regis, per *tex.in l.fin.C.vbi Senator, vel Clariſs.* Sed quoniam ipſa M.C. in Regno dicitur Vicaria Regis, ipſo Rege permittente inoleuit vſus, quod de delictis Officialium inferiorum illa cognoſcat,& ſic M.C.vti Vicaria ipſius Regis poteſt cognoſcere, quia ſecus vtique non poſſet.

Hinc ſecundò dicimus,quod cum
17 hoc priuilegium cognoſcendi de delictis Officialium ſit inſertum in corpore iuris, tam communis per *d l.fin.C.vbi Senator.vel Clariſs.*quam iuris municipalis,vt per *d.rit.49.*qui ritus dicuntur iura communia in Regno, *Franch.dec.148.nu.5.* ſequitur,quod etiam quod ſint conceſſa
18 Baroni priuilegia cognoſendi de delictis,de quibus ſola M.C.cognoſcit, non venit cognitio de delictis Officialium, ſed de illis requiritur ſpecifica mentio,nec fuiſſet ſufficiẽs
19 dicere,ſic generaliter, quia priuilegia contra ius ſunt ſtrictè interpetranda, per *l.ius ſingulare, ff de legib.* dixit *Imol.in l.etiam, ff.ſol.matr.* nec
20 comprehendunt eaſum omiſſum in eis, *Bald.in cap.1. col. 1.quib.mod. feud. amitt.in 2.rubr.per cap. licet, de tranſact.*

Ex quo ſequitur, quod quemad-
21 modum priuilegia clauſa in corpore

re

re iuris & statutorum, non censentur sublata per generalem, & generalissimam cõcessionem, nisi expressè de illa lege fuerit facta mentio; cessant enim tunc priuilegia indulta per Principem, non autem in corpore iuris, *Gloss. in auth. qua in prouincia C. ubi de crim. agi opor. l. 2. §. omnes ff. de iudic.* Etiam si in priuilegio
22 dicatur, *non obstantibus quibuscunque priuilegijs*, quia tunc non intelligitur de priuilegio clauso in corpore iuris ciuilis, vel municipalis, de quo esset specifica facienda mentio, *Girondi de priuil. nu. 1234. & seq.* vt alios omittam. Ita etiam clausula, *cognoscendi de omnibus, de quibus sola M. C.*
23 non comprehendit delicta Officialium, quorum priuilegium esse insertum in corpore iuris communis, & Regni supra fundauimus. Eò magis, quia illa clausula, *de quibus sola M. C. cognoscit*, potest verificari in alijs casibus non insertis in corpore iuris, vt essent liquidationes instrumentum, & similes.

Tertiò roboratur, quia negari ne-
24 quit, quod ex hac clausula generali non venit cognitio de pupillis, & viduis; quia insertum dicitur priuilegium in corpore iuris, & quia de eius cognoscit Rex *ex l. 1. C. quand.*
25 *Imperat.* Ex ratione, quia duplex consideratur fauor, vnus Regiæ protectionis, quæ versatur inter has personas ex *d. l. vnic.* & alter pro miserabilibus, nè opprimantur, & sic vbi duplex concurrit causa, & fauor, vnus respectu Principis, alter respectu partis, non venit ei derogatum per generalem clausulam, sed opus est specifica concessione, *Ias. in l. omnes, nu. 6. Cod. si contra ius, vel util. publ. Fel. in c. quia in ecclesiar. de constitu.* sequitur *Cassan. in consuet. Burg. in proem. verb. la supplication*, & in specie *Gram. decis. 20.* qui *n. 7.* ità decisum refert, *& dec. 65. nu. 23. Thes. dec. 177. nu. 9. Ciarlin. controu. foren. cap. 102. nu. 6.*

Quàpropter cùm hæc cognitio de delictis officialium resideat penes Regẽ, vel M. C. duplici ex causa, vna quia sunt illi de corpore Principis, & dedecet ab alio cognosci, & illa nè ipsi Officiales patiantur iniustas
26 persecutiones, quia vti signa ad saggittam incurrunt odium multorum, vt per *cap. qual. & quando 24.* vers. *& quia non possunt omnibus complacere, de accusat.* sequitur, quod per illã generalem concessionem, *de delictis, de quibus sola M. C. cognoscit*, non venit hæc de causis officialium; eò magis, quia illa cognitio M. C. data fuit potius ex cõcessione, quam de iure, quia soli Principi competebat, & nõ
27 debent priuilegia extendi in casibus sic specialibus, & præcisis, ad *tex. in l. 1. C. de dot. promiss.* & nouiss. *Ant. Oliba de iur. fisc. cap. 14. num. 8.*
28 dicens, quod talia sunt de regalijs, quæ separari non possunt à corona, nec transeunt per verba generalia, quia concernunt publicam vtilitatem.

Hinc videmus, quod in aliquibus priuilegijs, prout sunt Ill. Principis Bisiniani, Ill. Principis Torellæ vtilis domini Terræ Panetæ in Banca Botimelli, & alijs quamplurimis, vbi Rex voluit concedere hanc cognitionem de delictis Officialium expressè dixit, & post clausulã illã generalem, *de quibus sola M. C. cognoscit*, subnectit, *& de delictis Officialium*, quia requirebatur specifica mentio; Et proindè si ex tenore aliorum priuilegiorum clarè videtur, quod quando concessit hanc prærogatiuã, illam Rex specialiter expressit, non obstante clausula generali, sequitur,
29 quod vbi non dixit, noluit, ad *tex. in l. 1. § nec autem, C. de cad. toll.* faciunt adducta ab *Afflict. dec. 366. n. 4. Crau. cons. 172. Veral. dec. 153.* Eoquè maxime

ximè augetur motiuum, quia, vt diximus, cum hæc cognitio ſit de parte corporis Principis, nō poſſet præſumi voluiſſe concedere, ſi nō dixit,
30 ſiquidem priuilegia quamuis de iure amplientur, tamen vbi fiunt cōtra ius commune, vel municipale, & vbi de Principis præiudicio agitur, tunc intelligi debent in caſu proprio, & expreſſo, & ſtricto modo interpretantur, ac in fauorem concedentis, non autem cui conceduntur, intelligenda veniunt, ità *Gomes de Leo dec. 31. in dec. diuerſ. Alexan. Raudenſ. in tract. de analog. c. 29. nu. 4. & 13. Abb. conſ. 98. p. 1.*

Concinit, & his, quod regulariter
31 Rex in conceſſione iuriſdictionis, cenſetur ſolum conceſſiſſe ordinariam, de qua loquitur *tex. in l. imperium, ff. de iuriſd. omn. iud.* non verò maioriam, & ſuperioritatem, iuxt. not. per *Couarr. prac. qq. cap. 4. nu. 2. poſt princ.* Cancer. qui plures congerit *lib. var. cap. 12. à nu. 88. cum ſeqq.*
32 Itidem quod ſemper cenſetur conceſſa cumulatiuè, & non priuatiuè, *Capib. in prag. 1. fol. 68. n. 345. Gram. dec. 30. nu. 1. & 2.* latè *Tob. Paurmeiſtri. de iuriſd. Imper. Rom. lib. 1. c. 31. per tot.*

Quartò, negari non poteſt, quod
33 ex hoc delicto, & ſignanter ex homicidio patrato, & practica cum bānitis poſſit Officialis officio priuari & ſuſpēdi, prout de grauibus exceſſibus, *ex l. 3. C. de offic. praſ. prat.* & exemplificat delicta grauia, *Maſtril.*
34 *dec. 188. nu. 14.* in ſtupro, adulterio, furto, barattaria, inobedientia, vel negligentia in arduo delicto: & ſimili; ex quibus dicit, priuari, & ſuſpendi poſſe Officialem ab officio, ſed ſic eſt, vt ipſemet *Maſtrill.* argumentatur *d. loc. nu. 20.* quod ſuſpendere, & priuare ab officio Officialem
35 non poteſt Baro, ſed ſpectat ad Regem, & ad M. C. quę cognoſcit de exceſſibus Officialium, vt ex *Ant. p. Padil. lib. 6. crimin. q. 8. de ſind. in princ.* & alijs deducit, ità neque poteſt de delictis Officialium ille cognoſcere, nec talem cognitionem venire in generalem conceſſionem, niſi dictum fuerit, prout deciſum refert in terminis in cauſa Principis Caſtellani, in qua fuit dictum, non poſſe Baronem ſuſpendere Officialem ab officio, etiam quod ille ſit conuictus per plenas probationes.

Quintò, in generaliſſima conceſſione non veniunt ea, quæ ſpectant
36 ad Principem in ſignum ſupremæ poteſtatis, & quæ ſunt conceſſa M.C. tanquam Vicarię, prout eſt cognitio de delictis Officialium, quæ neq; in generaliſſimis verbis comprehenduntur in conceſſione Baronum, niſi fuerit ſpecificè dictum, *etiam quod Baro habeat clauſulam, de delictis, de quibus ſola M.C. cognoſcit,* in ſpecie probat, non comprehendi prędicta delicta officialium, & ea
37 quę ſpectant ad Regem in ſignum ſupremę iuriſdictionis, deciſum in pluribus cauſis, refert *Fanch.* omninò videndus *dec. 505. nu. 22. & dec. 75. Taſſon. de antepbato verſ. 3. obſeru. 4. nu. 169. Capibl. de Baron. prag. 5. nu. 64. & ſeq. & prag. 8. par. 1. num. 81. 86. 87. & 197. Oſaſch. deciſ. 29. & 101. nu. 12.* prout nec Barones quantum
38 cumque habentes priuilegia ampliſſima cum clauſula, *cognoſcendi omnibus, de quibus M.C.* poſſunt prętendere remiſſiones vbi tractatur de crimine falſę monetæ, firmat *Franch. dec. 275.*

Nec opitulatur huic Ill. Principi aliqua poſſeſſio, ſeù quaſi priuilegij extenſiua, quia hucuſq; nullum producit exemplum de Officiali, & illud, quod affert de victu pręſtito bānito, nedum patitur plures defectus inferius allegandos, ſed agebatur de cauſa priuati non Officialis, &

ex diuersis, non sit illatio, vulg. iur.

Deniquè, deneganda est secūdo loco hæc remissio respectu causæ, seù ratione delicti, quia tractatur de auxilio, seù cōmercio habito cū bānitis, & de homicidio, seù parricidio patrato ipsis mediātibus, siq;
39 dē cognitio delictorū de receptatoribus, aut auxiliatoribus, vel opē præstantibus bannitis, spectat ad Regia Tribunalia non Baronibus, non obstantibus priuilegijs cum clausulis abdicatiuis, & priuatiuis Baronibus concessis, probat *Frāch. dec.* 470. *de consuet.* Fundat etiam *Aponte de potest. Proreg. tit. de prouis. fieri solit.* §.5. nu.27. ex *Reuert.* quem citat, & *Foller. in pract. verb. audiantur excusatores, nu.* 134. *in fin.* *Rouit. super pragm.* 1. *de receptator. nu.* 13. & quod in dies ita decisum, & practicatum extat idem *Rouit.* testatur *Pragm.* 2. *nu.* 13. *vbi de delict. quis conuen. deb.* & maximè stante *Pragm.* 5. *quæ est* 6. *in nouis compilat. de receptator.* per quam priuilegiantur probationes contra receptatores, &
40 saltim ratione continentiæ causæ, nè diuidantur, quo casu trahitur causa aliàs remictenda, ad *tenor.*
41 *l. nulli* 10. *C. de indic.* qui. *tex.* procedit etiam in causis criminalibus, vt aduertit *Ias. ibi nu.* 3. *vers. qui titulus non solum habet locum.*

Receptare enim dicitur, qui pu-
42 blicum latronem omictit capere, *Peguer. in praxi crim. cap.* 20. *nu.* 1. *cap. quantæ præsumptionis* 47. *extrà de sent. excom.* ibi, *Eos delinquentes fauore interpretamur, qui cum possint manifesto facinori desinunt obuiare.*

Qua de re nequè fuisset remictēda causa homicidij per Regiam Audientiam, quia adest continētia causæ cùm receptatione, siquidem esset absurdum, vt mandatarius nō remictatur, & mandans secus, quādo eadem est causa, & posset ille interrogari de receptatione, & cōuersatione, & causa cum bannitis; Vndè posset sequi confessio inferens ad delictum homicidij. Et ridiculum esset, quod posset retineri, & puniri pro cōuersatione cum bannitis directè ad finem homicidij, & sit remittendus pro homicidio, quando vnum delictum alteri subalternetur, & ex vno ad aliud inferatur, ex quo casu dicetur addere forum foro, & pro omnibus deneganda remissio, prout dene-
43 gatur remissio Baroni de eius vassallis, si contra alios consocios procedatur in M.C. *Sanfelic. decis.* 273.

Nec valet adaptari casus hic de Clerico, & Laico simul delinquentibus, quia tunc iurisdictio respectu Clerici est omninò incompetens, & hoc casu diceretur exceptione elidibilis, vndè continentia causæ procedit, ad tradita per *Rouit. prag.* 2. *num.* 33. *de iurisdict. inuicem non turb.*

Nec obstant contraria decreta allata per *Viscon. ad Franch. cit. dec.* 470. Sunt enim Tribunalis M.C. quod licet Magnum sit Tribunal semper, & hodiè à peritissimis, & integerrimis Iusdicentibus illustra-
44 tum, adhuc cū eius decreta subijciantur censuræ S.C. vim decisionū non habent, nec possunt aduersari Decis. S.C. etiam iunctis Aulis, de qua testatur *Franch. d. dec.*

Tandem hodiè videtur cessare
45 dubium, etiam quod Baro habeat plenissimum priuilegium ex *Prag. nouissima* 29. *n prætermissis, de exulibus*; vbi expressè prohibetur cognitio in Curijs Baronum de receptatione, & communicatione cum bā-
46 ditis; quinimò in illa pragmatica, vbi fit receptatio, vel practica in terris Baronis ipsemet Baro censetur delinquens, quando est in Re-

gno

gno,& à iuriſdictione ſuſpenſus, &
in eius abſentia Officialis; Qua de
re non poteſt,nec debet eidem Ba-
roni delinquenti,vel ſaltem ſuſpe-
cto de delicto concedi iuriſdictio
Officialis receptantis, cùm detur
pro poſſibili,quod ille iuſſu,vel cō-
niuente Barone hoc feciſſet,vel to-
leraſſet,& de hac veritate non poſ-
ſet conſtare,ſi remitteretur cauſa
ipſi Baroni principali, quæ eò for-
tiùs præſumuntur in facto noſtro,
dum non apparet,Officialem illum
de aduentu bannitorum informa-
tionem cæpiſſe, nec Baronem mā-
daſſe poſtmodum ſaltem illam capi;
quandoquidem non eſt veroſimi-
le, quod ille exiſtens in Regno,vel
non procul à terra non habuiſſet
47 notitiam de aduentu bannitorum
quàpropter ex hac negligentia ius
tollitur Baroni, quatenus haberet,
quod negatur, ad *tit.de ſupplenda negligentia Prælat. & prag.* hæc ex-
preſsè mandat,tales informationes
de receptatione debere tranſmitti
ad Regia Tribunalia,qua de re ab-
dicata videtur iuriſdictio, & fortiùs
hoc caſu procedunt,quando non
modo defecit, ſed etiam nullam
cæpit informationem Curia Baro-
nis, ſed præuenit Reg.Audientia
in ea.

Nec obſtat exemplum allatum
in proceſſu per Principem de re-
miſſione aliàs habita de recepta-
tione banniti, tùm quia decretum
fuit Mag.Cur. non diſcuſſo nego-
tio,& non faciunt ius decreta præ-
dicta,tum etiam quia hic tractatur
de diuerſa perſona, quia ille erat
priuatus, hic Officialis, & duo vin-
cula magis ſtringunt, tùm & tan-
dem, quia adeſt hæc nouella Prag-
matica diſponens per legem gene-
ralem,per quam etiam quod adſit
priuilegium poſſet Baroni præiu-
dicari, quia non ſpecialiter ab eo
48 aufertur, ſed per legem generalē,
quo caſu etiam ius alteri tributum
& quæſitum, per contractum tolli
poteſt, vt per *Gozad.conſ.90.nu.19. Ruin.conſ.21.lib.1.n.16.*& in ſpecie
quod valeat Princeps per legem
49 generalem reſtringere iuriſdictio-
nem Baronibus tributam, & con-
ceſſam, probat *Sola ad Conſtitut.Sabaudiæ tit.de tortura, gloſ.1. nu.5.* ex
Brun.Curtio Iuniore, & Pariſio, Cephal. conſ.3.nu.33. Quinimò etiam
ſine cauſa legem condendo, poteſt
Princeps tollere ius quæſitum, &
tributū parti,ita ex *Bertazol.in conſ.* 172. ſentijt *Craneit. in conſ.135.nu.* 30. *Rouit.ſuper Pragm.1.nu.45.de abolit.Cancer.variar.p.3.cap.3.nu.92.*

Vltimò, pro coronide memoriæ
repeto Dominus Ius dicētibus an-
tiquam poſſeſſionem Mag.Cur. in
50 ſimilibus, contra noſtrum *Foller.*
qui cùm eſſet Aſſeſſor in Terra Sā-
cti Seuerini de Statu, tunc Princi-
pis Salerni, ampliſſimis priuilegijs
decorati, fuit carceribus mancipa-
tus procedendo cōtra ipſum Mag.
Cur. ex quo in aduentu,quorundā
bannitorum nō fecit pulſare cam-
panam, prout idem teſtatur in ſua,
prax.crim.de laudibus,& fructibus officiorum,nu.10. circa med.

Nec ad hanc noſtram cauſam
51 pertinent *deciſiones Regent. Tapp. S.C.11.& Reg.Sanfel.945.* in quibus
conceſſa fuit remiſſio Baronibus,
illa enim *Reg.Tapp.* vltra quod ad-
uerſantur quamplures aliæ deci-
ſiones S.C.ſtylus inueteratus dene-
gandi remiſſiones prædictas, teſte
Franch.dec.505.in fin. non loquitur
52 in delictis Officialium commiſſis
intuitu officij, vt eſt caſus noſter.
Et altera *Reg.Sanfelicij*, procedit in
caſu ampliſſimorum priuilegiorū
Ill. Principis Biſiniani habenti ſpe-
cialem conceſſionē de delictis Offi-
cialium.

Ex quibus omnibus est cur, non possit dubitari, tùm quia dictus Petrus erat Officialis, tùm etiam quia de causa tàm præcipua tractatur, & de negligentia ipsius in officio, ex qua illo venit priuandus, nec priuilegium Principis est adeò expressiuum, quod debeat decerni, tàm respectu receptationis, quã homicidij, procedendum esse in M.C. prout instat.

Honofrius de Palma Reg. Fisci Patron. M. C. V.

SVMMARIVM.

1 *Fori declinatio efficit, vt malefactorum crescat audacia.*

2 *Virgo sub patris potestate existens, an repellatur à priuilegio*, l.vnic. C.quando Imper. int. pup.& vid.

3 DD. *dubitant an Virgo sub patris potestate existens comprehendatur in* l. vnic. C. quando Imperat.&c.

4 *Vidua propriè dicitur, cuius maritus ab humanis recessit.*

5 *Virgo comprahenditur appellatione vidua.*

6 Tex. in l.malum 242. §.viduam, ff. de verb.sign. *expenditur.*

7 *Virgo sub nomine vidua venit cõprehensiuè, non tantùm extensiuè.*

8 Decisio D.de Franch. 100. *adducitur ad probandum, quod Virgo sub potestate patris existens gaudeat*, l.vnic. C.quan. Imper.

9 *Status virginalis excellentior est statu celibatus.*

10 *Vidua etiam si mortuo viro in patris potestatem reincidat, adhuc priuileg.* l.vnic.C.quan.Imper.gaudet.

11 *Fauor sexus principaliter inspicitur in Vidua, & Virgine, ad hoc, vt gaudeant priuilegio*, l.vnic. C.quand. Imperat. *non autẽ existentia patria potestatis.*

12 Tex. in l.vnic. C.quan.Imper.&c. *in commiseratione personarum inibi contentarum consistit.*

13 *Pupillus propriè dicitur, qui patre orbatus est.*

14 *Virgo semper dicitur Virgo etiam sub patris potestate.*

15 *Correctio iurium de facili non est admittenda.*

16 *Pater in ciuilibus habet bonorũ administrationem filij siue in potestate, siue extra.*

17 *Filius in iudicio sine patre esse non potest.*

18 *Filiusfamilias in criminalibus habet personam legitimam standi in iudicio, etiam si patrem habeat.*

19 *Patris consensus non requiritur in actione criminali instituenda per filium.*

20 *Pupillus si suam, vel suorum iniuriam prosequitur potest stare in iudicio sine consensu patris.*

21 D.Franciscus Maria Pratus *allegatur ad quaestionem quod virgini patrem habenti competat beneficium electionis fori.*

22 *Soror admittitur iure sanguinis ad vindictam necis fratris sumendam.*

23 *Iure successionis admittitur soror ad ne-*

necem fratris vindicandam.
24 *Succeſſores omnes ſunt admittendi ad vindictam eorum quibus ſuccedunt indicandam in iudicio.*
25 *Mulier non poteſt leuare faidam.*
26 *Succedentes defuncto, omnes illum repræſentant.*
27 *Prælatio non admittitur alicui ad accuſandum, quando iure ſucceſſionis, vocantur, non iure ſanguinis.*
28 *Remiſſio, & accuſatio in Regno vigore* Pragm. 1. & 8. de compoſ. *parificentur.*
29. *Ratio naturalis pro lege manet, & iuſtitia conſiſtit in naturalibus.*
30 Deciſ. Reg. Rouit. *49. expenditur.*
31 *Pater negligens in accuſando, admittitur filius adhuc pupillus.*
32 Tex. in l. nulli, C. de iud. *ceſſat vbi quis poteſt agere, vel conueniri ex propria perſona.*
33 *Soror defuncti de iure communi admittitur ad quærelandum, data negligentia patris, ſecus de iure Regni.*
34 *Electio, & variatio fori eſt pediſſequa querelæ.*

ARGVMENTVM.

Pleno exaratur calamo, Num Virgini ſub patris poteſtate exiſtenti competat priuilegium inſertum in *l. vnica, C. quan. int. pup. & vid. & aliàs miſerab. perſon.* & an ſub nomine viduæ comprehendatur? quo loci *Author* pro Virgine aciem ſuſtinet, eáq; 11 veriorem inſinuat opinionem; Vindicta in Regno an competat iure ſanguinis, vel iure ſucceſſionis? Et quando Patre negligente vindicare necem filij, actio tranſeat in fratres? quæq; conſideretur negligentia? ex pluribus exornatur.

PRO
Regio Fiſco
CVM
Ianuarium Tipaldo, Honofrium de Vrſo, & alios.

RESPONSVM LI.

1 VVlgatū eſt adagium, q propter fori priuilegia maleficiorum creſcit authoritas, & publica nacillat vtitas, teſte *Bertr. qu. 66.* poſt *num. 9. & qu. 297. nu. 5.* ſępiſſimè enim poſt reorum remiſſionem, ipſi criminoſi relaxantur, & dimittuntur.

Vndè iure meritò Fiſci Patronus inſtetit, & inſtat in Sacro Conſilio pro reformatione decreti M. C. decernentis, remiſſionem cauſæ Ianuarij Tipaldi, & Honofrij de Vrſo, & ſociorum ad Curiam Cornutorum, ſed omninò denegandam, prout Regia Audientia per prius decreuerat fol. 106. & à ter. Quandoquidem nullatenus ex veris iuris rationibus, & tramitibus poterat remitti, ſed procedi deberet in Mag. Cur. proùt reuocato decreto, ſperat, & petit in

Sacro Consilio Summo Prætorio sub inconcussa ratione firmato.

Et vt euidẽs ratio patefiat, aduertendum maiorem partem votãtium ad remissionẽ inclinasse; ex illa sup-
2 posita ratione, quod filia Virgo sub patris potestate constituta repellatur à priuilegio, *l.vn.C.quan.Imper.* vel si admittenda esset procedat, vbi pater fuerit negligens, vel non, præoccupauerit locum in accusando de nece filij, quo casu firmabant cessare ius filiæ, & propterea cùm pater, cuius affectus, & consilium præsumitur regulatum respectu filij proposuisset quærelam in Curia Cornutorum, non est cur possit filia, nunc admitti ad variandum. Verùm tantorum virorum pace, re funditus considerata, nulla ratione fulciri demonstrabitur assumptum.

Ad cuius veritatis indaginẽ præmittendum est, quod quamuis DD.
3 aliqui in dubium vertant, an sub priuilegio, *d.l.vnica*, virgo comprehendatur, ex eo, quia Imperator, tam in rubro, quàm in nigro, nulla de ea mentionem fecerit, vndè omissum pro omisso habeatur, vulgata reg.

Attamen magis rationabiliter, ac communiter receptum est, fuisse expressam sub Viduæ appellatione, nã
4 & si propriè Vidua dicatur, cuius Maritus ab humanis decessit, *cap. Vidua 34. distin.* tamen verius est in
5 iure, quod Viduæ appellatione, & virgo comprehendatur, quasi secors, & viro nõ sociata expressus est *text.*
6 ab omnibus adductus in *l.mali 242. §.viduam, ff.de verb.signific.* vt proptereà in hoc priuilegio veniat ipsa Virgo non modò extensiuè, sed etiã
7 comprehensiuè, ex vi *d.tex.* dixit, *antesignanus Azo in summ. C.quando Imperator, nu.5. & Isernia in Regni Constit.Statuimus, de Offic. Magist. Iustit. vbi Afflict. nu. 29. Mormiles, nu.7. Reg.Tapp.nu.20. Foller.in praxi verbo, audiantur exceptiones, num.85. Carauit.rit. 19.n.20. & 21. Caball.n. milleloq.197. Pascbal.de vir.patr.potest.par.2.cap.2.n.94. Franch.dec.100.*
8 qui in Sacro Consilio ità semper decisum testatur *Vin.* qui alias decisiones refert *dec. 65.n.3. & dec.521. nu. 1. Mastril.dec.527.n.8. Giurb.dec.82. nu.1. Peguer.dec.129.nu.6.* Ità vt vbique, & in omnibus Tribunalibus ex indubitabili ratione, & recepta practica indistinctè obseruetur, & hodiè pro regula statuatur, teste *Consil. Carleu.de Iud.tomo primo, disp.2.nu.536. in fin.* vbi in specie notat Virginem sub vidua non vi extensiua, sed comprehensiua venire, ità vt pro perenni omnes Consulentes, Decidentes, & Tractantes admittant: Nec fuit opus in *tit.Codic.* Virginem nominare,
9 quandoquidem, si statum cœlibem admisit, fortiùs, & virginalem quanto excellentiorem, prout præcellere, *S.Trid. Sinod.* statuit *sess.24. can.10.*

Huius etiam Virginitatis priuilegium respectu *d.l.vn.* non est cur possit rationabiliter inficiari (quicquid nonnulli sentiant) extendi ad Virginem, patrẽ habentem; Siquidẽ
10 proùt in vidua parum curatur de patris potestate, quæ etiam post viri mortem, si reincidat in patris possessori priuilegio vigore *d.l.* vtitur, nulla habita consideratione dicti patris defensoris; ex eo, quia vidua est, ità & Virgo, quæ si sub viduæ nomine venit, & eius priuilegio vtitur, nulla dispar ratio constitui potest, si & virgo sit, sub patre, & sine patre, nã priuilegiũ Viduitati, & Virginitati est cõcessum, cuius qualitatis fauor prin-
11 cipaliter est consideratus, non autẽ deficientia, vel existentia patriæ potestatis, vt pater ad sensum rectæ rationis, & ità videtur sentire, *Franch. d.dec.100.nu.14. Reg.de Tapp. d. Constit.Statuimus, n.20. in fin. Alex. Trentacinq.resol.2.n.16.*

Nec

Nec illa ratio ab aliquibus considerata ad exclusionem Virginis patrem habentis ab hoc priuilegio, valet, quod scilicet habeat illa defensorem, siquidem antonomiam præstaret. Certi namque iuris est, quod vidua reincidens in patriam potestatem post mortem viri, defensorem, quoque habet, & tamen non est priuata hoc beneficio, & vtique si dixisset in habente, vel non habēte defensorem, idem esset dicendum in vidua patrem habentem, quod cùm nullatenus dicatur, nescio, qua ratione possit constitui differētia inter eam, & virginem patrem habentem, si ambo sub vniuoca dispositione legis priuilegiantur ex vi viduitatis, vel virginitatis, non quia carēt, vel nè defensore.

12 Cæterum vis huius *legis* non tam in tuitione, quam in commiseratione consistit, cuius miserationis causa, non eò minus remanet penès viduam orbatam viro, quàm virginem illo carente; maior enim commiseratio est, nunquam habere, quàm amittere: hinc in Sacra Scriptura filia Iephte, vt in *cap.* 11. *Iudic.* à patre sacrificanda ex voto, hoc solum præstare deprecata est, dimittere eam duobus mensibus, vt plangeret virginitatem suam cum sodalibus suis, quia morti tradenda erat adhuc Virgo; qua de re, prout in vidua non fit distinctio de patre, neque in Virgine facienda, vt aduertit *Carlev.* qui *Nouario* exploso, firmat, idem esse in Virgine patrem habente, prout in vidua, *d. disput.* 2. *nu.* 525. Prout neque curandum est de *Viscont.* qui secus affert decisum; quādoquidem vltra quod magis est credendum *D. de Franch.* qui aliàs refert decisum pro Virgine pluries, *d. dec.* 100. Adhuc maiori ratione fulcitur, includens Virginem, prout inclusam esse videmus, etiam in integrum restitutione per DD. Et ideò vera est hæc rationabilis decisio, quā agnoscendo *Nouar.* postquam titubauit in *par.* 1. *elect. for. q.* 13. cum *Visconte*, indè mutando sententiam in melius *p.* 2. *dec.* 14. fundat pro opinione veriori contra *Viscont.* prout *d. par.* 1. testatur communiter seruari in Mag. Curia semper Virgini patrē habenti concedi fori electionem; Nec illa ratio ab aliquibus considerata, quod cum virgo veniat extensiuè in priuilegio, esset multiplicare specialia, si admitteretur, quando habet patrem, quicquam facit; quia vt supra demonstrauimus, non vi extensiua, sed comprehēsiua admittitur; & proindè non dicetur extensio, & cessat multiplicatio.

Prout etiam fallax est argumentum, quod à maioritate desumunt ex *Franch. dec.* 671. *& Reuit. dec.* 49. de pupillo patrem, vel auum habente, & penitus applicabile ad virginem;

13 siquidem vltra quod pupillus propriè in materia *d. l. vn.* dicitur, qui caret patre, *ex l. pupillus* 239. *ff. de ver. signif. & Couarr. practicar. cap.* 6. *n.* 10. dixit *Menoch. in additionib. nouiss. ad casum* 66. *nu.* 6. *de arbitr.* vel quia extra patris potestatem, quia emancipatus, vt per *Castill. controu. quotid. lib.* 3. *cap.* 25. *nu.* 17. *& Grattan. discept. forens. cap.* 421. *n.* 69. *&* 70. & virgo semper dicitur Virgo, prout vidua, etiam sub patris potestate, & propterea non est sub paritate vis constituenda.

Adhuc illa *decis.* 671. vt non aduersetur alteri 100. cum correctio tàm Supremi Senatus non sit de

15 facili admittenda, ad *tex. in l. præcipimus* 32. *in fin*, vbi DD. *C. de appellat.* intelligunt *DD.* in Ciuilibus, secus in Criminalibus, vt per *Capiblan. de Bar. lib.* 2. *cap.* 44. *n.* 14. Et ratio diffe-

16 rentiæ prouenit, quia in ciuilibus pater habet bonorum administratio-

tio-

nonent filij in potestate, vel pupilli, & ipse est legitima persona standi in iudicio, quinimò in eius persona est radicata actio, & passio, quo fit vt ipse, & non filius conueniatur, &
17 agat, cùm ille sine patre in iudicio esse non posset, per *tex. in l. fin. in fine principij*, vbi DD. *C. de bon. quæ lib. cap. si annum in fine, de iudicijs in 6. Vantius de nullit. rubr. ex defectu inhabilitatis, seù mand. n. 39. & seq.*

Sed in Criminalibus secus est
18 quia in actione iniuriarum, & ex delicto descendenti filius famil. est legitima persona standi in iudicio
19 sine patre, & pro actione iniuriæ tanquam personali filius accusat sine patris consensu, *Bart. in l. inter claras, §. filius famil. ff. ad leg. Iul de adult. Tex. in l. post legatum, §. filius famil.* vbi etiam *Bar. ff. de his quibus, & indig.* & quod vbi filius famil accusat, vel accusetur indistinctè etiam sine Patris consensu admittatur de quocumq; crimine agat ex dicta doctrina *Bart.* etiam in practica cōprobat *Clar. §. fin. q. 14. n. 5. Versil. deci. 180. n 6. Farin. q. 12. n. 10.* qui, & de communi testatur obseruantia, etiam quod sit pupillus vbi
20 suam, vel suorum iniuriam prosequitur *ex l. 2. §. pupillus.* vbi *DD. ff. de accusat.* idem *Clar.* communiter receptus aduertit *d. § fin. q. 14. nu. 6. vers. dicebam itaq;* Vndè, & fortiùs Virgini querelandi ius sine patris placito competit. A qua distinctione non recedunt cæteri. Vndè pro constanti pertransfeunt, quod in Criminalibus fori varietio competat, tam pupillo, quàm Virgini sub patre, vt nouissimè ponderat, *Capibl. d. cap 44. sub n. 13.* & indistinctè nouiter decisum refert in Sacr. Cons. pro Virgine plures alias adducendo decisiones ad comprebationē vltimæ latam de anno. 1636. dilata-
21 tis fimbrijs sollemniter (morte suo) doctissimus, *D. Fran. Mar. Prat. in 1. semicent. cap. 13. n. 60. ad fin. & addit. ad Musiat. 2. par. glo. cōpetentes in n. 71.*

Admissa modo, & retenta hac vera, & rationabiliori opinione cōstat, quod prędictæ Prudentiæ Manente competebat ius querelandi tàm iuri sanguinis, quàm iure suc-
22 cessionis. Iure sanguinis, qua lege communi admittitur soror ad vindictam necis fratris, vti proxima, *ad tex. in l. si plures, ff. de accus. & l. 2. §. si*
23 *simul, eod. tit. vbi DD.* Iure successionis *ex pragm. 8. de composit.* vbi ius querelandi tribuitur omnibus, quibus competit successio. Et iure nouissimo ex *Authen. defuncto, C. ad Tertull.* ad fratris successionem æqualiter veniunt parentes cum sorore vtrinq; coniuncta, & propterea æqualiter ius vindictæ remittendi habet.

Quinimò vbi plures eodem iure sunt vocati ad accusandum, si in eodem gradu vocationis concurrant, (prout est in casu nostro) oēs simul
24 sunt admittendi, nec vnus excludit alium, nec Iudex vnum ipsorum eligere potest, & alterum respuere, vt ex *l. 3. §. ad plures, ff. de sepulchro violato, & ibi glos. & DD. Bart. in l. si plures 1. opposit. ff. de accusat.* prout de comuni testatur *Gom. de delict. cap. 3. tit. de homicidio, n. 61.* sequitur *Farin. q. 13. n. 27.* Et quamuis rō *tex.* attento iure communi, possit considerari, vt habeatur inspectio prælationis masculorum, ex eo quia eo iure communi inspecto ius vindictæ com-
25 petebat iure sanguinis; Et quia mulier non poterat leuare faidam, tamen in Regno cessant hæc vigore *d. Pragm.* quia attenditur gradus successionis, nec consideratur prælatio, vt in puncto probat *Carau. rit. 191. n. 8. vers. & ideò ego teneo,* omninò videndus, *Lut. Foll. super d. Prag. 1. de composit. n. 31. & 35. in fine,* qui *n. 36.* sub-

subdit,quod ex vi *dict.pragm.* nullatenus attendi debet, si alius præueniat,quia vbi quis ex se ius habet, quærelandi,quamius alius cōcurrat, potest ille iura sua proponere, etiam quod alius præuenerit; &
26 ratio est, quia cum hi omnes, qui succedunt defuncto,illum repræsentent,in eodem gradu, illorum conditio scindi non debet, nec potest; argument. *l.qui fundus ,ff.de cond. & dem.* Ita in puncto probat *Nellus de banditis.3.p.2.temp.q.39.* & expressus *Anton. Gom. de delictis,n.25.& cap. 3. n. 61.* vbi dicit, quod omnes in eodem gradu successionis existentes ad accusandum admittuntur, nec vnus alteri præfertur, quia vbi iure
27 hæreditario ad accusandum, non iure sanguinis accedunt, tunc vnus non potest in actibus præiudicare alteri, nec consideratur aliqua prælatio,ita *Gom.d.cap.3 sub n.63. Petrus Placa in epit. delict.cap.46.n.7.vers.& præter alios,Io.Arnon. dial.41.* qui de veriori, & communiori testatur, & *Menoch.controu.illust. cap.30.n.39.Couarr. variar. cap. 13.lib.1.n.8.vers.4. hinc*,& in terminis statuti, vt est nostra *Prag.Vulpell. de pace, q.19.& 29.*

Vndè si hæc filia non obstante, quod adsit pater, ad successionem fratris vocatur, & per *dict. Pragm.* ad ius accusandi, & remittendi, equidem ratione constat, non admitti prælationem patris in querulando de nece fratris,nec præoccupatum dici potest ius ipsius per quærelam à patre prius datam, nec quoquomodo quicquam operatur quod ille in Curia Cornutorū exposuisset quærelam, cùm explorati iuris sit, non per hoc, quod pater quærelasset,vel remisisse, ius filiæ
28 peremptum dici posset,cùm remissio, & accusatio in præsenti casu parificentur,vt in terminis statutis ex *Angelo*, & alis probat *Farinac. q.14. n.27. vers.ideò si posset accusari.* Etsi hoc ius ex se competit filiæ, etiam quod pater quærelasset, nec negari posset, filiam posse, etiam cum patre concurrere, quomodo si valet quærelare vna simul cum patre in eodem foro,non posset inde volens variare à foro? Et multò fortiùs à principio eligere alium forum;Siquidem ratio disparitatis assignari nequit, quod quis posset quærelare iure proprio, & non possit vti in quærela priuilegio fori sibi à iure concesso, si prælatio cessat, nam secus dicere,esset asserere,quod concurrens soror, ēt eum alio, & quærelam exponentes in aliquo foro, inde non posset ipsa mulier, seù vidua variare, quia iam cōsocius ipsius in illo foro vna simul quærelasset, quod quantum sit absurdum,non est opus demonstrare,cum ex se pateat,qua de re, si potest post forum electum variare,poterit,& à principio eligere.

Resultat quoq; aliud absurdum, quod si hoc diceretur, non posset dari casus, quod filia iuuaretur dicto priuilegio, quando pater de nece filij quærelasset, & frustra disceptassent DD. an competat ius querulandi filiæ,quia pater cùm de iure succedens filio,teneatur vindicare mortem eius, prout, & soror & hæres,non valens pater exponere quærelam in alio foro, quā suo competenti, & forsitā in eo,in quo ius consequi non posset ob potentiā Aduersariorum,congeretur, & filia,etiam perhorrescens,sequi forum iuris,& sic priuaretur iustitia vindictæ, & facto patris læderetur. Quandoquidem pater munus suum adimplendo, non alibi posset quærelare, ex qua sola naturali ratione, etsi ius defecisset, iudicandum est ad fauorem filiæ; Etenim,vt inquit *Arist.lib.2. Physic.* ratio

29 ratio naturalis pro lege manet, & iustitia consistit in naturalibus, argum. *ex l. oportet, §. sufficit fundare ex naturali ratione, ff. de excusat. tutor. Bald. in l. edem*, C. locati. Et si pater coactus exponere quærelam in illo foro, qui alio carebat, in quo iustitiam non de facili ob potentiam Aduersariorum consequitur, iure suo fit vsus, non debet tollere ius ipsius ex propria persona competens, & priuilegium à iure sibi concessum filiæ.

Nec doctrina de negligentia Pa-
30 tris per *Rouit.* considerata *dec. 49.* valet applicari in casu nostro, quia ibi loquitur de pupillo, qui in propria significatione, vt supra diximus, dicitur minor sine patre, hic verò de Virgine, quæ semper Virgo est. Et quatenus velimus intelligere de pupillo cum patre, potest considerari illa distinctio negligētiæ, & præuentio patris, quia vbi
31 pater præuenit, pupillus ius non habet, sed vbi negligit, tunc pater habetur inutilis, & habetur tanquã sublatus de medio, & filius remanet quasi sine patre, & assumit qualitatem pupilli, quã non diceretur assumere, si pater esset diligens, vt in simili dicitur de nupta, qui maritum habet inutilem, vt ex incuria illius, quasi vidua censeatur adhoc, vt potiatur hoc priuilegio, ad *cap. inter alia, de translat. Episcopi*, *Franch. d. dec. 100. n. 18. Viu. dec. 195. n. 1.* latè *Carleual. de iudic. p. 1. disp. 2. n. 54.* Sed cum hæc non posset considerari in virgine, quæ talis semper est, negligente, vel non negligente patre, cessante hac ratione, non cessabit priuilegio sui fori; sumus enim in priuilegio ampliando, ità vt tali casu, neq; continentiæ causa detur, vt ex *Capyc. decis. 8.* firmat *Franc. Milanens. dec. 5. n. 2. lib. 2.* qui subdit, quod
32 vbi quis potest conueniri, vel agere ex propria persona, cessat dispositio *tex. in l. nulli, C. de iudic.* Et continentia causæ, vt ex *Neuiz. in sylua nupt. lib. 6. n. 43. & Couarr. pract. quæst. cap. 3.*

Et in specie, quod etsi de iure
33 communi soror defuncti admittatur ad quærulandum vbi pater esset negligens, ex *glos. & Salic. in l. vxor, C. qui accus. poss.* tamen de iure Regni soror occisi admittitur indistinctè, nulla habita ratione diligẽtiæ patris, probat in specie *Capibl. de Baron.* quem citando sequitur *Angel. Scialoia de foriudic. cap. 24. n. 41.* Et quidem rectâ ratione siquidem, si illa venit de per se, quia hæres, nulla habita ratione ad patrem, vel ad sanguinem, cur potest considerari illa distinctio præuentionis pa-
34 tris, si electio, & variatio est pedissequa quærelæ, & actionis, & in cõsequentiam illius venit, vt per *Rouit. d. dec. 49. n. 7.* vers. *Nam aduerte*: Siquidem vbi admittitur filia ad quęrelandum, admitti debet cum variatione, vt aduertit *Rouit. n. 12.* Et si cogeretur sequi forum electum à patre, frustaretur filiæ priuilegio, quinimò dicimus, quod vbi pater elexit forum frustatorium iustitiæ, diceretur respectu filiæ inutilis, & propterea tanquã sublatus de medio, eò magis competeret variatio quod autem forus ille sit frustatorius, patet, quia inconfesso est maiori pollere iustitia in Trbunalibus superioribus, & Collegiatis, maximè Magn. Cur. quam in his Baronalibus, ut aduertit *Franch.* sæpiùs citata *dec. 100. n. 21. & in addit. Amēdola n. 19.*

Quam difficultatem benè agnouit pater, qui dedit placitum, ut filia uariasset, quasi quod ipse demõstret, quod si quærelam exposuit in Curia Cornutorum, fuit ex necessitate iuris sequendo forum; quem

non

non poterat variare, sed videns dispositiam filiam quærelare annuit variationi, vt iustitiam consequatur.

Addimus tandem, quod eò fortiùs procedunt hæc, ratione causæ, dum tractatur de crudeli homicidio patrato mediantibus personis banitorum, contra quos non eò de facili à Baronalibus, & inferioribus Iudicibus iustitia consequi potest, & esset remittere delicta exceptuata, & contra personas à Regijs pragmatic. prohibitis, vt in *Pragm. 29. de exulib. & armis in prætermiss. §. 3.* quippè quod animaduersum non fuit tempore decisionis prædictæ.

Ex qua etiã concurrente ratione, eò magis tuenda sunt iura variationis, quandoquidem virgo illa non modo forum ratione priuilegij elegit, sed etiam competentiorem, dum similia delicta non nisi contra tales personas à Supremis Tribunalibus coguoscuntur, qua de re sperat, & petit Fisci Patronus, omninò decerni, reformato decreto M.C. causam non esse remittendam, sed seruata dicta electione, in ipsa Mag. Curia procedendum.

Honofrius de Palma Reg. Fisci Patron. M. C. V.

FINIS.